

ANTONII
BROICKVVY AKONINGSTE-
IN, VIRI DOCTISSIMI, ET
OBSERVANTIAE REGVLA-
RIS, NOVIMAGEN.
GARDIANI,

ERVDENTISSIMARVM IN
*quatuor Euangelia enarrationum, Opus præcla-
rum, in duas partes diuisum, & exactissi-
ma cura nuper recognitum.*

**
*

spes eius: & non respexit

Beatus uir, cuius est dominus



in uanitates, & insanias falsas

VENETIIS AD SIGNVM SPEI
M D X L V I I I.

AVTHORIS AD LECTOREM ADMONITIO.

Enarrationes in Monotessaron Euangeliorum breues & absolutę, iuxta grauissimorum ac probatissimorum authorum tam priscorum q̃ neotericorum, è sacris literis spiritu sancto illuminante haustum intellectum, summo studio sic congestæ, ut lector puero, germano ac plano sensu intellectū, & concionator in fide ac moribus ædificet populum.

Placuit autem certis rationibus in duas partiri sectiones, tum ob Ioānis euangelium, quod magna pro parte ad passionem usq; foliarium ingreditur, tum ob cōmodiorem pro concionatoribus libri partitionem & ordinationem. Siquidem à sacramenti festo ad ieiunij usq; tempus, uix unum aut alterum occurrit euangelium ex Ioanne legendum in ecclesia: quare aptissime cum passionis, resurrectionis, ascensionisq; historijs ordinari potest, cū per ieiunium, & intra pascha pentecostenq; maxime legantur.

Complectitur pars prima textum euāgelij inclusiue Matth. usq; caput. XXV. Marc. XIII. Luc. XXI. Pars secunda Ioannis per totum cum reliquo Matthæi, Marci, Lucæ & Ioannis, ad calcem usque.

ILLVSTRISS. PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO GVILLELMO DVCI, IVLIACENSI, GELRIENSI, CLIVENSI,

Montensi, Comiti Marcensi, Zutphaniensi, Rauenspurgensi, ac Domino in Rauestein, &c. F. Antonius Broickvvy à Koningstein,

S. D. P.



QVISQVIS PRIMItiuum Christianæ religionis statum, illustrissime princeps, huic nostro conferre studuerit, tanto interuallo distare pspiciet quanto lux ab umbra, immo à tenebris distat. Sic. n. commista cõfusaq́; sunt passim oĩa ut inter sacrũ & prophanũ iustum et iniustũ discernere nõ liceat. Siquidẽ fortitudo lex est iustitiæ, & qđ infirmũ est, inutile inuenitur. Tumultuaẽ puer cõtra senem, & ignobilis cõtra nobilẽ. Ambulãs recto itinere, & timens deũ, despicitur ab eo q̃ infami, gradiẽ uia. Derideẽ iusti simplicitas, lãpas contẽpta apud cogitationes diuitum, parata ad tp̃s statutum. Abundant tabernacula prędonũ, & audacter prouocant deũ, cum ipse dederit oĩa in manus eorꝶ. Tacet deus cõculcante impio iustiorẽ se. Incidimus in ea tp̃a, de quibus dñs conqueritur: Aduenam, inquit, calũniati sunt, pupillum & uiduam contristauerunt apud te, sanctuaria mea spreuistis, & sabbata mea polluistis. Cõiuratio ꝑphetarum in medio eius sicut leo rugiẽs, rapiensq́; prędam, aĩas deuorauerunt, opes et pretiũ acceperunt, uiduas eius multiplicauerũt in medio eius. Sacerdotes eius contẽpserũt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea, inter sanctũ & prophanum nõ habuerunt distantiã inter pollutũ & mundũ non intellexerũt, & à sabbatis meis auerterũt oculos suos, & coinquinabar in medio eorꝶ. Principes eius in medio illius, q̃si lupi rapiẽtes prędã, ad effundẽdũ sanguinẽ, ad perdendas aĩas, et auare sectanda lucra. Prophetę aũt eius, liniebãt eos absq; tẽperamento, uidentes uana, diuinantes ei mendacium, dicentes, hæc dicit dñs, cum dñs non dixerit: Populi terræ calumniabantur calumniã, & rapiebant uiolenter egenũ & pauperẽ affligebant, aduenã opprimebant calũnia absq; iudicio. Et quæsiui de eis uirũ qui interponeret sepem, & stare oppositus cõtra me ꝓ terra, ne dissiparẽ eam, & non inueni, & effudi super eos indignationem meam, in igne irę meæ cõsumpsi eos. O uere infelicissima & deploranda tp̃a. Vere à planta pedis usq; ad uerticẽ capitis nõ est sanitas. Hæreditas Christi uersa est ad alienos. Sed unde hæc tantorꝶ malorũ colluuies. Cum dormirent, inquit dñs, hoĩes, uenit inimicus qui superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Quare Apostolus adhortaẽ, dicens: Qui pręest in solicitudine. Et digne, nã peruigilare debet tanquã rõnem de aĩab⁹ subditorꝶ redditurus. O obstupescendũ honoris onus, de tot & tantorꝶ salute rõnem reddere. Quemadmodum. n. ex bona capitis dispositione, corporis salus depẽdet, sic ex præsidentiũ probitate & solicitudine, rei publicę profectus. Nam secundũ iudicem populi, sic et ministri eius, & qualis rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Vbi autem nõ est gubernator populus corruet, salus uero ubi multa cõsilia. Hinc Salomõ, quo feliciter concreditũ sibi populum gubernare posset, supplex dominum adijt, dicẽs: Ego, inquit, sum

Esa. 1 *Thren: 5* *Matt. 13* *Roma. 12* *Heb. 13.* *Eccl. 10* *Prouer. 11.*

puer paruulus, ignorans egressum meũ & introitũ, et seruus tuus in me
3.Reg.3 dio populi est, quẽ elegisti. Dabis ergo seruo tuo cor docile, ut populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonũ & malũ. Placuit sermo corã dño, & ait: Quia postulasti uerbũ hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, nec aĩas inimicorum tuorum sed postulasti tibi sapientiã ad discernendũ iudicium, ecce feci tibi secũdũ sermões tuos. Et dedi tibi cor sapiẽs et intelligens, intantũ ut nullus ante te similis fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed & hęc q̃ nõ postulasti dedi tibi, diuitias. s. & gloriã, ut nemo fuerit similis tui in regibus, cũctis re
Iosue.1. tro seculis. Si aũt ambulaueris ĩ uijs meis, & custodieris præcepta mea, sicut ambulauit pater tuus, lõgos faciã dies tuos. Sic populi sui ducẽ dñs Iosue successorẽ Mosi instituens, ait: Cõfortare & esto robustus ualde, ut custodias atq; facias oẽm legem quã præcepit tibi Moses seruus me⁹. Ne declines ab ea ad dexterã, uel ad sinistrã, ut intelligas cuncta q̃ agis. Non recedat uolumẽ legis ab ore tuo, sed meditaberis in eo dieb⁹ ac noctib⁹, ut custodias, & facias oĩa q̃ scripta sunt in eo, tunc diriges uiã tuam, & intelliges eã. Noli metuere, noli timere, q̃m tecum est dñs deus tuus, in oĩbus ad quęcunq; perrexeris. O uere felicẽ et inuictissimũ ducem, qui deũ in cunctis habet directorẽ. Vnde sapiens orat: Da mihi sediũ tuarũ assistricẽ sapientiã, & noli me reprobare à pueris tuis, q̃m seruus tuus ego sum, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, et exigui tpis, & minor ad intellectum iudicij & legũ. Mitte illã de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, ut mecũ sit, & mecũ laboret, ut sciã quid acceptũ sit apud te. Scit enim illa oĩa & intelligit, & deducet me in opib⁹ meis sobrie, & custodiet me in sua potẽtia, & erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum iuste, & ero dignus sediũ patris mei. Nec dissona decreuit inuictissimus ille Impator, et uere diuus Augustus Iustinianus dicens, Imperatoriã maiestatẽ non solũ armis decoratã, sed etiam legibus oportet esse ornatã, ut utrunq; tps, & bellorum & pacis recte possit gubernari, & princeps Romanus uictor existat, nõ solum hostilibus pręlijs, sed ẽt per legitimos tramites, calumniantiũ iniquitates expellat. Quorum utranq; uiã cũ summis uigilijs, summaq; prouidentia annuente deo pfecimus, uictorijs à cœlesti numine præstitis: Non sibi, sed ut decuit deo uictoriæ gloriã tribuit. Sic strenuus populi dei propugnator Dauid, dñi legem diligens, in Psal.118
ea meditabatur die & nocte, ac totus Psal.143
diuinæ nixus puidentiæ, ait: Benedi- 1.Regũ.17
ctus dñs deus meus, qui docet man⁹ meas ad præliũ, & digitos meos ad bellũ. Sic Goliadem illũ fortissimum proprijs uiribus cõfidentem aggressurus, dixit: Tu uenis ad me cũ gladio, & hasta, et clypeo, ego aũt uenio ad te in nomine dñi exercituum, dei Israel agminũ, quib⁹ exprobrasti hodie, & dabit te dñs in manu mea, & pcutiã te, & auferã caput tuum a te, et dabo cadauera Philistijm hodie uolatilibus cœli, & bestijs terrę, ut sciat oĩs terra, quia est dñs deus in Israel, & nouerit uniuersa ecclesia hęc, quia nõ in gladio, nec in hasta saluat dñs, ipsius. n. est bellum.. Vnde Sapiens: Prover.21
Equus paraĩ ad bellum, dñs aũt salu 1.Mach.3
tẽ tribuit. Facile aũt est cõcludi multos in manu paucorum, & non est differẽtia in cõspectu dei cœli liberare in multis, uel in paucis, q̃m non in mul
titudine exercitus uictoria belli, sed Exod.17
de cœlo fortitudo est. Sic Moses non Psal.146
ferro pugnãdo, sed precibus sanctis orando Amalech deuicit. Non. n. in fortitudine equi uoluntatẽ habebit dñs, neq; in tibijs uiri bñplacitũ erit

ei.

ei.Beneplacitum uero est dño super
timentes eũ,& in eis qui sperant sup
misericordia eius.Respicite,ait Sapi
ens, filij nationes hoĩum, qa nullus
Eccl 2. sperauit in dño.& cõfusus est.Quis
Danie.2 enim pmansit in mãdatis eius, & de
relictus est?aut qs inuocauit eũ, &
despexit illũ?Ipse.n.mutat tpa & ęta
tes,trãsfert regna atq; constituit,dat
sapientiam sapientibus,& scientiam
intelligentibus disciplinã.Regnũ ue
ro de gente transfert in gẽtem pp in-
iustitias,& iniurias,et contumelias,
ac diuersos dolos.Nã radices gentiũ
superbarũ arefecit deus,& plantauit
humiles ex ipsis gentib⁹.Sedes quo-
que ducũ superborũ destruxit deus,
& sedere fecit mites p eis. Sic & me-
moriã superborũ pdidit deus,& reli-
quit memoriã humilium sensu.Hinc
1.Reg.15 Saul à dño audiuit.Cũ esses paruu-
Eccle.10 lus in oculis tuis,caput in tribubus
Isael factus es. Pro eo ergo qđ abieci
sti sermonẽ dñi,abiecit te dñs ne sis
rex.Iudex ergo sapiens iudicabit po
pulũ suum,et principatus sensati sta
bilis erit.Sẽsati,inqt,principatus sta
bilis erit,nec mirũ ,quia erga oẽs se
debite gerit.Primo erga deũ reueren
1.Reg.2 ter.Vnde Heli dictũ est:Quicũq; ho
1.Para.22 norificauerit me,glorificabo eũ, qui
aũt contẽnunt me,erunt ignobiles.
Hinc Dauid filiũ suum Solomonem
successorẽ regni instituẽs,ait:Det tibi
dñs prudentiã & sensum, ut regere
possis Israel,et custodire legẽ dñi dei
tui,tunc.n.proficere poteris, si custo
dieris mãdata & iudicia q̃ præcepit
dñs.Quare dñs in lege, cõstituendo
regi pręcepit.Postq̃,inquit,sederit in
Deuter.17 solio regni sui,describet sibi Deutero
nomiũ legis huius in uolumine,acci
piens exẽplar à sacerdotibus Leuiti-
cę trib⁹,& habebit secũ,legetq; illud
oĩbus diebus uitę suæ,ut discat time
re dñm deũ suum,et custodire uerba
& ceremonias eius, q̃ in lege scripta
sunt.Nec eleuet cor eius in superbiã
sup fratres suos,neq; declinet in par
tẽ dexteram uel sinistram,ut lõgo tẽ
pore regnet ipse & filij eius.Scdo er- Proue.20.
ga subditum clemẽter. Misericordia 2.Reg.22
enim & ueritas custodiunt regẽ, & Eccl.32
roborat clementia thronus eius. Vn
de Dauid ait:Mãsuetudo mea multi
plicauit me. Hinc Sapiẽs hortat: Re-
ctorẽ te posuerũt, noli extolli,esto in
illis quasi unus ex ipsis, curã illorũ
habe,& sic considera, & oĩ cura tua
explicita recũbe,ut lęteris pp illos.
Tertio erga puersum potenter.Nam Prou.19
pestilente flagellato stultus sapiẽtior
erit,si aũt corripueris sapientẽ,intelli
get sapientiã.Abominabiles aũt regi
qui agunt impie, qm̃ iustitia firmat
soliũ eius.Nã rex q sedet in solio iu- Prou.16
stitię,dissipat oẽ malum intuitu suo. Prouer.20
Hinc Achab dictũ est.Quia dimisisti 3.Reg.20
uirũ dignũ morte de manu tua, erit Psal.100
aĩa tua pro aĩa eius,& populus tuus
pro populo eius. Ideo Dauid ait: In
matutino interficiebam oẽs pecca-
tores terræ,ut disperderem de ciuita-
te dñi oẽs operantes iniquitatẽ. Vn- Proue.25
de Sapiẽs:Aufer rubiginẽ de argen-
to,& egredietur uas purissimum, aufer
impietatem de uultu regis,& firma-
bitur iustitia thron⁹ eius. Quarto er
ga inimicũ prudenter:Vir.n.sapiens Proue.24
fortis est,& uir doctus,robustus, &
ualidus,quia cũ dispositione init bel
lum,& erit salus ubi multa cõsilia. Eccl.9
Hanc sub sole uidi sapientiã, & pro-
baui maximã,ciuitas parua,& pau-
ci uiri in ea,uenit contra eam rex ma
gnus,& uallauit eam,extruxitq; mu
nitiões p gyrũ,& pfecta est obsidio.
Inuentusq; est in ea uir pauper & sa
piens,& liberauit urbem p sapientiã
suã,& dicebam ego, meliorẽ esse sa-
pientiam fortitudine. Meliorq; est sa
pientia, q̃ arma bellica. Nam certa-
men festinatum incẽdit ignem, & lis Eccl.28
festinans effundit sanguinẽ.Quinto,
erga seipsum decenter quantũ ad ui-
ctum p sobrietatem.Beata .n. terra, Eccl.10

cuius rex nobilis est, & cuius principes uescunt in tẽpore suo, ad reficiendum, et non ad luxuriã. Vę aũt terrę, *Prouer.31* cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Noli ergo regib⁹ dare uinũ, quia nullũ secretum ubi regnat ebrietas, ne forte bibãt, & obliuiscant iudiciorũ, & mutent causam filiorũ pauperũ. Auditum per æquitatẽ, ne obtrectatorum adulationibus *Prouer.29* seducat. Princeps.n. qui libenter audit uerba mendacij, oẽs ministros habet impios. *Psal.100* *2.Reg 16* *Prouer.17* Detrahentem secretò proximo suo, ait Dauid, hũc psequebar. Et quidem digne, quia mendacio Sibę circunuentus, iniustam & impiã contra Mephiboseth, dñm ipsius, dederat sentẽtiã. Affatum per ueritatẽ. Non.n. decent stultum uerba cõposita, nec principem labiũ mentiens. *Eccl 9.* In manu artificũ opera laudabuntur, et *Eccl.4* princeps populi, in sapientia sermonis sui. *Eccl.37.* Actum p strenuitatem. *Eccl.22* Vnde sapiens: Noli citatus esse in lingua tua, & inutilis, et remissus in opibus tuis. Ante oĩa opera tua uerbum uerax pręcedat te, & ante oẽm actum consiliũ stabile. Sicut enim loramẽtũ ligneum colligatũ fundamento ędificij non dissoluit, sic & cor confirmatum in cogitatione consilij, & cogitatus sensati in omni tpe, uel metu nõ deprauabit. Ergo sine cõsilio nihil facies et post factũ nõ pœnitebis. *Eccl.32* Cũ fatuis aũt consiliũ non habeas, non.n. poterunt diligere, nisi quæ eis placent. *Eccl.8.* Et corã extraneo ne facias cõsilium, nescis enim quid pariet, nec oĩ homini cor tuum reueles, ne forte inferat tibi gratiam falsam, & cõuiciet tibi. Multi pacifici sint tibi, & cõsiliarius un⁹ de mille. *Eccl.16* Ideo à cõsiliario serua aĩam tuam, prius scito, q̃ sit illius necessitas, & quid ipse in aĩo suo cogitabit, ne forte mittat sudẽ in terrã, & dicat tibi bona est uia tua, & stet ecõtrario uidere quid tibi eueniat. Sed cũ uiro sancto assiduus esto, quẽcũq; cognoueris, obseruantẽ timorem dei, cuius aĩa est secundum aĩam tuam. Et cor boni consilij statue tecũ, nõ enim est tibi aliud plus illo, aĩa enim uiri sancti annũciat aliqñ uera, q̃ septẽ speculatores sedentes in excelso ad speculandũ. Et in his oĩbus deprecare altissimum, ut dirigat in ueritate uiam tuã. Ipse.n. ait: Meum est consilium, *Prouer.8* & æquitas, mea est prudentia & fortitudo, per me reges regnant, & legũ conditores iusta decernũt, p me principes imperant, & potentes decernũt iustitiã. Ipse nouit decipientẽ, & eum qui decipitur, adducit cõsiliarios in stultũ finẽ, & iudices in stuporẽ. *Iob.12* Dissipat cogitationes malignorũ, ne pos- *Iob.5.* sint implere manus eorũ, qd̃ cœperãt, *Prouer. 21* apprehenditq; sapiẽtes in astutia eo- *Hier 27* rum & consilia prauorũ dissipat. Nõ enim est sapientia, nõ est prudẽtia, nõ est consilium cõtra dñm. Ego feci, inquit, terrã & hoĩes, & iumenta quæ sunt super terram in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento, et dedi eã qui placuit in oculis meis. Nonnunq̃ tñ propter peccata populi deus regnare facit hypocritã. *Iob.34* Nam & interdũ homo dñatur homini in *Eccl.8* malum suũ. In manu enim dei pote- *Eccl.10* stas terrę, et execrabilis oĩs iniquitas *Deute. 34* gentium, & utilẽ rectorem suscitabit *Exod.3* super illã. Sic populi sui ex Aegypto *Deut.34* educendi, Mosen mitissimum, cui nõ *Iosue.1* fuit propheta similis, quẽ nosset dñs facie ad faciem, ducẽ instituit. Huic Iosue filius Nũ, uir oĩb⁹ numeris uitæ inculpatę successit, replet⁹ spiritu sapientię eo qd̃ Moses posuisset sup eũ manus suas. Hic forte filijs Israel terrã promissionis diuisit, sicut dñs promiserat, seruiuitq; Israel dño cũctis diebus Iosue, & seniorũ qui lõgo *Iosue.23* uixerant tpe post Iosue, & qui nouerant oĩa opera dñi q̃ fecerat in Israel. Quo mortuo & oĩ illa generatione, *Iudic.2* surrexerunt alij q non nouerũt dñm & opera q̃ fecerat cũ Israel, fecerũtq;

malũ in conſpectu dñi.& ſeruierunt
Iudic.17 Baalim,et dimiſerunt dñm deum pa
trum ſuorum.Cum.n.non eſſet rex
in Iſrael,unuſquiſq; quod ſibi rectũ
uidebat,hoc faciebat. Cito deſerue/
Iudic.2 rũt uiam,per quã ingreſſi fuerunt pa
tres eorum,& audientes mandata dñi,
oĩa fecere cõtraria;quare iratus dñs,
tradidit eos in manus diripientiũ,&
ſic afflicti(intellectum uexatione dã
te auditui Eſa.28)clamauerũt ad do
minũ.Cumq́; iudices ſuſcitaret eis,
flectebat miſericordia,& audiebat af
flictorum gemitus,& liberabat eos de
cęde uaſtantiũ. Subinde importuna
populi poſtulatione,à dño in regem
1.Reg.8.9 electus eſt Saul filius Cys,electus &
bonus,nec erat uir de filijs Iſrael me
lior illo.Ab humero & ſurſum emi-
1.Reg.16 nebat ſuper oẽm populum. Ab hoc
Actu.13 propter ſuperbiam & inobedientiã
erga deum,regnũ in Dauidẽ & eius
generationem deriuatum eſt,cui dñs
teſtimoniũ phibuit,d. Inueni Dauid
filium Ieſſe,uirum ſcdm cor meum,
qui facit oẽs uoluntates meas.In ip-
ſum.n.directus eſt ſpiritus dñi (un-
.Reg.16 ctione p Samuelẽ dñi mãdato facta)
Eccle.47. à die illa,& deinceps.Vnde de omni
corde ſuo laudauit dñm, & dilexit
deum,q fecit illũ,& ſtare fecit canto
res contra altare,& dedit in celebra-
tionibus deus et ornauit tpa uſq; ad
conſummationẽ uitę,laudare nomẽ
ſanctũ dñi.Poſt hunc ſurrexit filius
ſenſatus Salomõ,qui impauit in die
bus pacis,cui ſubiecit deus oẽs ho-
3.Reg.11 ſtes,ut conderet domũ nomini ſuo.
Sed mulierum amore,quanq; gloria
et diuitijs inclytus,ĩ ſenectute depra
uatus,maculã dedit in gloriam ſuã,
lapis offenſionis dñi Iſrael factus,ſa
crificia idolis exhibuit, & phana ędi
ficauit.Quã ob cauſam offenſus dñs
regno diſpartito,decẽ trib⁹ ſeruo ſuo
4.Reg.17 Hieroboã,filio Nabath tradidit.Nec
3.Reg.13 ipſe Hieroboã dñi legem cuſtodiuit,
4.reg.17 ſed peccare fecit Iſrael peccatum ma-
gnũ,ſeparãs à dño.Neq; correptus p
prophetas,reuerſus eſt de uia ſua peſ
ſima, ſed fecit de nouiſſimis populi
ſacerdotes excelſorum. Huius ĩpietatẽ
cęteri reges cũ populo imitati,dñi p
pphetas monita deridebant,donec fi
naliter deſtructi,& de terra ſua tranſ
lati fuerũt. Sed nec Iuda cuſtodiuit
mãdata dñi dei ſui,ſed ambulauit in
uijs Iſrael & errorib⁹.Ipſe.n. Roboã 3 reg.11
malũ fecit(a quo et decẽ tribus deſci 2.Par.11.
uerãt,eo q ſenũ relicto cõſilio, dura
populo reſpõderat,iuuenũ cõſilio, q
ſecũ nutriti fuerant,ſeductus) nec p̃-
parauit cor ſuũ,ut q̃reret dñm.Sic ui
ciſſim impijs pij,ſceleſtis pbi ſucceſ-
ſere,q collapſa reſtaurarũt,errãtesq́;
ad legẽ dei,& cultũ reuocarũt, qbus
dñs,quãtũcunq; uiribus imbeciles,
et numero pauci eſſent,deſpatis in re
bus uictorioſe ſemp adfuit ac ſtupẽ/
de.Tãdẽ ſuccreſcẽtib⁹ dietim malis,
cũ malitia bonitatẽ uinceret,& ĩpie-
tas pietatẽ excluderet,ſub rege Ma/ 4.reg.21
naſſe,q Hieruſalẽ ſanguine pphetarum
ad os impleuit,tẽplũ & oĩa ſacra,p-
phanauit,idololatriã induxit, & de-
mũ ſub Zedechia q cũ uniuerſis prĩ-
cipib⁹ ſacerdotũ,& populo p̃uarica 2.Par.36
tus eſt inique iuxta uniuerſas gentiũ
abominationes,domũ dñi polluẽdo
quã ſanctificauerat ſibi in Hieruſalẽ,
nũcios dei ſubſannãdo,dei ſermones
ſpernẽdo,pphetas illudẽdo,furor dñi
aſcẽdit ĩ ppl̃m,ut nulla eſſet curatio,
et circũferret in Chaldęos.Poſtremo
loco ppl̃m ſuum de manu tyrannorum
& gentiũ per ſtrenuos illos Macha 1 Mach.3
bęos uindicauit,qui gẽtibus cęſis,tẽ 1.Mach.13
plũ mundarũt & ſanctificauerũt, ha
bentes pacis tpe ſolacio ſanctos li-
bros,quierãt in manib⁹ ipſorum.Oĩ.n. Eccl.8
negotio tp̃s eſt & opportunitas.Nõ
ergo ociũ per dei adiutoriũ nactum
uoluptati,ſed pietati dedicauere. Vo
luptas enim ſpiritũ reſoluit,& à deo
diſſũgit.Incraſſatus,inqt,eſt dilect⁹,
& recalcitrauit,incraſſat⁹,ĩpinguat⁹,

dilatatus, dereliquit deum factorem suum, et recessit à deo salutari suo. Et
Deut. 32 dominus. Magnificati sunt et ditati,
Hiere. 5 incrassati & impinguati, prætererũt
1. Tim. 4 sermones meos pessime. Pietas autẽ
Esa. 1 ad oĩa, ualet, promissionem habẽs uitæ quæ nunc est & futuræ. Si uolueritis & audieritis me, ait dominus, bona terræ comedetis, quod si nolueritis & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit uos. Summa itaq; dei populus uigilantia, secundũ dei legem in uitæ uiam & iustitiæ dirigendus, ne iram dei præuaricando
2. Para. 17 in se prouocet. Sic sanctus ille rex Iosaphat sacerdotes misit, qui docebãt populum in Iuda, habentes librum legis domini, & circumibant cũctas urbes Iuda, atq; erudiebant populũ. Fuit itaq; dominus cum eo, quia ambulauit in uijs Dauid patris sui. Sic & per ciuitates iudices constituit, pcipiens eis: Videte, inquit, quid facia
2. Para. 19 tis, non enim hominis exercetis iudicium sed domini, & quodcunq; iudicaueritis in uos redũdabit. Sit timor domini uobiscum, & omnia cum diligentia facite, non enim est apud dominum deum nostrũ iniquitas, nec personarũ acceptio, nec cupido munerum. Nec minora ob auitas in te pgenitorum dotes, illustrissime princeps expectamus, qui fidei constantia, ac longanimi patientia semper illustrissime triumpharunt, studiosissime inuigilantes, ne domini uineam aper de sylua exterminaret, aut singu Psal. 79.
laris ferus depasceretur. Nouerant Canti. 2
enim capiendas uulpes paruulas, q̃ demoliuntur uineas. Id quidẽ eo facilius pręstare poteris clarissime P. qd ab infantia sacras literas imbibisti q̃ te instruere possunt ad salutem. Omnis enim scriptura diuinitus inspira- 2. Timo. 3
ta utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut pfectus sit homo dei ad omne opus bonũ instructus. Haud igitur inauspicato in mentem uenit quo tuæ celsitudini hunc meũ quantulumcunq; laborem, quem in monotesseron euangeliorum, e ueterum & neotericorum pijs scriptis elucidandum multorum rogatu assumpseram, fidenter dedicarem, plenissime agnoscens minime displicere magnitudinis tuæ pietati, quicquid in Christianæ religionis profectum & dei gloriam in lucem uenit, cui illustrissima tua cellitudo, cum cõcredito sibi populo felicissime sit commendata Neomagij die tertio Augusti.

INDEX EVANGELICI TEXTVS,

IVXTA CVIVSQVE EVANGELISTAE ET CAPITVM *& materiæ ordinem. Textu itaq; uel eius summario posito, numerus cum abecedarij litera adijcitur, certum determinans inueniendi locũ. Exempli causa, Matt.1. Liber generationis, siue de genealogia Christi.1.art.7.i. hoc est, parte prima, articulo (nam unaquæq; partium in articulos diuiditur) septimo, litera i, usq; ad literam k. Sin uero litera sine numero ponatur, indicat textum ipsum sub articulo proximo antecedenti contineri, Vt Ioan.12. Nunc iudicium est mundi.a. hoc est, sub articulo.23. partis secundæ. Item Matth.28. De manifestatione domini in Galilæa.t. hoc indicat sub articulo.36. partis secundæ reperiendum. Nam primus numerus partem, secundus uero articulum determinat, ar. articulum, litera initium textus usq; ad proxime sequentem designat.*

MARCI TEXTVS.

LVCAE TEXTVS.

IOANNIS TEXTVS.

INDEX EVANGELIORVM ecclesiastica ordinatione, sacris in ædibus, tam dñicis q̃ quadragesimæ & diuorum ferijs, necnon defunctorum memorijs prælegendorum, textus initiũ finemq́ cõplectẽs, determinatumq́ locum, & numero & litera ostendens.

Dominica aduentus prima.

Sabbato. Homo quidam habuit duos. Luc.15.& inuentus est.1.ar.82. m
Dñica tertia.Erat Iesus eijciens.Luc.11. & custodiunt illud.1.ar.49. b
Feria secunda.Quanta audiuimus.Lucæ.4.per medium illorum ibat.1.ar.19. c
Tertia. Respiciens Iesus in discipulos, di.Simo.Petr.Matth.18.septuagies septies.1.ar.13.z
Quarta.Accesserunt ad Iesum Hieroso. Matt.15.coinquinant hoiem.1.ar.61.h
Quinta.Surgens Iesus de synagoga intra.Lucæ.4.euangelizare regnũ Dei. 1.ar.23.l
Sexta. Venit Iesus in ciuitatẽ Samariæ. Ioan.4.saluator mundi.2.ar.7.m
Sabbato.Perrexit Iesus in montẽ.Ioã.8. noli peccare.2.ar.14.h
Dñica quarta. Abijt Iesus trans mare. Ioan.6.est in mundum.1.ar.45.f
Feria secunda.Propè erat pascha.Ioã.2. quid esset in homine.2.ar.4.g
Tertia.Iam die festo mediante. Ioan.7. multi crediderunt in eum.2.ar.13.e
Quarta. Prgteriens Iesus uidit. Ioan.9. procidens adorauit eum.2.ar.17. n
Quinta.Ibat Iesus in ciuitatem.Luc.7. uisitauit plebem suam.1.ar.29.h
Sexta.Erat quidam languens. Ioan.11. crediderunt in eum.2.ar.20. f
Sabbato. Ego sum lux.Ioan 8. uenerat hora eius.2.ar.15.i
Passionis.Quis ex uobis arguet. Ioã.8. de templo.2.ar.16. m
Feria secũda.Miserũt principes & pha. Ioan.7.credentes in eum.2.ar.13. f
Tertia.Ambulabat Iesus in Galilæa.Ioan.7.metum Iudæorum.2.ar.13. d
Quarta.Facta sunt encenia. Ioan.10 & ego in patre.2.ar.19. e
Quinta. Rogabat Iesum quidam pharisæus.Luc.7.uade in pace.1.ar.41. b
Sexta.Collegerunt pontifices &.Ioã.11. cum discipulis suis.2.ar.21.t
Sabbato.Subleuatis oculis. Ioan.17. & ego in ipsis.2.ar.29.u
Palmarũ.Cũ appropinquaret. Matt.21. in nomine domini.1.ar.98.g
Feria secunda.Ante sex dies paschæ.Ioan.12.abscondit se ab eis.2.ar.23.x
Cœna domini.Ante diem festũ.Ioan.13. ita & uos faciatis.2.ar.26.e
Passio domini.2.ar.30.
Dñica resurrectionis.Maria Magdale. Mar.16.dixit uobis.2.ar.23.h
Feria scda.Duo ex discipulis ibãt. Lucæ.24.in fractione panis.2.ar.37. o
Tertia.Stabat Iesus in medio.Lucæ.24. in omnes gentes.2.ar.37.o
Quarta.Manifestauit se Iesus. Ioan.21. à mortuis.2.ar.37.q
Quinta.Maria stabat ad monumentũ. Ioan.20. & hæc dixit mihi.2.ar.37.l
Sexta.Vndecim discipuli. Matth.28.ad cõsummationem seculi.2.ar.37.t
Sabbato.Vna sabbati.Maria. Ioan.20. 2.ar.37.k
Dominica prima post Pascha. Cũ sero esset.Ioan.20.noie eius.2.ar.37.p
Secũda.Ego sum pastor. Ioan.10. unus pastor.2.ar.38.p
Tertia.Modicum &.Ioã.16.tollet à uobis. 2.ar.29. f
Quarta. Vado ad.Ioan.16. annuntiabit uobis.2.ar.29.r
Quinta.Amen amẽ dico uobis, siquid petit.Ioan.16.Deo exiui.2.ar.29.t
Rogationum.Quis uestrum ha.Luc.11 petentibus se.2.ar.55.u
Ascensionis. Recũbentibus undecim. Mar.16.sequentibus signis.2.ar.38. u
Dñica post Ascensionẽ. Cũ uenerit pa. Ioan.15.dixi uobis.2.ar.29.q
Pentecostes. Siquis diligit.Ioan.14. sic facio.2.art.29.m
Feria secũda.Sic Deus dilexit mũdum, Ioan.3.in Deo sunt facta.2.ar.5.i
Tertia.Amen amẽ dico uobis. Qui nõ intrat.Ioan.10.abundantius habeant. 2.art.18.o
Quarta. Nemo potest uenire. Ioan.16. pro mundi uita.2.ar.12.z
Quinta. Conuocatis Iesus discipulis. Luc.9.curantes ubiq;.1.ar.39.f
Sexta.Factum est in una dierum.Luc.5 mirabilia hodie.1.ar.33.m

Annũciationis. Missus est angelus. Lucę.1.uerbum tuum.1.ar.4.f

Visitationis. Exurgens Maria abījt. Lucę.1.salutari meo.1. ar.5.g

Assumptiõis. Intrauit Iesus in. Lu.10 non auferetur ab ea.1.ar.54.t

Natiuitatis, Pręsentatiõis, Cõceptionis. Liber gñatiõis Iesu xpi filīj Dauid Mat.3.q uocat Xp̄s.1.ar.7.1

Compassionis. Stabat iuxta crucē Ioan.19.in suam.2.ar.35.f

Gaudiorum, sicut Assumptionis

In commemoratione uirginis. Extollēs uocem. Luc.11.& custodiunt illud.1.ar.49.m

Placuit & gñatim aliqua in cõmuni ponere cum uarījs in locis, & euangelica, in diuorũ memorījs uarienť.

In ferījs apostolorum.

Misit Iesus duodecim Mat.10.gratis date.1.ar.37.f

Hoc est præceptũ meum. Ioãnis.15. meo det uobis.2.ar.29.o

Hæc mando uobis Io.15.me gratis.2 ar.29.p

Ego sum uitis uera Io.15. fiet uobis. 2.ar.29 h

Ecce ego mitto uos Matt.10. saluus erit.1.ar.9.t

Euangelistarum.

Designauit domi. Luc.10. mercede sua.1.ar.47.z

Vnius martyris.

Siquis uult uenire Matth. 16. regno suo.1.ar.68.q

Nihil optũ Mat.10.ī cœlis ē.1.ar.39.u

Attendite à fermento. Lucæ.12. angelis dei.1.art.76.c

Mart. Pont.

Homo q̃ nob. Luc.19.ab eo.1.ar.96.k

Martyrum.

Descendens Iesus de. Lu.6. multa est in cœlo.1.ar.26.a

Cum audieritis prælia Luc.21. aīas uestras 1.art.112.i

Nolite arbitrari quia Mat. 10. mercedem suam.1.ar.39.x

Væ uobis q ędifi. Luc.11. accusarent eum.1.ar.110.d

Respondens Iesus, d. Cõfiteor Mat. 11. onus meum leue.1.ar.52.q

Sedente Iesu super montem Mat.24 saluus erit.1.art.112.h

Videns, sicut omnium sanctorum.

Confessorum Pont.

Vos estis sal. Mat.5.ĩ cœlis.1.ar.26.p

Homo quidam peregre. Mat. 25. domini tui.1.ar.115.r

Non Pont.

Sint lumbi. Lu.12. filius hominis ueniet.1.art.114.o

Videte, uigilate. Mat.13. omnibus dico uigilate.1.ar.114.n

Nemo accendit lucernam Lu. 11. illuminabit te.1.art.51.o

Nolite timere pusillus grex. Lucę.12 cor tuum erit.1.art.77.e

Siquis uenit ad me & non. Luc.14. discipulus.1.art.88.x

Virginum.

Simile est regnum cœlorum Mat.25 nec horam.1.art.115.q

Simile est regnũ cœlorum thesauro Mat.13.& uetera.1. ar.60.g

Viduæ.

Sedente Iesu cõtra gazophi. Mar.12 uictum suum.art.111.f

Memorījs defunctorum.

Dixit Martha. Io.11. mũdum uenisti. 2.ar.20.f

Sicut pater suscitat. Ioan.5. in uitam æternam.2.art.9.q

Amē amen dico uobis, q̃a uenit. Io.5 resurrectionem uitæ.2.art. 9.q

Oē qđ dat. Io.6. nouissimo die.ar.12.x

Tempore angustiæ.

Amē amen dico uobis, quia plorabitis. Io.16. nemo tollet à uobis.2.ar. 29.f.

INDEX RERVM.

FINIS.

ENARRATIONVM IN MATTHAEVM, MARCVM, ET LVCAM, PARS PRIMA.

De euangelij promissi exhibitione & energia,
ARTICVLVS I.

A MPLETVM EST tẽpus, appropinquauit regnũ dei, pœnitemini & credite euãgelio, Marci.1. Sapiẽtia diuina attingẽs à fine usq; in finẽ fortiter, omnia disponens suauiter, Sap.8. in numero, mensura, & pondere, Sap.11. nihil unquã inordinatum reliquit. Nam angelũ ipsum ab ordine subiectionis deficiẽtem, in locum hunc caliginosum deiecit & inordinatum. Esa. 14. Quomodo cecidisti lucifer, qui mane oriebaris? Lucæ.10. Videbam satanã ranquam fulgur de cœlo cadẽtẽ. 2. Pet.2. Deus angelis peccãtibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarũ tradidit cruciãdos in iudiciũ reseruari, exemplum eorũ qui impie acturi sunt ponẽs. Finaliter cum suis deijciet in locũ horroris omnis & inordinationis, Iob.10. Matth.25. Ite maledicti in ignem ęternũ, qui paratus est diabolo et angelis ei⁹. Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatẽ suã qua dilexit nos, cũ essemus mortui peccatis, conuiuificauit in Christo Ephe.2 Nam inuidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum, Sapient.2. Deus enim mortẽ non fecit, nec lętatur in perditione uiuorum, impij aũt manibus & uerbis accersierunt illã, Sap.1 Hinc Adamus primus noster parẽs, diuinæ nõ obtemperãs ordinationi, e paradiso in huius mundi ergastulũ conjectus, Gene.3. in æterna finaliter tradendus tormenta seruabatur, nisi diuina benignitas per filium subuenisset. Vnde Osee.13. Perditio tua Israel, tãtummodo in me auxilium tuũ. Hoc est quod saluator ait, Impletũ est tempus. Vbi tria insinuantur:
Diuini promissi completio.
Regni supni exhibitio, ibi: Appropĩ.
Sacri euãgelij susceptio, Pœnitemini.

Quantum ad primũ, tria notãda. 1
Primum, debita prænuntiatio. Nam quemadmodum euangelium p discipulos de mandato domini denuntiatum, sic per prophetas prænuntiatũ. Rom.1. quod ante promiserat per ꝓphetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Amos.3. Nõ faciet dñs deus uerbum, nisi reuelauerit secretũ suũ ad seruos suos prophetas. Vnde 1.Pet.1. de qua salute exquisierunt & scrutati sunt prophetę, qui de futura in uobis gratia prophetauerũt, scrutantes in quod uel quale tẽpus, significaret in eis spiritus Christi, prænuntiãs eas q̃ in Christo sunt passiones, et posteriores glorias. Nisi enim calamitosus ille Adamus, morti alioqui per peccatũ destinatus, promissione euangelij solatus fuisset Gene.3. Ipsum (inquit deus) cõteret caput tuũ, haud dubie perisset ac penitus desperasset. Sic erigitur Abrahã, dum promittiẽ semen, in quo benedicẽdę gentes Gene.22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Gala.3. In semine tuo, qui est Christus. Sic p Mosen ꝓphetam promisit Deut.18. Prophetã de gente tua & de fratribus tuis, sicut me suscitabit dominus deus tu⁹, ipsum audies.

Feruida expostulatio. Summo .m. 2
studio, Christi patres flagitabãt aduentũ, qui unica oium salus & spes et desideriũ. Hinc Iacob Gene.49. Salutare tuũ expectabo domine. Quã aliã, nisi euãgelicã lucẽ & ueritatem

expostulabat Dauid (immo ipsum Christũ,qui dicit:Ego sum lux mũdi,Io.8.Ego sum uia,ueritas,& uita, Io.14.)dicens psal.42.Emitte lucem tuã,Matt.4.Populus q ambulabat in tenebris,uidit lucẽ magnam.Gẽtes siquidẽ,tenebris habuerunt obscuratũ itellectũ,Eph.4. Obscuratũ enim est insipiens cor eorꝝ,Ro.1. Iudæi uero cęci & duces cęcorꝝ, Ro.2. Mat.15.sequit,Et ueritatẽ.Io.17. Sermo tuus ueritas est. Ipsa(inquit)me de duxerunt. Nã sine ipsa luce,error Esa.53.Oẽs nos quasi oues errauim⁹ unusquisq; in uiẽ suam declinauit. Mat.9.Vidẽs Iesus turbas,misertus est eis,quia erãt uexati & iacentes sicut oues nõ habentes pastorem. Tobiæ.4.Omni tpe benedic deum, & pete ab eo ut uias tuas dirigat. Sed quò deduxerunt & adduxerunt?in montẽ,inquit,sanctum tuũ,euangelicæ eminentiæ.Esa.2. Venite,ascendamus ad montem dñi & ad domũ dei Iacob,& docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius. Et in tabernacula tua.Hęc sola deducit & adducit in ęterna tabernacula.Luca.16.Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cũ defeceritis, recipiant uos in ęterna tabernacula. Ideo Esa.64.Vtinam dirumperes cœlos & descenderes, à facie tua montes defluerent.

3 Grata cõsummatio.Eccl.8. Oĩ negotio tẽps est & opportunitas. Hoc ergo erat tẽps quod Abrahã uidere cupiebat.Io.8 Abrahã pater uester exultauit ut uideret diẽ meũ:uidit, & gauisus est.Luc.10 Multi reges & prophetę uoluerũt uidere q̃ uos uidetis, & nõ uiderunt.Prœierat tẽps creationis,Gen.1.In principio creauit deus cœlũ & terrã.Hebræ.1. Per quẽ fecit & secula.Tẽps retributionis erit.Eccles.12.Cuncta q̃ fiunt,adducet dñs in iudicium.Mat.16.Filius hominis uenturus est in gloria patris cũ angelis suis,& tunc reddet unicuique secundũ opera sua. Recreationis & restaurationis nunc est. Iaco.1.Voluntarie.n. genuit nos uerbo ueritatis, ut simus initium aliqđ creaturę eius 1.Cor.4. In Christo Iesu p euãgeliũ ego uos genui.De hoc tpe Gal.4.At ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum,factum ex muliere,factum sub lege,ut eos qui sub lege erãt redimeret,ut adoptionẽ filiorũ reciperemus.Dicit plenũ, ob plenitudinem iniquitatis & iniustitiæ. Ro.3.Oẽs peccauerunt,& egent gloria dei.Nã gẽtes deũ, etsi cognitum, nõ glorificauerunt, aut gratias egernnt,sed in idololatriam lapsi, infandis criminib⁹ immersi fuerunt.Ro.1 Iudæi uero p præuaricationem legis deũ inhonorauerũt,Ro.2.Sic.n. primum Christi aduentũ abundantia occupauit uitiorꝝ, quemadmodũ secundũ Io.3.lux uenit in mundum,et dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucem.erant.n.eorꝝ mala opera. Mat.24.Et qm̃ abũdabit iniquitas, refrigescet charitas multorꝝ.Secũdo ob legis suppetionem.Heb.7. Nihil ad perfectũ adduxit lex.Matt.5.Nõ ueni soluere legẽ,sed adimplere.Euãgelium.n.non solũ est promissio gratię,alioqui legi non pręstaret,sed magis exhibitio,ostẽsio,reuelatio. Ro.1 Iustitia.n. in eo reuelatur ex fide in fidẽ,quæ ante per legẽ promittebat, uarijs adumbrata figuris.Porro omnium illarũ pignus atq; impletio est Christus,qui in hoc uenit in mũdũ, ut legis inopiam sua munificẽtia adimpleret,& ut cõcussas ac confusas per legem conscientias (nam lex irã operatur,Ro.4.)erigeret,subleuaret. Ro.10.Finis legis Christus, ad iustitiam oĩ credẽti.Luc.16.Lex & pphetę usq; ad Ioãnem.Tertio, ob gratiæ Christi redundantiã.Ioã.1.Vidimus gloriã eius, gloriã quasi unigeniti à patre,plenũ gratię et ueritatis.de ple

nitudine eius omnes nos accipimus Col.2. In ipso sunt oẽs thesauri sapiẽtię & sciẽtię absconditi: quia in ipso inhabitat ois plenitudo diuinitatis corporaliter Hinc ergo nobis hauriẽdũ. Io.7. Qui sitit, ueniat ad me & bibat. Qui .n. ex trãsitoria hac biberit aq, sitiet iterũ, Ioã. 4. Quarto, ob glorię pmanentiã. Io.16. Petite, et accipietis, ut gaudiũ uestrũ sit plenũ. Esa. 35 Lętitia sempiterna sup capita eorũ: gaudiũ & exultationẽ obtinebunt. Mat.13. Fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eorũ. Fulgebunt nedũ aĩa, sed et corpore. Phil.3. Saluatorẽ expectamus dñm nostrũ Iesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis

B nrę cõfiguratũ corpori claritatis suę.

Quo ad scdm, dicit Mic.4. In die illa dicit dñs, cõgregabo claudicãtẽ, & eã quam eiecerã, colligã: & quam afflixerã, consolabor: & ponã claudicantẽ in reliquias, & eã q̃ laborauerat, in gentẽ robustã: et regnabit dñs super eos in mõte Siõ, ex hoc nũc & usq; in æternũ. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, ad te usq; ueniet, et ueniet potestas prima, regnum filiæ Siõ. De hoc regno tria ponuntur.

1 Exhibitionis certitudo, Appropinquauit. Iã adest. O uerbũ super mel dulce. Si pphetę sup mel dulcia, diuina fuere eloquia in pmissiõe(Psa.118 Quàm dulcia faucib⁹ meis eloquia tua, sup mel ori meo) qd in exhibitio ne? Nã patribus promissum, nũc aũt exhibitum. Iacob ait Gen.49. Nõ auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gẽtiũ. Abac 2. Quia adhuc uisus pcul, apparebit in finẽ, & nõ mentiet. Si morã fecerit, expecta illũ: quia ueniẽs ueniet, & nõ tardabit. Aggei.2. Adhuc unũ modicũ est, dicit dñs, & ego cõmouebo cœlũ & terrã, mare et aridã & mouebo oẽs gentes, & ueniet desideratus cunctis gentib⁹. Sed audiamus Apostolũ Heb.1. Multifariam multisq; modis olim deus loquens patrib⁹ in pphetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quẽ cõstituit hęredẽ uniuersorũ. Sed qd pater Matt.3. Hic est fili⁹ me⁹ dilectus, in quo mihi cõplacui, ipsum audite, Mat.17. Appropinquat, iquit. Quid? Regnũ dei, Mat.11. Regnũ cœlorum uim patitur, & uiolẽti rapiunt illud. Sequitur ergo secundo.

Acquisitionis aptitudo. Primo homini dictũ fuerat post pͮuaricatiõis culpã. Ge.3. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis dieb⁹ uitę tuę. Spinas et tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terrę. in sudore uult⁹ tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terrã de q̃ sumptus es: qa puluis es, et in puluerẽ reuerteris. O q̃ graue iugũ sup filios Adę à die exitus de uẽtre matris eorũ, usq; in diẽ sepulturę in matrem oium, Eccl.40. Nunc aũe ait, Appropinquauit regnũ. Quis unquã tantã erga nos dei pietatẽ credere potuisset aut sperare? q̃ ex iræ filijs (Eph.2. Eramus natura irę filij, sicut & cęteri) filios fecit dei & hæredes regni. Ro.8. Qd si filij, & hęredes. Ex exulibus, ciues et domesticos dei Eph 2 Nõ estis hospites et aduenę, sed estis ciues sanctorũ & domestici dei. Ex captiuis et seruis, liberos. Io.8. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Et qd oium maximum, ex mortuis uiuos. Ioã.5 Amen amen dico uobis, quia uenit hora & nunc est, quando mortui audiẽt uocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Immo Ioan.8. Siquis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Sed quis est qui tanta promittit? Ipsa ueritas Ioã. 14 Ego sum uia, ueritas & uita. Sed quibus? Nũ iustis tantum? Absit. Ro.3. Causati sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse, sicut scriptũ est Psal.13. Quia nõ est iustus q̃quã,

non est intelligens, non est requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt. Hinc dñs Matt.9. Non ueni uocare iustos, sed peccatores, &.15. Nõ sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Luc.19. Venit filius hominis quęrere et saluũ facere quod perierat. 1. Timoth.1. Fidelis sermo & omni acceptiõe dignus, quia Christus Iesus uenit in hũc mũdum peccatores saluos facere, quorum ego primus sum.

Venit enim peccatores uocare ad pœnitentiam Luc.5. Tertium.

Possessionis pulchritudo. Cœlorꝝ, inquit, non terrenorꝝ. Esa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducię, in requie opulenta. O uere euãgelicum pręconiũ, quale nec ipsis intimis dei amicis cõtingit. Abrahę dictum erat Gene.13. Oẽm terram quam conspicis, tibi dabo & semini tuo. Itidẽ Iacob Gene.28. Terram in qua dormis, tibi dabo & semini tuo, eritq́ꝫ semen tuũ quasi puluis terræ. Sic legem obseruantibus terrenorꝝ promittitur abũdantia Leui.26. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo uobis pluuias temporibus suis, et terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. dabo pacem in finibus uestris, auferã malas bestias. & gladiꝰ non trãsibit terminos uestros. respiciam uos, & crescere uos faciã, & firmabo pactum meũ uobiscum. Esa.1. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Nusquam audis regni cœlorum fieri mentionem, taceo quod appropinquauerit. Nũc uero cum regni cœlestis acceptione adijciuntur & cætera, tanq̃ minutiora. Mat.6. Quærite primum regnum dei & iustitiam eius, & hęc omnia (q̃ præmiserat ad uictũ uestitumq́ꝫ spectantia) adijcientur uobis. Erat hic in mundo regnum tyrannicum, non iuridicum, sed usurpatum. Luc.14. Dixit autẽ illi diabolus: Tibi dabo potestatem hãc uniuersam, & gloriam illorũ, quia mihi tradita sunt: & cui uolo, do illa. Iob.41. ipse est rex super omnes filios superbiæ. Hinc principes et rectores dicuntur tenebrarum harum. Eph.6. Sed per Christum subuersum 10.12. Nunc iudicium est mũdi, nunc princeps mundi huius eijcietur foras, &.16. Princeps mundi huiꝰ iam iudicatus est. Luc.11. Cum fortis armatus custodit atrium suũ, in pace sunt omnia: si autem fortior eo superueniens, uicerit eum, uniuersa arma eius auferet in quibus fidebat, & spolia eius distribuet. Erat & per hũc inductum regnum peccati & mortis. Ro.5. Regnauit mors ab Adam usq; ad Mosen, etiam in eos qui non peccauerunt (actualiter scilicet) in similitudinem pręuaricationis Adę, qui est forma futuri. e1.6. An nescitis, q̃m cui exhibetis uos seruos ad obediendũ, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? Ioã.8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Vtroq; hoc regno destructo ac debilitato, Christꝰ suũ induxit, Rom.5. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, ut sicut regnauit peccatũ in mortem, ita & gratia in uitam æternam, per Iesum Christum dñm nostrum. Rom.6. Nõ ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis cõcupiscentijs eius. Sed neq; exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete uos deo tanq̃ ex mortuis uiuentes, & membra uestra arma iustitiæ deo. Accipitur regnum cœlorum siue dei (quod idem est, ut patet Mat.10. Mar.6. & Luc.9. Nam quod Matthęus & Marcus regnum nominant cœlorum, id Lucas regnum dei) quandoq; pro Christo. Luc.17. Regnum dei intra uos est. Aliquando pro euangelio. Mat.13. Simile

est regnum cœloru sagenæ. Item fermēto. Nonnunquā pro ecclesia. Matthæ.22. Simile est regnum cœlorū homini regi, qui fecit nuptias filio suo. 25. decem uirginibus. Vltimo, pro regno superno. Mat.8. Luc.13. Dico autem uobis, q multi ab oriente & occidente uenient, et recumbēt cū Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum, filij autem regni eijcietur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dētium. Mat.25. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnū à constitutione mundi. Iam ergo instat regnum cœlorum, quod cū nulli sit claudendum, nullis tamē patebit, nisi puris & cœlestia quærētibus, & quicquid est terrenarum cupiditatū amputantibus. Vnde sequitur Pœnitemini, &c

C Quo ad tertium, dicit Apostolus 1.Cor.15. Notum uobis facio fratres euangelium, quod prædicaui uobis, quod & accepistis, in quo statis, per quod & saluamini. Notāter dicit, qđ accepistis, in quo statis. Si enim salutem quærimus, non sufficit audire euangelium, sed accipiendum per fidem, & in ipso stādum per operationem. Non enim auditores legis iusti sunt apud deū, sed factores legis iustificabuntur. Tria ergo exiguntur.

1 Primum, Iniquitatis reiectio. Credite, inquit, euangelio, sed prius resipiscēdum iussit, d. Pœnitemini. Et merito quidem: nam omnes prius carnē sapiunt q̃ spiritum: & ea quæ hominum sunt, auidius amplectuntur q̃ quæ dei. Nec forsan nulla causa, cum hæc sint supra hominem, illa secundum hominē. Ergo ab illis resipiscendum, & caro & ea quę hominū sunt, reijcienda, ut credere possimus euangelio. Malitia siquidem excæcat Sapien.2. Hinc.2.Cor.4. Quod si etiam opertum est euangelium nostrum, in his qui pereunt est opertum, in q̄bus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi. Et dominus Io.5. Quō uos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo deo est, non quæritis? &. 7. Siquis uoluerit uoluntatē ei᷒ facere, cognoscet de doctrina utrū ex deo sit. Vnde de Iudæis dicit Apostolus.2. Cor.3. Vsq; in hodiernum diem uelamē in lectione ueteris testamenti manet nō reuelatum, quod in Christo euacuatur: sed usq; in hodiernum diem cum legitur Moses, uelamen positum est super cor eorū. cum autem conuersus fuerit ad deum, auferetur uelamen. Sic & de gentibus Rom.1. Qui cum cognouissent deū, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerūt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiēs cor eorum. Ideo Esa.28. Quē docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditū? Ablactatos à lacte, auulsos ab uberibus. 1.Cor.2. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, q̄m spiritualiter examinatur. spiritualis autem dijudicat omnia.

2 Secundum, Voluntatis subiectio. Credite, inquit. Non proponit Christus dux uitæ, & eiusdē largitor ęternæ, intelligendum euāgelium. sed credendum, cum pleraque contineat, & hæc non pauca, quę transcendunt intelligentiæ non modo nostræ, sed & omnis quæ deo coniuncta nō est, captum. Esa.7. Nisi credideritis, nō intelligetis. 2.Cor.10. In captiuitatē redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Hinc consequitur.

3 Tertium, Veritatis affectio. Ioā.18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimoniū perhibeam ueritati. Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam. Haud ergo parum profuerit nosse quale & quid sit euangeliū, quæ'ue eius energia &

uirtus. Ro. 1. Nō erubesco euangeliū. uirtus enim dei est in salutē omni credenti. Nā ut incredulis & impĳs res est ridicula & friuola, ita quisquis crediderit, huic uirtus dei est efficax ad consequendam salutem, quā nec Iudæorum leges, nec philosophorū sapientia, nec opes conferre queant. 1. Cor. 1. Verbum enim crucis pereuntibus quidē stultitia est, his autē qui salui fiunt, id est nobis, dei uirtus est. Audis euangelium dei esse potētiam qua salutem efficit, qua iam sibi non unam gentem, sed omnes porro subdidit, potissimum duas ex diametro pugnantes. Ephe. 2. Veniens euangelizauit pacem uobis qui longe fuistis, & pacē his qui propè: qm̄ per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Nullum enim excludit, modo credat, modo fide accedat. Heb. 11. Accedentem enim ad deum, credere oportet quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Sed qm̄ procul est à salute, qui morbum nō agnoscit, aut unde petendū sit auxiliū & remedium ignorat, ostēdit nobis euāgelium, per Christum obtingere peccatorū remissionē. Ioan. 1. Ecce agnus dei, ecce q tollit peccata mundi. Gratiæ collationem. Io. 1. De plenitudine eius oēs nos accipimus. Gloriæ cōsecutionem. Ioan. 3. Qui credit in filiū, habet uitam ęternā. Hinc Apostolus scribit dei iustitiā. i. fauorem & gratiam, in ipso reuelari ex fide ī fidem: hoc est, ex patribus qui sub umbra fuere, qui in Mose in nube baptizati. 1. Cor. 10. qui in typo præcessere, ī eos quibus iam uita manifestata est, qui in nouo testamento Christo crediderе. In hoc. n. consequimur dulcissimas simul ac sanctissimas benedictiones. Ephe. 1 Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi, qui benedixit nos ī omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos ante mundi constitutionē, ut essemus sancti & īmaculati in cōspectu eius in charitate. Eramus casu primi hominis spoliati innocētia, qua per inobedientiam sublata, se nudos erubuerunt Gene. 3 uulnerati in natura. Nanq; rationalis per ignorantiam, cōcupiscibilis per malitiā, irascibilis per infirmitatem sauciata. Samaritanus aūt noster, reddita innocētia, (Rom. 5. Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per unius obeditionē iusti cōstituentur multi. Sed nō sicut delictū, ita & donum. Si enim unius delicto multi mortui sunt, multo magis grā dei et donum in gratia unius hominis Iesu Christi in plures abundabit) uulnera nostra gratiæ suę oleo curauit. Luc. 10. Hinc (Luc. 4.) ingressus synagogam, legit illud Esa 61. Spiritus dñi super me, ac in se completū dixit. In quo graphice depinxit euangelicæ doctrinæ energiam. Spiritus, inquit, dñi super me. Esa. 11. Et requiescet super eum spiritus dñi, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilĳ & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris dñi. Io. 1. Vidi spiritum descēdentem quasi columbam de cœlo, et mansit super eū. Eo q unxerit mē, nō terrena, sed cœlesti unctione. Psal. 44. Vnxit te de⁹ deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Act. 10. Quomodo unxit eum deus spiritu sancto & uirtute? Col. 2. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hinc Christus, id est unctus, dictus: de cuius plenitudine omnes nos accepimus. Ioan. 1. Audiuimus gratiam Christi, uideamus eius operationem. Euangelizare misit me. Luc. 4. Quia & alĳs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum. Sed quibus? Pauperibus, id est, humilibus. Non enim excluduntur diuites substantia, sed arrogantia. Apocal. 3.

Dicis quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo: et nescis quia tu es miser et miserabilis, pauper, cęcus & nudus. Origenes de gẽtilibus, qui nec legem, nec prophetas, nec iustitiam, nec deũ possidebant, intelligit. Iudæi enim de lege, uelut diuites gloriabantur, sed per præuaricationem legis deum inhonorabãt. Ro.2. Vnde & ipsi peccatores gloria dei egebãt. Ro.3 Causati sumus Iudæos & Gręcos omnes sub peccato esse: omnes enim peccauerũt, & egent gloria dei. Hieronymus transtulit, mansuetis. Mat.5. beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Sanare contritos corde. Quæ maior contritio, quã habere intellectũ obcæcatum, affectum deprauatum, effectũ infirmatum adeò, ut insultibus tentationum proprijs uiribus resistere nõ possimus? Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. hæc enim sibi inuicẽ aduersantur, ut non quæcunque uultis, illa faciatis. Quis inde non gemat? Roma.3. arbitramur enim hominem iustificari per fidem. &.5. Iustificati ergo ex fide, pacẽ habeamus ad deũ per dñm Iesum Christum. Psal.50. Cor contritum & humiliatum deus non despicies. Prædicare captiuis redemptionem. Tenebãtur enim captiui diaboli laqueis ad ipsius uoluntatem. 2. Timo.2. Prouer.5. Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Ioã.8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. O infelicem seruitutem. Roma.7. Video aliam legem ĩ membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quę est in membris meis. Non enim qđ uolo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago. Si aũt quod nolo, illud facio: iam nõ ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum. Ioã.8. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Erant & in limbo captiui. Zach.9. Tu quoque in sanguine testamẽti tui, emisisti uinctos tuos de lacu in quo non erat aqua. Matth.26. Hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Non erat illic fluuius aquæ uiuæ, splendidus tanquam crystallus, procedens de sede dei & agni. Apocal.22. Ephe.4. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Ioã.12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Cæcis uisum. Gratiæ suæ lumine illustrando. Ioan.1. Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ioan.8. Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Esa.42. Dedi te in fœdus populi, in lucem gẽtium, ut aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione uinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. Luc.1. Illuminare ijs qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Luc.2. Lumen ad reuelationem gentium. Hinc Mat.4. Venit Iesus & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Neptalim, ut adimpleretur quod dictũ est per Esaiam prophetã. 9. Terra Zabulon & terra Neptalim, uia maris trans Iordanẽ Galilææ gentium, Populus qui habitabat in tenebris, uidit lucem magnã: sedẽtibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prędicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Dimittere cõfractos in remissionem. Gene.8. Sensus & cogitatio cordis humani prona sunt ĩ malum ab adolescentia sua. Sap.9. Corpus qđ corrumpitur, aggrauat animã: & terrena inhabitatio deprimit sensum

multa cogitantem. Roma. 8. Ipse aũt spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Phil. 2. Deus est enim qui operatur in nobis & uelle & perficere, pro bona uoluntate. 2. Cor. 3. Non ꝙ sufficiẽtes simus cogitare aliquid à nobis, tanꝗ ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Sic onere legis depressi Iudęi iacebãt. Acto. 15. Quid tentatis deum (ait Petrus) imponere iugum super ceruices discipulorũ, quod neq; nos, neque patres nostri portare potuerunt? Matth. 23. Alligant onera grauia & importabilia, & ponũt ea in humeros hominum. Sed ubi uenit plenitudo tẽporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus, Gal. 4. Prædicare annũ domini acceptum 2. Co. 6 Hortamur uos, ne in uacuum gratiã dei recipiatis. Ait enim Esa. 49. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Vnde dominus Marc. 1. Impletum est tempus, appropinquauit regnũ cœlorum. Et diem retributionis, ĳs qui non obediunt euangelio, qui pœnas dabunt in interitũ æternas. 2. The. 1. Idem enim tempus clemẽtissimæ uocationis gentium, & iustissimæ retributionis Iudęorum atq; uastatiõis. Matth. 23. Hierusalem, Hierusalem, quoties uolui cũgregare filios tuos. quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Nec immerito. Ioan. 5. Si credidissetis Mosi, credidissetis utiq; et mihi. De me enim ille scripsit. Si autẽ illius literis non creditis, nec mihi credetis. Roma. 10. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Omni dicit credenti: quia quemadmodum annus modo acceptus offertur, ita post dies retributionis futurus prædicitur. Esa. 63. Dies ultionis in corde meo, dies retributionis meæ uenit. Ideo Apostolus Heb. 2 Propterea abundantius oportet nos seruare ea quæ audiuimus, ne forte pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem: Beda: Impletum est tempus illud, de quo Apostolus Galat. 4. At ubi uenit, ut supra. Quàm olim est ꝙ hoc clamatur, & utinam aliquando audiatur, quoniam impleta sunt tempora: appropinquat regnũ dei: pœnitemini, & credite euangelio: renuntiate operibus mortuis: credite in deum uiuum. Quid prodest credere sine operibus bonis? Non te bonorum operum meritum adduxit ad fidem, sed fides incipit ut bona opera consequantur. Phil. 1. Tantum digne euangelio conuersamini. Matth. 16 Quid enim prodest homini si mundum uniuersum lucretur, animę uero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationẽ pro anima sua? Filius enim hominis uenturus est in gloria patris sui cũ angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera sua.

Præfatio Lucæ euangelistæ.

ARTICVLVS II.

Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completa sunt, rerum. Lucas. D

Dominus deus omnia ordinatissime producta, (uidit enim cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona, Gene. 1.) cum magna reuerentia disponens, Sap. 12. ordinatissime & sapiẽtissime nostram compleuit salutem. Præmisit aduẽtus sui præcones, sanctos prophetas, q omnes super dies regis Messię locuti sunt, Lu 16. Lex & prophetæ

& prophetæ usq; ad Ioannem, ex eo regnum Dei euangelizatur. Deinde in propria uenit psona. Hebr.1. Multifariam multisq́ modis olim Deus loquens patribus in pphetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem cōstituit hæredem uniuersorum, per quem fecit & secula, nā quasi colonus & quasi uiator ad manendū declinans aduenit, Hiere.14. Propter nos egenus factus est. 2. Corin.8 & Zacha.9. Ecce rex tuus ueniet tibi iustus & saluator, ipse pauper. Baruch.3. In terris uisus est, & cum hominibus cōuersatus est. Docens uias suas Esa.2. Venite, ascēdamus ad mōtem dñi, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & uerbum dñi de Hierusalē. Hinc Osee.10. Tempus requirēdi dominū, cum uenerit: qui docebit uos iustitiam. Verum quoniam necesse fuit ad posterorum informationem, per discipulos scriptis ea quæ docuerat relinqui, ecclesia quatuor ex omnibus (quæ tūc multa fuere cōscripta) spiritu sancto edocta elegit. Ambrosius: Pleraq; nostrorum, quemadmodum ueterum Iudæorum paribus & generibus formantur & causis, atq; exemplorum similiū pari usu exituq́ conueniunt, principioq́ rerum et fine concordāt. Nam sicut multi in populo illo, diuino infusi spiritu pphetarunt, alij autē se prophetare pollicebantur, pfessionem destituebant mendacio: erant. n. pseudoprophetæ potius q̄ pphetæ: erat autem populi gratia discernere spiritus, ut cognosceret quos referre deberet in numerum pphetarum, quos ut bonus numularius improbare, in quibus materia magis corrupta sorderet, q̄ ueri splendor luminis resultaret: Sic & in nouo testamento multi euangelia scribere conati sunt, quæ boni numularij non pbauerūt. Vnū autem tantum, in quatuor libris digestū, ex omnibus arbitrati sunt eligendum. Fertur euangelium qd' duodecim scripsisse dicūtur. Et Basilides euangelium scribere conatus est. Fertur & secundum Thomam. Noui alibi scriptum secundum Mathiā. Sed ecclesia, cum quatuor euāgelij libros habeat, per uniuersum mundū. Euangelistis redundat: hæresis cum multa habeat, unum non habet. Hęc ille. Beda: Lucas de omnibus quæ fecit Iesus, & docuit, usq; in diē qua assumptus est, Act.1. scripturus, prio eorum, qui de eo falsa scripserunt, redarguit audaciam, dicens: Quandoquidem multi, non tam numerositate q̄ hęresum diuersitate, qui non spiritus sancti munere donati, sed uano labore conati, magis ordinarent narrationē, q̄ historiæ texerēt ueritatem. Ambrosius: Conati sunt sine Dei munere, quare non impleuerunt. Qui.n. conatus est ordinare, suo labore conatus est, nec impleuit. Sine conatu. n. sunt donationes & gratia Dei, quæ ubi se infuderit rigare cōsueuit, ut non egeat, sed redundet scriptoris ingenium. Non conatus est Matthæus, nō Marcus, &c. sed diuino spiritu hubertatem dictorum, rerumq́ omnium ministrante, sine ullo molimine cœpta cōpleuerunt. Sic quidam peruersi, sub noīe Apostoli epistolas scripserunt. Hinc hortatur. 2. Thessa.2. Neq; uos seducat, neq; terreamini, neq; per spiritum, (propheticum) neq; per epistolam tanq; per nos missam. Ideo subscribebat manu sua. 2. Thessa.3. Salutatio mea manu Pauli, qd' est signum in oī epl'a &c. Sic in ueteri testamento conqueritͨ dñs. Hiere.23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Ezech.13. Væ prophetis insipientibus, qui sequunt spiritum suū, & nihil uident. De quibus. 3. Petr.2. Fuerunt uero & pseudoprophetæ in populo, sicut & in uobis erunt magi

ſtri mendaces, qui introducẽt ſectas perditionis, et eum qui emit eos, Deũ negant, ſuperinducentes ſibi celerem perditionem. Et multi ſequẽtur eorum luxurias, per quos uia ueritatis blaſphemabitur, & in auaritia fictis uerbis de uobis negotiabunť. Vnde Ioan.10. Omnes quotquot uenerunt fures ſunt & latrones. Quæ in nobis completæ ſunt, rerum) Operum documentorum, myſteriorum Chriſti. Origenes: Quia non phantaſtice, ut hæretici ſomniabant, Chriſtus corporalem ſuum exercuit aduentũ, ſed cum ueritas eſſet, re uera negotium pſecutus eſt. Certa ergo fide cognouerat ea, nec in aliquo fluctuabat: didicit .n. ab ijs, q non ſolũ teſtes ac ſpectatores fuerãt eorum q̃ cõmemorabãt, uerũ etiã pars aliqua rerum geſtarum.

Sicut tradiderunt nobis qui ab initio uiderũt, & miniſtri fuerunt ſermonis.

Theoph. Res Chriſti non ſimpliciter & nude ſunt traditæ, ſed ſolida & uera fide, & multorum argumẽtorum certitudine. Hinc Acto.4. Non.n. poſſumus, quæ audiuimus & uidimus, non loqui. 1. Ioã.1. Qđ audiuimus & uidimus, annuntiamus uobis. Ambro. Vides quod uerbum Dei uiſum eſt & auditum Apoſtolis. Non.n ſecũdum corpus ſolum uiderũt dñm, ſed etiam ſecundum uerbum. Ioã.1. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Et uidimus gloriã eius, gloriã quaſi unigeniti à pře. Luc.10. Beati oculi qui uidẽt quæ uos uidetis. Non.n. corporalibus oculis, ſed ſpiritualibus Ieſus uidetur. Ioan.8. Abraham pater ueſter exultauit, ut uideret diem meum: uidit & gauiſus eſt. In operibus Ieſus uidetur, in operibus cernitur pater, Ioã.14. Alioqui propter opera ipſa credite.

Viſum eſt et mihi aſſecuto ciã à principio diligenter ex ordine tibi ſcribere optime Theophile.

Deo in me operante. Philip.2. Qui operatur in nobis uelle & perficere, uniuerſorum operum, documentorũq́ Chriſti cognitionem adepto, tam per illuminationem q̃ per apoſtolorum informationem. Beda: Non ſolũ Lucas & Marcus auditu didicerũt quę ſcriberent, ſed etiam Ioannes & Mat thæus multa de infantia, pueritia, & genealogia ſaluatoris, alijs narrantibus didicerũt. Ex ordine) hoc eſt, ordinate uel ſecundum proceſſum rei geſtæ, quod confert ad prolixitatem uitandam, & intelligentiam clariorem habendam.

Vt agnoſcas certum uerborum de quibus eruditus es, ueritatem.

Certiꝰ pleniuſq́ de Xpi factis, uerbis ac myſterijs inſtruaris ſcripto, q̃ olim catechumenus uiua uoce didiciſti. Ambroſius: Theophilus, diligens Deum interpretatur. Quiſquis ergo amat Deum, uel ab eo amari cupit, ſibi putet euangelium ſcriptum, & tanquam munus ſibi à Deo donatum accipiat, ſibiq́ commendatum pignus cõſeruet, frequenter aſpiciat, ſæpius diſcutiat. Hęc ille. Sed heu ſũt qui nullas literas, uel aſſis faciunt, niſi inde nonnihil accreſcat arcæ nummariæ, de quibus Hieremiæ.2. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ cõtinere non ualẽt aquas. Hinc Petrus Ioan.6. Domine, ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes.

De conceptione Ioannis. *Luca. I.*

ARTICVLVS III.

Fuit in diebus Herodis regis Iudææ, ſacerdos quidam nomine Zacharias. De æterna Xpi generatiõe. Ie. 1 Par. 2 ar. 1

Quoniam totum quod gerendum erat, nouum fuit, nec ullis auditum ſeculis, diuina ſapientia rationibus arcanis omnia moderãte, quæ rei per ſe incredibili, fidem apud homines conciliarent, quis unquam audiuit, uirginem citra uiridẽ operam peperiſſe? erat autem noſtrę ſalutis caput, illud eſſe perſuaſum omnibus Ieſum A Luc 1. E

esse Messiam, cuius aduentum omnia prophetarum uaticinia promiserant, quem tota Mosi lex adumbrarat, à quo uno salus esset oibus speranda: proinde diuino consilio paratus est, qui cœlestem uirginis partũ, & ipse mirabili modo natus præcurreret, qui nobilitate generis, qui inaudita uitæ sanctimonia, quicq; raris dotibus parta apud omnes authoritate, Iesu nondum noto, primam notitiam ac fidem conciliaret apud Iudæos incredulos. Ioãnes suum exorsus euangelium à diuinis, non dixit: Fuit, sed, In principio erat uerbum, Ioan.1. propter rerum diuinarum permanẽtiam. Lucas à rebus humanis exorsus. Fuit, ponit, ob earum transitum & deficientiam. Psal.101. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut uestimentum ueterascent. Mentionem facit regni Herodis, tum ut narrando prophetarum formam seruet, qui dicebant: In diebus Iocham & Ezechiæ &c. & cuiuspiam: facta sunt hæc, tum quia de Christo dicturus erat, ostendit iuxta Iacob uaticinium tempus adesse, Gene.49. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat q mittendus est. Indicat & euangelicam gratiam à Iudæis spretam, ad gentes demigraturam. Prædixerat & spiritus sanctus sacerdotium, quod summum & admirabile erat apud omnes, sub aduentum Messiæ abrogandum, Daniel.9. Erat sub rege impio sacerdos pius necessarius, qui populum à malitia reuocaret. Ecclesiastici.44. In tempore iracundię factus est reconciliatio. Zacharias Deo notus, & hominibus famosus, ut ex nomine eius bonitas designetur, quòd memor domini dicitur. Sic autem Dauid uniuersum sacerdotum genus in duas principales familias digesserat, Eleazar & Ithamar. His subiectas familias reliquas distinxit in uigintiquatuor sortes, ut ordine singulæ per suas uices sacris operarentur dies octonos, abstinentes interim ab omnibus, quæ iuxta legem impurum reddebãt, & uxorum congressu, ædiumq; suarum ingressu, sed assidue uersantes in templo, quo castius ac purius tractarẽt rem diuinam. Porrò, dum hic ordo sortibus digeritur inter. xxiiij. familias, octauus locus obtigit Abiæ, unde Zacharias ducebat originẽ, & in cuius uices successerat. Beda: Redemptor noster in carne apparens, sicut rex nobis fieri dignatus est, regnum cœleste tribuendo, ita etiam pontifex factus est, semetipsum Deo offerẽdo hostiam in odorem suauitatis, Ephe si.quĩto. Vnde scriptum est, Psal.109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinẽ Melchisedech. Hic summi Dei sacerdos, longe legalis sacerdotij tempora præcessit, offerens Deo panem & uinum. Gene.14. Ideo redemptor noster sacerdos secundum ordinem Melchisedech dicitur. Hebræo. septimo. quia ablatis uictimis legalibus, idẽ sacrificij genus in mysterium sui corporis & sanguinis, in nouo testamento offerendum instituit. Quis ergo congruentius trãslationem legalis, & substitutionẽ euangelici sacerdotij, quàm summi iuxta legem sacerdotis filius prophetaret? Maluit enim, docente intus spiritu sancto, noui sacerdotis pręco, q̃ successor & hæres existere ueteris.

Et uxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth.

Non tam generis nobilitate, quàm morum integritate uenerabilis, quæ Dei mei saturitas interpretatur, quia spiritu sancto repleta, Lucæ primo. Fuerat autem mater ipsius, soror Annæ matris Mariæ, sed natu minor, quæ uirũ habuit Aaronitem, ex qua nata est Elisabeth, & sic cognata fuit uirginis.

Erant autem ambo iusti ante deum.

Non sicut pharisæi, q se falsa quadam iustitia uenditabant, Lucæ.16. Vos estis qui iustificatis uos coràm hominibus, Deus autem nouit corda uestra, Matt.6. Receperunt mercedem suam. Et.23. Sic uos à foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Iustificari hoiem ante Deũ, quo ad æquitatem diuinæ iustitiæ, est impossibile. Iob.4. Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit uir? &.9. Vere scio q̃ non iustificetur homo compositus Deo. Sed neq; per oĩmodam puritatẽ absq; omni macula culpæ admista. Iaco.3. In multis offendimus oẽs. Psal.142. Non iustificabit in conspectu tuo omnis uiuens. Sed conditionis humanæ modum, sic electi iusti sunt ante Deum. Roma.4. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

Incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela.

Sic synceris animis seruabant omnia mandata, quo ad pręcepta moralia & iustificationes. (habuit.n. primum.i. testamentum, iustificationes suas, Hebr.9.) ut nec hominibus darent ansam offẽsionis. Beda: Plerũq; durior iustitia querelam ꝓuocat. Eccle.7. Noli esse iustus multum. Origenes: Potest aliquid iustum iniuste fieri, ut cum eleemosyna datur iactãtiæ causa, quod non est sine querela. Ambrosius: Cum mandatis cœlestibus obedimus, in eis ĩcedimus: dum autem congrue iudicamus, iustificationes domini tenere uidemur: nulla quoq; querela est, ubi & mentis bonitas concordat, & facti. Roma.12. Prouidentes bona non tãtum coràm Deo, sed etiam coràm omnibus hominibus. 2. Corin.6. Nemini dantes ullam offensionem. Philip.2. Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus, ut sitis sine q̃rela, & simplices filij Dei, sine reprehẽsione, in medio nationis prauæ atq; peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ continentes. Procurauit nimirum hoc diuinum consilium, ut is qui Christo uenienti perhibiturus esset testimoniũ, esset ipse numeris omnibus populo Iudæorum cõmendatus. Quin & illud diuina prouidentia procuratum est, ut natiuitatis nouitas, excitaret hominum animos in admirationem Ioannis, nihilq; plebeium expectarent ab eo, qui non iuxta uulgarem morem, sed cœlesti beneficio natus esset.

Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.

Ponit duo impedimenta unum naturæ, q̃a sterilis: alterum ex accidẽti, quia ꝓuectæ ætatis. Quanq̃.n. ꝓbatissima apud omnes ipsoꝝ esset uita, tñ in hoc parũ felix uidebatur illoꝝ pietas, q̃ ambo cõsenuissent orbi. Nã apud Iudęos ut magnifica quædam res habebat̃ matrimonij fœcunditas, ita sterilitas cum primis erat in probro, & inter præcipua uitæ mala numerabatur. Nõdum.n. didicerãt carnales Iudæi, spũalem populum esse, quem Deus cœlesti generatione uellet semper in maius propagari: nondum audierant esse beatos, qui se castrassent propter regnum cœlorum. Ea res grauiter discruciabat animos eorum, sed præcipue Elisabeth, quæ iam probroso cognomine uulgo sterilis uocabatur. Auxerat prolis desperationem utriusque senectus. Prouectæ ætatis erant ambo tam corpore quàm anima. Beda: Diuinitus factum est, ut sterili matre, & utroque parente prouectioris ætatis, Ioannes nasceretur quatenus & iam ipse ortus miraculo patesceret, uirum magnæ uirtutis futurum qui nasceretur.

Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine uicis suæ.

Contra eos qui sacerdotes nomine, Matth. 9. Messis multa, operarij autem pauci. Ante deum. per rectam intentionem.

Secundum consuetudinē sacerdotij forte exijt.

Nam per sortes istæ uices fuerunt distributæ. 1. Paral. 24. unde ipsi sorte obtigit.

Vt incensum poneret, ingressus in templum domini.

Ambrosius: Solus intrat, quia illū signat, cuius sacrificium non est cōmune cum cæteris. Incensum quo deuotio significabatur, adoleret super altare incensi, ad consummationem sacrificij, ubi & angelus apparuit.

Et erat omnis multitudo populi foris orās hora incensi.

Nam Leui. 16. dicitur: Nullus hominum sit in tabernaculo quando pontifex ingreditur sanctuarium ut roget pro se, & pro domo sua, & pro uniuerso cœtu filorum Israel, donec egrediatur.

Apparuit autem illi angelus domini, stans a dextris altaris incensi.

Cæterum pij pontificis uotum usque ad deum penetrabat, angelus nimirum perferentibus, quorum illæ partes sunt, piorum preces ad cœleste numen perferre, & rursus illius munificentiam ad nos deferre. Vnde Tobiæ. 12. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam domino. Sacrum pontificale officium, unde & Caiphæ prophetiæ datum donū, Ioan. 11. Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quę sunt ad deū, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Sed multi relinquunt officium offerendi, quia assumpserunt beneficium auferendi. Beda: Bene in tēplo, et iuxta altare à dextris apparuit qa & ueri sacerdotis aduentum, & mysteriū sacrificij, & cœlestis doni gaudium, quod per dexteram signatur, prædicabat. Ambrosius. Quia signū diuinæ clementiæ & misericordiæ præferebat, prospera nuntiando. Sic angelus resurrectionem domini annuntiando, Matt. 28. Marc. 16.

Et Zacharias turbatus est uidens, & timor irruit super eum.

Nō quod quicq̄ formidabile præ se ferret angelus, sed quod humani corporis infirmitas nō sustinet cœlestium spirituum maiestatem, Connaturale enim est homini, ad subitam spirituum apparitionem immutari, nam & satanas transfigurat se in angelum lucis. 2. Cor. 11.

Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia.

Nō est quòd expauescas, sed quod gaudeas. Vbiq; hoc indicio discernūtur uisiones. Nam si mens primum turbetur, & statim timor soluatur, et iterum quiescat, reuera diuina est uisio, si autē timor atq; turbatio magis atq; magis crescat, diabolica ē. Beda: Sicut humanæ defectiōis ē terreri, ita angelicæ dignitatis, pauētē cōsolari.

Quoniam exaudita est deprecatio tua.

Beda: Nō est putandum, q̄ pro populo oraturus, pro priuatis cœperit negotijs orare, maxime pro liberis, à quorū generatione homo senex et decrepitus tantum spem auerterat, ut nec angelo nuntianti & promittenti crederet nasci filium sibi, sed pro populi saluatione rogabat, unde & per angelum audiuit, filium usā pręparaturum & plebem perfectam.

Et uxor tua pariet tibi filium.

Ad Ioseph angelus ait, Matt. 1. Pariet filium, quia non de Ioseph, sed operatione spiritus sancti in utero uirginis conceptus dominus, hic autem addidit: Tibi, quasi d. Petisti redemptorem, accipies et redemptoris præcursorem.

& uocabis nomen eius Ioannem.

Quia ad tam eximiũ munus gratuito dei munere electus, ut Christũ per quem gratia & ueritas facta est, annuntiaret futurum,& monstraret præsentem, Ioan.1. Beda:Singularis meriti indicium est,quoties à deo nomẽ imponitur,uel mutat̃.Sic Abrã, Abrahã:Sarai,Sara,Gene.17. Iacob, Israel,Gene.32.Simon,Cephas & Petrus Ioan.1.

Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt.

Beda.Quia per eum suæ regenerationis author ostenditur. Non ergo sine euangelica authoritate natiuitas præcursoris domini celebrare cõtingit.Nam sicut angelus dixit:Euangelizo uobis gaudium magnum, domino nato,Luc.2.ita nasciturũ Zachariȩ filium prȩdicẽs angelus,multis gaudiũ fore dixit.Iure ergo utriusque natiuitas recolitur,sed illius tanquàm domini,istius tanquàm præcursoris domini.Prouerb.23.Exultat gaudio pater iusti,qui sapientem genuit filium,lætabitur in eo.Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet qui te genuit. E contra,Prouerb.19. Dolor patris filius stultus.Et.17.Ira patris filius stultus,& dolor matris quæ genuit eum.Hinc Eccĩ.16.Ne iucunderis in filijs impijs, si multiplicentur,nec oblecteris super ipsos, si non est timor dei in illis. Melior est enim unus timens deum, quàm mille filij impij. Et utile est magis mori sine filijs,q̃ relinquere filios impios.

Erit enim magnus coràm domino.

Non solum hominum opinione, uerumetiam in oculis domini,cui nemo magnus, nisi dotibus quas ipse largitur.Ambrosius:Sicut corporis, ita & animæ numeramus ætates,nõ ratione tẽporis,sed qualitate & gradu uirtutis,ut uir perfectus ille dicatur,qui pueritiȩ caret errore,et lubricum adolescentiæ animi maturitate transcendit:pusillus aũt,qui nullum adhuc uirtutis habet,pcessum.Multi magni coràm hominibus,sed non coràm deo.Ioannes magnus uirtute sanctitate,& dignitate,quod dñs, q solus uirtutẽ magnitudinis eius nouit,et donauit,insinuauit,dicẽs.Math.11.Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Sed & angelus multifariam eius magnitudinem exponit,d.

Vinum & siceram non bibet:

Quicquid sobrietatẽ adimere potest homini. Beda: Sicera,oĩs potus inebriatiuus confectus. Non autem decet uino(ĩ quo est luxuria,Eph.5) inebriari eũ,qui musto spiritus sancti desiderat impleri. Vnde recte cui uini ebrietas tollit̃,spirit⁹ sancti gratia cumulatur.Sic Nazarȩis uinum & omnis potus inebriatiuus,p omne tempus separationis suæ interdicitur.Numer.6. Sic Samson omnib⁹ diebus uitæ suæ consecratus domino,Iudicum.13.

Et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ.

Qua gratia à peccato purgabitur, & anima donis ornabitur,& ad operandum meritorie disponetur, nam filij tui mentem inter ipsos etiamnũ uteri materni sinus latitantis replebit,ut gestu prophetam agat, priusquam effari liceat.

Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum.

Ostendit operationẽ qua spiritus sanctus ipsum in uirtutẽ fructib⁹ crescere fecit.Multos(non oẽs.Pharisæi enim cõsilium dei spreuerũt. Luc.7. Vnde ueritatẽ de baptismi ipsius authoritate Christo respõdere nolebãt, Mat.22. Luc.20.)filiorum Israel: nã in Iudæa tantum prȩdicauit, Luc.3. alienatos à deo,dũ freti carnali lege, negligũt quæ legis figuræ designant, conuertet ad dñm deum ipsoꝝ, magna libertate prædicãs instare regnũ

dei,ad uitæ prioris pœnitentiam adhortans,baptismo præludens aboli tioni peccatorum,quæ per Messiam erit futura,Acto.19.Ioannes baptizabat baptismo pœnitētiæ populū, dicēs in eū qui uenturus esset post ipsum ut crederēt,hoc est,in Iesum.

Et ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Heliæ.

Malac.3.& Mat.11.Ecce ego mitto angelū meum, & præparabit uiā ante faciem meā.Sic Helias secundū præcedet aduētum,quemadmodum Ioānes primum.Mat.17.Helias quidem uēturus est,& restituet omnia. Malac.4.Ecce ego mittā uobis Heliam prophetam, anteꝗ͂ ueniat deus domini magnus & horribilis, & cōuertet corda patrum ad filios,& cor filiorum ad patres eorum.Et sic non miraculorꝫ operatione,quia Ioannes nullum fecit signum,Io.10.sed officij simulatione.Secundo, uictus austeritate.Nā uterque eremi cultor.3.Reg. 17.Luc.1.Heliam corui pascebant, deferentes panes & carnes.3.Reg.17 & bibit de torrente,Matt.3.Esca autem eius erat locustæ & mel syluestre,& habebat uestimētum de pilis camelorum,& zonam pelliceam circa lumbos suos.Luc.7. Venit Ioannes Baptista non māducans panem, neqꝫ bibens uinum.Tertio,in ueritate doctrinę.Nam uterque constanter uitia redarguit,Eccl.48. Surrexit Helias propheta quasi ignis, & uerbū ipsius quasi facula ardebat.3.Re.18. et 4.Re.1.Sic Ioānes pharisęos,Mat. 3.Herodem.Mat.14.,Marc.6.

Vt conuertat corda patrum in filios.

Beda:Cum spiritualem sanctorū patrū sciētiā pp̄lis p̄dicādo infundet quo Iudęi Abrahę credulitatē imitātes,uere ꝓmereanē dici filij Abrahę.

& incredulos ad prudentiam iustorum.

Quo ad fidei obediētiam.Glossa. Prudentia iustorum est,non de legis operibus pręsumere,sed ex fide salutem credere.Roma.3.Arbitramur.n. iustificari hominem ꝑ fidē sine operibus legis.Et.8.Prudētia carnis,mors est:prudentia autē spūs,uita & pax.

parare domino plebem perfectam.

Prædicatione & baptizatione animos hominum pręparādo,ut tradat domino aduenienti populū non omnino rudem, sed iam agnitione peccatorum suorum, expectatiōe regni cœlestis,ac desiderio uēturi Messiæ, præparatum atqꝫ instructum. Beda: Hęc pulcherrima plebis dn̄icæ perfectio est,quam & Ioannes suo tēpore prædicando parabat,& nunc dn̄s ipse donādo per orbem latius implet, cum nos euāgelicis uerbis instituti, & imbuti mysterijs, eandem fidē ac dilectionem habere discimus, quam patres habuisse probantur. Optimā uiuendi uitam demonstrat. Quæ.n. inter homines sublimior & deo gratior esse cōuersatio potest, ꝗ͂ eorum qui se castigant à uitijs, qui uirtutū studijs aīum subiugant, insuper etiā alios quotidiano exercitio ad autho ris sui gratiam student conuertere,et crebra aīarū fideliū acquisitiōe, gaudium semper patrię cœlestis augere.

Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam?Ego enim sum senex,& uxor mea processit in diebus suis.

Signum non ut credulus petit,nā causam suam suæ incredulitatis annectit,non ad dei potentiam,sed naturæ cursum respiciens.E contra Abraham,Rom.4.non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum,cum iam ferè centum esset annorū, nec emortuam uuluam Saræ.In repromissione etiam dei nō hęsitauit,sed confortatus est fide,dās honorem deo,plenissime sciens quia quæcunqꝫ promisit deus, potens est & facere.Ideo reputatum est illi ad iustitiam.Hinc Ioan.4. Nisi signa & ꝓdigia uideritis non creditis.1. Co.1 Iudæi signa petunt.

Et respondens angelus, dixit ei: Ego sum Gabriel qui asto ante deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare.

Licet mittantur ad ministerium, ꝓpter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Hebr. 1. semper tamen uidēt faciem patris qui in cœlis est. Matt. 18. Daniel 7. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. De hoc angelo Daniel. 9. Adhuc loquente me in oratione mea, ecce uir Gabriel cito uolans, tetigit me in tēpore sacrificij uespertini, & docuit me. Beda: Si homo talia promitteret, impune signum flagitare liceret, sed cum angelus promittat qui mentiri non potest, iam dubitare non decet, maxime cum à summa ueritate sit missus, quæ præstare potest quicquid promittit. Angelus, nomen officij, non naturæ, Psal. 103. Qui facit angelos suos spiritus. Qui non terribilia aut increpatoria, sed cōsolatoria euangelizabat. Dat ergo signum, ut petit, sed non quale desiderauit.

Et ecce eris tacens, & non poteris loqui, usque in diem quo hæc fient, pro eo quod non credidisti uerbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

Dabitur ergo, quādo id postulas, quod simul erit, & in posterum præstandi promissi, argumentum, & præsentis diffidentiæ pœna. Esa. 55. Verbum meum quod egreditur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum. Eccl's. 8. Omni negotio tempus est & opportunitas. Quia non obedierat, condemnatur ut surdus sit, & quia contradixerat, ut sileat.

Et erat plebes expectans Zachariam,

Vt prodiret ex more sacerdos reliqua peracturus apud multitudinem, Leuit. 16. Vides quomodo Iudæi expectabant, & permanebant donec exiret sacerdos? At nos Christiani, nisi mox ut ingressi fuerimus templum egrediamur, existimamus male nobiscum agi.

& mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egressus autem, non poterat loqui ad illos: & cognouerunt quòd uisionem uidisset in templo. Et ipse erat innuens illis.

Nimirum feliciter esse litatum, gratias ageret deo, qui uota suorum exaudisset.

& permansit mutus. Et factum est, ut impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam.

Quia tempore ministerij apud templum manere tenebatur, Leuitic. 8.

Post hos autem dies concepit Elisabeth uxor eius, & occultabat se mensibus quinque, dicens: Quia sic fecit mihi dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

Ambrosius: Pudor est fœminis nuptiarum præmia non habere, quibus hęc sola est causa nubendi. Exodi. 23. Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua. Deuterono. 7. Non erit sterilis utriusque sexus in Israel. Ambrosius: Occultat se, quia partus sui erubescebat ætatem, ne in senectute libidini uacasse uideretur. Sic erubescebat quæ dicebat, Gene. 18. Postquam consenui, & dominus meus uetulus est, uoluptati operam dabo? Non enim ignorabat quàm sit pronum ad malum suspicādum, simul & male loquendum, uulgus hominum, quod nondum nouerat hæc authore deo geri. Commendantur filij ob parentum probitatem. Tobiæ. 7. Benedictio sit tibi fili, quia optimi uiri filius es. Sic hic Ioannes, ex utroque parente spiritu sancto, & prophetia plenis natus, dominum uenturum prænuntiauit, & adesse demonstrauit.

De Annuntiatione Christi. Lucæ. I.
ARTICVLVS IIII.

In mense autem sexto.

Immensam diuinæ dignationis, & sapientiæ abyssum, in dominicæ annuntia- Luc. 1. F

annuntiationis mysterio ostendit, cũ appeteret tempus illud ab æterno ordinatum, ut deus per filium suum, mundum uniuersum à mortis ac peccati tyrannide liberaret. Summum ac dignissimum descripturus mysterium incarnationis, omnia ordinatissime & distincte prosequitur, quatenus singula audiẽtes, ad deuotionem & gratiarum actionem accẽdamur. In mense sexto conceptionis præcursoris.

Missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.

Ad primam mulierẽ uenit diabolus non missus, Gen. 3. Ideo ad secundam iniungitur noua legatio archangelo, ut (secundum Chrysostomum) nunciet regis secretum, quod quidẽ fide cognoscitur, sed non requiritur discussione. Et bene Gabriel, qui fortitudo dei dicitur, quia illum annuntiabat, de quo Psal. 23. Dominus fortis & potens, dominus potẽs in prælio, illo nimirum prælio, quo potestates aereas debellare, & ab earum tyrannide mundum ueniebat eripere. Luc. 11. Cum fortis armatus. Ioan. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi ejcietur foras. A deo immediate, non ab alio angelo, quemadmodum Zachar. 2. Curre, inquit angelus alteri angelo, loquere ad puerum istum. Sic Daniel. 8. Audiui uocem uiri in uia: Gabriel, fac istum intelligere uisionem. Post florem autem speratur fructus: sic ex Nazareth, quæ flos dicitur, benedictus fructus uẽtris Mariæ prodijt Matth. 2. Quoniam Nazaræus uocabitur. Esa. 11. Nazaræus de radice eius conscendet. Sic habet Hebraica ueritas.

Ad uirginem desponsatam uiro, cui nomẽ erat Ioseph, de domo Dauid.

Bernardus, Virginem carne, uirginem mente & professione, uirginem qualem describit Apostolus. 1. Co. 7 Mulier innupta et uirgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Hieronymus: Cum desponsatam uiro audis, suspicio tibi non subeat nuptiarum, sed recordare cõsuetudinis scripturarum, qua sponsæ dicuntur uirgines, & sponsi uiri. Beda: Oportebat Mariam habere uirũ, qui testis esset integritatis ipsius certissimus, & nati ex ea domini & saluatoris nostri esset nutritius fidelissimus, quiq; pro eo paruulo secundum legem hostias ad templum deferret, & eum instante persecutionis articulo, in Aegyptum cũ matre deferret, ac referret, aliaq; illi plura quæ assumptæ humanitatis fragilitas poscebat, necessaria ministraret, & contra legis transgressionem testimoniũ ferret. Ambrosius: Non decuit uirginibus sinistra opinione uiuentibus uelamẽ excusationis relinqui, quod infamata mater domini fuisset: & ut per Ioseph generationis Christi series texeretur, ut dicit Hieronymus, qui fuit de domo Dauid, quẽadmodum uirgo. Nam uiri suæ tribus fœminis iungebantur, præsertim in hæreditate paterna succedentibus, Nume. 36. Et ne res non congrueret prophetiæ, quæ Messiam promiserat ex genere Dauid regis, Roma. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

Et nomen uirginis, Maria.

Quæ maris stella dicitur, quia luce à se prodeunte mundum illustrauit. Dicitur & amarum mare, quia suam ipsius animã gladius doloris pertransiuit, Lucæ. 2. Sic & domina, quia regem regum & dominum dominantium nobis peperit, Apoca. 19 Humiles delegerat deus, nequid in hoc cœlesti negotio sibi mundus uindicaret. Moribus inculpatissimis delegit, nequid in hos criminis posset impingi. Casto coniugio delegerat, ut uirginei partus arcanum, in suum

usque tempus celaretur.

Et ingressus angelus ad eam.

Vbi secretò patrem orabat, clauso (ut dicit Bernardus) ostio. Solent .n. angeli astare orantibus, & delectari in ijs, quos uident puras manus leuare in oratione. Quantum autem Mariæ placuerint orationes domino, angelus indicat, qui tam reuerenter eam salutauit. Vbi nos habemus Esa. 7. Ecce uirgo, Hebræi habēt, Ha alma, quod absconditum sonat. Ipsa autem, abscondita hominibus, non deo.

dixit: Aue gratia plena.

Curialiter ante legationis explicationem, salutans, rem cum nomine primæ præuaricationis mutauit. Plena dicitur gratia, non ex parte ipsius gratiæ, quam non habuit in summa excellentia qua potest haberi, nec ad omnes gratiæ effectus, sed per comparationem ad ipsam, quia sufficientem habuit ad illum statum ad quē fuit electa, scilicet ut esset mater dei. Sic Stephanus plenus (Act. 6.) dicitur gratia, quam sufficientem habuit, ut esset testis idoneus Christi. Sic & apostoli, Acto. 2. Christus super omnes, quia de plenitudine eius omnes nos accipimus, Ioan. 1. Hieronymus: Cæteris datur per partes. Mariæ autem tota se plenitudo gratiæ infudit. Aptissimum erat ut gaudij uocabulo salutaretur, quæ ueræ uoluptatis authorem erat conceptura: & gratiæ uocabulo compellaretur, q̄ Iesum erat paritura salutaris gratiæ principem & authorem.

Dominus tecum.

Bernardus: Non tantum filius tecum quem concipis, sed et dominus spiritus sanctus de quo concipis, & dñs pater tecum qui genuit quem concipis. Vere singulariter dominus tecum, qui nouo castitatis amore, prius a terrenis ad cœlestia eleuauit, & postmodum mediante humana natura, omni plenitudine diuinitatis consecrauit.

Benedicta tu in mulieribus.

Laudata & præclara fama inter mulieres, & plusquàm omnes mulieres, ac per hoc quicquid maledictionis infusum est per Euam, totum abstulit benedictio Mariæ. Cum benedictio dei sit collatio munerum ei⁹, & multiplicatio eorundē, tanto magis benedicta Maria, quanto maiora & singulariora diuinitus sortita est dona. Bernardus: Benedicta tu inter mulieres, quæ sola illam generalem maledictionem euasisti Gene. 3. In tristitia paries filios tuos, & nihilominus illam Exod. 23. Non erit infœcūda nec sterilis in Israel. ac singulatē consecuta es benedictionem, ut nec sterilis maneas, nec cum dolore parturias. Vere benedicta, quæ sine exēplo muliebris conditionis, cum decore uirginitatis, gauisa est honore parentis: quodq́ uirginem matrem decebat, deum filium procreauit.

Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius & cogitabat, qualis esset ista salutatio.

Tam excellens, inopinata, & nusquam audita. Claret uirginis uerecūdia. Ambrosius: Trepidare uirginū est, & ad omnes uiri ingressus pauere, & omnes uiri affatus uereri. Modestia, quia tacuit & audiuit. Prudentia, quia cogitabat quanta esset salutatio, spiritu discretionis ruminans, quid pretēderet, quò tenderet, & cui esset exhibita. Cū enim minima esset in oculis suis, ac laudabiliter pudorata, uehementissime de tāto suo præconio mirabatur, seq́ laudari ac cunctis præferri mulieribus erubuit atque obstupuit, eo utique amplius, quo minus tale quid suspicabatur, aut sentiebat. Sanctæ enim mentes quanto magis laudibus extollūtur, tanto magis timent & humilius de se sentiunt. Sic Apostolus. 1. Cor. 15. Non sum dignus uocari apostolus.

Et ait angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud dominum.

Turbatam familiariter consolaт, ut moris bonorum est angelorum, uocans ex nomine. Bernardus: Dei & hominum pacem, mortis destructionem, uitæ reparationem: hæc est, inquit, gratia quã inuenisti, sed apud deum: nam apud mundum oratio fallax. Prouer.31. Fallax gratia & uana est pulchritudo, Mulier timens deum, ipsa laudabitur.

Ecce concipies in utero.

Non à uiro. Matt.1. Inuenta est in utero habens de spiritu sancto.

& paries filium, & uocabis nomẽ eius Iesum.

Non impones. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum, Matth.1. Esa.49. Dominus ab utero uocauit me, de uentre matris meæ recordatus est nominis mei. Iure ergo suum nuncupat filium. Ioan.2. Fili, uinum non habent. Esa.7. Ecce uirgo concipiet et pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Hiere.31. Nouum faciet dominus super terram, Fœmina circundabis uirum. Vere nouum. Olim homo fieri uoluit deus. Gene.3. Eritis sicut dĳ, scientes bonum & malũ, ait serpens mulieri. Nũc deus factus est homo. Olim de uiro facta est mulier, Gen.2 Aedificauit dominus deus costam quam tulerat de Adam in mulierem nunc de sola muliere factus est uir. Olĩ uirga floruit sicca et arida Nũm. 17. nunc uirgo intacta peperit.

Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur.

Quanquam ex humili loco, ex humili puella natus, tamen diuinis uirtutibus erit maximus, adeo, ut posteaquam innotuerit mundo, uocandus sit, non propheta, sed filius altissimi. Nihil enim maius: quàm esse filium omnipotentis dei, non per adoptionis gratiam, sicut alĳ, sed per naturam, ut una in duabus naturis persona esset redemptoris & mediatoris nostri: & quia una erat hypostasis, reuera filius altissimi erat filius uirginis.

Et dabit illi dominus deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

Non occupabit sibi mundi præsidĳs regnum mundi temporarium, sed pater cœlestis dabit illi regnum Dauid cœleste. Psa.131. Iurauit dominus Dauid ueritatem, & nõ frustrabitur eum: de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Dedit enim redemptori sedem Dauid, quando hunc de genere Dauid incarnari disposuit. Roma.1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, ut populum quem Dauid temporali rexit imperio, ipse gratia spirituali ad æternum proueheret regnum. Col.1. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filĳ dilectionis suæ. Ioan.12. Benedictus qui uenit in nomine domini rex Israel. Marc.11. Benedictum quod uenit regnum patris nostri Dauid. Regnat modo, cum electorum corda per fidem & dilectionem suam inhabitãs regit, atq; ad percipienda supernæ retributionis dona, continua protectione gubernat: & in futuro, cum eosdem finito statu temporalis exilĳ, ad habitationem patriæ cœlestis introducit, in qua præsenti eius uisione semper adiuncti, nihil aliud agere quàm eius uacare laudibus gaudẽt. Non ergo temporale, quia quæsitus in regem, fugit Ioan.6. sed spirituale est regnum. Matth.28. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Danie.7. Potestas eius, potestas æterna, & regnum eius quod non corrumpetur. Esa.9. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia, amodo & usque in sempiternum. Domus autem Iacob sunt ĳ, qui ex Iudæis &

Gentibus crediderunt. Roman. 9. Nō enim omnes qui ex Israel,hi sunt Israelitę:neque qui semen sunt Abrahæ,hi filij:sed qui filij sunt promissionis,æstimantur in semine.

Dixit autem Maria: Quomodo fiet istud,quoniam uirum non cognosco?

Ex his quæ audiuit, tam magnificis angeli promissis,nihilo factus est insolētior animus uirginis,nec ex rerum sublimitate concepit diffidentiam,non ignorās , nihil esse tam arduum , quod nutu non posset deus. Tantū de uirginitatis adamato thesauro solicita fuit,non signum rei,ut Zacharias,sed modū requirens.Non ergo dubitat faciendum , quod quo modo fiat,inquirit.legerat, Ecce uirgo concipiet,Esa.7.quod credidit futurum,sed quomodo id fieret,non legit.non enim quemadmodum fieret, uel propheçię fuerat reuelatum.Vnde & audire meruit:Beata quæ credidisti Luc.1.&.1.Corin.7. Virgo cogitat quæ domini sunt,ut sit sancta corpore & spiritu.

Et respondens angelus,dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te , & uirtus altissimi obumbrabit tibi.

Beda: Cum Christus dicatur sol, Malach.4. Vobis timentibus nomē meum,orietur sol iustitiæ, huius solis radios uirgo cōcipiendo suscepit. Sed idem sol,id est, diuinitas redemptoris nostri,tegmine humanæ naturæ quasi obumbraculo quodā obtexit,quo mediante , uirginis eam uiscera ferre sufficerent. Innotescūt plenitudinis gradus: nam gratia plena, adhuc spiritum sanctum superuenturum audiuit , qui sua uirtute ipsam fœcundaret. Attende quomodo sanctam trinitatem declarauit, dicēs spiritum sanctum, uirtutem filiū.1.Corin.1.altissimum patrem.

Ideo q; & quod nascetur ex te sanctum , uocabitur filius dei,

Bernardus: Nō solum qui de sinu patris in uterum tuum ueniet,obumbrabit tibi:sed et quod de substantia tua nascetur, ex hoc iam uocabitur filius dei.Claret naturę ueritas, quia ex te:gratię immensitas,quia sanctū, imo sanctū sanctorum, a quo & per quem omnis sanctitas . Exod.31.Ego dominus qui sanctifico uos. Heb.13. Propter quod & Iesus,ut sanctificaret populum suum per suum sanguinem,extra portam passus est.

Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filiū in senectute sua , & hic mensis est sextus illi quæ uocatur sterilis, quia non erit impossibile apud deum omne uerbum.

Beda : non quasi incredulam uerbis hortatur ad fidē, sed ut bene iam credenti quæ audierat, ampliora supernæ dispensationis miracula replicaret,ut quæ deum erat paritura,prę cursorē quoq; domini de anu & diu sterili parente cognosceret esse nasciturum, ad maiorem cumulum gaudiorum, & ut dum nunc saluatoris, nunc præcursoris edoceretur aduentū, rerum ordinem & tempus tenens,ipsa postmodum melius scriptoribus & prædicatoribus euangelij referret ueritatem. Nihil enim potest a deo promitti tam nouum aut magnum, quod ipse non queat præstare.Hiere. 32. Non erit tibi difficile omne uerbum.Quale enim uerbum illi impossibile, qui per uerbum fecit omnia? Psal.148. Ipse dixit,& facta sunt : ipse mandauit,& creata sunt.

Dixit autem Maria:Ecce ancilla domini,fiat mihi secundum uerbum tuum.

Bernardus: Humiliter respondet, ut gratiæ sedes præparetur.Ecce mater dei eligitur, & ancillam se nominat.Non mediocris reuera humilitatis insigne , nec oblata tanta gloria, obliuisci humilitatem.Non magnum est esse humilem in abiectione, magna prorsus et rara uirtus humilitas honorata.Prima mulier audiens, Eritis sicut dij, statim in superbiam ela-

ta,contra creatoris imperium manũ extendit ad ligni prohibiti fructum: hæc audiens se matrẽ filij dei,regnantis in domo Iacob in æternum, paucis, sed quæ summam animi modestiam cum summa fiducia pietateq́ coniunctã testarentur,respondit: Ecce ancilla dñi, cui semel dicata sum, parata ad omne obsequium, fiat mihi secundum uerbum tuum, ut spiritu sancto concipiam.Simulq́ cum dicto peractus est insensibiliter cœlestis ille conceptus, habebat in utero filium dei, repleta est spiritu sancto, Precemur & nos,ut fiat nobis secundum uerbum suũ, illud scilicet,quo rationem suæ incarnationis ipse disposuit.Ioan.3.Sic deus dilexit mundum,ut filium suum unigenitum daret,ut omnis qui credit in illum,non pereat,sed habeat uitam æternã. Nec dubium quin nos de profundis clamantis ad se,citius exaudire dignabitur, propter quos necdum se cognoscentes, ipse ad profundam hanc lachrymarum uallem descẽdere dignatus est. Ab hoc sancto uirginis cum angelo colloquio, deus auspicari uoluit restituendi generis humani negotium,qñ primum illud pestiferũ uirginis cum serpente colloquium,exitij seminarium inuexerat mundo.Ad lapsum hominis cõcurrebat angelus malum suggerens,mulier inconsultẽ suggestioni consentiens,& uir transgressionem diuini præcepti perficiẽs. Sic in reparatione angelus nuntians, uirgo consentiens,& Christus perficiens. Bernardus: Redditur fœmina pro fœmina,prudẽs pro fatua, humilis pro superba,quæ pro ligno mortis,gustum tibi porrigit uitæ, & pro uenenoso cibo illo amaritudinis,dulcedinem parit fructus æterni.

Et discessit angelus ab illa.

Nimirum cum reuerentia peracto negocio,rediens ad eum qui miserat, lætum cœli ciuibus referens nuntium, ruinam in proximo fore restaurandam.

De uisitatione Mariæ, Luc. I.

ARTICVLVS V, Luc.1 G

Exurgens autem Maria, abijt in montana cũ festinatione, in ciuitatem euda, & intrauit in domum Zachariæ.

Mirabilem diuinæ gratiæ operationem declarat deus, qui in omnibus suis mirabilis est operibus, maxime mirabilia & imperscrutabilia in humanæ redemptionis operatus est mysterio. Cum ergo euangelista occultum Christi aduentum ostendisset, angelico testimonio ut futurum, nunc humano ostendit, ut iam factum. Videns ergo se concepisse, non remorata tanta dignitate, exurgens à quiete contemplationis, ad opera charitatis festinauit. Ambrosius: Nõ quasi incerta de nuntio, non dubitans de exemplo, sed læta pro uoto,religiosa pro officio,festina præ gaudio,in mõtana perrexit, quatenus grandæuæ seruiret iuuencula, quemadmodum filius non uenit ministrari,sed ministrare,Mat.20.Siquidem uera pietas potius gaudet de felicitate aliena, q̃ studet iactare ꝓpriã. Congaudet enim charitas ueritati. 1.Cor.13.&.12. Si gaudet unum membrum, congaudent omnia membra. Si enim uicini congratulabanť,quanto magis Maria cognata ? Roma.12. Gaudete cum gaudentibus.Ascendit montana Iudææ, quæ mente in cœlestibus habitauit,ubi pastor nonaginta nouẽ oues reliquerat,Mat.18.Mar.6. Vbi thesaurus tuus est, ibi & cor tuum erit. Sed quibus comitãtibus? Nimirũ angelis, quibus cognata uirginitas.Exod.32.Angelus meus præcedet te,ait dominus Mosi.&.14.Tollens se angelus domini qui præcedebat castra Israel,abijt post eos, & cũ eo pariter columna nubis priora dimittens, post tergũ stetit inter castra Aegyptiorum & Israel. Sic Heliseus

montem uidit plenum equorum & curruum igneorum, 4.Reg.6.Sic ergo bonis ad custodiam adsunt angeli, immo ipse dñs Exod.13. Dñs præcedebat eos ad ostēdendū uiam. Amat autem secretū uirginitas, non euocatur ab ædium intimis, nisi prouocet officium: in publico properat, in officio lentior est. Dina tardans ad uidēdum mulieres regionis, per Sichem filium Emor Euei corrupta fuit Gene. 34. Ad opera pietatis festinandū. Nescit enim tarda molimna spiritus sancti gratia, ut dicit Ambrosius. Sic pastores festinantes uenerunt in Bethlehem Luc.2. Zachæus festinans descēdit, & excepit Iesum gaudens. Lucæ 19. Væ acediosis.

Et salutauit Elisabeth. Et factum est ut audiuit salutationem Elisabeth, exultauit infans in utero eius.

Eādem quam angelo exhibuerat, hominibus quoque curauit exhibere humilitatem, & quod maioris est est meriti & uirtutis, etiam minoribus. Ecci. 3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus. & corā deo inuenies gratiam. Gestās in utero deū, seruorum dei habitacula petit & requirit alloquia. Prior salutauit, sic angelus ipsam, Christus mulieres Matthe.28. Væ ergo inuidis & insidiosis, qui ut Iudas salutant. Matth.26. Aue rabbi. Psal.54. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Ambrosius: Cito quoq; aduētus Mariæ & dominicæ præsentiæ beneficia declarātur. Neq; uero uulgaris fuit ista salutatio, creuit utrisq; ex mutua gratulatione felicitas, exuberauit spiritus diuini uis. Maria secum fontem omnium dotium spiritualiū ferebat in utero, suiq; fœtus afflatu iam tota spirabat deum. Sensit Ioānes nondū natus, domini sui modò cōcepti diuinam uirtutē, & intra materni uteri sinus gestu prædicat eum, quē olim erat sua uoce prædicaturus, & suscepto singulari supra reliquos gaudio exultat in utero. Ioā.3. Amicus sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Aderat enim tēpus, quo impleretur angeli sermo, quo spiritu sancto ex utero ipsum replendum prædixerat Luc.1. Visitent sacra pgnantes, sancta q̄rāt alloquia.

Et repleta est spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit uoce magna.

Beda: Recte uoce magna, quia magna dei dona cognouit, quæ illum quem ubiq; præsentem nouerat, etiā corporaliter adesse sentiebat. Magna uoce non tam clamosa, quàm deuota, quia uocem uerbi habuit in utero, Ioan.1. Ego uox clamātis in deserto. Deuotio, magnus clamor in auribus dei. Hinc Mosi tacenti dicitur Exod.14. Quid clamas ad me? Si dñs ad præsentiā arcæ benedixit domui Obededom.2.Reg.6. quāto magis ad præsentiam domini realem? Hinc spiritu sancto repleta Elisabeth, nō iam continet animi sui gaudia, quę prius tacita latuerat, cōceptū pudore dissimulans: sed ingenti uoce, quam ingens affectus suppeditabat, exclamauit, ea promens afflatu spiritus, quæ nec ex uteri tumore suspicari poterat, nec ex homine didicerat, & perinde quasi angelum audisset cum Maria loquentem: ita uerbis angelicis suam gratulationem auspicatur

Et dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui.

Beda: Eadem uoce ab Elisabeth, qua à Gabriele benedicitur, quatenus angelis & hominibus uenerāda demōstretur. Et uere benedicta inter omnes laudatas mulieres, quia à maledictionibus mulierum libera. Gen. 3. Multiplicabo ærumnas & conceptus tuos. In dolore paries filios. & per eius partum à natis mulierū maledictio exclusa, in quo benedicendæ omnes gentes, Gene.22. & Gala.3. In semine tuo (ait dñs Abrahæ) benedi-

cetur oẽs gentes. Benedicta ergo incomparabiliter, quæ & diuini germinis suscepit gloriam, & integritatis seruauit coronam. Triplici ex causa legimus sanctas mulieres bñdictas ab hominibus. Propter decus uirginitatis & cõtinentię, quod triplicem habet gradum. Primus, continentia coniugalis. Sic Ruth à Booz fuit benedicta Ruth. 3. Benedicta es à dño filia. Secundus, uidualis, Sic Iudith, ibidẽ. 15. Benedixerunt illam oẽs una uoce, dicentes: Tu gloria Israel, tu honorificentia populi nostri, quia fecisti uiriliter, & confortatũ est cor tuũ, eo ꝙ castitatẽ amaueris, & post uirũ tuum, alterum nescieris. Tertius, uirginalis, Sic Maria ab angelo Luc. 1. Secũdo ob munus fœcunditatis. Cuius tres gradus. Primus, naturæ per seipsam, Sic Sara uxor Tob. 7. Dicat benedictio super uxore tua. Secundus, naturæ adiutæ gratia, Sic Anna mater Samuelis. 1. Reg. 1. Vade in pace, dñs det tibi petitionem tuã quam rogasti eum. Tertius, gratiæ operãtis supra naturã, Sic Maria ab Elisabeth. Lu. 1. Tertio, propter op⁹ uirilitatis, cuius primus gradus, uincere hostẽ fugientẽ, Sic Iahel Iudic. 5. Benedicta inter mulieres Iahel, quę clauo ferreo perforauit caput Sisarę. Secũdus, uincere aduersarium inuadentem, Sic Iudith, ibidẽ. 13. Benedixit te dñs in uirtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Tertius, uincere dominantem, Sic Maria à Symeone. Luc. 2. benedixit illis Symeon, & ait: Ecce positus est hic in ruinã & resurrectionẽ multoꝝ in Israel. Bernardus: Non quia tu benedicta, ideo benedictus fructus uẽtris tui: sed quia ille te præuenit in benedictionibus, ideo tu benedicta, sed inter mulieres: ille uere benedictus, non in hominibus uel angelis, sed ut ait Apostolus, est deus benedictus in secula super omnia, Roma. 9. Luc. 11. Beatus

Tres bene dicendarũ mulierum causæ.

Tres continẽtiæ gradus.

Fœcunditatis gradus tres.

Virilitatis gradus tres

uenter qui te portauit. Omnes enim in peccato concipimur. Psal. 50. Ecce enim in iniquitatib⁹ conceptus sum. Et natura sumus filij iræ, Ephe. 2. Nã per fructum ligni uetiti mortem incurrimus, Gen. 3. per hunc uitam cõsequimur, Prouer. 3. Lignum uitæ est his qui apprehenderint eam. Hic est enim fructus terræ sublimis, Esa. 4. de quo Can. 2. Et fructus eius dulcis gutturi meo. 1. Pe. 2. Si tamẽ gustastis quoniam suauis est dominus. Alij filij fructus sunt parentum, hic uentris Mariæ fructus.

Et unde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me?

Ambrosius: Non q̃si ignorãs hoc dicit. Scit. n. esse spiritus sancti gratiã & opationẽ, ut mater prophetę à matre dñi ad profectũ sui pignoris salutetur: sed quasi humani nõ sit hoc meriti, sed diuinæ gratiæ hoc munus esse cognoscat. Ipse. n. spiritus q̃ ei donũ prophetiæ, quo matrẽ dñi cognouit, cõtulit, munus pariter humilitatis, quo se minus dignã eius aduentu iudicauit, præstitit. q. d. Qua mea iustitia, quibus meis meritis accidit hoc mihi sterili et seni, et hominũ iudicio maledictę, ut ueniat tam humiliter et reuerẽter, nõ in curribus & equis, nõ in auro & gẽmis pretiosis, mater dñi mei ad me contemptam? Sic & filius. Mat. 3. Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Io. 1. Cuius non sum dignus ut soluam eius corrigiam calceamenti. Sed quod Elisabeth nõ debebatur, erat uirginis: quæ quanto maior, eo se humilius gerebat, sequẽs odorẽ & sentiens fructũ uẽtris sui, q̃ ait Luc. 22. Ego in medio uestrũ sum sicut qui ministrat. Sed q̃bus sericis gẽmis ue ornata uenit? Acceptissimis q̃dẽ deo. Psal. 44. Astitit regina à dextris tuis ĩ uestitu deaurato, circũdata uarietate. 1. Pe. 3. Quaꝝ nõ sit extrinsecus capillatura, aut circũdatio auri, aut idumẽti uestimẽtoꝝ cultus, sed q̃

absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est i cõspectu dei locuples.

Ecce enim ut facta est uox salutationis tuae in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo.

Siquidem argumento indubitato sensi domini mei aduetum. O quã mira et cita spiritus sancti operatio, nulla in discendo mora est, ubi spiritus sanctus doctor adest. En uno eodéq; momento cum uoce salutantis, nascitur gaudium infantis: quia cum uox intrauit aures corporis, uirtus spiritualis cor intrauit audientis: nec solam genitricem, sed & sobolem amore dei aduenientis accendit. Subsiliit uelut occurrere gestiẽs domino suo, ac debitum honoris officium exhibere, & applaudens uoci quam Adam in paradiso timuit audire, & à facie domini fugit, sed non aufugit. Gene. 3. Domine, audiui uocem tuam, & timui, eo q nudus essem. Adam de publico in absconditum fugit, Ioannes de abscondito in lucem gestit omnibus indicare agnum, qui tollit peccata mundi, Ioan. 1.

Et beata quae credidisti, quoniam perficientur in te, quae dicta sunt tibi à domino.

Hoc certe nomine felix es, q non sis diffisa quamlibet incredibilibus angeli uerbis. Mirum in modum idẽ spiritus cum eam impleuit, praesentium simul & praeteritorum ac futurorum scientiam instruxit. De prçsentibus, quia matrem domini agnouit, & praesentem redemptorem in utero eius: de praeteritis, quia uerba angeli ad Mariam, & consensum Mariae, pdidit, d. Beata quae credidisti. De futuris, cum perficienda à domino, quç ei dicta essent, aperuit. Sed quae? Nã gratia plena, dominus secum & in mente & in utero, benedicta inter mulieres, benedictum fructum uentris baiulat, quid igitur restat? Certe quod ex te nascetur sanctum, uocabitur filius dei, & dabit illi dominus deus sedem Dauid. Hebrae. 2. Necdum uidemus ei subiecta omnia. Ecce quanta est uirtus fidei, quç etiam in matre domini commendatur. Hebrç. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Demus ergo magnificẽtiam deo nostro, quia dei perfecta sunt opera (Deuter. 32.) redemptionis, sicut & creationis: & speremus quod & perficientur in nobis glorificatiõis, ut occurramus omnes in uirum perfectum, in mensura aetatis plenitudinis Xpi, Eph. 4.

Et ait Maria.

Videns per alios spiritu dei afflatos, arcana in se peracta mysteria reuelari, quae hactenus uirginali pudore texerat animi sui gaudia, spiritu sancto correpta, quo iandudum erat plena, non sibi temperat, quin hymno gratulabundo prorumpat in laudem dei, cuius bonitati tribuẽdum, quicquid praeclari contingit hominibus. Ambrosius: Sicut peccatũ à mulieribus coepit, ita & bona à mulieribus inchoantur: unde non otiosum uidetur, qđ ante Ioannem Elisabeth prophetauit, & Maria ante domini generationem. Sequitur: Mariae persona quo melior, eo prophetia sit plenior. Concinuit Maria soror Aaron canticum, cum transissent filij Israel mare rubrum, submerso Pharaone, Exod. 15. Delbora, deuicto Sisara, Iudic. 5. Merito haec, quae liberatorẽ gestabat per baptismum de manu diaboli saluantem. Cantauit & Moses legem donans, per canticum populũ ad obseruandum contestans. Cecinit & Anna, probhetam enixa fidelem, 1. Reg. 2. Dignius Maria, quae & ipsum legislatorem, & dominum prophetarum protulit. Excedit quidem omnia cantica ex parte concinentis, quae superuentione spiritus sancti illuminatissima, lucem ipsam gestabat in utero totius mũdi: & ex parte ipsius cantici, praeterita, praesentia & futura

futura complectentis, non umbrę & figuræ, sed ueritatis & exhibitionis, nedum gentis Iudaicę salutem, sed et gentium fidissime promittentis.

Magnificat anima mea dominum.

O Elisabeth, tu magnificas in me quod uides: sed hoc totũ diuini muneris est, unde nihil est quod meis arrogem meritis. Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectũ, desursum est, descendens à patre luminum. Et ideo non lingua tantum sed & ex intimis præconijs, anima mea dominum extollit laudibus. Esa. 29. Matt. 15. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Ideo Psal. 68. Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum cum laude. Eccli. 43 Exaltate illum quantum potestis, maior est enim omni laude. Ambr. Quis plus magnificare potest Deum, q̃ anima Mariæ, quæ & Deum secum, quem cœli & terræ capere non possunt, habebat? Psal. 33. Magnificate dominũ mecum, et exultemus nomen eius in idipsum. Quemadmodum nomẽ domini blasphematur in mala uita, Roma. 3. Quotidie nomen meũ per uos blasphematur inter gentes, sic bonis opibus magnificatur. Phil. 1. Nũc magnificabitur xp̃s ĩ corpore meo, siue p̃ uitã, siue per mortẽ. Et q̃a Dei laudem seq̃tur exultatio mentis, subdit:

Et exultauit spũs meus in Deo salutari meo.

Basilius: Primus fructus spũs, est pax & gaudiũ, & q̃a beata uirgo totam spũs sancti hauserat grãm, merito exultauit. Gaudio ineffabili gestit spũs meus, cœlesti afflatus spiritu, non in sese, sed in Deo, qui mihi cunctisq́ salutis est author. Beda: Eius aĩa dñm magnificat, qui omnes interioris hoĩs affectus, diuinis laudibus ac seruitijs mancipat, qui obseruantia mandatorꝫ Dei, sẽp potentiã eius maiestatis se cogitare demonstrat. Eius spũs exultat in deo, quem nihil in terrenis libet, nulla caducarꝫ rerꝫ affluentia emollit, nulla aduersitas frangit, sed sola illius à quo salus speratur æterna, sui cõditoris memoria delectat. Psal. 76. Renuit cõsolari aĩa mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Theoph. Ille Deũ magnificat, qui digne sequitur Xp̃m, & dum Christianus uocat̃, Christi non minuit dignitatẽ, magna et cœlestia operando. Ioan. 15. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructũ plurimũ afferatis, et efficiamini mei discipuli. Et tũc spũs eius. i. spũale charisma: exultabit. i. p̃ficiet. Spũs, pars mentis nr̃æ est sup̃ior, qua ad sup̃na cõuertimur. Aĩa, inferior, q̃ aĩat corpus uegetãdo et sensificãdo, a quo dr̃ aĩalitas. Hinc 1. Thes. 5. Ipse aũt Deus pacis sanctifi cet uos p̃ oĩa, ut ĩteger spũs uester et aĩa et corpus, sine q̃rela in aduentu dñi nr̃i Iesu xp̃i seruetur. Sunt q̃ lætãtur cũ malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Prouer. 2. de q̃b⁹ Iac. 4. Nũc aũt exultatis in sup̃bijs uestris. Oĩs exultatio talis maligna est. Ideo Esa. 61. Gaudens gaudebo in dño, & exultabit aĩa mea ĩ Deo meo. Phil. 4. Gaudete in dño sẽp. Hoc prædixit Abacuc. 3. Ego aũt gaudebo in domino, & exultabo in Deo Iesu meo. Pręmissa laude, subiungit beneficia, primo specialia sibi impensa.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent oẽs generationes,

Beda: Humilẽ se suo iudicio Christi ancillam fuisse demonstrat, sed respectu gratiæ cœlestis repente sublimatam, atq; intantum glorificatam, ut sua beatitudo p̃cipua merito cunctarum gentium uoce miretur, q̃bus ex ea cõtigerit seruator. Augustinus: Plus humilitas uirginis, quàm castitas placuit, quia castitas sine humilitate nunquã placere potest. Matt. 25. fatuis dicitur: Amen dico uobis, nescio uos. Gene. 4. Respexit dñs ad Abel, et ad munera ei⁹. Hinc Mat. 11.

Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Sic Dauid ait. 2. Regū. 6. Ludam ante dominū qui elegit me, & uilior fiam plus quam factus sum, & ero humilis in oculis meis. Nihil ergo suis meritis tribuit, sed totam suā magnitudinem ad illius donum refert, qui essentialiter magnus & potens existens, fideles suos de paruis, atque infirmis, fortes facere consueuit & magnos.

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.

In spiritus sancti superuētione, filij altissimi incarnatione, uirginitatis meæ conseruatione, ut mater sim & uirgo, & filij dei mater, unum cū patre habens filium. Immensa enim uirtute sua nihil non potest. Psalm. 113. Omnia quæcunque uoluit dñs, fecit. Sapien. 12. Subest enim tibi, cum uolueris, posse. Et idcirco nomē meum inter felices numerabitur. cæterum illius nomen erit ubique sanctum & adorandum. Hiere. 14. Nomen tuum inuocatum est super nos ad quod se flectet omne genu, Phil. 2. per quod unum contingit salus uniuerso orbi. Actorum. 4. Non enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Ad hoc nomen inuocatū pellentur morbi, torpescent uenena, fugient dæmones, reuiuiscent mortui. Marc. 16. In nomine meo dęmonia eijcient. Iohel. 2. Ro. 10. Omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Quicunque ergo sanctitatis, & æternæ salutis uolunt esse participes, ad huius nominis aduolare inuocationē necesse est. Matth. 6. Sanctificetur nomē tuum. Consequenter ponit beneficia cōia.

Et misericordia eius a progenie in progenies, timentibus eum.

Gratuitum hoc erit, quod nominis huius professio salutem, & sanctimoniam conferet uniuersis, non debitum, misericordiæ erit, non meriti: quam largissime profundet non solum Iudæis, qui illum expectarunt, quibus & missus. (Mat. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israel. Ioan. 4. Salus ex Iudæis) sed quicunque relictis uitijs, timere cœperit deum, is Israelitico consortio censebitur dignus. Acto. 10. In ueritate comperi, quia non est personarum acceptor deus, sed in omni gēte qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Roma. 15. Dico enim Christum Iesum ministrū fuisse circūcisionis propter ueritatē dei, ad confirmandas promissiones patrum, gentes autem super misericordia honorare deū, Act. 11. Ergo & gētibus pœnitentiam dedit deus ad uitam. Notanter dicit, timētibus eum. Qui enim sine timore est, non poterit iustificari. Eccle. 2. Malac. 4. Vobis timentibus nomen meum, orietur sol iustitiæ.

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

Deus enim uolens deijcere supercilium sapientiæ potentiæque mundanæ, per filium suum factum humilē, exeruit robur sui brachij (Esa. 53. Brachium domini cui reuelatum est?) ac stultam fecit huius mundi sapientiā. 1. Cor. 1. deiecit ac fregit potentiam, Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Luc. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, i pace sunt omnia, si autem fortior super ueniens, uicerit eum, uniuersa arma eius auferet, in quibus cōfidebat, & spolia eius distribuet. Sic Iudæi per crucem & mortem, domini memoriam extinguere conantes, illud magnificarunt, et dispersionem quam timebant, incurrerunt. Foderunt. n. foueam, & inciderunt in eam. Psal. 56. Iob. Qui dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorum, quod ceperant. Qui apprehendit sapientes in astutia eorum, & cō-

filium prauorũ dissipat, Hinc Esai.8 Inite cõsilium,& dissipabitur.Et.19. Dominus miscuit in eis spiritũ uertiginis,& errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo. Beda: Quia initiũ omnis peccati superbia.Eccl.10. ob cuius demeritum dominus genus humanum à stabili habitatione patriæ cœlestis eijciens,in huius peregrinationem exilij longe lateq; dispulit,sed & his,qui in peccatis perdurare non timent, grauiorem futuræ dispersionis uindictã reseruauit.

Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles.

Beda:Non quia uere potentes,sed quia in uirtute sua confidebant, sublimes in thronis,sapientia turgidi, potentia formidabiles,conditoris auxilium quærere detrectabant, de rerum fastigio deposuit.Sap.2. Sit autem fortitudo nostra lex iniustitiæ. Quod enim infirmum est,inutile inuenitur.Quid autem?Sap.6.Quoniã cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legẽ iustitiæ,neq; secundum uoluntatem dei ambulastis.Horrende & cito apparebit uobis,quoniam iudiciũ durissimũ in his qui præsunt,fiet. Eccl 10.Sedes ducum superborum destruxit dominus, & sedere fecit mites ꝓ eis.Radices gentium superbarũ arefecit deus,& plãtauit humiles ex ipsis gentibus.Claret Esa.14. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris?1.Regum.15.Cum esses humilis in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Sic superbus Antiochus uermibus cõsumptus.2.Mac. 9.sic & Herodes.Actorum.12. Illi autem uere potentes sunt,qui dicere cũ Apostolo possunt. Omnia possum in eo qui me confortat, de quibus Iob.36. Deus potentes non abijcit, cum & ipse sit potẽs, sed non saluat impios.Prouerb.29.Humilem spiritu suscipiet gloria.Sic humilib⁹ uirtutem dedit calcãdi super serpentes & scorpiones & super omnem potestatem inimici. Lucæ.10. adoptatis in filios.

Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

Qui suam agnoscentes iniustitiã, iustitiam dei esuriebãt,hos deus suis expleuit bonis.Contra qui sibi uidebantur prædiuites ac bonis operib⁹ abundantes,& ideo non esuriebant gratiam euangelicam,hos reiecit à se famelicos.Apoc.3. Dicis quia diues sum & locupletat⁹, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis,& pauper,& cæcus,& nudus. Non fecit,sed dimisit inanes, quales erant.Basilius:Genus sitiebat humanum,exceptis Iudæis,hos nanq; ditauerat legis traditione, sanctorum dogmate prophetarũ, alijsq; charismatibus,ut pane uescerentur.Matt. 15.Non est bonum sumere panem filiorum,& dare canibus. Quia uero non humiliter,adhæserunt uerbo humanato,dimissi sunt inanes,nihil deferentes,non fidem,nõ scientiam, & spe bonorum priuati sunt,& ab ęterna Hierusalem, & à uita futura exclusi.Matt.21. Auferetur à uobis regnum,& dabitur genti facienti fructus eius.Acto.13.Vobis oportebat primum loqui uerbum dei,sed quoniã repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ,ecce conuertimur ad gentes,sic enim pręcepit nobis deus.Audientes autẽ gentes,gauisę sunt.Quos enim de gentibus fames & sitis contriuerant, cum hæsissent domino,repleti sunt spiritualib. bonis.Beda:Qui ęterna perfecte nũc esuriunt,ad hæc appetenda, infatigabili operum iustorum iactantia certare non desistunt, satiabũtur utiq;, cum sui redemptoris gloria, quam desiderabant,apparuerit. Psalmo.16 Satiabor cum apparuerit gloria tua. Lucæ.22. Ego dispono uobis,sicut

disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis sup mēsam meā. At quicunq; cœlestibus diuitijs terrenas pręponere gaudēt, hi nimirum tempore ultimæ districtionis inanes totius beatitudinis dimittūtur à domino, ideo cum diabolo perennis miseriæ pœna plectuntur, quemadmodum diues ille epulo. Luc.16. Quod etiam in hac uita ex parte non minima uidemus impleri, ut & humiles supernæ bonitatis alimonijs repleantur, uirtutumq; cœlestium hubertate ditescant, & qui uel terrenis diuitijs gloriantes superbiunt, uel de opibus se bonorum operum, quasi hæc à se haberent, extollunt, intus à lumine ueritatis inanescunt. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Matth.5.

Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.

Beda: Post generalem diuinæ pietatis ac iustitię cōmendationem, ad specialem nouæ incarnationis dispensationem, qua mundum Deus redimere dignatus est, cōfessionis uerba conuertit. Israel, uir uidens Deum, dicit: quo omnis redemptorum cœtus designatur, ppter quos, ut deū uidere ualeant, ipse Deus homo uisibilis inter hoīes apparuit. Suscepit quasi medicus ægrotum quem curet, rex populum quem ab hostium īcursione defenderet, ac secum perpetuo regnare donaret. Et bene addit, Puerū suum, quasi peculiarius adamatum, humilem, & obedientem significans, quia nō nisi per uirtutem humilitatis, potest quis ad cōsortium redemptoris attingere. Matt.18. Nisi cōuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Nō erat oblitus pmissi sui, sed ob longā morā, perinde quasi fuisset oblitus, obre pferat desperatio, sed nūc declarauit sese nequaquā imemorem sui populi, exhibens quod olim pmiserat. Beda addit, (misericordiæ) quia qđ hominem (ut nos redimeret) assumpsit, non humanæ meritum conditionis, sed diuinæ donum pietatis extitit, suscipiens eo qui uident per fidem, in cœlestem hæreditatem.

Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula.

Gen.22. Benedicent in semine tuo omnes gentes. Gala.3. Abrahæ dictæ sunt pmissiones & semini eius. Non dicit in seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, et semini tuo qui est Christus. Beda: Semen Abrahæ non tantū illos dicit electos, qui ex Abrahæ pgenie sunt corporaliter editi, uerūetiam nos qui de gētibus ad Christū congregati, illis fidei societate patribus sociamur. Gala.3. Si autē uos Christi, ergo & semen Abrahæ estis, secundum pmissionem hæredes. Recte in cōclusione subiungitur, (in secula:) qa nimirum prefata promissio hæreditatis supernæ, nullo unquam fine claudetur. Nam usq; in finem seculi huius non deerunt, qui in Christum credendo, semen fiant Abrahę, & futuræ beatitudinis eidem semini manebit gloria perennis. Vnde oportet nos quibus æterna merces pmittitur, sine ulla intermissione, donec accipiamus certare curemus.

Mansit autē Maria cum illa quasi tribus mensibus, & reuersa est in domum suam.

Ambro. Non sola familiaritas est causa qđ diu māsit, sed ēt tanti uatis pfectus. Nam si primo ingressu tantus pfectus extitit, quantū putamus usu tanti tpis sanctæ Mariæ addidisse præsentiā? Mansit fermè tribus mēsibus, sanctis colloquijs, & amicis obsequijs subleuans anum: & qa paritura Elisabeth, discedit pp multitudinē qui ad partum cōuenturi erant.

De ortu Ioannis. Luca. 1.

ARTICVLVS VI.

Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium, & audierunt uicini & cognati, Lucæ 1.

H

gnati, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei.

Futurorum præscius deus, quę de ortu præcursoris per angelum mirabiliter prænũtiauit, multo mirabilius, & clarius impleuit. Hominum.n. natiuitas culpabilis. Ephe.2. Eramus natura filij iræ. Iob.15. Nemo mũdus à sorde, neque infans cuius est unius diei uita super terrã. Est & tristis. Sapiæ. 7. Primam uocem emisi similem omnibus plorãs. Ecõtra Ioannis describit̃ sancta. Verbo.n. plenitudinis nõ utitur scriptura, nisi in ortu, actu, uel obitu iustorum, quorum uitam operis plenitudinem habere signat. Secũdo magnifica. Valde.n. clementer et magnifice egit deus cum illa. Tertio iucunda. Res.n. rumore sparsa est per uicinos & cognatos, quibus ut ante doluerat Elisabeth sterilitas, ita uoluptati fuit, quòd ex ingenti misericordia diuina edita prole mascula, contigisset anui deploratę sterilitatis, matris nomen, cui felix fuerat futurum genuisse puellam, sed multo felicius erat genuisse filiũ. Aequum aũt erat, ut in eius natiuitate multi gauderẽt, qui plurimorum bono natus fuerat, prænũtiaturus & ostensurus seruatorẽ. Eo magis cõgaudebãt, quo ambo iusti, incedẽtes in oĩbus mãdatis, & iustificationibus dñi sine reprehẽsione. 1. Cor.13. Charitas cõgaudet ueritati. Ro.12. Gaudete cũ gaudẽtibus.

Et factũ est in die octauo uenerunt circũcidere puerũ, et uocabãt eũ nomine patris sui Zachariã.

Qm̃ pater erat elinguis, qui solet esse author imponẽdi nominis, & tẽpus aderat quo iuxta legis præscriptũ circumcidẽdus erat, & indendũ nomẽ, quemadmodum modo in baptismo. Genesis.17. Infans octo dierum circumcidetur, cognati suspicãtes id patrem uelle, quod uulgo solet esse gratissimum, nomen patris imponẽdum putarunt. Sic Tobias nomen suum filio imposuit. Tobiæ.1.

Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam, sed uocabitur Ioannes, Et dixerũt ad illã: Quia nemo est in cognatione tua, qui uocetur hoc noĩe.

Mater ergo quod à marito discere nõ poterat, spiritus sancti afflatu docta cõtendit imponendũ. Ecõtra cognati, eo qđ in ple soleat per inditũ nomẽ, uel prĩs uel aui, aut patrui, uel alicuius cognati memoria renouari.

Innuebant autẽ patri eius, quem uellet uocari eum Et postulans pugillarem, scripsit, dicens: Ioannes est nomen eius.

Claret ipsum nedũ mutũ, sed et surdũ fuisse, quia nutibus uisibilibus innuebãt, quo noĩe uellet uocari eũ. At ille postulata tabella & allatis pugillaribus, scripsit nomẽ sibi inditum.

Et mirati sunt uniuersi.

Quod placeret nomen nouũ, & quod inter patrẽ mutum & matrem de nomine conueniret, uidentes in processu negotij miracula miraculis iungi, totque insolita fieri, merito Ioannes dictus, quia gratia singulari natus, grã spiritus sancti plenus, & eũ qui plenus gratia, de cuius plenitudine oẽs accepturi. Ioan.1. ostensurus. Ioan.1. Ecce agnus dei. Nominis impositio uel immutatio à deo singularis gratiæ indicium. Sic Abram, Abraham dictus, quia pater multarũ gentiũ cõstitutus. Ge.17. Sic Iacob Israel, quia uidit deũ. Gen.32. Et Simon Cephas, id est, capitaneus. Io.1. Item Petrus, id est, saxum siue fundamentũ. Mat. 16. Et dominus seruator Iesus, quia saluum fecit populum suum à peccatis eorum. Matth.1.

Apertum est autẽ illico os eius, et lingua eius, & loquebatur benedicens deum.

Ambrosius: Soluit fides linguam, quam incredulitas ligauerat.

Et factus est timor super omnes uicinos eorũ, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia uerba hæc.

Hæc oĩa rumore sparsa sunt, non iam per cognatos tãtum & uicinos, uerumetiam per uniuersam illã Iudæę

regionem, quę mõtana dicit, adeo ut non solum admiratio, sed stupor q̃dam & horror, ex tot tã insolitis miraculis occuparet aĩos omniũ, uidentes uirum tã iustũ ob incredulitatem percussum, & miracula circa puerũ.

Et posuerunt omnes qui audierant, in corde suo, dicentes: Quis putas puer iste erit? Etenim manus domini erat cum illo.

Siquidẽ ex his præludijs colligebãt, natũ puerũ olim magna & inaudita patraturũ, cuius conceptus & natiuitas iam tum insigniretur prodigijs, nam sterilis ex sene cõcepit, mutus factus, loquitur: mater pphetat de nomine, pater de deo & pple, & uolutantes aĩo, quis tantorũ prodigiorũ esset exitus futurus, dicebant: Quisnã futurus est iste puer? Nemo prophetarum tam prodigiose natus est. siquidẽ ipsa rerũ miracula declarãt, hęc geri uirtute dei, quæ puero adsit ad res summas delecto. Hiere. 10. Nõ est similis tui dñe, magnus es tu, & magnũ nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te o rex gentium? tuum est enim decus. Tob. 12. Opera dei reuelari, et cõfiteri honorificũ. Facta sunt enim oĩa hęc singulari dispẽsatione, ut qui de Christo prophetizaturus esset, fide dignus haberetur, & oẽs ex ipsa natiuitate Ioannis certiores redderent, q̃ multis maior esset. Aduertẽdum, q̃ Zacharias gratia dei iuxta angeli dictũ restitutus, in gratiarũ actionẽ prorupit, membrũ p quod peccauerat, deo cõsecrãs iuxta illud. 1. Thessa. 5. In oĩbus gratias agite, & Romanorum. 6. Sicut exhibuistis membra uestra seruire immũditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto, & prophetauit, dicens.

Beda: Magna largitas diuinæ pietatis, ecce loquela quę ablata est diffidenti, cum spiritu prophetiæ reddita est credẽti. Hic rectus ẽ ordo, ut prius repleatur spũ sancto, & post prophetizet. Act. 2. Repleti sunt spiritu sancto, & cœperũt loqui uarijs linguis, prout spũs sanctus dabat eloqui illis. 2. Pet. 1. Non. n. uolũtate humana allata est aliqñ prophetia, sed spiritu sancto ĩspirati, locuti sunt sancti dei hoĩes. Vt ergo oĩa redundarent miraculis, & gaudijs afflueret, Zacharias totus afflat⁹ spũ sancto, prorupit in hũc hymnũ. In quo duo generaliter denũtiat, ut dicit Origenes: Alterum de Christo, secundum de Ioanne. Et tu puer) Primo benedicit deum.

Benedictus dominus deus Israel, quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ.

Laudãdus deus, qui tãdẽ dignat⁹ est nouo more inuisere populũ suũ, iã miserę diutinęq; seruitutis tędio laborantẽ, ac desperationi proximum, aduersus quẽ satanas, peccatũ et mũdus inualuerant, sic, ut nec spes esset in pharisæis, nec in philosophis, nec in Mosaicæ legis cęremonijs. Benedictus ergo dñs oĩum iure possessionis. Esther. 13. Dñe dñe rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui tuæ possit resistere uoluntati. Sap. 12. Tu aũt dñator uirtutis, cũ tranquillitate iudicas, & cũ magna reuerẽtia disponis nos. De⁹) iure creationis. Gene. 1. In principio creauit deus cœlum & terrã. Iob. 34. Quẽ constituit aliũ sup terram, aut quẽ posuit aliũ super orbẽ quẽ fabricatus est? Esaiæ. 48. Ego ipse, ego ipse primus & nouissimus. Israel specialiter, gratia speciali plura beneficia donando. Psal. 147. Qui annuntiat uerbum suum Iacob, iustitias et iudicia sua Israel. Nõ fecit taliter oĩ nationi, & Psal. 75. Notus in Iudæa deus, in Israel magnũ nomẽ eius de his Deu. 32. Nũquid nõ ipse est pater tuus, q̃ possedit, fecit, & creauit te? Esai. 48. Hęc dicit dñs de⁹ redẽptor tuus sanctus Israel. Ego dñs de⁹ tuus, docẽs

te utilia, gubernās in te uiā qua ambulas. Causā subnectit recolēs multiplex beneficiū generi humano collatū. qa uisitauit tanquam medicus ęgrotū. Mat. 9. Nō est opus ualētibus medico. Beda: Visitauit dñs plebē suā, longa infirmitate tabescentē, et quasi sub peccato uēditā, unici filij sui sanguine redemit. Esa. 33. Dñs iudex noster, dñs legifer noster, dominus rex noster, ipse ueniet et saluabit nos. Augustinus: Magn⁹ uenit medicus, qa magnus ubique iacebat ægrotus. Visitauit carnē assumendo, quasi lōgius à se recedentes, quos in peccatis positos quærere & iustificare curauit. Baruch. 3. Hic est deus noster, & nō æstimabitur alius ab eo: hic adinuenit omnē scientiā & omnē uiam disciplinæ, & tradidit illā Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc ī terris uisus est, & cū hominib⁹ cōuersatus est. Fecit redēptionē in passione, quia nos uenūdatos sub peccato, et antiquo hostis seruituti addictos, sui sanguinis dato pretio liberauit. Psa. 110. Redemptionem misit dñs populo suo. Apo. 5. Redemisti nos deo in sanguine tuo. 1. Pet. 1. Non. n. corruptibilib⁹ auro uel argento redēpti estis de uana uestra cōuersatione paternę traditionis sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Hinc Apostolus horrat. 1. Co. 6 Empti estis pretio magno, glorificate & portare deū in corpore uestro. Plebis suę non utique quā ueniens suam inuenit, sed quam uisitando & redimendo suam fecit.

Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui.

Potēs erat tyrānus, q multo satellitio stipatus, regnabat per oē genus hominū, à quo uirib⁹ humanis nō poterat uindicari libertas Israelitarū. Solū deus hoste potētior, addidit infirmis robur, misso duce inuicto, q cornu diuinę uirtutis deijceret aduersariorum opes, quique deuicta morte, gratis cōferret salutē per fidē. Habet aīalia cornuta, in cornu robur: solebāt et reges ex cornu inūgi. Sic Christus dei uirtus & dei sapiētia. 1. Co. 1. unctus est oleo lętitię prę participib⁹ suis. Ps. 44. Hebr. 1. Non. n. est in alio aliquo salus. Acto. 4. Hoc salutis præsidiū erexit nobis in gēte David cultoris sui, cui promiserat hoc beneficiū. Ps. 131 De fructu uētris tui ponā super sedē tuā, peruenturū hinc ad oēs qui iuxta spiritum promerentur esse filij David, nō degenerātes à pietate patris.

Sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt prophetarum eius.

Sic. n. olim promiserat per ora oīum prophetarū, quos suo spū afflauerat, q ab orbe cōdito uaticinati sunt. Nulla siquidē ętate defuit prophetia de Christo. Actorum. 3. Deus q prēnūtiauit per os oīum prophetarū pati Christū suū, impleuit sic. Et. 10. Huic oēs prophetæ testimoniū phibent, remissionē peccatorum accipere per nomen eius.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.

Diabolo, mundo, & carne. 1. Ioā. 3 In hoc apparuit fili⁹ dei, ut dissoluat opera diaboli. Ioā. 16. Cōfidite, quia ego uici mundum. 1. Ioan. 5. Omne quod natum est ex deo, uincit mundum. Et hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides uestra.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis.

Sic illius bonitati uisum est, ut rē tātā largiretur immerentibus. Titū. 3 Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, nō ex operibus iustitię quę fecimus nos, sed secundū suā misericordiā saluos nos fecit. Fecit misericordiā nō solū cū uiuētib⁹, sed & cū patrib⁹. Christi. n. grā, etiā in illos, qui olim mortui, pertingit. Zacha. 9. Tu quoque in sanguine testi tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quo nō

est aqua. Sic illius iustitiæ uisum est, ut quod promiserat, præstaret suo tẽpore, ut ab omnibus intelligeretur non solum misericors ac beneficus, uerũetiam uerax ac promissi tenax. Gen. 22. Per me metipsum iuraui, dicit dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito ꝓpter me, benedicam tibi, & benedicentur in semine tuo omnes gentes.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorũ liberati, seruiamus illi. In sanctitate & iustitia corã ipso, omnibus diebus nostris.

Nõ ergo carnis cura in desiderijs agenda. Rom. 13. quia ad hoc liberati de manu inimicoꝝ, uisibiliũ & inuisibiliũ. Vt sine timore) iordinato, carnali & seruili. 1. Ioã. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem, q̃m timor pœnã habet. Seruiamus illi) Mat. 4 Dñm deum tuum adorabis, et illi soli seruies. Sed quõ? In sanctitate) reuerẽtia erga deũ. Leuit. 20. Sanctificamini & estote sancti, qa ego sanctus sum dominus deus uester. Deute. 18. Perfectus eris & absque macula corã domino deo tuo. 1. Thess. 4. Hæc est uoluntas dei sanctificatio uestra, ut sciat unusquisq; uestrum uas suũ possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum. Et iustitia) quæ communis est uirtus, omnẽ amplectens uirtutẽ. Fide enim & spe colitur deus, tanquam immediatum & proprium illarũ obiectum. Sic & laudata in rebus humanis uita. Ro. 12. Prouidentes bona, nõ tantum corã deo, sed etiam corã omnibus hominibus. Corã ipso) nõ corã hominibus tantũ, ut hypocritæ, recta scilicet intentione & attentione. Psal. 118. Seruaui mandata tua & testimonia tua, quia omnes uiæ meę in cõspectu tuo. Et hoc oĩbus dieb⁹ uitę nostrę.) Qui .n. pseuerauerit usq; in finẽ, hic salu⁹ erit, Mat. 10. & 24. Galat. 6. Bonum aũt faciẽtes nõ deficiamus: tpe enim suo metemus non deficiẽtes.

Et tu puer propheta altissimi uocaberis, praeibis enim ante faciem domini parare uias eius.

Ad puerũ uerba cõuertit. Ambrosius: Potuit Ioannes uocẽ patris sui natus audire, qui Marię nõdũ natus salutationẽ audiuit. Sciebat .n. Zacharias alias esse aures prophetæ, q̃ spiritu dei, nõ corporis ætate referantur. Matt. 21. Oẽs habebant Ioannẽ sicut prophetã. Quia uenit ad parandum uiam, præparando aĩos hominũ ad tantæ salutis susceptionem, ne si aduentus ille mentes hominum oscitãtes, & auersas inuenerit, oblata salus uertatur in cumulum exitij.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionẽ peccatorũ eorũ. Per uiscera misericordiæ dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto.

Ioãnis prędicatio fecit ut intelligerẽt instare salutẽ, idq; in remissionẽ, id est, per remissionem peccatoꝝ. Sic ostendit quõ præparauit uias. Nõ ergo ait: Ad dandã) salutẽ, sed sciẽtiã) salutis. Io. 1. Nõ erat ille lux, sed ut testimoniũ perhiberet de lumine. Suo enim baptismo, suaq; prædicatione effecit, ut intelligerẽt sese peccatores, & scirẽt sibi opus medico, ac cognoscerẽt iã adesse eum, qui solus oĩum, omnibus per fidẽ euangelicam largiturus sit salutem ęternã, uidelicet gratuito cõdonatis peccatis. Acto. 15. Fide purificans corda eoꝝ. Apo. 1 Dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, quę mortẽ adferunt aĩæ, & gratis collata nobis sit sua iustitia. Idq; continget oĩbus credẽtibus, nullis oĩno meritis hoĩum, sed propter exuberãtẽ dei nostri misericordiam, qui quos cõdidit, perire noluit. Gala. 2. Qui dilexit me, & tradidit semetipsum ꝑ me. Perieramus, nisi ille pro sua genuina bonitate misertus esset nostri, nisi ille ueluti sol quidã cœlitus nobis exortus dispulisset tenebras ignorantię nostrę, ꝓfligasset peccatorũ caliginẽ, ac frigida

corda suæ charitatis accẽdisset igne. Ioā.16. Exiui à patre, & ueni in mundum. Psa.18. A summo cœlo egressio eius. Quare oriens iste(siquidem nomen est, & non participium. Zacha. 6. Ecce uir oriens nomen illi) nos uisitarit, subiungit.

Illuminare his qui in tenebris et in ũbra mortis sedent, ad dirigẽdos pedes nostros in uiã pacis.

Iacebamus in tenebris ignorãtię, erroris & infidelitatis. Eph.4. Tenebris obscuratũ habentes intellectũ, alienati à uia dei per ignorantiam q̃ est in illis, propter cæcitatem cordis eorũ. Et umbra mortis, hoc est, peccato. Esaiæ.59. Iniquitates uestrę diuiserunt inter uos & deum. Non poteramus oculos attollere ad illum. ille se demisit ad nos, fuisq; radijs in aĩos nostros immissis, serenus ac salutifer illuxit nobis. Esa.9. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. & .42. Dedi te in fœdus populi, & in lucem gentium, ut aperires oculos cęcorum, & educeres de conclusione uinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. Ioan.1. Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hũc mundum. Non sufficit autem illuxisse tantum, nisi & dirigãtur pedes nostri in uiam pacis. Sicut enim peccatum inimicitiæ cum deo, sic iustitia pax. Exortus est itaq; nobis sol ille æternus, ut animi nostri pedes, hoc est, affectus, dirigat in uiam euangelicam, quæ uia est pacis, quæ per fidẽ & charitatem humana diuinis cõciliat, dirimens inimicitiã quæ erat inter deũ & hominẽ. Ro.5. Iustificati ergo ex fide, pacẽ habeamus ad deum, omnes natiões orbis in unius nominis fidei professione conglutinãs, deniq; sedatis tumultuosis affectibus, unũquenq; hoĩem conciliãs sibi. Nã per pacẽ pectoris, peruenĩt ad pacem ęternitatis. Io.14. Pacẽ relinquo uobis, pacẽ meam do uobis. Eph.2. Veniẽs euangelizauit pacẽ his qui longe, & pacẽ his qui propè. Cũ ergo pax uera & spiritualis, fructꝰ sit spũs. Gal.5 ideo à charitate ꝓcedit quasi efficienter. Charitas nanq; unionẽ & cõcordiam parit, quietẽ quoq; & gaudiũ in amato dum ei cõiungitur. Psa.118 Pax multa diligentibus legẽ tuam. Dicĩ etiã procedere ex iustitia, quasi prohibẽs à remouente, quia iustitia impedimẽta pacis aufert. Esaię.32. Et erit opus iustitiæ pax. Rursus ponĩ effectus prudẽtiæ, tanq̃ uirtutis diti gentis ad pacẽ ꝑ ueram discretionẽ, qua quis ordinate se habet, unde nec ꝑturbatur. Ro.8. Prudẽtia spũs, gaudiũ & pax. Beati ergo pacifici, qm̃ filij dei uocabunĩ. Beda: Direxit gressus operũ nostrorũ, quatenus ꝑ uiã ueritatis quã mõstrauit, ĩcedere, atq; ad mãsionẽ ꝑpetuę pacis possimꝰ intrare, quã ꝓmisit. Esa.32. Sedebit populus meꝰ in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducię, in reqe opulẽta.

De genealogia Christi.

ARTICVLVS. VII.

Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Matth.1. I

Intentio euãgelistæ Matthæi, ostẽdere Iesum uerum Messiam, hoc est, Christũ patribus promissum, iuxta prophetarum oracula in Bethleem natũ. Quia enim in Nazareth conceptus. Luc.1. & ibidem nutritus post reuersionem ex Aegypto Matth. 2. à multis nõ Christus ob id dicebatur. Io.7. Hic est Christus. Quidã aũt dicebãt: Nũquid à Galilæa uenit Christus? Non ne scriptura dicit, q̃a ex semine Dauid & de Bethlehẽ castello, ubi erat Dauid, uenit Christus? & infra: Scrutare scripturas & uide, q̃a à Galilæa propheta nõ surgit. Matthęus & Marcus prophetico more ingressi sunt euangelicã historiã. Siquidem prophetę à titulo solẽt exordiri, Visio Esaiæ &c. Liber generationis

Iesu Christi. O uerbum omni dulcedine refertũ, plenũ salutis & gratiæ. Si mortales tã ardenti studio amplectuntur librum humana proditum industria, qui uel tuẽdę sarciendæ'ue ualetudinis rõnem, uel augẽdę rei familiaris uiam, uel aliquã disciplinã ad terrena modo cõmoda conducibilẽ pollicet, quanto flagrantiorib9 studijs hic liber est ab oĩbus excipiẽdus cuius utilitas ex æquo ptinet ad omnes? nec humana cõmoda mox peritura promittit, sed cœlestem philosophiã, à cœlesti doctore Iesu Christo mortaliũ generi traditã docet, & huius admirabile prẽmiũ pollicet, non opes, nõ regnũ, non uoluptates, sed uerã atq; æternam felicitatẽ: atq; ad hãc expeditã ac facilẽ oĩbus uiã commonstrat, & authorẽ indicat per quẽ speranda salus. Quis hominũ, quem nõ excitet tãti boni certa spes? Vere hic liber apotheca est gratiæ, in qua oĩs aĩa quod necesse habet, inueniat. Inuenimus librũ p̃destinationis ęternę, de quo Apostolus Heb. 10. inducens Psalmistã in psona Christi loquentẽ: In cãpite libri scriptũ est de me, ut faciã uolũtatẽ tuã deus meus. Hinc Apoc. 20. Qui nõ est inuentus scriptus in libro uitæ, missus est in stagnũ ignis. Ideo dñs ait discipulis Luc. 10. Gaudete q noĩa uestra scripta sunt in cœlis. Sed heu p primum Adã deleti ex hoc fuimus. Psa. 68. Deleant de libro uiuentiũ, et cum iustis non scribant. Sed ubi? Hiere. 17. Dñe, oẽs qui te derelinquunt, cõfundent: recedentes à te, in tetra scribent, qm̃ dereliquerunt uenã aquarũ uiuentiũ dñm. Exod. 32. Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. Sed p secũdum Adã iterũ inscripti. Esa. 49. Ecce in manibus meis descripsi te. Secũdo accusationis internæ. Apo. 20. Vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erãt in libris secũdũ opera ipsorũ, Ro. 2. Testimoniũ reddente illis cõscientia ipsorũ, & cogitationũ inuicẽ accusantium, aut etiam defendẽtium. O q̃ grauiter inscripti fuimus in hoc libro mortis, sed per Christũ releuati. Colos. 2. Delens qđ aduersum nos erat chirographũ decreti, quod erat cõtrariũ nobis: & ipsum tulit de medio, affigẽs illud cruci. Tertio, generationis terrenę. Ge. 5. Hæ sunt generationes cœli & terræ. De hac, hic & Luc. 1. & 3. iuxta corpus humanũ, quod nostra causa assumpserat. Per eũ exoritura erat noua natio, nõ carnalis, sed spiritualis, quæ non tã terras impleret, q̃ cœlũ, quęq; nõ humano semine, sed euãgelica fide propagaret, cœlesti semine sermonis diuini. nã p Adã nascimur filij iræ. Eph. 2. Eram9 natura filij irę, sicut & cæteri. sed per Christũ renascimur ad salutẽ, ut simus filij dei. Ioan. 1. Quotquot aũt receperũt eũ, dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs q credũt in noĩe eius: qui nõ ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uolũtate uiri, sed ex deo nati sunt. Iaco. 1. Voluntarie. n. nos genuit uerbo ueritatis, ut simus initium aliqđ creaturę ei9. 1. Co. 4. In Christo Iesu per euãgeliũ ego uos genui. Iĩe hęredes regni. 1. Pet. 1. Qui regenerauit nos in spẽ uiuã per resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatẽ incorruptibilẽ & incontaminatã & immarcescibilem cõseruatam in cœlis, in uobis qui in uirtute dei custodimini, p fidem in salutem, paratam reuelari in nouissimo. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ dei. Hinc sequitur, Iesu, hoc est, seruatoris, non Adę perditoris. Nam postea quã in Adã excidimus à gratia, successit sapientiæ ignorantia. Psal. 48. Homo cũ in honore esset, non intelle

xit:comparatus est iumentis insipiē tibus,& similis factus est illis. Sap. 13. Vani sunt oēs homines, quib⁹ nō subest scientia dei,& de his quæ uidentur bona,non potuerūt intelligere eū qui est Ro.1. Euanuerunt in cogitationibus suis,& obscuratum est insipiēs cor eorꝝ.dicētes enim se esse sapientes,stulti facti sunt. Item ueritati mendaciū.Ro.1.Cōmutauerunt ueritatē dei in mendacium,& seruierūt creaturę potius q̄ creatori. Oseę.4.Nō est ueritas,nō est misericordia, nō est sciētia dei in terra. Maledictū, mendacium & homicidium,furtum & adulterium inundauerunt. Itē iustitiæ iniustitia. Ro.3. Causati enim sumus oēs sub peccato esse,sicut scriptū est:Quia nō est iustus quisquā, non est intelligens,non est requirens deū.Sic uitæ,mors.Sap.1.Deus mortem non fecit,nec lætatur in perditione uiuorum. Iustitia enim perpetua est & immortalis,iniustitia aūt mortis acquisitio.Ro.5. Per unum hominem in hunc mundum peccatum intrauit,& per peccatū mors: & ita in oēs homines mors pertrāsiit, in quo omnes peccauerunt. Sed nō sicut delictū,ita & donum.Si.n. unius delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donum,in gratia unius hominis Iesu Christi,in plures abūdauit. Vnde contra ignorantiam, sapientię lumen dedit.Ipse.n.lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientē in hunc mundū,Ioā.1.Contra mendacium ueritatē.Io.14. Ego sum uia,ueritas & uita.&.18. Ego in hoc natus sum,& ad hoc ueni in mūdū, ut testimoniū perhibeā ueritati.Contra iniustitiam,iustitiā.1.Cor.1. Qui factus est nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio,& redemptio. Ro.3. Iustitia dei p fidē Iesu Christi,in omnes & super oēs qui credunt in eum. Gala.2.Scientes q͂ non iustificatur homo ex operibus legis,nisi per fidē Iesu Christi:& nos in Christum Iesum credim⁹,ut iustificemur ex fide Christi,& non ex operibus legis.Sic contra amorem creaturarū amorem dei.Ro.5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū, qui datus est nobis.1.Io.4.Deus charitas est:& qui manet in charitate,in deo manet,et deus in eo.Itē finaliter, contra mortem,uitā.nā contra mortem naturæ,resurrectionē. 1. Cor.15. Per hominem mors,et per hominem resurrectio mortuorꝝ.& sicut in Adā omnes moriuntur, ita & in Christo oēs uiuificabūtur.Io.11.Ego sum resurrectio & uita.&.5. Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocē filij dei:& procedent, qui bona fecerūt,in resurrectionē uitæ:qui uero mala egerunt,in resurrectionē iudicij.Contra mortē culpæ, Ezec.18.Aīa quæ peccauerit,ipsa morietur.Sap.16.Homo per malitiā occidit animā suā.Hinc infideles,mortuos dn̄s nominat. Matt.8. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Vitā attulit gratię.Io.10.Ego ueni ut uitam habeant.Col.3.Cū Christus apparuerit uita uestra,tūc & uos apparebitis cum ipso in gloria.Sic contra mortē gehennę,Apoc.20.Et mors & infernus missi sunt in stagnum ignis hæc est mors secunda. Vitā contulit gloriæ.Io.10.Ego uitā æternā do eis. Ro.5.Sicut peccatū regnauit in mortē,ita & gratia regnet in uitā æternā, per Iesum Christum dominum nostrum.Christi,id est,Messiæ. Ioan.4 Scio quia Messias uenit qui dicitur Christus. Vnctus enim fuit spiritu sancto,Acto.10.Heb.1.& Psa.44.Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis,præ participibus tuis.Ioan.1.De plenitudine eius omnes nos accipimus.Exorditur autem ab his duobus,Abrahamo et Dauide,uel quod horū memoria celeberrima sit,pariter & gloriosissima apud Iudęos,uel

quod his duobus potissimũ promissus sit ille tot seculis expectat⁹ Christus in Hębreorꝫ oraculis qbus summam habent fidē, etiam illi qui Christo repugnant. Gene. 22. Benedicentur in semine tuo oēs gentes. Gala. 3. Nō dicit, in seminibus, quasi in multis: sed quasi in uno, in semine tuo q est Christus. Lucę. 1. Iusiurandũ qđ iurauit ad Abrahā patrem nostrum, daturũ se nobis. Psal. 131. Iurauit dñs Dauid ueritatē, & non frustrabit eũ: de fructu uētris tui ponā sup sedem tuā. Luc. 1. Dabit illi dñs deus sedē Dauid patris sui. Hinc pharisæi req/siti cuius filius foret Christus, respōderunt, Dauid. Mat. 22. Vbi seruator duplicē p scripturā ostendit in se substantiā, diuinā & humanā scđm quā filius est Dauid. Ro 1. Qui factus est ei ex semine Dauid scđm carnē. De hac generatiōe, hic: nā de ęterna, Esa. 53 Generationē eius qs enarrabit? Io. 16. Exiui à patre, & ueni in mundũ. Nota Matthęũ genealogię recensionem accōmodasse ĳs quibus scripsit euāgelium. Scripsit. n. Hebræis, nimirum (ut credit) hebraice, quorꝫ affectibus sciebat fore gratissimũ, si pspexissent Christũ esse filũ Abraham & Dauid. Cōtra, Lucas, quia gentibus scripsit, ab Adā ad ipsum usqꝫ deum porrigit genealogię seriē, ut intellige/rent Christi gratiā, nō ad Iudæos so/lũ, sed ad uniuersum quoqꝫ mortaliũ genus ptinere. Ostēdit igit Matthęus promissionē patrib⁹ factā, et summo desiderio expectatā. (Io. 8. Abrahā pater uester exultauit ut uideret diem meum: uidit, & gauisus est. Luc. 10 Multi reges & prophetæ desiderauerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt) per Christum impletam.

Abraham genuit Isaac.

Iam ob senium defecto corpore, ex effœta iam uxore genuit promissum Isaac. Gen. 21. Is typũ Christi gessit, ligna baiulans ad sacrificiũ, cui erat ipse destinatus, Gene. 22.

Isaac aũt genuit Iacob. Iacob autē genuit Iudā & fratres eius. Iudas aũt genuit Phares et Zaram ex Thamar. Phares genuit Esrom. Esrom genuit Aram. Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naason. Naason genuit Salmon. Salmon genuit Booz ex Rachab. Booz genuit Obeth ex Ruth Obeth genuit Iesse. Iesse genuit Dauid regem. Dauid rex genuit Salomonē ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon genuit Roboam. Roboam genuit Abiā. Abias genuit Asa. Asa genuit Iosaphat. Iosaphat genuit Ioram. Ioram genuit Oziam. Ozias genuit Ioatham. Ioathā genuit Achaz. Achaz genuit Ezechiam, Ezechias genuit Manassen. Manasses genuit Amon. Amon genuit Iosiam Iosias genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis Iechonias genuit Salathiel. Salathiel genuit Zorobabel. Zorobabel genuit Abiud Abiud genuit Eliachim, Eliachim genuit Azor. Azor genuit Sadoch, Sadoch genuit Achim, Achī genuit Eliud. Eliud genuit Eleazar, Eleazar genuit Mathan, Mathan genuit Iacob, Iacob genuit Ioseph uirum Mariæ.

Hieronym⁹: Cũ uirꝫ audieris, suspicio tibi nō subeat nuptiarꝫ, sed recordare cōsuetudinis scripturarũ, q̄ spōsę uocant uxores, & spōsi, uiri. Hinc Lu. 3 Vt putabat fili⁹ Ioseph. Quo. n. casto cōiugio & illibato, eũti in Aegyptũ & redeũti obsequeret, uirginē habuit spōsam, castũ illũ referēs Io/seph, q dñi sui uxori noluit cōmisceri Ge. 39. et populo frumēta seruauit, sic iste sacrariũ spũs sancti, uirgo uirginē seruās, uerũ nobis frumentũ seruauit. Ioā. 6. Ego sum panis uiuus q de cœlo descēdi. Et qm̄ nō ē mos scripturarꝫ, ut mulierũ series texat generatiōis, sic Ioseph (q de domo et familia erat Dauid, queadmodum Maria Lu. 1. et. 2) beata uirgo habuit spōsũ, quo dñs ostenderet de stirpe Dauid.

De qua natus est Iesus, qui uocatur Christus.

Qm̄ apud Hebręos plures fuerũt hui⁹ nōis, ut Iesus filius Naue, Iesus sacerdos, idcirco cognomine addito discreuit à cęteris. Porrò Xps græce

unctum significat: quo uocabulo Hebræi sonant regem, atque suum illum nimiũ tãdiu expectatũ Messiah, uno uocabulo simul & regis & sacerdotis dignitatem explicantes, cũ uterque ungeretur, & utraque dignitas uni cõpetit Christo, quod omniũ rex, & idem summus sacerdos, solus Deũ patrẽ peccatis offensum, sui corporis uictima placarit, ac depulsa mortis tyrannide, & peccati regno destructo, cœleste regnum oĩbus aperuerit. Ideo Apoc.19. Habet in uestimento et in femore suo scriptum, Rex regum et dominus dñantium. Matt.28. Data est mihi omnis potestas ĩ cœlo et in terra. De qua, ait, nõ, De quibus. Ipsa sola hoc honore præ omnibus creaturis apud Deũ digna habita. Hebr.2. Nusquam angelos, sed semẽ Abrahæ apprehendit: ut unica, unici filij Dei esset mater & uirgo.

Omnes ergo generationes ab Abrahã usque ad David, quatuordecim: et a David usque ad transmigrationem Babylonis, quatuordecim: & a trãsmigratione Babylonis usque ad Xp̃m quatuordecim.

Distinguit per tres generationes, mystice designans fidẽ trinitatis, quã cõcorditer astruit doctrina legalis & euangelicæ institutionis. Ponit.42. generationes per tres tesseradecades: quia sicut ppl's ille uetus, sub spe ĩtrãdi requiem, per septies sex.i.quadraginta duas mansiones castra metebatur, in quarum ultima Iesu duce, patefacto Iordane, regem intrauit, sic nr̃ Iesus quadragesima secũda gñatione de Abraham credẽte, lauacra baptismi et cœli ianuas patefecit. Sub eiusdẽ numeri sacro nos cursu uirtutũ ad patriã tẽdimus, dum quotidie pl̃ibando gustu cœlestiũ fruimur, & patienter promissum expectamus. Nam per obseruantiã decem præceptorum. Matt.19. Si uis ad uitã ingredi, serua mandata, et quatuor euangeliorum, Matt.28. Docẽtes eos seruare oĩa quæ mandaui uobis. in fide trinitatis. Sine fide.n.ĩpossibile est placere Deo, Hebr.11. per desertum huius mundi, per uerum Iesum, non typicũ, in æternã ducimur promissionis terram. Qđ aũt Matthæus descẽdendo numerat, humanitatẽ xp̃i, per quã ad nos descendit, demõstrat. Ecõtra Lucas formam sacri aperiẽs, à baptismo usque ad Deum ascendit, ostẽdẽs baptizatos ascẽdere ad hoc, ut sint filij Dei. Sic Matthæus naturę ordinẽ seruãs, Genuit, posuit: Lucas aũt legales filios interserẽs. Qui fuit, ait: sicut Ioseph filiũ Heli, quem Matthęus filiũ dicit Iacob. Isti.n. duo fratres fuerunt: sed Heli sine liberis mortuo, Iacob semẽ fratris iuxta sanctionem legis suscitauit: & sic naturalis pater Ioseph, Heli aũt scd̃m legem.

Christi aũt generatio sic erat: Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam cõuenirẽt, inuenta est habens in utero de spiritu sancto.

Elegãter excitat animũ legẽtis hac ceu præfatiuncula, Xp̃i natiuitas sic habebat, rem prodigiosam & inauditã narraturus. Cum.n.e parentũ arbitrio, sed horum aĩos moderante numine, sanctissima uirgo huic tanto mysterio ab æterno destinata, futura mater Iesu, suæ tribus uiro probato despõsata esset, inuenta est grauida, antequam cõuenirent nuptiarum solẽnia celebrando, ut dicit Rabanus. Nec.n. ipsa fugitabat sponsi sui conspectũ, quasi sibi mali cõscia, nec aperiebat arcanũ qđ ab angelo didicerat: siue quia desperabat adhuc posse persuaderi, siue quia seruabat hoc Deo suo tpe patefaciendum. Cęterũ ut res gesta est, ita enarrat euangelista, non ut ipse nouerat. Nõdum.n. intelligebat Ioseph mysterium: grauidam uidit, cõgressum nõ ĩtercessisse nouit: et idcirco euãgelista nõdum pronunciat uirgineũ esse cõceptũ, donec angelũ id aperientẽ producit. Matth.1. K

Ioseph aũt uir eius, cum esset iustus, & nollet traducere eam, uoluit occulte dimittere eam. 2

Iustus, non ob unã uirtutem, quæ prima est inter uirtutes quatuor mo

rales,sed ob absolutam numeris omnibus ꝓbitatem. Erat.n.raræ cuiusdam ꝓbitatis,cum sponsę tumentem uterum et indubitata cõceptus signa uideret, nec expostulare cum uxore, nec queri apud affines,nec zelotypia discruciari,nec in ius ire,& ad pœnã rapere,sed suos æstus tãtũ in aĩo premere,& de secreto diuortio cogitare, cum mores eius non paterentur, ut posset adulterium credere.Chrysost. Omnibus argumentis deficiẽtibus, qbus fornicatio mulieris argui solet, sola remanebat apud Ioseph suspicio gratiæ Dei: unde magis credebat castitati eius ꝙ uentri,gratię ꝙ naturę. Hinc indignum se eius iudicans consortio, clanculũ uoluit eam à se amittere, qa palàm nõ posset citra periculum simul & infamiã uxoris. Sic Petrus indignum Xp̃i consortio se iudicans,ait:Exi à me domine, qa homo pc̃tõr sum,Luc.5.& cẽturio Matt.8. Dñe, nõ sum dignus ut intres sub tectum meum.Sic Elisabeth Luc.1.Vnde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me?Videtur tñ qd humanum passus, cum ad plenum certificatus non esset, quo plenius per angelũ certificaretur, neq; causari posset, Mariæ partum aut suppositiium, aut adulterinũ esse.Sic & Thomas dubitare permissus de resurrectione.Gregorius:Dubitatum est ab illis,ne dubitaretur à nobis.

3 *Hæc autem eo cogitante,ecce angelus domini in somnis apparuit ei,dicens:Ioseph fili Dauid,noli timere accipere Mariam coniugem tuã, quod enim in ea natum est,è spiritu sancto est.*

Fili Dauid, non solum carnis ꝓpagatione,sed fidei & iustitiæ imitationę.Agnosce Dauid authorẽ tui generis,cui ꝓmissum est olim,qđ nunc incipit exhiberi.Noli timere, iam.n.cogitatione & aĩo eam amãdauerat. In ea,ait.nasci.n.in ea,est concipi: nasci ex ea,est ꝓdire in lucem. Felix conceptio,ubi mater cõcipiẽs,uirgo:filius conceptus,Deus & homo,cõceptionis opus,è spiritu sancto.Hier.31.Nouum faciet dominus super terrã: fœmina circundabit uirum.

Pariet autem filium,et uocabis nomen eius Iesum,Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

Bonauẽt.Si recte uelimus loqui et sentire, maiori modo uirgo beatissima fuit & est mater seruatoris, ꝙ aliqua mater filij sui. Non.n.ait, Pariet tibi quemadmodũ Zachariæ Luc.1. sed nec dixit,Pariet sibi, quia oĩbus. Esa.9.Paruulus.n.natus est nobis,et filius datus est nobis. Hic.n.est ille tot seculis exoptatus & expectatus Messias,qui iuxta oracula ꝓphetarum liberaturus erat ppl̃m suum uniuersum à peccatis suis, non uictimis pecudũ,sed suo ipsius sanguine.Act.10. Huic oẽs ꝓphetæ testimonium perhibent, remissionem pc̃tõrum accipe per nomen eius,oẽs qui credunt in eum. Qđ ergo non oẽs saluantur, non est ex insufficientia Christi,sed ob defectum xp̃o non adhærentium.Ioan.3. Lux uenit in mundum, & dilexerũt hoĩes magis tenebras ꝙ lucẽ.Oportet.n.ut meritum xp̃i nobis applicetur per sacra ecclesiæ & fidẽ per dilectionem oṗantem. Gala.5.In xp̃o.n.Iesu neq; circuncisio aliqd ualet,neq; præputium,sed fides quę per charitatem operatur.Dedit.n.ptãtem, filios Dei fieri,ijs qui credũt in noĩe eius, Io.1. Sed Luc.6.Quid aũt uocatis me dñe domine, & non facitis quæ dico? Si ergo fidem operibus probamus,erimus de populo Iesu, quem saluat à peccatis suis.

Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam:Ecce uirgo in utero habebit, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel,quod est interpretatum, Nobiscum Deus. Esa.7.

Hierony.Propheta nõ ponit, habebit sed accipiet,signãs quid futurũ sit:Euangelista nõ de futuro,sed de ꝓ

terito narrans historiã, mutãdo accipiet, ponit habebit. Qui.n.habet, nequaquam accepturus est. Tale quod Ps. 67 Ascẽdens in altũ, cepisti captiuitatẽ: accepisti dona in hominibus. Paulus Ephe. 4. Dedisti dona, ponit: quia ibi de futuro significatũ est, quod accepturus erat: hic de eo narrat historiã, qui iam dederit quod acceperat. Alma aũt uocabulum non cõpetit in quãuis uirginem, potest.n. & anus esse: sed in eam uirginem dũtaxat, quæ puella sit & iam nubilis, ac nondum nupta i. cognita uiro. Ecce uirgo illa concipiet. Psal. 71. Descẽdet sicut pluuia in uellus, et sicut stillicidia stillantia super terram. Esa. 53. Ascendet sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti, non ab hoĩbus culta, sed cœlesti influentia fœcundata. Vocabũt nomen eius Emanuel. Baruc. 3. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est.

Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus domini, & accepit coniugem suam: & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Et uocauit nomen eius Iesum.

Lætus et alacer paruit oraculo, ponens cõsilia diffidĩ: sed arctius ẽt adiungit sibi cõiugem suam, nequa diffidĩ suspicio posset oriri cuiquã: itaque sentiẽs eam totã dicatam cœlesti numini, ueneratur in ea diuinum mystiũ, nec audet attingere, quam sibi diuinitas unice uindicasset. Nam post partum plenius eius excellentiã cognouit, & ex tunc in aĩo ipsius facta est pstãtior toto mũdo alio mõ dicit Glos. Ioseph facie ad faciẽ Mariã uidere non poterat, quã spũs sanctus à cõceptione impleuerat: & hoc propter claritatẽ uultus eius, multo ampliorẽ Mosi, Exo. 34. 2. Cor 3. donec euacuaretur. Fuit hic locus nõnullis offendiculo, qui dixerunt alias proles Mariã post Iesum habuisse: quod nedũ in uirginẽ blasphemũ, quę tali ac tanta ple non cõtenta, alias pauper ex paupere quæreret marito: sed & in Christum, qui talem elegisset matrem. Est et absurdum in sacras litteras. Donec enim, sæpe certum tempus, sæpe infinitum significat, quemadmodum 1. Cor. 15. Oportet aũt illum regnare, donec ponat omnes inimicos scabellum pedum eius. Nunquid postea non regnabit? Hoc enim habet proprietas scripturæ. Gene. 8. Dimisit coruum, qui egrediebatur & non reuertebatur donec siccarentur aquæ super terrã. neque.n. postea rediit. Sic Matt. 28. Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi. Ergo non erit nobiscum? Immo multo felicius, & nos cum ipso. Quod aũt primogenitus dicitur, non mirum, cum primogenitus sit, non tãtum post quẽ alii, sed ante quem nullus. Hiero. Nos ita diffinimus: Omnis unigenitus, primogenitus: non oĩs primogenitus, unigenitus. Diffinit enim sermo diuinus, quid sit primogenitus. Omne, inquit, quod aperit uuluã generis masculini, meũ erit, Exo. 34. & 13. Sãctifica mihi omne primogenitum, quod aperit uuluam, de filiis Israel. Cæterum quod fratres Christi scribuntur in euangelio, more fit scripturarum, quo cognati fratres appellãtur. Sic Abrahã Loth filiũ fris sui, fratrẽ noĩat, Gene. 13. Sic Labã Iacob, filiũ sororis suę, Gẽ. 29 Ioab Amasam. 2. Reg. 20. Est aũt priogenitus in multis fratrib9, qui cõformes sunt imaginis suę, Rom. 8. Est & primogenitus mortuorum, & princeps regũ terrę, Heb. 2. Decebat eũ propter quẽ oĩa, & per quem oĩa, qui multos filios in gliã adduxerat, authorẽ salutis eorum, per passionẽ cõsummari, qui.n. sanctificat, & qui sanctificãtur, ex uno omnes. Propter quam causam nõ cõfundit fratres eos uocare, dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesię laudabo te: Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus.

Quia ergo pueri cõmunicauerũt carni & ſanguini,& ipſe ſimiliter participauit eiſdẽ,ut per mortẽ deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, id eſt,diabolum, & liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxij erant ſeruituti.

De natiuitate Chriſti, Luce. 2.

ARTICVLVS. VIII.

Luce.2. *Factum eſt autem in diebus illis, Exijt edictũ*
L *a Caeſare Auguſto,ut deſcriberetur uniuerſus orbis. Haec deſcriptio prima facta eſt à praeſide Syriae Cyrino. Et ibant omnes ut profiterentur,ſinguli in ciuitatem ſuam.*

Immenſam diuinae bonitatis oſtendit abyſſum circa incarnationis myſterium, Chriſti deſcribens natiuitatem. Gloſ. Quietiſſimum & pacatiſſimum erat regnũ, qđ una deſcriptione orbem deſcripſit: tãta.n.erat pax, ut ad literam uideretur impletum illud Eſa.2. Cõflabunt gladios ſuos in uomeres, & lanceas ſuas in falces. Hinc Beda: Non caſu cõtigiſſe putandum eſt, ſed certiſſima diſpenſatione redemptoris. Ipſe.n.mediator Dei & hominum, ſicut matrem ſibi diuinitus quam uoluit praeuidit,de qua naſceretur quãdo uellet humanitus,ita etiam tpa natiuitatis quae uoluit elegit,imo ipſe ea qualia uoluit eſſe donauit. Matrem elegit uirginem, quia non aliter Dei filium naſci in carne, q̃ꝫ de intemerata genitrice, decebat. Tempus qñ naſceretur, ſummae pacis elegit: quia haec ei nimirum naſcẽdi in mundo ratio fuit,ut genus humanum ad ſupernae pacis dona reduceret. Ipſe.n.eſt pax noſtra qui fecit utraq; unum,Ephe.2. Hoc eſt,de angelis & hoĩbus unam Dei domum pius mediator & reconciliator inſtituit. Sic de Iudaeis & gentibus, ut ſit unum ouile & unus paſtor, Ioan.10. & oſtenderet ſe illum de quo Pſal.71. Orietẽ in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis. Eſa.9. Multiplicabitur eius imperium,& pacis nõ erit finis. Praeceſſerãt deſcriptiones particulares, queadmodum ſub Dauid.2.Regum.24. ſed haec generalis ſub praeſi de Syriae, poſtq; aliae actae ſunt. Voluit aũt dominus cum toto orbe cenſeri,ut ſicut circunciſus, circunciſionem aboleuit,ita ſanctificaret ȝ cenſentur & ſeruitutem naturae noſtrae aboleret. Nã etſi corpore ſumus ſerui,ſpiritu tamen liberi ſumus. Ioã.8. Si fili⁹ uos liberauerit, uere liberi eritis,& nomina electorum ſcriberet in coelis. Luc.10. Gaudete ꝙ nomina ueſtra ſcripta ſunt in coelis.

Aſcendit autem & Ioſeph à Galilea, de ciuitate Nazareth, in Iudeam, in ciuitatem Dauid, quae uocatur Bethleem, eo quòd eſſet de domo & familia Dauid,ut profiteretur cum Maria deſponſata ſibi uxore praegnante.

Prophetatũ fuit, Chriſtum in Nazareth cõcipiendum. Eſa.11. Egredietur uirga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendet. Hebraica ueritas habet,Nazaręus de radice eius aſcendet,ſed in Bethleem naſciturum. Michee.5. Et tu Bethleem Effrata,paruulus es ĩ millib⁹ Iuda,ex te mihi egredietur,qui ſit dominator in Iſrael,& egreſſus eius à diebus aeternitatis. Ioan.7. Non'ne ſcriptura dicit, quia ex ſemine Dauid, & Bethleem caſtello ubi erat Dauid,uenit Chriſtus? Non ſolum aũt Ioſeph & Maria pertinebãt ad tribũ Iuda, uerũetiã genus duxerũt ẽ ꝓgenie et ſtirpe Dauid, ẽ cuius ſemine ꝓmiſſus fuerat Chriſtus, & ſic ꝓmiſſio oſtenditur cõpleta. Beda: Hoc edictum Auguſti quo ſinguli ibant in ſuam ciuitatem ut profiterentur,in noſtri regis eſt nobis ſpiritualiter agẽdum ſeruitio. Omnes nato regi debitum pẽdere debemus cenſum, hoc eſt,in unitate eccleſiae praeceptis parere diuinis, & ad ĩgreſſum patrię coeleſtis infatigabili bonorum operum exercitatione fatigari. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futurã inquirimus. Hebr.13.

Induit carnem, ut nos uirtute spūs indueret. Descēdit de cœlo ad terras, ut nos de terra ad cœlos eleuaret. Soluit tributū, Matt. 17. ut nobis perpetuæ libertatis grām donaret. 2. Corin. 3. Vbi spūs domini, ibi libertas. Denarius imaginem Cæsaris hñs & nomen, decem sunt præcepta cū imagine sanctę cōuersationis. Leui. 19. Sācti estote, quoniam ego sanctus sum.

Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret, & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio.

Quo magis cōstaret uerū hoīem eē, q nasceref, tpš qđ naturæ pfixerat, cōditor naturę obseruare uoluit, sup natură nascitur⁹ ex uirgine sine dolore. Ezechiel. 44. Porta hęc clausa erit, & non apeRiet, & uir nō transiet per eā, qm̄ dominus Deus Israel ingressus est per eā, eritq́ clausa principi. Nec mirum: Peperit. n. filium, patris æterna generatione. Psal. 2. Dñs dixit ad me, fili⁹ meus es tu, ego hodie genui te. Suum, carnis assumptione. Gal. 4. At ubi uenit plenitudo tēporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorū reciperemus. Vnde sequitur, primogenitū. Matri erat unicus filius, nobis primogenitus, quos sibi spiritu iunctos fratres reddidit, & hæredi tatis æternæ consortes. Colos. 1. Ipse est caput corpis ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in oībus ipse primatum tenens. Hebr. 1. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarū, dicit: Et adorent eum oēs angeli Dei. Non aūt tradidit infantem nutricibus, sed ipsa fascijs inuoluit, reclinans in præsepio, quia illæsa peperit uirginitate, & sine dolore maledictioni mulierū nō obnoxia agilis & alacris, cum angelis Dei ad sanctū pręsepe uigilans, & Ioseph sponso suo, uirginitatis suę testibus, puerum adorans, quem angelo teste & spiritu sancto illustrante, filium esse altissimi didicerat. Hiero. Nulla ibi obstetrix, nulla muliercularū sedulitas intercessit: ipsa pannis inuoluit infantem, ipsa mater & obstetrix fuit. Inclinauerat se in uterum uirginis. Psal. 17. Inclinauit se et descendit, natus, reclinatur in præsepio, non in lecto aureo ut Salo. Canti. 3. Factus cibus iumentorū. Psal. 48. Homo cum in honore esset, non intellexit: cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, sed diuinæ legis iugum suscipiens, domini fit iumentum. Psal. 72. Vt iumentum factus sum apud te, et ego semp tecū. Omnis aūt caro fœnum. Esa. 40. Oppidulū humile sibi delegerat, in quo tñ domum nullam habebat cœli terræq́ dñs, parentes humiles, deniq; peregre nasci uoluit, ut nos puderet nostræ superbiæ simul & auaritię, ac uel huius exemplo disceremus, felicitatem hoīs non esse metiendam istis uulgaribus bonis, quæ si nobis non subducuntur, nos illis subducimur, sed æternis bonis æstimandum, & in illam patriam recondendos thesauros, qbus ppetuo simus fruituri. Ecce magnus dominus et laudabilis nimis, cuius magnitudinis nō est finis. Psal. 47. Paruulus natus est nobis. Esa. 9. Vt nos renascēdo de paruulis magnos. i. de peccatoribus faceret iustos. Qui ad dexteram patris sedet in cœlo, loco egebat in diuersorio, ut nobis copiam felicium mansionū in domo patris sui donaret. Ioan. 14. In domo patris mei māsiones multæ sunt. Vado parare uobis locum. Qui oēs creaturas multifarijs induit ornamētis, qui in sua maiestate amictus est lumine sicut uestimento. Psal. 103. Fascijs īuoluitur, ut primam nobis stolam restituat, hoc est, gratiam īmortalitatis quam in primo parente amisimus. 2. Corin. 8. Scitis grām domini

nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopia nos diuites essemus. Augusti. Christus omnia terrena contempsit, ut ea cõtemnenda mõstraret: omnia quoq; terrena mala sustinuit, quæ sustinendá pcepit, ut nõ in illis quæreret felicitas, nec in istis timeretur aduersitas. Audi supbe diues, qui latifundia latifundijs accumulas, qui nusquam non substruis domos, prędia, palatia. Qui cœli terræq; dominus est, & opifex, peregre nascitur, nec habet locum in diuersorio. Si principẽ tuum agnoscis, in cuius uerba iurasti, ne pigeat illius exẽplum imitari, & pudeat te tuæ mentis, Amos.6. Væ qui dormitis in lectis eburnijs, & lasciuitis in stratis uestris. Esaiæ.5. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, usque ad terminum loci. Nunquid habitabitis uos soli in medio terræ? Pœnitebit, sed sero, cum dicetis: Quid profuit nobis superbia nostra? diuitiarum iactãtia quid contulit nobis?

3 *Et pastores erant in regione eadem uigilantes, & custodientes uigilias noctis supra gregem suũ. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circũfulsit illos, et timuerunt timore magno, et dixit illis angelus: Nolite timere, ecce euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omnĩ populo, quia natus est uobis hodie saluator, quĩ est Christus dominus in ciuitate Dauid.*

Hoc cum esset læti ominis, tamen ob insolitum ac subitum pdigium, magno pauore correpti sunt, sed angelus hunc pauorẽ mox adimit blando alloquio. Hoc enim propriũ bonorum est angelorum, Mar.16. Noli te expauescere. Beda: Cum lux uera nascebatur in mũdum, dignum profecto fuit, ut præco natiuitatis illius etiã corporales hominum uisus nouitate cœlestis perfunderet lucis. Unde Psal.111. Exortũ est in tenebris lumẽ rectis corde, misericors, & misera tor & iustus dñs. Magnũ dicit gaudiũ, quia cœleste & ęternũ, quod nulla tristitia interueniẽte turbatur: gaudium autẽ hypocritæ ad instar puncti. Et quia omnium hominum populo incarnatio facta est gaudium et salus, Ioannis.12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hodie dicit, ob rei qualitatem quam nuntiabat. Esaiæ.9. Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Et ut admoniti recordemur, quia nox præcessit antiquæ cæcitatis, dies autem apparuit æternæ salutis: & ideo abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus. Romanorum.13. Ut filij lucis. Ephesiorum.5. Seruator, Esaiæ.35. Deus ipse ueniet et saluabit nos, Oseę.13. Ego dominus Deus tuus, & non est saluans præter me, Matthæi.1. Ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Iam olim prophetarũ oraculis pmissus diu expectatus, is uobis et omnibus natus, Christus quia plenitudine gratiæ unctus, Ioãnis.3. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Unde de plenitudine eius omnes nos accipimus. Dominus, Actorum. 2. Certissime sciat omnis domus Israel, quia & dominum & Christum, fecit Deus hunc Iesum. In Bethleem, ob prophetiæ impletionẽ, Michææ.5. & mysticam signationẽ. Ubi enim dignius decebat uerum nasci panem, quàm in domo panis? Ioan.6. Ego sum panis uiuus. Sed quibus hoc gaudium nuntiatum? Num pontificibus et templi sacerdotibus? Num scribis & pharisæis sapientia & scientia tumidis? Non. Sed simplicibus & in officio patriarcharum occupatis, qui pastores fuerunt, Genesis.47. Bernardus: Quanti sapientes huius seculi, quanti nobiles secundũ carnem, illa hora in stratis mollibus quiescebant, & nemo eorum dignus

habitus est uidere nouam lucem, scire illud magnum gaudium, angelos audire cantantes, gloria in altissimis Deo. Sed pastores in agris excubātes excubias, quibus angelus īminebat ex alto supra illos, ut Græce ponitur. Infirma enim mundi eligit Deus, ut confundat fortia, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. 1. Corin. 1. Et ut curam pastoralis regiminis cōmendaret, quia ipse princeps pastorum. 1. Petri. 5. & Hebræo. 13. Quia & ouem centesimam quæsiturus aduenerat, Matth. 18. Lucæ 15.

Et hoc uobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.

1. Corin. 1. Iudæi signa quærūt. Sed quod signum nati regis oīum? Num rubus ardens? Exo. 3. Num uirga uirescens & germinans? Nume. 17. Aut uellus rore madens? Iudi. 6. Minime, tametsi uirginei partus, sed infantulus fascijs puerilibus inuolutus. Nō auro gēmis'ue ornatum, nec in molli lectulo iacentem, qui principem mundi, regem super omnes filios superbiæ, Iob. 41. calcare uenerat. Beda: Signum salutis humilitas est seruatoris, quo contra initium omnis peccati superbia, Eccli. 10. Bernardus: Panni tui domine Iesu, positi sunt in signum, sed cui contradicitur hodie à multis, delitijs & diuitijs dissolutis. Diuitiæ ergo si affluant, nolite cor apponere, psal. 61. Misericordias ergo domini in æternum cantemus, quia ut perpetuo bene uiuamus, ipse abiectionis nostræ & mortalitatis socius fieri non abnuit.

Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.

Beda: Bene angelorū exercitus, militia uocatur, quia ducem militiæ sequuntur, qui fortis in prælio, contra malignos spiritus ad nostrā tutelam exercitus ordinat angelorū. Pulchre autem distinguit, dans glīam Deo, nī mirum hoc significās, nihil nobis ex hoc negotio gloriæ deberi, sed bonitati diuinæ, quæ nobis quos cōdidit, miro consilio ꝓspicit è cœlo, ut intelligamus illinc nobis ꝓficisci, quicqd magnificum, ac salutiferū obtigerit. Et licet à multis in terra despiciatur, tamen in cœlis ubi specialiter ipsius relucet gloria, digne glorificatur. In omnibus ergo gloriā ipsius quærere debemus. 1. Timo. 1. Soli Deo honor & gloria, Esa. 42. Gloriam meam alteri non dabo, Psal. 113. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriā. Gloriā optare debemus in Deo, tanꝗ in obiecto, datore & causa. Secundum Deum, hoc est, ipsius uoluntatem, non ꝓpriam cupiditatem. Et ꝓpter Deum, finaliter ad ipsius laudem, & nos, & omne nostrū referendo. 1. Corin. 1. Qui gloriatur, in domino glorietur. In terra pax reddita per Christum, cum prius humana natura inimica fuerit Deo, nunc ita conciliata est, ut & Deo coniuncta sit, & incarnato unita. Nihil in terris aliud optandum, ꝗ pax, quæ peccatis abolitis, nos Deo conciliet, quæ nos mutua charitate conglutinet. Hæc est enim pax, non mundi, sed Dei, quæ exuperat oēm sensum. Phil. 4. Quęq́ præponderat uniuersis mundi felicitatibus. Hanc Christus attulit in sua natiuitate, Psal. 71. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Et pax erit in terris nostris cum uenerit. Docuit in prædicatione, Psalmo. 84. Quoniā loquetur pacem in plebem suam, Matth 10. In quācunque domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui: Tenuit in conuersatione, Esaiæ. 53. Sicut ouis corām tondente se obmutuit. Fecit in passione, Esaiæ. 53. Disciplina pacis nostræ super eum, Colos. 1. Pacificans per sanguinem crucis quę in cœlis, siue quæ in terris sunt. Quærit in conscientiæ

puritate, Psal. 74. In pace factus est locus eius. Augustinus: Si feceris iustitiam, inuenies pacem osculantem iustitiam: & si iustitiam non amaueris, pacem non habebis, Esa. 57. Non est pax impijs, dicit dñs. Impij.n. quasi mare feruens, quod quiescere nõ potest, & redundant fluctus eius in cõculcationem & lutum. Dabit æternã in fruitione. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in requie opulẽta, in tabernaculis fiduciæ. Tertio, hoĩbus bona uolũtas, hoc est, beneplacitum Deo in hoĩbus propter Christum. In q̃bus.n. prius non erat beneplacitum, nunc pro beneficijs, et refocillationibus hominũ habet opera, in quibus & quietem habet. Roma. 5. Recõciliati sumus Deo p̃ mortem filij eius. Qui ergo æternæ pacis gaudia desiderat, per obseruantiã pacis, necesse est, perueniat. Colos. 3. Et pax Christi exultet in cordib⁹ uris.

Luc. 2. M *Et factum est ut discesserunt ab eis angeli in cœlum. Pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus usq; Bethleem, & uideamus hoc uerbum, qđ factũ est, qđ fecit dominus, & ostendit nobis.*

Incõprehensibilem diuinæ gratiæ in simplicibus, superbis, reiectis, ostẽdit operationem. Pastores siquidem consolatione angelica, ac denũtiatione rei tam gaudiosæ confortati & læti, se inuicem exhortantur, desidiã excutiẽtes. Virgo Dauidis stirpe nata, sed tunc à nemine secũdum seculum reputata, angelo & Ioseph testibus, Deo plena, in uili stabulo ueluti mũdo abiectissima parit, tacet, nihil de se loquitur: sed quod hoĩes negligũt, cœli ciues honorant, denuntiãt, pauperes inquirunt. Videamus corporaliter rem istam nouam, quam indicauit nobis. A seculo non est auditum, nec à quocunq; actum, sed dominus fecit propter nr̃am salutem, & suum honorem Ioan. 1. Verbum caro factũ est, & habitauit in nobis, et uidimus gloriã eius. O magnum diuinæ pietatis indicium: pastoribus reuelatur, quod multi reges & p̃phetæ uidere desiderarunt, Matt. 13. Hinc psal. 84. Ostende nobis dñe misericordiã tuã, & salutare tuum da nobis. Nam Luçe. 10. Beati oculi qui uident quę uos uidetis. Vnde senex ille scũs Symeõ, Luc. 2. Nunc dimittis seruum tuum dñe, secundum uerbum tuũ in pace: quia uiderũt oculi mei salutare tuũ. Moyses ait Exo. 3. Vadam, et uidebo uisionem hanc magnã, quare non cõburatur rubus. Huius figuræ cõpletionem pastores, & audiunt, & oculis cõtemplantur, uirginem sine corruptione parientẽ. Sed q̃m in principio erat uerbum, & uerbũ erat apud Deum, Ioan. 1. nõ factum, sed natum de Deo, ac ideo inuisibile, Ioã. 1. Deũ nemo uidit unquam. Lucem.n. habitat inaccessibilem. 1. Timo. 6. Ideo caro factum, ut uideri et palpari possit. Ambrosius: Cum caro dñi uidetur, uerbũ Dei uidetur, qđ est filius Dei. Quanquam solus filius sit incarnatus, toti tñ trinitati cõpetit operatio. Ipsa.n. opera trinitatis ad extra, sunt indiuisa. Aderat potentia patris, aduersus naturam educens ex integra uirgine filium. Aderat spũs sanctus, sanctificans partum. Lucæ. 1. Aderat et filius, suppositans naturam humanam, Prouer. 9. Sapientia ædificauit sibi domum. Ipse autẽ factus est nobis sapientia & iustitia.

Et uenerunt festinantes, & inuenerũt Mariã, & Ioseph, & infantem positum in præsepio.

Glossa: Præ uidendi desiderio tam magnũ nouum, Xp̃m.s. dñm, cuius maiestatem angelico concentu intellexerunt. Et q̃a ardẽti desiderio quæsierunt seruatorẽ, inuenire meruerũt, Luc. 11. Quærite, & ĩuenietis, ac quo mentis affectu quærendus sit & dictis suis et factis ostenderunt, Esa. 21. Si quæritis, quærite, conuertimini & uenite. Deut. 4. Cum quæsieris dñm Deum tuũ, inuenies eum, si tñ toto corde

corde quæsieris, Sap. 1. In simplicitate cordis quærite illũ. Festinemus ergo nõ pedũ passibus, sed bonorum operum profectibus, Ephe. 2. Ipsius. n. factura sumus, creati Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit deus, ut in illis ambulemus. Hinc inuenerunt infantẽ cũ Maria & Ioseph. qui in amaritudine pœnitẽtiæ, cũ profectu uirtutũ, inueniũt in præsepio cibus iumẽtorum, Ps. 83. Ibunt de uirtute in uirtutẽ, (reiectis uitijs) uidebitur deus deorũ in Siõ. Nemo ergo tardet cõuerti ad dñm, nec differat de die in diem, Eccl. 5. Sed festinemus ingredi in illã requiem, Hebr. 4. Ipsum precantes, ut gressus nostros dirigat secundum eloquium suum, Psal. 118. Vt non dominetur nobis omnis iniustitia.

Videntes autem, cognouerunt de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt, & de ijs quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos.

Glossa: Videntes exterius, cognouerũt interius de uerbo per fidẽ, quod ipse esset Christus, Sapiæ. 1. Sentite in dño in bonitate. Pharisæi nec miraculis crediderunt uisis. Io. 15. Nunc uiderũt, & oderũt & me & patrẽ meũ. Habet pietas in hominibus quamlibet humilibus suã prudẽtiã. Inuenit pastorum uox apud multos fidẽ, excitans eos ad cupiditatẽ uidendi pueri. Beda: Mirati sunt oẽs qui audierũt de mysterio incarnationis, & de tam cõstanti & certa protestatione pastorum, qui inaudita fingere nesciũt, sed simplici facundia quæ uera sunt, prædicãt. Officium itaque spiritualium pastorum fuerit, se suosque custodire, & panẽ cœlestem quærere, quem cum inuenerint, in Bethleẽ, hoc est, in ecclesia in scripturis sacris, & alijs indicare, Act. 20 Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo posuit uos spũs sanctus episcopos regere ecclesiã dei, quã acquisiuit sanguine suo. Sed & unusquisque se et alios uirtutũ exẽplis pascere debet, & pabulo uerbi dei, Mat. 4. Nõ in solo pane uiuit homo, sed in oĩ uerbo quod procedit de ore dei, & exhortari, ut relictis cõcupiscentijs mundi & carnis, festinet in domũ nõ manufactã, sed æternã i cœlis. 2. Co. 5. Vbi panis uiuus, Lu. 14. Beatus qui manducabit panẽ in regno dei. Cogitet quisque quod gaudij quod ue tripudij haberet, si præsens fuisset, dũ diuinitus ille puer infantulus corã boue et asino præsepio iacebat, Abacuc. 3. In medio duorũ aĩalium cognosceris, (secundum trãslationẽ. LXX) pia illa puerpera, nobilis quidẽ, sed paupercula assidebat, nec minimum partus indicium habens.

Maria autem conseruabat uerba hæc, conferẽs in corde suo.

Ambrosius. Non contẽnenda putes, quasi uilia uerba pastorũ. A pastoribus enim Maria fidẽ colligit, à pastoribus populus ad dei reuerentiam cõgregatur. Nõ minus ore quam corpore pudica, secreta quæ nouerat, nulli diuulgabat, sed corde tacito tempus scrutatur cõgruum, quo deus hæc uelit diuulgare, ac reuerenter expectat. Cõsiderat oĩa plena miraculis, uidet ubique summã humilitatẽ cum summa sublimitate misceri. Infans in utero cõcipitur, sed angelo internuncio, spũ sancto opifice, Lucæ. 1. Puer nascitur, sed ẽ uirgine. Reclinatur i præsepio, sed angeli gratulabundi canunt ẽ cœlis: Laritat in obscuro loco, sed cœlũ nati sublimitatẽ adorat. Cõferebat aũt acta ijs, quæ agenda uel audierat, uel legerat. Vidit se uirginẽ cõcepisse, ut legerat. Esaiæ. 7. Ecce uirgo cõcipiet & pariet filium. Et de stirpe Dauid. Esaiæ. 11. Egredietur uirga de radice Iesse. Sic & i Bethleẽ iuxta uaticiniũ, Michææ. 5. Et tu Bethleẽ Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius à diebus æternitatis. Ruminemus & nos diuina mysteria, ne peccatis obuoluamur. Psalm. 118. In

corde meo abscōdi eloqa tua, ut nō peccē tibi. Dulcia.n. super mel & fauum. Psal.118. Quàm dulcia faucib⁹ meis eloquia tua. Sed Eccl.21. Cor fatui quasi uas confractum, omnem sapientiam non tenebit.

Et reuersi sunt pastores, laudantes & glorificantes deum super omnibus quæ audierant & uiderant sicut dictum est ad illos.

Nam quemadmodum audierant, cōpererunt, quare deum laudabant pro beneficio toti mūdo exhibito, & sibi specialiter ostēso. Quatuor enim nūciauerat angelus. Gaudiū uniuersale. Si promissio gaudium contulit patribus, Ioan.8. Abrahā exultauit, ut uideret diem meum: uidit, & gauisus est, quid exhibitio? Paupertatis signum. Zach.9 Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator, & ipse pauper. Redemptionis pignus. Psal.110. Redemptionem misit dn̄s populo suo, Lucæ.1. Benedictus dn̄s deus Israel, qa uisitauit & fecit redemptionē plebis suę. Diuinæ bonitatis præconiū. Apoc.5. Benedictio, & honor, & potestas, in secula seculoꝝ. Trāseamus & nos ista tēporalia, Philip.3 Quę retro sunt obliuiscens, ad ea uero quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum prosequor ad brauiū supernæ uocatiōis dei in Christo Iesu, & uideamus quantam humilitatē et paupertatem pro nobis suscepit rex glorię, simus grati beneficijs eius, uerbo & opere ipsum imitando, & cum angelicis spiritibus ardenter laudando, Eccl.43. Benedicentes dominum, exaltate illū quantū potestis: maior est.n. omni laude, Psa.10. Benedic aīa mea dn̄m, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Si.n. illi sola natiuitate cognita reuersi sunt gaudentes, quanto magis nos, qui totā incarnatiōis seriem ex ordine cognouimus, & sacramentis illius imbuti sumus, in oībus gloriā eius, et laudem nō solum uerbo, sed & factis prædicare, nec unquā obliuisci debemus, quod ideo homo natus est, ut nos ad imaginem & similitudinem suæ diuinitatis renascendo reficeret?

De Circuncisione. Lucæ. II.

ARTICVLVS IX.

Et postquam consummati sunt dies octo, ut circuncideretur puer, uocatum est nomen eius Iesus. Quod uocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur. Lucæ. 2 N

Quantum deo humilis & syncera placeat obedientia, ostendit dn̄s in legis ueteris, quam ablaturus uenerat, obseruatione. Nec.n. dedignatur ueluti peccatis parentum obnoxius, accipere remedium, qui solus ab omni peccati cōtagio immunis, ablaturus erat omnia peccata mundi, sibiq; populū nouum accepturus, cui cor esset ab oībus carnis cupiditatibus repurgatum, idq; non culiris petrinis, sed gladio sermonis euangelici, ꝑ fidem oīa purgantis. Sine fide enim impossibile est placere deo, Hebręorum undecimo: Vnde ab initio dei cultores fidem suam quibusdam exteriorib⁹ cæremonijs profitebantur, sicut in lege naturæ hostijs & oblationib⁹, Gene.4 Respexit dn̄s ad Abel, et ad munera eius, & de Noe, Genesis octauo: Aedificauit autē Noe altare dn̄o, & tollens de cunctis pecoribus, & uolucribus mūdis, obtulit holocausta sup altare. Odoratusq; est dn̄s odorem suauitatis. Sic Abraham, qui & aliud à deo fidei signum accepit. Genesis decimoseptimo: Hoc est pactū meum, quod obseruabitis inter me & uos, & semen tuum post te. Circūcidetur ex uobis omne masculinū, et circuncidetis carnem prępucij uestri, ut sit in signum fœderis inter me & uos. Non ergo ipsa circuncisio iustificabat, sed fides cuius ipsa signū Romanoꝝ quarto. Dicimus.n. qa reputata est Abrahę fides ad iustitiā. Qūo reputata? in circuncisione, an in ꝑputio? Nō in circuncisione, sed in prępu

tio. Et signum accepit circũcisionis, signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio, ut sit pater oium credentiũ p præputium, ut reputetur et illis ad iustitiã, et sit pater circuncisionis, nõ ĳs tantũ, q sunt ex circuncisione, sed ĳs qui sectãtur uestigia fidei, quæ est ĩ pręputio Abrahę. Patet ergo, duos modos & ordines saluandorũ tũc cu currisse. Alterum descendentium ab Abrahamo, aut sibi iungi uolẽtium, qui in signum spiritualis, & internæ circuncisionis, carnẽ præputĳ circun cidere tenebanť. Nã secunda sine prima nihil profuit, Romanorum scdo: Circũcisio quidem pdest, si legẽ obserues, si autem puaricator legis sis, circuncisio tua pręputiũ facta est. Alterũ, nõ ab Abraham descendentiũ, qui ad legẽ minime tenebanť. Rom. 3 Quęcunq; lex loquiť, ĳs qui sunt sub lege, loquiť, sed per fidem saluabanť. Heb. 11. Accedentem ad deum, credere oportet, quia est, & q inquirentiũ se remunerator fit. Ro. 2. Si aũt pręputium iustitias legis custodiat, non ne præputium illius in circũcisionẽ reputabiť? Non. n. qui in manifesto Iudæus est, neq; q in manifesto in carne est circũcisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circũcisio cordis in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex deo. Ne. n. cui seculi labẽtis ętati superni respectus munera deessent, illi qui à mundi initio, usq; ad tẽpora datę circũcisionis, uel post datam, de aliĳs nationibus deo placuerũt, uel hostiarũ oblationib⁹, uel certe sola fidei uirtute, suas suorumq; aĩas creatori cõmendantes, à primi reatus uinculis absoluere cura bant. Misericordia enim dñi ab ęterno usq; in æternum, super timentes

2 eum. Psal. 102. Voluit ergo dñs circũ cidi, cum de genere esset Abrahę, ob legis cõfirmationẽ, sic. n. præceptum erat, Gen. 17. Infans octo dierum circuncideť in uobis. Leuit. 12. Die octa uo circuncideť infantulus. Hinc Ro. 15. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circũcisionis, propter ueritatẽ dei, ad confirmandas pmissiones patrum. Hoc. n. ostendit, se de semine Abrahã, in quo benedicẽdę omnes gentes. Gen. 22. & Gala. 3. Nõ dicit, in seminibus quasi in multis, sed in semine tuo, q est Christus. Scdo, ad legis cõpletionẽ. Heb. 7. Nihil ad pfectũ adduxit lex, Ro. 10 Finis legis Christus est, ad iustitiam oĩ credẽti. Ideo Mat. 5. Nõ ueni soluere legẽ, sed adimplere. Voluit ergo circuncidi, ut ostenderet se authorem legis, sicut et euãgelĳ, qm qui per seipsum ait, Io. 3 Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spũ sancto, nõ põt introire in regnũ dei, ip se idẽ per seruum suum prius dixerat, Ge. 17. Masculus cuius præputĳ caro circuncisa non fuerit, dele bitur aĩa illa de populo suo. Quòd si solũ baptisma suscepisset, uideri poterat refugisse circuncisionẽ, tanquã nihil ad se ptinentem. Si uero circun cideretur, & non baptizareť, qũo psuaderi posset baptismum sufficere, circuncisione relicta? Nunc itaq; baptisma post circuncisionẽ suscipiẽs, illud tenendum tradidit, qđ ultimo suscepit. Gala. At ubi uenit plenitudo tpis, misit deus filium suum, factũ ex muliere, factũ sub lege, ut eos qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionẽ filiorũ reciperemus. Hic uocatus Iesus. i. seruator, Mat. 1. Ipse. n. saluum faciet populum suũ à peccatis eorũ. Quis autẽ põt peccata dimittere, nisi solus deus? Luc. 5. Ideo Esa. 11 Vocabiť nomẽ eius Emanuel, qđ est nobiscũ deus. Ab angelo prenũtiatũ Mat. 1. sed à deo ab ęterno impositũ, 4. Esdrę. 7. Et reuelabiť filius meus Iesus cũ his qui cũ eo sunt, et iocunda buntť q relicti sunt in annis quadringentis, & erit post annos hos morieť filius meus Christus, & conuerteť seculum. A Maria & Ioseph uocatũ,

per apostolus diuulgatũ. Act. 9. Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meũ corã gentibus & regibus. Et necessario. Non. n. est aliud nomẽ sub cœlo datum hoĩb⁹, in quo oporteat nos saluos fieri. Indubitanter ergo credimus & speramus, quia qui à peccatis saluat, ipse ẽt à corruptionibus, q̃ ob peccata contigerunt, & ab ipsa morte saluare nõ omittit. Ps. 102. Qui propitiatur oĩbus iniquitatib⁹ tuis, qui sanat oẽs infirmitates suas. Dimissis quippe iniquitatibus nostris, ad integrũ nos sanat, cum resurrectionis gloria apparẽte, nouissima inimica destruetur mors. Hęc est plena atq; pfecta circuncisio, cum in die iudicij cũctis simul aĩæ & corporis corruptibilibus exuti, mox peracto iudicio, ad uidendã ppetuo creatoris faciem, aulam cœlestis regni ingredimur. Qui redimit de interitu uitam tuã, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Qui replet in bonis desiderium tuũ, renouabit ut aquilæ iuuentus tua. Qui ergo ad huius pulcherrimæ renouationis quasi summæ circuncisionis desideramus pręmia ptingere, curemus primitiuæ circũcisionis & renouationis, q̃ quotidianis uirtutũ exercitationibus fit, subire remedia. Carnalis circuncisio mortifera est, dicẽte Apostolo, Galatas quinto. Si circuncidamini, Christus nihil uobis pderit. Spiritualis uero necessaria. Hiere. 4. Circuncidimini dño, & auferte pręputia cordiũ uestrorũ, Act. 7. Dura ceruice & incircũcisi cordibus & auribus, uos semper spiritui sancto restitistis. Si ergo incircũcisi cordibus et auribus sunt, q spiritui sancto resistunt, est utique cordis & auriũ circuncisio, est & cæterorũ membrorũ et sensuũ, interioris & exterioris hominis. 2. Co. 7. Mũdemus nos ab oĩ inquinamento carnis & spiritus, pficientes sanctificationẽ in timore dei. Consistit ergo (ut dicit Bernardus) tã interior q̃ exterior in trib⁹. Interior, ut cogitatio sit sancta. Peruersæ .n. cogitationes separant à deo, Sapiẽtię. 1. Hie. 4. Vsquequo morabunt in te cogitatiões noxię? Pro. 4 Oĩ custodia serua cor tuũ, qm̃ ex ipso uita procedit. Scđo, ut affectio sit pura. Luc. 6. Bonus homo de bono thesauro cordis sui pfert bona, mal⁹ aũt similiter mala. Tertio, ut intẽtio sit recta. Luc. 11. Si oculus tuus simplex fuerit, totũ corpus tuũ lucidũ erit. Si aũt nequã fuerit, etiã corpus tuũ tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen qđ in te est, tenebrę sint. Ambrosius: Intentio opi tuo nomẽ imponit. Exterior, in habitu ne sit notabilis, sicut diuitis Lu. 16. Scđo, in sermone, ne sit cõtẽptibilis. 1. Petri. 4. Siqs loquit, quasi sermones dei. Mat. 12. Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis cõdẽnaberis. Tertio, in actione, ne sit reprehẽsibilis. 1. Petri. 2. Cõuersationẽ uestrã inter gẽtes habẽtes bonam, ut in eo qđ detrectant de uobis tãquã de malefactoribus, ex bonis opibus uos cõsiderantes, glorificent deum in die uisitationis. Phili. 4 Modestia uestra nota sit oĩb⁹ hominibus. Ergo q uidet mulierẽ ad cõcupiscendã eam, Mat. 5. & q habet oculos sublimes, quẽ odit dñs, Proue. 6. auertat oculos suos ne uideãt uanitatẽ. Psal. 118. Qui obturat aurẽ suã ne audiat legẽ, Pro. 28. & ad clamorem pauperis, Pro. 21. procliuus ad detractiões, sepiat aures suas spinis, ne audiat linguam nequã, Ecci. 28. Qui potens est ad bibendũ uinũ, et fortis ad miscẽdam ebrietatẽ, cui uæ. Esa 5. gustet & uideat qm̃ suauis est domin⁹, Psal. 33. Cuius manus dextera, est dextera iniquitatis, Psal. 143. & repleta muneribus. Psal. 25. leuet manus suas ad mandata dei q̃ dilexit, Psal. 118. In cuius uijs infelicitas & uiam pacis nõ cognouit, Esa. 59 prohibeat pedes suos ab omni uia mala, ut custodiat

uerbum

uerbũ dei, Psal. 118. Cuius lingua loquit iniquitatẽ. Psal. 72. & qui loquitur pacem cũ proximo suo, mala aũt in cordib⁹ suis, Psa. 27. custodiat uias suas, ne delinquat in lingua sua, Psa. 38. & donec in eo est halitus, & spũs dei in naribus eius, nõ loquat labijs suis iniquitatẽ, Iob. 27. Sic ergo oẽs sensus suos petra spiritalis exercitij se ostendat habere circuncisos. Petrinis enim cultris circuncisionẽ fieri legimus, Iosue. 5. Petra aũt ẽ Christus, 1. Co 10. Cuius fide, spe & charitate, non solum in baptismate, sed in omni actione deuota purificãtur corda bonorum Ambrosius: Circũcisus uitijs, diuino dignus iudicabitur obtutu. Psal. 33. Oculi domini sup iustos, & aures eius in preces eorum.

De aduentu magorum, Matt. II.

ARTICVLVS. X.

Matth. 2 *Cum natus esset Iesus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente uenerunt Hierosolymam, dicentes: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente & uenimus adorare eum.*

C Ostẽdit queadmodũ seruator iuxta prophetarũ oracula in Bethleẽ natus, & gentib⁹ sit agnitus. Voluit. n. oĩbus esse pspicuus, qui uenerat seruandis oĩbus, ut & bonis innotesceret ad salutẽ, & impijs adimeret oẽm ignorantiæ excusationẽ. Nec oẽs eadẽ ratione ptraxit ad sui notitiã, sed singulos paulatim allexit rebus iam persuasis et familiaribus. Iudæi, pphetis habeant fidẽ, signis & prodigijs commouebant, atq; harum illecebra pellexit eos. Persæ & Chaldæi multum tribuebant astris, ut huic philosophiæ potissimum dediti, ẽ cuius peritia mirabilem quendam orbis instauratorem promiserant. Nato ergo Iesu, ex uirgine uera carne sumpta in Bethleem Iudæ, ad differẽtiã alterius quæ est in tribu Zabulõ, Ios. 9. Quia de semine Dauid: Iste Herodes Ascalonita, natione Idumæus, cuius filius Herodes Antipas, occidit Ioãnem, & Christũ illusit, Luc. 23. Fuit alter Herodes Agrippa, qui Iacobũ occidit, Acto. 12. Meminit ergo regis alienigenæ, ut ostenderet quemadmodũ locũ, sic & tps diuinis cõsentire oraculis. Gen. 49. Nõ auferet sceptrũ de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat qui mittẽdus est. Chrysostom⁹: Quãdiu sub propriæ gẽtis regib⁹ & dulcibus fuerunt, misit eis deus prophetas: sed nũc sub alienigenis misit filiũ seruatorem. Figurabat tã nũc regnũ Iudæorum (hoc est, synagogæ) deficere, & Christi consurgere. Magos Persæ uocant, philosophiæ suspiciendos pfessione, quemadmodũ Iudæi suos scribas, Græci philosophos. Latini doctores nominãt. Dicunt isti reges Psal. 71. Iob magnus in oriẽte cũ suis amicis, Iob. 2. Qui et reges appellãtur Tob. 2. Aureo. n. illo seculo per sapientiã, non potentiã gubernabãt, nunc p potentiã & stultitiã. Venerũt ab oriẽte. Chrysostomus: Vnde dies nascitur, inde initiũ fidei pcessit, qa fides lumẽ aĩæ. Et quo, quod stella ueluti p somnium docuerat, cominus discerẽt et exactius, nil deterriti itineris magnitudine, Hierosolymam sese puia stella cõferunt: siue qd illic agebãt scribæ & pharisæi, in lege & pphetis eruditi, siue qd intellexerãt regem eũ haud pcul ab Hierosolymis nasciturũ, & sic ipsos Hierosolymitas nõ latere, qd ipsi tã isolito in oriẽte indicio cognouissent. Iã. n certi natũ esse, solũ quærũt de loco in quo tam inclytus partus foret. Sed nusquam serius ac difficili⁹ innotescit Christus, q̃ in urbibus opulẽtis, in aulis principum, & apud sapientiæ professione turgidos. Mirabilis fides, & mirabilior cõstãtia, non. n. dubitabãt natũ, cui diuin⁹ exhibẽdus honor, nec Herodis, neq; Cæsaris formidarũt potẽtiã, stella duce, quæ luce sua monstrauit opificem illustrari. Baruch. 3. Et

luxerũt ei qui fecit illas.Ro.1. Inuisibilia enim dei,à creatura mundi per ea q̃ facta sunt,intellecta cõspiciunt. Scdm Hieronymum successores Balaã,ex illo Nume.24. Orietur stella ex Iacob,& cõsurget uirga de Israel, & pcutiet duces Moab.stellam in ortu Christi,de semine Iacob nati, apparituram credebant,cuius ortũ obseruabant,q̃ illustrior cęteris apparens,simul cũ mentis illustratione foris ducatũ pstitit. Differebat aũt à cæteris stellis:Situ,qa tã propè,ut certũ propè designaret locũ:Motu,nã p iter directũ Magos direxit:Effectu, qa die & nocte lucebat. Venimus, aiunt,psonaliter iter peregimus.Nõ sufficiebat p nuncios rẽ peragi:ipsi nos cultũ debitum regi impẽdere uolumus. Esa.42.Ego dñs,hoc est nomen meũ, gloriã meam alteri nõ dabo,et laudẽ meam sculptilibus.Hunc titulũ Iudęi semper reiecerunt. Nã Christum de eo accusarunt.Luc.23.Hunc inuenimus dicentem se Christum regem esse.Eidem renunciarunt Io.19. Non habemus regem nisi Cæsarem. Act.3 Negastis ante faciẽ Pilati,iudicãte illo dimitti.Dani.9.Et nõ erit eius populus q eum negatur⁹ est. Publicari phibuerunt Io.19.Noli scribere, rex Iudæorũ.In cruce Christo improperando,Mat.27.Si rex Israel est,descẽdat nunc de cruce.Econtra gẽtes honorarunt,ut hic claret in Magis, & Pilat⁹ ait Io.19.Quod scripsi,scripsi. Hieronymus:Ad cõfusionem Iudęorum,oritur stella in oriente,quam futuram,Balaã cuius erãt successores, uaticinio Magi nouerant,ut Iudæi à gentibus Christi natiuitatẽ discerẽt. Nec.n.aliã ob causam stella uiæ dux Magos Hierosolymã ingressuros deseruit ad tempus,nisi ut illorum percontatio diuulgaret rumorẽ nati pueri,& Iudæi inexcusabiles forent,qui non solum non quæsierunt, sed post agnitum occiderunt.

Audiens autem Herodes rex,turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans oẽs principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerũt: In Bethleem Iuda. Sic enim scriptum est per prophetam:Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda:ex te exiet dux, qui regat populum meum Israel.

Improbus,data occasione,semper fit improbior. sic sapiens, occasione pbita,sapientior.Nam postq̃ audierat Herodes natum,quem metuebat nasciturum,cum esset alienigena, qa Idumęus natione,& audierat à Magis uiris & eruditiõe & fortunę strepitu nequaq̃ aspernandis,conturbatus est aio.Chrysostomus: Sicut ramũ arboris in excelso positæ,et si uẽtus leuis flauerit,mouet,sic sublimes homines leuis nuntij fama pturbat: humiles uero sicut in conualle, plerunq̃ in trãquillitate cõsistunt.Iob. 15.Sonitus terroris semper in aurib⁹ eius,& cum pax sit,ille semper insidias suspicat̃.Sed qd Hierosolyma, quis nõ obstupescat?Vere,qualis rector ciuitatis,tales et inhabitãtes eã, Eccl.10.et Proue.29.Princeps qui libenter audit uerba mendacij,oẽs ministros habet impios.Facile n.turbãtur,qui pacem pectoris amiserunt. Esa.48.Nõ est pax impijs,dicit dñs. Nam cum gaudere deberent, q̃ rex suus à Persicis regibus adoraret̃, turbati sunt & moti sicut ebrius,& omnis sapiẽtia eorũ deuorata est,Ps.106. Intelligens aũt Herodes illos de insigni illo Iudæorum rege sciscitatos, quo rem cautius ageret,& certis indicijs puerum deprehẽdere posset & occidere, sapientes sub specie bona cõgregatos interrogat, ubi Christus nasceretur. Hunc expectabant Iudęi. Io.4.Scio quia Messias uenit,qui dicitur Christus,& regnaturum tẽporaliter,quemadmodũ & moderni,dicta prophetarum de secũdo aduẽtu, qui gloriosus,ad primũ qui humilis

detorquentes.Zacha.9. Ipse pauper ascendens super asinã.At illi nõdum odio furentes in Christum, quẽ nõdum uiderant,simpliciter & incunctanter respondẽt,propheticum testimonium adducendo Mich.5. Et tu Bethleem terra Iuda,in sorte Iuda nequaquam minima es.Nec Hebraica ueritas,nec.LXX.ĩterpretatio sic habet,sed Matthæus dicta scribarũ & sacerdotũ allegat.Sensus autẽ is est: Et tu Bethleẽ Ephrata, minima quidem es in ciuitatibus Iuda,& tantis millibus cõparata,uix paruus uiculus,sed ex hoc paruo uiculo exibit, qui dux sit in populo meo. Exibit tẽporaliter qui exit æternaliter à patre.Mich.5.Et egressus eius à diebus æternitatis.Io.16.Exiui à patre,& ueni in mundum.Dux,Esa.55.Ecce testẽ populis dedi eũ,ducem & præceptorem gentibus.Deu.32.Dñs solus dux eius fuit.Felices qui hũc sequũtur ducẽ:nam in terram ducit uiuentium.Psal.22. Dñs regit me, & nihil mihi deerit.in loco pascuę ibi me collacuit.Esa.49.Sup uias pascenẽ,&in oĩbus planis pascua eoꝝ, nõ esurięt neq; sitient,& nõ percutiet eos ęstus & sol,quia miserator eoꝝ reget eos, & ad fontes aquarũ potabit eos. Mira Iudęoꝝ cordis duritia,q̃ alijs ostẽso loco natiuitatis eius,quẽ tanto desiderio patres expectarũt & expetierunt,ipsi nec cũ alienigenis requisierunt,nec prædicanti postea crediderunt. Quapropter diuina dispẽsatione interrogantur,ut ueritatẽ cõfiteãtur,& ex hoc iuste, q̃a credere noluerunt,cõdemnenẽ. Maximus:Ecce ad inquirendũ regem regum, una Chaldęos stella ptraxit.Iudaicũ uero populũ ad obedientiã dei sui,nec ignea quõdã columna cõuertit.Nec quenq̃ moueat tanta hæc pfidia Iudæoꝝ, q̃ Christi illos fidẽ suscipere,neq; noui stella fulgoris,neq; parturiens uirgo pculerit, q̃ nec tunc quidem deo suo credere uoluerunt,cum illos per atentia deserta,ipso comitante deo, cœlum pasceret,& petra potaret.

Tunc Herodes clam uocatis magis,diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethleem,dixit:Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis,renunciate mihi,ut & ego ueniens adorem eum.

Clã rem pscrutaẽ,cũ esset alienigena et suspectos haberet Iudęos,ut cognito loco & tpe,cognosceret pueꝝ, quem sine strepitu ẽ medio tolleret. Hinc diligẽter didicit tp̃s stellę q̃ apparuisset,id est,quo tpe apparuisset. Magi uero,ut nõ ẽ suspiciosa pietas, nihil illũ celãt,haud quaq̃ suspicãtes eũ esse tã immanẽ,ut ĩ infantẽ uixdũ natũ,sęuire uellet:neq; tã ferocẽ & furiosum,ut se speraret humanis cõsilijs oppressurũ,qđ diuinitus agereẽ. Indicato tpe,ille rursus indicat locũ quẽ à scribis didicerat,dicens: Ite & interrogate diligẽter de puero. Cõtẽptibiliter dicit,de puero,nomẽ potestatis nõ ferẽs in eo.Sibi primũ uolebat innotescere pueꝝ,ut eũ prius tolleret ẽ medio,q̃ pp̃lus Iudęoꝝ eũ plene rescissent natũ:Deo ĩterim & hoc pcurãte,ut incolumes redirẽt magi, suis regiõib⁹ annũciaturi xp̃m.Rabanus:Fixit nutu & ũbis se uelle eũ adorare,quẽ inuida cogitatiõe tractabat occidere,malitiã cordis depingẽs colore humilitatis,ut magi alacri⁹ redirẽt,nec Iudęi,quoꝝ futurus erat rex, ipsum abscõderẽt,uolẽs sceleratã suã cõscientiã latere,q̃si ignoraret deũ nihil latere posse.Esa.29. Væ q̃ pfundi estis corde,ut à dño abscõdatis cõsiliũ,quoꝝ sunt in tenebris opa,& dicunt:Quis uidet nos?aut quis nouit nos?Hier.9.Sagitta uulnerãs lingua eoꝝ,dolum locuta est. Leo:O stultę ęmulatiõis ĩpietas q̃ ptuibandũ tuo putas furore diuinũ cõsiliũ.Dñs mũdi tẽporale nõ q̃rit regnum,q̃ pręstat æternũ.Prou.21.Nõ est sapiẽtia,nõ ẽ prudẽtia,nõ est cõsiliũ cõtra dñm.

Qui cum audissent regem, abierũt. Et ecce stel la quã uiderãt in oriente, antecedebat eos, usque dum ueniens staret supra ubi erat puer. Videntes autẽ stellam, gauisi sunt gaudio magno ualde.

Abierũt sine mora & malitia. Cũ enim ipsi dolo carerent, putabãt & il lũ sine dolo loqui. Claret aũt stellam disparuisse quo ex lege, legis tegrere cogerenť, ad suã confirmationẽ & Iu dæorꝫ cõdemnationem, authorẽ. Au gu. Magnũ cæcitatis Iudæorum testi moniũ, extitit illuminatio gentiũ: qa in terra eorꝫ isti requirebant, quẽ illi in sua nõ agnoscebãt. Stella iterũ ap parens, omnẽ ex animis illorꝫ solici tudinem dispulit, iamq́; certa spe & gaudio pleni, neglectis hoĩum iudi ciȷs cœlestem ducem secuti, noui re gis palatiũ, sordidũ uidelicet stabu lum uidens. Leo: Dedit aspicientibus intellectum, qui præstitit signũ, et qđ fecit intelligi, fecit inquiri, & se inue niendũ obtulit requisitus. Ostendit euãgelista eos inæstimabili gaudio re pletos, & oraculo scripturæ & duca tu stellæ certificatos. Glossa: Gaudio gaudet magno, q de dño gaudet, qui uerum est gaudium & impmistum. Philip. 4. Gaudete in dño semp Gal. 5. Fructus aũt spiritus, charitas, gau dium, pax. De mundano dicť Prou. 4. Risus dolore miscebitur, & extre ma gaudiȷ luctus occupat.

¶ *Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerũt eũ, & apertis thesauris suis, obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham.*

Ingrediunť, reperiunt infantẽ, nihil à cæteris specie differentẽ, reperiunt matrẽ nihil magnificum præ se ferẽtẽ, paupertatẽ et humilitatẽ tota suppel lex testabať. Sed nihil his rebus com moueť syncera pietas. Si terrenũ quæ sissent regẽ, certe cõfusi fuissent tanti itineris incassum cõsumpto labore: nunc quia cœlestem inquirunt, spũ illuminati, hæc nõ necessitatis, sed di spensationis esse diuinæ agnoscunt in figurã, qđ puer iste nõ mũdanam & transitoriã, sed cœlestem et æternã da turus esset sibi credẽtibus felicitatẽ. Chrysostomus: Gaudebãt oculi eorꝫ humilem aspicere, quẽ spiritus terri bilem cordib⁹ eorꝫ mõstrabat. Quid enim senserint de puero, ostendunt, cum prostrati adorãt eũ, quem mul tis argumentis didicerunt ꝙ esset de us. Adoratio. n. latriæ soli deo debeť. Deute. 6. Matt. 4. Dñm deum tuum adorabis. Heb. 1. Et cum introducit primogenitum in orbẽ terrarum, di cit: Et adorent eum oẽs angeli. Apo. 22. Deum adora. Hinc Mardocheus ait E sther. 13. Timui ne honorem dei trãsferrem ad hoiẽm, et nequaꝗ̃ ado ro nisi dñm deũ. Est & alia frequens in scriptura, quæ dulia dr̃, quæ ꝓprie non dr̃ adoratio, sed reuerentiæ exhi bitio, ob dignitatẽ quãpiam Gen. 27 Adorent te trib⁹, ait Isaac benedicẽs Iacob. Sic Iacob pronus in terrã se pties adorauit donec appropinquas set frater eius Esau, Gen. 33 Adorauit & summitatẽ uirgæ Ioseph, Gene. 49 Hæc differentia pulchre ostendiť 1 Pa ra. 29. Et benedixit oĩs ecclesia dño deo patrum suorꝫ, & inclinauerũt se, & adorauerunt deũ, & deinde regẽ. Nõ est credẽdũ, ꝙ Dauid sc̃tũs in tã sancto ope diuinos suscepisset hono res, & si sic, nõ sine uindicta dei, quẽ admodũ Herodes Acto. 12. Qui con sumptus à uermib⁹ expirauit, eo ꝙ nõ dedisset honorẽ deo, acclamãte po pulo, dei uoces & nõ hoĩs. Fidẽ aũt quã corde cõceperãt, & ore ꝓfessi fue rãt dicendo, Vbi est q natus est, &c. munerib⁹ ꝓstanť. Apertis. n. thesau ris, Psa. 71. Reges Tharsis & isulæ mu nera offerẽt, reges Arabũ & Saba do na adducẽt, Esa. 60. Oẽs de Saba ueni ent, aurũ & thus deferentes, & laudẽ dño annunciantes. Accepta haud du bie oblatio. Nã fuit iusta, quia aptis thesauris suis, nõ alienis. Prou. 4. Ho nora dñm de tua substantia. Ecci. 34

Qui offert sacrificium de substantia paupis, quasi qui uictimat filium in conspectu patris sui. Secūdo fuit uoluntaria Psal.53. Voluntarie sacrifica bo tibi.2.Cor.8.Hilarem datorem diligit Deus Exo.35.Egressa oīs multitudo filiorꝫ Israel de conspectu Mosi,obtulerūt mēte promptissima atq; deuota primitias domino.1.Paral.29. In simplicitate cordis mei lætus obtuli uniuersa hæc,& populum tuum qui hic repertus est,uidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. Verba sunt Dauid. Tertio recta, qa ei,Deo. 1.Paralip.29.Tua sunt omnia,et quę de manu tua suscepimus,dedimus tibi. Ideo ad Dei gloriam ordinanda. Matt.6.Cum facis eleemosynam,noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis et in uicis,ut honorificent ab hoībus. Quarto pretiosa.Exod.23.Non apparebis in cōspectu meo uacuus. Vnde ad munera Cain nō respexit dn̄s, sed ad Abel & munera eius, Gene.4. Malach.1. Maledictus dolosus, q habet in grege suo masculum: & uotum faciens, immolat debile domino. Magi uero destinatis muneribus, in uno homine mortalitatem, sacerdotium & regnum uenerati sunt. Siqdem aurū regi cōuenit, thus sacerdoti, myrrha morituro. Natus est mortalis,sacrificauit in cruce,uicit resurgens,regnat in cœlis. Sic & nobis triplex aperiendus thesaurus. Cordis,Lucæ.6.Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. de quo feruida dilectio offerenda. Apoc.3. Suadeo tibi emere aurum ignitum.1.Cor.13.Maior horꝫ est charitas. Coloss.3. Super oīa hæc charitatem habete, quod est uinculū pfectionis. Oris, Prouer.21. Thesaurus desiderabilis requiescet in ore sapientis, de quo orationem puram. Psal.140. Dirigatur dn̄e oratio mea,sicut incensum in cōspectu tuo. Apoc.8. Ascendit fumus aromatum de manu angeli, de orationibus sanctorꝫ.Operis,Matth.13.Simile est regnum cœlorꝫ thesauro abscōdito in agro. de hoc mortificationem condignam offerre debemus. Galat.5.Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cū uitijs & concupiscentijs. Coloss.3. Mortificate mēbra uestra quæ sunt super terram.

Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodē, per aliā uiam reuersi sunt in regionē suā.

Haud sine magno cordis gaudio, à castissima matre instructi & cōfortati, quemadmodū pastores, reuersi sunt, laudantes & glorificantes Deū super oībus quæ audierant & uiderāt.Si eunuchus reuersus est gaudēs, instructus à Philippo.Acto.8.& baptizatus,quantum isti,uiso eo quem pphetæ & reges uidere desiderarunt, Matth.13. Quod per aliā reuersi sunt uiā, per mysterium, idq; diuino oraculo, designat q prima nostra uia sit carnis,mundi & peccati:qua,quæsito dn̄o & adorato,non amplius nobis est incedendū.Prouer.12. Iter deuiū ducit ad mortē.sed alia illi prorsus contraria,quæ est spiritus,gratię atq; Dei.Psal.118. Deduc me domine in semita mandatorꝫ tuorꝫ, qa ipsam uolui.Heb.13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futurā inquirimus.Hinc.Ephe.2. Nō estis hospites & aduenæ,sed estis ciues sanctorꝫ & domestici Dei. Philip.3. Nostra autē conuersatio in cœlis est.

De purificatione, *Luce.* II.

ARTICVLVS. XI.

Et postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Mosi,tulerunt Iesum in Hierusalem,ut sisterēt eum domino,sicut scriptum est in lege: Quia omne masculinum adaperiens uuluam,sanctum domino uocabitur:& ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum,aut duos pullos columbarum. Lucæ.2. P

Ostendit dominum,qui non uenit legem soluere,sed adimplere,Matt.5. legem complentem,per sanctos spiri

tu Dei repletos, leges dominũ & con summatorem cõprobatum. Præscripserat lex, ut omne masculinum, simul atq; uulua matris aperta prodiret in lucem, haberetur dño sacrum, siue natũ ex hominibus esset, siue ex brutis animalibus. Exod 13. ut hinc quoq; primitiæ cederent sacerdotibus, sic tñ, ut hominis primogenitũ à sacerdotibus redimeretur, nisi puer esset tribus leuiticæ, Exod. 34. Atqui lex ipsa palàm liberat hanc sacram puerperam ab obligatione sua, quæ ait Leuit. 12. Mulier si suscepto semine pepererit masculum, ĩmunda erit septem diebus, & die octauo circuncidetur puer, ipsa uero trigintatribus diebus manebit in sanguine purifica tionis. Siquidem hęc nec mulier erat, quæ uirum nesciebat: nec semine suscepto aliunde pepererat. Hic. n. fœtus cœlestis nec ingrediens nec egrediens, uirginalis uteri claustra uiolauit, sed consecrauit potius & consignauit, ne in posterum etiam uel corpus illius ueluti tẽplum semel Deo dicatum, uel animus Deo myrotheciũ sancti spũs, ullis humanis inquinamẽtis pateret. Ezech. 34. Porta hęc clausa erit, & nõ aperietur, quoniam dñs Deus ĩgressus est per eam, eritq; clausa principi. Nec hic tñ modestissima uirguncula refugit speciem uulgarium puerperarũ, cũ in partu hoc nihil esset inquinamenti, nihil nisi cœlesti puritate, sanctimoniaq; plenũ. Primo, ob humilitatis exemplũ. Vera enim humilitas non uult humilis prædicari, sed uilis reputari, ut dicit Bernardus. Beda: Sicut dñs noster et seruator qui diuinitate legem dedit, apparens in hoĩe, fieri uoluit sub lege, ut eos q sub lege erant redimeret, ut adoptionem reciperemus filiorũ, Galat. 4. ita ẽt beata uirgo genitrix illi9, quę singulari priuilegio supra legem fuit, ꝓ ostendendo humilitatis exemplo, legalibus non refugit subdi insti tutis. Eccli. 3. Quãto magnus es, humilia te in oĩbus, & coràm Deo inuenies grãm. Secũdo ob scandalum uitandũ. Sic filius Matt. 17. ne scandalizaret uectigal colligẽtes, didrachma soluit. Exhibitus est igitur dñs uelutì legi obnoxius in templo, qui dñs erat oĩum cœlestium ac terrestrium. Non. n. erat licitum eis sacrificare, nisi in loco quem elegit dñs, Deute. 16. Redemptus est exiguo pretio, qui sui sanguinis pretio redẽpturus erat uniuersum mundum. Fuit enim oblatio pauperum, ut patet Leuiti. 12. Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, uel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, & alterum pro peccato, orabitq; pro ea sacerdos, & sic mundabitur. Nõ dubium quin uberius fuerint largituri, nisi tenuitas obstitisset. Aderat diues aius, sed ad exemplum nobis parandum, utilior ꝓfessio erat paupertatis. Beda: Dñs noster per oĩa memor salutis nr̃æ, non solum homo fieri cum Deus esset, sed ẽt cum diues esset, pauper fieri dignatus est pro nobis, ut nos sua paupertate & humanitate, diuitiarũ & diuinitatis suæ donaret esse participes. 2. Corin. 8. Scitis grãm dñi nostri Iesu Christi, qui cũ diues esset, ꝓpter uos egenus factus est, ut illius inopia uos diuites essetis. Nec sine magno mysterio agnum typicum non obtulit, cum agnũ exhiberet dño, qui tollit peccata mundi, Ioã. 1. Finis autem legis Christus, Roma. 10. Nihil enim ad perfectũ adduxit lex, Heb. 7. Hinc ipse factus est nobis sapientia, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. 1. Cor. 1. Quia sacrificia legis ueteris accepta nõ erãt, nisi in fide offerentiũ, inquantum figurabant Christũ, uerũ & perfectum sacrificium. Hebr. 11. Fide Abel plurimam hostiam quàm Cain obtulit Deo, per quam testimonium cõsecu-

tus est esse iustus, & 10. Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum, dicit: Hostiam & oblationem & pro peccato, noluisti, corpus autẽ aptasti mihi. Athanasius: Iussit Deus bina offerri, quoniam ex corpore & anima homine existẽte, duplicẽ poscit Deus à nobis castitatem & mãsuetudinem, aĩæ uidelicet & corporis: alioqui erit homo hypocrita, gerens tegumentũ occultę malitię. Beda, Mystice designat fidelium gratissimã Deo per has aues oblationem. Colũba simplicitatem, turtur castitatem designat: quia & simplicitatis columba, & castitatis amatrix est turtur, ita ut si coniugem casu perdat, non alium quærere curet. Vnde in laudibus ecclesiæ loquitur dñs Canti. 1. Pulchræ sunt genæ tuæ ut turturis. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra: oculi tui, colũbarum. Genas quippe turturis habet, qui ab omni impudicitiæ peste castũ se custodit & mundũ: Oculos colũbarum, qui nulli nocere desiderans, etiã inimicos simplici amore intuetur. Et quia utraque auis gemitum pro cãtu habet, sanctorum in hoc seculo ploratum designat. Ioã. 16. Amen amen dico uobis, quia plorabitis uos & flebitis mũdus autem gaudebit. Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi cõsolabuntur. Merito ergo columba & turtur domino in hostiam offeruntur, quia nimirum simplex et pudica fidelium cõuersatio, gratũ est illi sacrificiũ iustitiæ. Psal. 50. Quia qui laborat in gemitu suo, qui lachrymis stratũ suum per singulas noctes abluit, acceptissimam prorsus Deo uictimã mactat. Item par turturum offerri lex iubet, ostendens quod ex castissimo coniugio procreatus sit. Aut duos pullos columbarum, ut multiplicatio prolis huius signetur.

Ecce homo in Hierusalem, cui nomen Symeon, & homo iste iustus erat & timoratus, expectans consolationem Israel: & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritu sancto, non uisurum se mortem, nisi prius uideret Christum domini.

Ponit testimoniũ Christi à fide dignis. Cõmendatur à famæ claritate, quia notus & famosus in ciuitate sancta, religione & studio legis famosa, Act. 2. Secundo, à uitæ sanctitate. Nã bene fuit ordinatus erga Deũ, secundum duas partes iustitię: Faciendo bonũ, iustus. 1. Ioan. 3. Qui facit iustitiam, iustus est. Sap. 10. Iustum deduxit dñs per uias rectas. Declinando à malo, quia timoratus. Prouer. 15. Per timorẽ dñi declinat oĩs à malo. Eccli. 1. Qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Ideo Eccles. 7. Qui timet Deũ, nihil negligit. Timore casto, sancto & filiali, qui timet offensam & clementissimum Deũ, ut patrem inhonorare abhorret. Psalm. 33. Timete dñm omnes sancti eius. Beda: Difficile sine timore iustitia custoditur, non seruili, sed filiali: quia iustus quanto plus diligit Deum, tãto solertius offendere cauet. Item ad proximum, non suam tantum, sed populi expectans cõsolationem, peccatorum remissionem, à diabolo & inferno redemptionem & æternæ uitæ adeptionem. Senecta iam frigidus, sed spiritu feruens: effœto corpore, sed animo uegeto: ætate marcidus, sed uitæ innocẽtia iam floridus: nimirum uere iustus, uereque pius ac religiosus, nõ uenans exemplo pharisæorum gloriam ac quæstum ab hominibus, sed publicę salutis auidus, quem nulla uoluptas in hac uita remorabatur, nisi ut uideret oculis suis eum quem in hoc prophetarum oracula promiserant uenturum, ut cõsolaretur Israeliticum populum. Tertio, ad seipsum, quia spiritus sanctus cum eo. Alioqui nõ fuisset iustus, pius & religiosus. Deus enim supbis resistit, humilibus autem dat grãm, Iaco. 4. Sapien. 1. In maleuolã aĩam non introi-

bit sapiētia. Et quia spiritualem, non carnalem Iudęorū consolationem uotis omnibus expectabat & precabatur, erat illi promissum oraculo, non experiturum se mortem, nisi uideret quē Deus unxerat supra omnes mortales, ut ęterno regno, nec unquam finiendo sacerdotio potiretur.

Et uenit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum in templum parentes eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deū.

Beda: Eadem gratia qua uenturum prænouerat, uenientē cognouit. Esa. 64. Occurristi lętanti & facienti iustitiā. Perpende quod spiritum sanctum habuit inhabitatorē, doctorem & ductorem. Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectam. O q̃ felices tales. Roma. 8. Qui spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei. Siquis spiritum Christi non habet, is nō est eius. Non omnes in spiritu sancto ueniunt in templum, sed quidam in spiritu superbię, ut ambitiosi, dignitates et honores aucupantes. Alij auaritię, ut simoniaci. Alij uanæ gloriæ & simulationis, ut hypocritæ. Alij uanitatis & curiositatis, sicut fabulatores. Hi dn̄m non merentur in ulnas recipere, sed per dominum è templo expelli. Notanter euangelista dicit, ut facerent secundum consuetudinem legis: quia non quo ad legis obligationem, sed quo ad tp̄is determinationē, & humilitatis perfectæ exhibitionē, Maria purificationem peregit, primogenitum exhibendo in templo, sacrificium offerendo & filium redimendo. Nume. 18. & Leuit. 12. Non igitur se continuit pietas senilis, quin desideratū infantulum cōplecteretur ulnis suis. O q̃ felix & ineffabile gaudium pium illud sensit pectusculū, cum puerum illum tot millibus annorū expectatum, tam libera licentia, pro uoluntatis beneplacito amplexatur, deosculatur. Quis.n. ignem cōsu mentem in sinu portet sine cōbustiō ne? fonti se imergeret sine madefactione? Nouit se contactu sancti sanctorū indignum, sed uicit amor uehemens rationem, & ad unionem & amplexum impulit senē. Hinc erupit mox defectura uox in laudem Dei, ueluti cygneam quādam cantionē ꝓmens.

Et dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace.

Solet syncera pietas in primis diuinam recognoscere in beneficijs & efferre bonitatem. Hinc gratiæ naturam describit, agnoscit se seruū, agnoscit & ip̄s gratię. Nunc, quo dies sanctificatus illuxit nobis, quo illatam recipimus gratiam in medio templi, Psal. 47. Malach. 3. Statim ueniet ad templum sanctum suum dominator quæ uos quæritis, & angelus testamēti quem uos uultis. O utinā tam propē sentiretur in cordibus nostris, q̃ cum sensit annosus senex. Satisfactum est, inquit, domine uotis meis: hactenus dilatus est dies dormitionis meæ: sed tu qui uitæ et mortis habes imperium. Sap. 16. nunc dimittis. Attende q̄uo sancti habent pro uinculo corpus. Galat. 6. Mihi mundus crucifixus est, & ego mūdo. Roma. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Agnoscit autem se seruum & dn̄o mancipatū, non timore seruili (qui metuit pœnā magis, q̃ culpā & offensam, qui non manet in domo in æternū. Ioā. 8. & 15. Iam nō dicam uos seruos) sed filioli, cui ait dn̄s Matt. 25. Euge serue bone & fidelis. Roma. 6. Nunc igitur liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitā ęternam. Hinc notanter dicit, tuum, nō mūdi. Iacobi. 4. Amicitia huius mundi, inimica est Deo. Non carnis. Roma. 16. Huiusmodi Christo domino nostro non seruiunt, sed suo uentri. Philip. 3. Quorū Deus uenter est. Sed Roma 6.

Sicut exhibuistis membra uestra seruire imũditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nũc exhibete seruire iustitię in sanctificationem. Non diaboli. Matth.6. Nemo potest duobus dominis seruire, Luc.11. Qui nõ est mecum, contra me est. Ideo secundũ uerbum tuum, dimittis me aĩo placido requietoq;, neq; quicq̃ præterea desiderantẽ in hac uita, sed cupidũ etiam ex hoc corpusculo senili demigrandi ad felix cõsortium pioꝝ hominum, qui diem hunc expectarant, nec uidere contigit nisi spiritualibus oculis fidei. Priusq̃ uidissem, nõ pacata mente eram, expectans illum: nũc ipso uiso, pacem cõsecutus sum. Vide quid prædicit, immo quid intelligit esse in mundo, & esse in Deo sine mundo. Nota triplex esse. Esse in mundo sine Deo, est seruire peccatis: & talis, captus est. prouer.5. Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatoꝝ suoꝝ cõstringetur. Voluitur.n. & reuoluitẽ sicut mare. Esa.57. Impij quasi mare feruens, quod quiescere nõ potest. Psal.37. Nõ est pax ossibus meis à facie peccatoꝝ meoꝝ. Alterum est esse in mundo cum Deo, et illud necdum pfectum est, cum habeat secum pugnãtem mundũ, carnem & diabolum. Iob.7. Militia est uita hoĩs sup terram. Ioan.16. In mundo p̃ssuram, in me pacem habebitis. In hac pace sunt iusti. Roma.5. Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum. Hãc per Christum habemus. Ephe.2. Ipse.n. est pax nostra, qui fecit utraq; unũ. Colos.1. Pacificans per sanguinẽ crucis siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Tertium est esse cum Deo sine mundo. Illud est regnum pacatissimum, in quo agnus Dei in nobis, & nos in ipso regnamus. Esa.32. Sedebit populus in pulchritudine pacis. Hac.n. tuti sumus, nec metuemus hostem, nec senectutis sentiemus incõmoda, nec deformitatem horrescemus. Apocal.21. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eoꝝ, & mors ultra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Posuit.n. fines Hierusalem pacem, Psal.147. Hinc dicit̃ princeps pacis, Esa.9. Ideo admonet Apostolus Hebr.4. Festinemus ingredi in illam requiem. Quid nos miseri prætexemus? qui mori ianua iam aperta timemus, planè ostendimus, q̃ non Christi, sed uel mundi, uel carnis serui sumus, qui non in pace dimittuntur, quemadmodũ ij qui cupiunt dissolui & esse cum Christo, Phili.1. sed rapiuntur à rugientibus præparatis ad escam. Sic diues ille audiuit. Lucæ.12. Stulte, hac nocte animã tuam repetunt à te: & q̃ parasti, cuius erũt?

Esse triplex.

Quia uiderunt oculi mei salutare tuum.

Qũo desiderasset transferri à mundo ad pfectam quietẽ & pacem, adiecit causam aliquantam. Nam oculi carnis hoĩem, mentis Deum, per fidẽ seruatorem ꝓmissum uiderunt, non sine ingenti gaudio. Luc.10. multi reges & ꝓphetæ uoluerunt uidere quę uos uidetis, & non uiderunt, ait dñs discipulis. Si Abraham in spiritu & figura diem Christi futurum præuidit, & gauisus est, Ioan.8. quid hic senex cum in ulnis tenebat, amplexabatur, comprimebat, inter huberaq; reponebat, dicens illud Canti.3. Inueni quem diligit aĩa mea: Tenui eum, nec dimittam? Sic uideant oculi nr̃i, aures, manus, & interiora nostra sentiendo se salutem consecuta, atq; in hoc tripudient, lætentur & gaudeãt. Salutare dicit. Nam filius hoĩs nõ uenit animas pdere, sed seruare. Luc.9. Venit.n. quærere et saluum facere qđ perierat. Lucæ.19. Esa.52. Videbunt omnes fines terrę salutare Dei nostri. Sed uidemus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciẽ. 1.Cor.12. Iob.19. In carne mea uidebo Deum saluatorem meum. Esa.33.

Regem in decore uidebunt.

Quod parasti ante faciem omnium populorum,

Parauit nobis, id est gratia sua disposuit nobis dare eum, per quem salus omni populo. Psal.67. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. In primo aduētu omnibus paratus est, ut credant, diligant & sanentur: in secūdo parabitur, ut uideant & rationem reddant. In conspectu omnium populorū, hoc salutare paratum, ut omnibus pateat accessus. Non est acceptio psonarū apud Deum, sed in omni gēte qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Actu.10. 1.Timo.2. Qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Psal.97. Notū fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Non est enim in aliquo alio salus, Act.4. Differenter tamen paratum est.

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.

Est lux mundi pphetarum oraculis pmissa, ut dispelleret tenebras omnium gentium, quæ cæcis oculis idola pro Deo colebant, & nullam ueritatis lucē aspiciebant. Quod aūt in tenebris est, occultum manet, & ne se qdem cognoscit. Cum uero adest lumen, reuelatur, manifestaturq́, & se & alia uidere potest. At hoc lumine sic reuelatæ sunt gentes, (Esa.9. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucē magnam) ut & Deū & se agnoscerēt. Nam cū per ea quæ facta sunt, Deum intellexissent, nō tamen sicut Deum glorificauerunt, quapropter obscuratum est insipiēs cor eorū, Roma.1. quare indigebant lumine quod illuminat omnem hominem, Ioan.1. Esa.49. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usq; ad extremū terræ. Aggei.2. Veniet desideratus cunctis gentibus. Prouer.13. Spes quæ differtur, affligit animum. Lignum uitæ, desiderium ueniens. Desiderium, si compleatur, delectat animam. Iudæis paratum est in gloriā, excipiēdo promissum. Matt.15. Non sum missus nisi ad oues q̄ perierunt domus Israel. Immo salus ex Iudæis, Ioan.4. Dicitur aūt plebs Dei ob specialem cultum & fidē. Psal.75. Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomē eius, non iuxta carnem tantum, sed iuxta spiritualem cognationē, quæ fide euāgelica conciliatur. Israel enim est, qsquis in hanc lucem pios intenderit oculos. Est ergo salus in amotiōe oīs mali, lumē in cognitione boni & mali, & gloria in adeptiōe omnis boni quo ad oēs fideles. Ro.3. Oēs peccauerunt, & egent gloria Dei. Ambro. Qui uult in pace dimitti, ueniat in Hierusalem, conuersationem habeat cœlestem, ueniat in templū, imitetur exempla eorū in quibus Deus habitat. Expectet dn̄m, accipiat in manibus, uerbum Dei brachijs fidei, spei & charitatis amplexetur: tunc dimittetur in pace, ut non uideat mortem, quia uidit uitam. Esaiæ.55. In lætitia egredimini, & in pace deducemini, montes & colles cantabunt corām uobis laudem.

Et erant pater eius & mater mirantes super ijs quæ dicebantur de illo. Luce 2. Q

Ostenso quō Iudæis & gentibus manifestatus sit in Bethleem, declarat nunc quō Iudæis in Hierusalem, & qđ suopte uitio non crediderunt. Ioseph pater lege, non natura. Luc.3. Vt putabatur filius Ioseph. Origenes: Quoniā Ioseph uere fuit uir Mariæ, cuius Christus ueraciter fuit filius, ideo magis pprie etiam dicitur filius Ioseph, quàm si esset aliunde adoptatus. Matt.1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod in ea natum est, de spiritu sancto est. Ideo Maria mater tum lege, tum natura, immo supra naturam. Mater, sed eius qui cum patre & spiritu sancto unus est Deus, æternus, omnipo

tens,& immensus, qui omni est crea tor,quem omnes adorant angeli, Hebræ.1.Crescebat puer, crescebat et fama.Psal.138. Mirabilia opera tua domine,et anima mea cognoscet nimis. Vere mirabilia opa creationis, quia de nihilo.Hebr.11. Fide credim⁹ aptata esse secula,ut ex inuisibilibus uisibilia fierent. Hebr.1.p quē,hoc est, filium,fecit & secula.Reparationis,qa proprio sanguine.Apoc.5.Redemisti nos Deo in sanguie tuo.Zacha.9.Tu quoq; in sanguine testamenti,eduxisti uinctos de lacu in quo non erat aqua.Glorificationis, quia ineffabili modo.Esa 64.A seculo nō audierūt, neq; auribus pceperunt,oculus non uidit Deus absq; te, quæ præparasti expectantibus te. Mirabantur ergo super his quæ dicebant, & dicta erāt ab angelo,pastoribus,Magis,Symeone,Anna. Vtinam & nobis non stulta & contemptibilia uideantur, quæ illis mirabilia erant. Verbum enim crucis,pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui fiunt,Dei uirtus. Prouerb.2. Fili mi, si susceperis sermones meos,& uerba mea custodieris,intelliges iustitiā & iudicium.

2 *Et benedixit illis Symeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur ex multis cordibus cogitationes.*

Est bñdictio creationis,sicut Deus benedicit,causando in eis esse naturę & gratiæ Psal.106. Benedixit eis, & multiplicati sunt. Sic ergo Deus benedicit principaliter, ministri uero eius ministerialiter.Nume.6. Loquere Aaron et filijs eius:Sic benedicetis filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi dominus,& custodiat te. Ostendat dominus faciem suam tibi,& misereatur tui. Inuocabūtq; nomen meum super filios Israel,& ego benedicam eis. Secundo laudis. Psalm.102. Benedic anima mea domino.Sic creaturæ benedicunt dominum. Benedixit autem Symeon illis, ut inferiores solent maioribus. Sic Elisabeth Mariæ.Luc.1.Bñdicta tu in mulieribus, uel ut supiores inferioribus,si fuit sacerdos.Heb.7.Sine ulla cōtradictione qđ minus est,à maiori bñdicitur. Cæterū ubi parētibus bene precatus esset,conuersus ad Mariam,quæ uera mater, dixit: Filius tuus, quanq; datus est à Deo ad hoc,ut salutē conferat omnibus, tamen hominum uitio fiet, ut quemadmodum multos Dei donum amplectentes, erecturus est ad spem salutis æternæ, ita multi gentes Israeliticę respuentes obuiam Dei munificentiam,dejcietur in exitium æternum.Veritate per hūc prodita, cadent qui prius stare uidebantur,exurgent, qui iacēre uidebantur. Ab omnib⁹ Israelitis expectatus est, sed non ab omnib⁹ suscipietur. Quo modo uenit in iudicium in hunc mūdum,ut qui non uiderunt,(de nationibus)uideant,& qui uident cæci fiant, hoc est qui uidentur sibi uidere de Iudæis.Ioan.9.ita uenit in ruinam & resurrectionem. Siue ergo ex gentibus, siue Iudæis,credentibus uenit in resurrectionem nō credentibus in ruinā.Roma.9.Quid ergo dicemus? quod gentes quæ non sectabantur iustitiam,apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quę est ex fide.Israel uero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est Esaiæ uigesimo octauo. Ecce pono in Sion lapidem offensionis & petram scandali,& omnis qui credit in illum,nō confundetur.1.Petri.2. Vobis igitur honor credentibus, non credentibus autem lapis quem reprobauerūt ædificantes: hic factus est in caput anguli,& lapis offensionis & petra scan-

dali his, qui offendunt uerbo, nec credunt in quo et positi sunt. Venit ergo in resurrectionem fidelium & electorum, in ruinam infidelium & reproborum, sed non uniformiter. Nam in ruinam occasionaliter, in resurrectionem causaliter & directe. Ose.13. Perditio tua, o Israel, tantũmodo in me auxilium tuum. Beda: Magno sanè metu fratres charissimi audiẽda sunt uerba Symeonis. Desideranter qdem auditur, quod positus est in resurrectionem, qa ipse ait Ioan.11. Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet. Sed nõ minus terribiliter sonat quod pręmittitur, in ruinam. Infelix nanq; est, qui agnita resurrectionis gloria, deterius cadit, qui uisa ueritatis luce, grauioribus peccatoꝝ tenebris obcæcatur. 2.Petri.2. Melius erat illis nõ cognoscere uiam iustitiæ, q̃ post agnitionẽ retrorsum cõuerti ab eo, qd illis traditum est sancto mandato. Contingit.n. illis illud ueri prouerbij Prouer.26. Canis reuersus ad uomitum, & sus lota in uolutabro luti. Est ergo placita dño ruina simul & resurrectio. Ruina uitioꝝ, resurrectio uirtutum. Habes male stantem supbiam? cadat, ut surgat quę iacet, humilitas. Stas peccato? tpe quo uiuis, peccato cade, morere peccato. Colos.3. Mortificate membra uestra quę sunt super terram, fornicationem, imunditiam, libidinem, cõcupiscentiam malã, auaritiam quę est simulachroꝝ seruitus. Hoꝝ omniũ utilis ruina est, ad quã uenit primum Iesus, nec speres resurrectionem, nisi præcesserit ruina. Peccator es? cadat in te peccator, ut possis resurgere, & dicere. 2.Timot.2. Si cõmortui sumus, & cõuiuemus. Sic & in signũ fœderis, Ioan.3. Sicut exaltauit Moses serpentem in eremo in ligno, Nume.21. ita exaltari oportet filium hoĩs, ut oĩs qui credit in illum, non pereat. sed habeat uitam æternã. 1.Timo.2. Vnus mediator Dei & hominũ, homo Christus Iesus. Sed cui à multis contradicitur. Bernardus: Habuit Christus in factis obseruatores, in dictis contradictores, in signis exprobratores, in tormẽtis sustinuit illusores. Diuinitati & humanitati cõtradicunt hæretici. Signo uirginitatis (Esa.7. Dabit dñs uobis signũ, Ecce uirgo concipiet) cõtradicunt luxuriosi. Sap.2. Vbiq; relinquamus signa lætitiæ, nullum sit pratum quod non pertranseat luxuria nostra. Paupertatis, Luc.2. Hoc uobis signũ: Inuenietis infantem pannis inuolutũ, & positũ in præsepio: Auari. Luc.16. Audiebant hæc, de solicitudine uitanda, pharisæi qui erant auari, & deridebant eum. Humilitatis, Matt.11. Discite à me, quia mitis sum et humilis corde: Superbi. Ioan.5. Qũo uos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis? Acto.7. Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus, uos semper spiritui sancto restitistis. Miraculis Iudæi. Matt.12. Lucæ.11. In Beelzebub principe dæmonioꝝ ejcit dæmonia. Ioan.9 Hic homo peccator est. Doctrinę, Ioan.8. Testimonium tuum non est ueꝝ. &.10. Dæmonium habet, & insanit, qd eũ uultis audire? Passioni, Mat.27. Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluũ facere. Resurrectioni, Matt.28. Dicite qa nobis dormiẽtibus, discipuli eius uenerũt & furati sunt eum. Signo dominicæ crucis infideles. 1.Cor.1. Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scãdalum, gentibus autem stultitiam, sed multi (quod grauius) falsi frẽs, dicentes se nosse Deũ, & factis negantes, Titum.1. Hebrę.6. Rursum sibimetipsis crucifigentes filium Dei & ostentui habentes. Et tuam ipsius aĩam ptrãsibit gladius. Beda. Dolor dominicę passionis, quę & si Christũ, utpote Dei filiũ, sponte

sua

sua mori, mortemq́ ipsam resurgendo deuicturũ nõ dubitaret, ut e sua tamen carne natum non sine materno dolore potuit uidere crucifigi. Nã & ferrum quod aĩam Ioseph ptransisse legitur, Ps. 104. nil melius q̃ dura tribulatio intelligitur. Vnde dolores quos effugit parturiens, ipe passionis grauius sustinuit. An non gladius lingua blasphemantium? Mat. 27. Videamus si ueniat Helias ad deponẽdũ eũ. De cruce filiĳ lachrymosus clamor: Deus meus deus meus, ut quid dereliquisti me? ac dolorosa commendatio, Io. 19. Mulier, ecce filius tuus. Viuus enim sermo dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, Heb. 4. Vere ergo penetrauit cor eius, & per medium transierunt uerba & facta malignantiũ. Psal. 56. lingua eorum gladius acutus. Hie. 9 Sagitta uulnerãs lingua eorũ. Tale ergo lignũ uisum est deo proferre sub oculos oĩum, ut clara ueritatis luce prolata, retegerẽtur cogitationes hominum, quæ latebant in corde. Ostẽsum enim est, quis bonis cogitationibus deum quæsierit, quis in Christũ crediderit, quis eius aduentum syncere optarit: quis etiam tẽporalia q̃rens, ac in Christi aduentu promissa putans, in eum tam pauperem, humilem & abiectum, credere spreuerit. Nox certum iudicium non habet, ac frequenter umbras & inania rerum simulachra obĳcit oculis. Sol exort⁹, discutit oẽs præstigias, ac suam cuique faciem, suumq́ colorem reddit. Sic lux euangelicę ueritatis pharisęorũ & scribarũ hypocrisim, qui aliud in ore, aliud in corde gerebant, qui p̃tinacissimis studĳs Christo aduersabantur. Gentes autem & publicani subita mutata uita, studĳs auidis doctrinam amplectebãtur pietatis. Tẽpore passionis Iudæorum reuelata malitia, discipulorum ignauia, matris constantia, piorum tristitia, impiorum lætitia: sed domino resurgente, istorum exultatione in mœrorem conuersa, illorum mœror in gaudiũ sempiternum. Non autem hæc dispa rium cogitationum reuelatio tũc solum facta in Iudæa, sed etiam apud nos credenda est actuari. Et nunc enim reuelantur cogitationes cordis, cum lecto uel prædicato salutis uerbo, aliĳ audiẽtium libenter auscultant, gaudentes perficere actu quod auditu didicerint: aliĳ fastidientes quæ audiunt, non hæc patrare agendo, sed potius insultando nituntur contraire. Origenes: Cogitationes malæ in hominibus erant, quæ propterea reuelatæ sunt, ut occideret eas ille, qui pro omnibus mortuus est. Quæ hic reuelatæ non fuerint ut remittantur, in iudicio reuelabuntur ut puniantur. Sap. 1. In cogitationibus impĳ erit interrogatio. 1. Corin. 4. Nolite ante tẽpus iudicare, donec ueniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.

Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser. Hæc processerat in diebus multis, & uixerat cum uiro suo, annis septẽ a uirginitate sua: & hæc uidua erat usq; ad annos octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiunĳs et obsecrationibus seruiens deo die ac nocte.

Determinate describit propter historiæ ueritatem. Ex re nomen habuit, nimirum á gratia, (quippe spiritu prophetico prædita) filia uiri laudati de tribu Aser, qui fuit unus duodecim patriarcharum. Ge. 30. & Deuter. 23. Hæc cum prouectæ esset ætatis & sanctitatis, non in aliud uidebatur dilata, nisi ut quod ardentissimis optarat uotis, anus uideret, promissum infantem qui salutem esset allaturus populo Israelitico. Commendatur autem de statu uirginali, quia uirgo nupsit: coniugali, quia cũ uiro suo. Gene. 2. Erunt duo in carne una. Heb. 13. Honorabile connu-

bium in omnibus,& thorus immaculatus. Viduali, quia uidua circiter annorum octogintaquatuor. Maior autem ætatis numerus. Quæ quamuis esset ætate uigenti, non cogitauit de repetendo matrimonio, sed ueluti mundo mortua, ac deo iam dicata, non discedebat de templo, uictimis euangelicis illi sacrificans, corpus ieiunijs & animum pijs uotis & obsecrationibus, offerens se totam domino hostiam uiuam, rationalem & acceptam. Ro. 12. Obsecro uos fratres per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra, hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem. 1. Timot. 5. Quæ uere uidua est & desolata, speret in deum, & instet obsecrationib⁹ & orationibus die ac nocte. Obsecratio, species est orationis, qua per rem sacram aliquid postulamus. Psal. 24 Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine. Ieiunium ad orationē disponit, & hęc duo potentia contra dæmones. Matth. 17. Hoc genus dæmoniorum non ejcitur nisi in oratione & ieiunio. Ieiunio enim sanantur pestes corporis, oratione pestes mentis. Digna quæ domino testimoniū perhiberet. Beda: Non solum angeli, sed omnis sexus & ætas testimoniū reddit nato puero. Cum enim habiturus esset multos contradictores, habere uoluit & testes.

Et hæc ipsa hora superueniens, confitebatur domino, & loquebatur de eo omnibus qui expectabant redemptionem Israel.

Non casu uel ab homine uocata uenit: sed suggesserat illi spiritus sanctus iam natum, iamq́ adesse puerū tot seculis expectatum. Confitebat domino, pro tanto beneficio laudās & gratias agens, quemadmodum Zacharias Luc. 1. & seruator pro illuminatione simplicium Mat. 11 Cōfiteor tibi pater domine cœli & terrę, quia abscondisti hęc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Nec tacuit apud alios, sed eadē hora assistens, quod oculis uiderat, quod afflatu didicerat, loquebatur omnibus de puero, non de mundo, carne. 1. Pet. 4. Siquis loquitur quasi sermones dei, qui non carnalem, (cuius opinionis discipuli fuerunt ante spiritus sancti aduentum, Lucæ. 24. Nos sperabamus, quia ipse redēpturus erat Israel. Actorum. 1. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? & moderni Iudæi) sed spiritualem expectabant a peccatis & diaboli tyrannide liberationem. Ioan. 1. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Gal. 4. At ubi uenit pleuitudo tēporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorū reciperemus.

Et ut perfecerunt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat & confortabatur, plenus sapientia, & gratia dei erat in illo.

Beda: In eo quod puer erat, crescere poterat et confortari, non in eo qđ uerbum: quia sic plenus sapientia & gratia. Crescebat ætate & corpore, confortabatur spiritu, plenus sapientia in intellectu: quia in ipso omnes thesauri sapientię & scientiæ sunt reconditi, Coloss. 2. Et gratia, quo ad affectum pariter & effectum. In ipso enim inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, Coloss. 2. De cuius plenitudine omnes nos accepimus, Io. 1. Crescere debemus in uirtutibus. 1. Petri. 2. Quasi modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustastis quoniam suauis est dominus. Nam ut dicitur Iob. 14. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miserijs, qui nunquam in eodem statu permanet. Hinc proficimus uel deficimus. Hieronymus: Tandiu

non relabimur retro, q̃diu ad interiora & priora contendimus: at ubi cœperimus stare, descendimus: nostrumq́; non progredi, retrogradi est. Philip.3. Quæ retro sunt obliuiscens, ad anteriora me extẽdo. Bernardus: Omne profecto perdit bonum, qui melior esse non desiderat: & ubi incipis nolle esse melior, ibi desinis esse bonus. Coloss.1. Ambuletis digne, deo per omnia placentes, & in omni opere bono fructificantes, & crescentes in sciẽtia dei in omni uirtute. Profectum & fructum impedit defectus radicis. Sic charitatis. Matth.13. Non habet in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione propter uerbũ, continuo scandalizatur. Ideo Eph.3. In charitate radicati & fundati. Humiditatis. Luc.8. Natum aruit, quia non habuit humorem. Ioan.4. Qui biberit de aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Nutrimenti, sic uerbi dei. Esa.55. Quomodo descendit imber & nix de cœlo, & illuc ultra non reuertitur, sed inebriat terram et infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti & panem comedenti: sic erit uerbum meũ quod egreditur de ore meo. Non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quæcũque uolui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. Hinc comminatur dominus. Amos.8. Mittam in eos famem in terram, non famem panis & sitim aquæ, sed audiendi uerbum domini.

De fuga in Aegyptum, & innocentum occisione, Matth. II.

ARTICVLVS. XII.

Matth.2 *Cum Magi recessissent, Ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens. Surge, & accipe puerum, & matrem eius et fuge in Aegyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim, ut Herodes quærat puerum ad perdendum eum.*

Ostendit omnem hominis conatum, sine deo friuolum & uanum: contra deum uero impium & damnosum. Proue 21. Non est sapientia, non est sciencia, non est consilium cõtra dominum. Dederat angelus Magis consilium cõtra dolum Herodis latentem: hic uero Ioseph, contra furorem patentem, hortãs eum ut iam arcani conscium, quatenus matrem ac puerum clanculum subduceret in Aegyptum, uidelicet hoc agente consilio diuino, ut ea quoque regio tota prodigiosis deorum cultibus dedita, dum profugo prębet hospitium, eius contactu, commercioq́; præparetur ad aliquod primordium ueræ pietatis. Remigius: In somnis apparet, q̃a à curis secularibus quiescentes, angelica uisione, & cœlesti consolatione perfrui merentur. Hilarius: Accipe puerum & matrem. Cum Mariam desponsatam Ioseph significabat, ipsam coniugem nominabat: post partum uero, mater tantum pueri Iesu declaratur, ne Ioseph pater putaret. Chrysostomus: Quomodo ante homines filius dei fugit? & quis de inimico liberat, si & ipse inimicos timet? Sed oportebat ut regulã humanæ naturæ seruaret etiam in hac parte, & exemplum spei relinqueret etiã in hac parte. Nam quia deus & homo, hinc opera fecit diuinitatis declaratiua. Ioan.5. Ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, q̃a pater misit me. & 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Fecit & infirmitatis humanæ & ueritatis, cõtra hæreticos, manifestatiua. Non enim erat difficile deo, puerum illæsum, subito extincto Herode, seruare, si libeat: sed hic ordo negocij, magis conducit ad confirmandam fidem. Poterat & alio modo euadere, quemadmodum Luc.4. manus exijt pręcipitare uolentium, & Ioã.10. lapidare conantiũ: sed si manus incidisset ini-

Fuga quo tuplex. micorum, nec fuisset occisus, opinati fuissent ipsum incarnatum apparenter. Voluit autē deus, ut Herodis furor & tyrannis suae gloriae seruiret. Est fuga pusillanimitatis, de qua Prouer.18. Fugit impius nemine persequēte. Deut.28. Dabit tibi dñs cor pauidum, & deficientes oculos, & animā cōsumptam mœrore, & erit uita tua quasi pendens ante te. Infirmitatis. Sic Helias fugit Iezabel, 3. Regum.19 Discretionis. Sic Paulus à Damasco Acto.9. Mat.10. Cum uos persequētur in una ciuitate, fugite in aliam. Actu.8. Facta est aūt persecutio magna in ecclesia quae erat Hierosolymis, & oēs dispersi sunt per regiones Iudeę & Samarię, pter apostolos. Dispēsationis. Augustinus: Recessit nō necessitate, sed dispensatione: & potestate ea qua iuuenis pependit in cruce, latuit ī Aegypto. Chrysostomus, Christus in Aegyptū fugere uoluit, pie recordatus plagarū: nunc illi dās reconciliationis signum, ut decē plagas una sanaret medicina: ac sic populus qui ante fuerat persecutor populi primogēiti, fieret custos filij unigeniti, ac qui illi populo dominati sunt uiolenter, filio cum deuotione seruirent reuerenter: ac sic iam non irent ad mare rubrum demergendi, sed uocarentur ad aquam baptismatis uiuificandi: & quia à suis non receptus, transiit ad gentes. Actorū.13. Vobis oportebat primum loqui uerbum dei: sed quia repellitis illud, & indignos uos iudicatis aeternae uitae. ecce conuertimur ad gentes, sic enim praecepit nobis deus.

Qui consurgens, accepit puerum et matrē eius nocte, & secessit in Aegyptum, & erat ibi usq; ad obitum Herodis, ut adimpleretur quod dictū est a domino per prophetam dicentem: Ex Aegypto uocaui filium meum.

Chrysostomus: Omnis persecutionis angustia, nox est: refrigerium uero, dies: & quos p gratię subtractionem deserit, in tenebris ignorantię relinquit. Cum Herodes dicatur 37. annis regnasse, & 30. anno regni ipsius natus Christus, patet dominum septem annis in Aegypto peregrinatū. Esa.19. Ecce dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur simulachra à facie eius. Ad literam dicit, idola corruisse ad ingressum domini: nec mirum. Nam idolum Dagon, ad prę sentiam arcae, pronum in terram corruit, capite & manib⁹ abscissis. 1. Re. 6. Nota cum aliquid dicitur de populo, uel certa persona ueteris testamenti, prout est figura Christi uel ecclesiae, quamuis ad literam de illis exponatur, principalius tamen ac certius de Christo uel ecclesia uerificatur, quemadmodum illud de Salomone. 2. Reg.7. Ego ero illi in patrem & ipse erit mihi in filiū. Quod Apostolus exponit de Christo Heb.1. Sic & hic Osee, 11. Puer Israel, & dilexi eum, & ex Aegypto uocaui filium meum. Num. 23. Deus ex Aegypto eduxit eum. Notantur & peccatori necessaria. Peccatorum reiectio. Ephe.5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Rom.13. Hora est iā nos de somno surgere. Esa. 55. Derelinquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominū, & miserebitur eius. Secundū, uirtutum insertio. Accipe puerū. Esa.1. Quiescite agere puerse, discite benefacere. Ps.36. Declina à malo, & fac bonum. Hiere.7. Bonas facite uias uestras & studia uestra, et habitabo uobiscum. Rom. 13. Abijciamus opera tenebrarū, & induamur arma lucis. Hinc Gal.3. Quicunq; in Christo baptizati estis, Christū induistis. Ideo 1. Ioan.2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Tertium, malorum deuitatio. Corrumpunt enim bonos

Regula theologica.

mores colloquia mala.1.Cor.15.Fuge ergo 1.Co.5. Nescitis quia modicũ fermentum totam massam corrũpit? Quare admonet.2.The.3.Denunciamus uobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi,ut subtrahatis uos ab oi fratre ambulante inordinate,& non secundum traditionẽ quã acceperunt à nobis.1.Cor.5.Si is qui frater nominatur inter uos, est fornicator,aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus,aut ebriosus, aut rapax,cum huiusmodi nec cibũ sumere.Heu heu domine, contrariũ in praxi.Psal.49.Si uidebas furem, currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas. Quartũ, in bonis perseueratio. Qui enim perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit,Matth.10.24. Heb.12.Nondum usque ad sanguinem restitistis repugnantes peccato, & obliti estis consolationis quæ uobis tanquam filijs loquitur,dicens.Fili mi,noli negligere disciplinam domini,neque fatigeris dum ab eo corriperis, Pro.3.

Tunc Herodes uidens quoniam illusus esset a Magis,iratus est ualde: & mittens,occidit omnes pueros qui erant in Bethleem,& in omnibus finibus eius,a bimatu & infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis.

Credidit primo Magos illusos,eo ꝙ non reuerterentur: sed fama ex Symeonis,Annæ & pastorum protestatione increbrescente, ipsa re comperiens Magos sibi uerba dedisse, iam impotens iræ abiecto fuco,prorupit in manifestam insaniam: missisq́ue saniæ suæ ministris, occidit omnes infantes bimulos,aut hac ætate minores,secutus temporis supputationem,quo Magi prædixerant sibi primum uisam esse pueri stellam.Chrysostomus: Putabat infelix tyrannus, seruatoris aduentu,regali se solio priuandum,cum tamẽ ad hoc minime uenerit. Nam quæsitus in regem,fugit,Io.6. quæsitus ad passionem, se libere obtulit,Io.18.Hinc quãuis scripturarum non ignarus,quia proselytus,sciret Christum nasciturum,nec diuinæ ordinationi quenq́ posse obsistere,malitia tamen & regnãdi ambitione excæcatus, cum nesciret in quem,in suspectam desæuit ætatem. Quemadmodum bestia uulnerata, quicquid oculis occurrit,quasi actorem sui uulneris dilaniat. Et quia ꝑ filios Romam citatus,quod cõceperat,post Magorum discessum perficere non ualebat, finaliter in regno per Cæsarem confirmatus,quam cõceperat,post bienniũ malitiam parturiuit.His rebus parabatur exemplum,quid essent ab impijs principibus passuri,qui credituri essent euãgelio: quid profecturi,qui fidem euãgelicam, teneram adhuc, & in piorũ animis gliscentem,crudelitate sua conarentur extinguere. Ob Christum interimi,seruari est.Nunquàm enim prophanus hostis sic prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio,illis coronam, sibi pœnam parans.

Tunc adimpletum est,quod dictum est per Hieremiam prophetam,dicentem: Vox in Rama audita est,ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos,& noluit consolari,quia nõ sunt.

Rama Hebræis excelsum sonat,ut 3
claram,longe lateq́ sonantem uocẽ intelligas plorantis.Hiere.31. Lamentatio,ac ploratus,ac fletus. Rachel, quæ enixa Beniamin,hoc est,doloris filium,mox à partu perijt,sepulta est non procul à Bethleẽ,Hinc propheta sub huius persona,matrum luctũ, suos filios ab Herode trucidatos deplorantium,expressit: & quia præceperat non solum in Bethleem,quę in tribu Iuda sita,sed & in omnibus finibus eius,qui tribum Beniamin cõtingebant,cuius mater Rachel Gen. 35.paruulos trucidari,uere in excelsis.Sãguis enim innoxius in cœlum clamat.Gene.4.Ecce uox sanguinis

fratris tui clamat ad me de terra. Sic oppressio pauperũ, Exod. 3. Clamor filiorum Israel uenit ad me, uidiq; afflictionem illorum qua ab Aegyptijs opprimuntur. Lu. 18. Deus non faciet uindictam electorum suorũ clamãtium ad se die ac nocte, et patientiam habebit in illis? Dico uobis quia cito faciet uindictam illorum. Item defraudatio mercenariorum. Iac. 5. Ecce merces operariorum uestrorum, qui messuerũt regiones uestras, quæ fraudata est à uobis, clamat, & clamor eorum in aures domini sabaoth introiuit. Non autem admisit consolationem, propterea quod essent omnes è medio sublati, nec reuocandi ad uitam. Sic Iacob credẽs Ioseph mortuũ, ait Ge. 37. Descendã ad filiũ meũ lugẽs in infernũ.

Matt. 2 *Defuncto autem Herode, ecce apparuit angelus domini in somnis Ioseph in Aegypto dicẽs: surge, & accipe puerum & matrem eius, & uade in terram Israel, defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri.*

Quo plus mali contra diuinã moliuntur dispositionem, quo suæ satisfaciant uoluptati, eo magis diuinam promouent, sibi exitium cumulãtes, præordinationem. Sic fratres Ioseph, uenditione ipsius adeptos se libertatem autumantes, ad sublimitatẽ eo promoto, gratia & dignitate ipsius conseruati fuerunt, Gen. 37. & 45. Herodi data erat occasio resipiscẽdi, nõ sæuiendi, nisi mentem illius, regnandi cupido occupasset & excitasset. Desæuit enim & in proprium filiũ, ut dicit Hieronymus: & ob id Augustus Cæsar, ut refert Macrobius, dixit. Melius est esse Herodis porcum quàm filium. Et quia uitam oblatam recipere noluit, sed impugnauit: ideo mortem quam non præuidit, incurrit. Ecces. 9. Nescit homo finem suũ, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cũ eis extẽplo superuenerit. Mors autẽ peccatorum pessima, Psal. 33. Nã Prou. 11. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes. Quia de morte naturæ transeunt ad mortem gehennæ, cũ resipiscere noluerint à morte culpę. Ideo in inferno quærent mortem consumentẽ & penitus occidentẽ, & non inueniẽt, quia fugiet ab eis, Apoca. 9. Immo mors depascet eos, Psal. 48. Econtra apud bonos mors non erit, Apo. 21. sed uita sempiterna. Quę fuit Herodes infantium exitium, & promouit ad martyrium: stabilire sibi studuit regnũ, & ęternum accumulauit tormẽtũ. Eo sublato, angelus apparet Ioseph, pręcipiens reduci puerum. Nunquàm deest suis deus, maxime desolatis. Sic Iacob fratris iram declinantem, in uisione cõsolatus est Gen. 28. reuersionẽ in terram natiuitatis pręcepit, Gen. 32. Sic filijs Israel angelicũ pręstitit ducatum, Exod. 14. 32. Angelus meus præcedet te. Defuncti sunt ait, ut insinuet nedum Herodẽ, sed & sacerdotes & scribas de morte Christi cogitasse, & Herodis studio consensisse, ut dicit Hieronym⁹ & Chrysostomus, quod & postea rei exitus mõstrauit. Vides quàm prompte Ioseph & humiliter obediuit, non reclamãs ob itineris longitudinem, expensarũ parcitatem, Aegyptiorum atrocitatẽ, & nũc Iudæorum cęcitatem. Nouit meliorẽ uictima obedientiã. 1. Reg. 15.

Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: et admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ: & ueniens, habitauit in ciuitate quæ uocatur Nazareth, ut impleretur quod dictum est per prophetã: Quoniam Nazaræus uocabitur.

Refert Iosephus, Herodẽ totum regnum Archelao præ cęteris dilecto filio dimisisse, & ob id Philippũ & Herodem fratres Archelai indignatos, Cęsarem appellasse: qui consilio habito, regnum in duas diuisit partes, dans unam medietatẽ Archelao, quę nomen obtinuit Iudææ, alteram me- 2

dietatem in duas subdiuidēs partes, quarum alteram, uidelicet Galilæā, dedit Herodi, alteram Philippo, Ituream & Trachonitidis regionem. Veritus ergo Ioseph, ne filius ut i regnū ita & in crudelitatem paternam successisset, timuit eo proficisci, cum audisset eum regnare pro patre. Nam filij, ut communiter, imitatores pater norum sunt scelerum, quare & suppliciorum. Hinc comminatur dominus se ulcisci peccata patrū in filios in tertiam & quartam usq; generationem. Exo. 20. Ego sum dominus deus tuus, fortis zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartā generationē, eorū qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia his q diligūt me, & custodiūt pcepta mea. Hinc Ecci. 41. Filij abominationū, filij sunt peccatorum, et q cō uersanē secus domos impiorum. Filiorum pctōrū peribit hæreditas, et cū semine illorum assiduitas opprobrij. De patre impio conqueruntur filij, quoniā propter illum sunt in opprobrio. Væ uobis uiri impij, qui dereliquistis legē altissimi: q si nati fueritis, in maledictione nasceminiet si mortui fueritis in maledictione erit pars uestra. Hic aūt Herodes Christū persequēs, pueros occidit. Herodes eius filius, Christum illudens, Iacobum interfecit, Act. 12. & Ioannē, Mar. 6. Rursus ergo oraculo confirmatus, unde iam totus pendebat, secessit in partes Galilææ. Nec hoc quidem fortuito accidisse satis arguit, quod prophetia tā olim futurum prædixerat, q Messias ille Nazaræus appellaretur. Quod esse factum uel ipse titulus indicat, quē Pilatus prophetiæ ignarus, cruci affigi iussit. Esa. 11. Et Nazaræus de radice eius consurget. Io. 1 Quem scripsit Moses in lege & prophetæ, inuenimus Iesum filiū Ioseph à Nazareth. Nam ibi conceptus, Lucæ. 1. & nutritus, ut claret hic & Lucæ. 2. Neq; uocabulum ipsum mysterio uacat. Nazareth Hebræis à flore nomen habet, q hic è uirgine conceptus sit, purissimus ille flosculus, oīs uirginitatis consecrator: quemadmodum Bethleem domum panis sonat, ut proditus est ille panis cœlestis, quē qui ederit, uiuet in æternū, Io. 6. Datum est hic exemplum, quemadmodū parentes filiorum curam gerāt solicitam. Qui.n. suorum maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. 1. Timo. 5. Primo curare de honesta educatione, nam Abac. 2. Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ. Secundo de debita instructione, ut deū timeant. Tob. 1. Cum factus fuisset uir, accepit uxorem Annā de tribu sua, genuitq; ex ea filium, nomen suum imponens ei, quem ab infantia timere deū docuit, & abstinere ab oī peccato, & .4. Omnibus diebus uitæ tuæ in mente habeto deum, & caue ne aliquādo peccato cōsentias, & prætermittas præcepta dei. Ephe. 6. Educate illos in disciplina & correptione domini. Virtutes diligant. Ecci. 7. Filij tibi sunt erudi illos, & curua illos à pueritia illorū. Filiæ tibi sunt serua corpus illarum. Prou. 22. Adolescēs iuxta uiam suā, etiam cū senuerit, non recedet ab ea. Ideo Thren. 3. Bonū est uiro cū portauerit iugū dñi ab adolescentia sua. Ecci. 30. Qui docet filium suum laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur. Qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum suum, & in medio amicorum gloriabit in illo. Mortuus est pater eius & quasi non est mortuus: similem.n. reliquit sibi post se. In uita sua uidit, & lætatus est in illo: in obitu suo nō est contristatus, nec confusus est corā inimicis. Reliquit enim defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Vitia caueant. Ecci. 22. Confusio patris est de

filio indisciplinato, & filia fatua in deminoratione fiet. &.30. Doce filiũ tuum, & in illo operare, ne in turpitudine illius offendas. Sic contigit Dauid in Absolon. 2. Reg. 15. Et hoc in uisu. Iob. 31. Pepigi fœdus cũ oculis meis, ut ne cogitarem quidem de uirgine. Thren. 3. Oculus meus deprædatus est aĩam meam. Dauid uidens Bersabee se lauantem, in adulteriũ lapsus est. 2. Reg. 11. Auditu 1. Co. 15. Corrũpunt bonos mores colloquia mala. Hinc de mala dr̃ muliere et iuuene uecordi, Prou. 7. Irretiuit eũ multis sermonibus, & blanditijs labiorum protraxit eum. Statim eã sequitur quasi bos ductus ad uictimam. Gustu, Tit. 2. Iuuenes hortare ut sobrij sint. Pro. 20. Luxuriosa res est uinum, & tumultuosa ebrietas: quicunq; ijs delectatur, non erit sapiens. Ideo Ephe. 5. Nolite inebriari uino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto. Tactu, omnẽ malam uitando societatẽ. Tob. 3. Nunq̃ cum ludẽtibus miscui me, neq; cum his qui in leuitate ambulant, participem me pr̨ebui. Dina egressa ad uidẽdum mulieres regiõis, ab Emor filio Sichem fuit corrupta, Gen. 34. Tertio de condigna correctione. Heli nõ debite corrigens filios, uno die cũ ipsis perijt. 1. Regũ. 2. &. 4. Eccles. 7 Melior est ira risu, quia p̄ tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. Prou. 22. Stultitia colligata est in corde pueri, & uirga disciplinæ fugabit eam. &. 23. Noli subtrahere à puero disciplinam. si enim percusseris eum uirga, non morietur. Tu enim uirga percuties eum, et animam eius de inferno liberabis.

Luc. 2
T

Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientia: & gratia dei erat in illo.

Quanquam istud declaratum sit & positum supra, eo quod euãgelio secundum contextum Lucæ domini cæ iungatur, hic tamen iuxta historį ueritatem ordinandum. Euangelistæ enim singuli hinc inde aliqua omittunt, quæ ab alijs sunt descripta: sic tamen, ut narrationis seu descriptionis suæ serie continuata, quasi nulla pr̨etermisisse uideantur. Porrò motũ suauitas, comitas, modestia reddebãt illum omnibus amabilem. Non erat fauor uulgaris, quem sibi nonnunq̃ ætas illa dotibus humanis colligit, puta formæ gratia, aut alioqui pr̨ecoci docilitate, sed affulsit in eo diuina quædam & admirabilis gratia, pertrahens omnes in amorem uirtutis.

De inuentione Iesu in templo, Luc. 2. Luc. 2

ARTICVLVS XIII.

V

Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem, in die solenni paschæ. Et cum factus esset Iesus annorum duodecim, ascendentibus illis Hierosolymam, secundum consuetudinem diei festi, consummatisque diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerũt parentes eius.

Quemadmodum in dies magis ac magis Iesus inclarescebat in laudem dei, cuius honorem in omnibus promouebat, ostendit. Quanquam autem Nazareth longius abesset ab Hierosolymis, tamen religiosi parentes Iesu quotannis se eò conferebant. Sic Tobias, cum omnes irent ad uitulos aureos quos fecerat Hieroboam rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium, & pergebat in Hierusalem ad templum domini, & ibi adorabat dominum deum Israel, omnia primitiua sua et decimas suas fideliter offerens, Tob. 1. Sic dominus adulta iam ætate, mediante iam die festo, ascendit in templum docẽs, Ioan. 7. Sic et apostoli post acceptam spiritus sancti gratiam, ascenderunt in templum ad horam orationis nonam, Actio 3. Nota q; dicitur, ad horã orationis nonam. Hinc dominus p̄phetico testimonio, domum orationis Esa. 56. negociationis fieri prohibuit, ejciendo uendentes & emen-

tes, Matth.21. Quid modo acturus si ueniret? Non.n.ad orationem, sed fabulationem: non ad concionem, sed contentionem & detractionem cõuenitur. Non sic dies festi agẽdi, sed primo anima diuino saginanda uerbo, hinc corpus curandum. Sic legimus Neem.8. Populus stabat ĩ gradu suo, & legerunt in libro legis Dei, distincte & aperte ad intelligendum, & intellexerunt cum legeretur. Et dixit Neemias ipse & Athersata, & Esdras sacerdos & scriba, & leuitæ interpretantes uniuerso populo: Dies sanctificatus est dño Deo nostro, nolite lugere, nolite flere. Flebat.n.omnis populus cum audiret uerba legis. Et dixit eis: Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes eis qui non præparauerũt sibi, quia sanctus dies dñi est, & nolite cõtristari. Gaudiũ.n.dñi est fortitudo uestra. Tob.2. Cum esset dies festus dñi, & factum esset prandium bonum in domo Tobię, dixit filio suo: Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deũ, ut epulentur nobiscum. Non ait, uoca histriones, gnatones &c. sed timẽtes Deũ. Hinc Eccl.9. Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio. Sed totum proh dolor ĩuersum. Omnis cura ad carnis uergit delicias, laude Dei & animarũ salute, ac pauperũ indigentia neglectis et posthabitis. Ideo Amos.5. Odi & proieci festiuitates uestras, & non capiam odorem cœtuum uestrorũ. Esa.1. Neomeniam & sabbatum & festiuitates alias nõ feram. Iniqui sunt cœtus uestri, Calendas uestras et solennitates odiuit aĩa mea. Hinc Amos.8. Cõuertam festiuitates uestras in luctum, & oĩa cantica uestra in planctũ. Tob.2. Dies festi uestri uertẽtur in lamentationem & luctum. Porrò Iesus, cum duodecim esset annorũ. scđm humanam naturam, qui scđm diuinã idem est, & anni eius nõ deficiũt, Psal.101. Hebrę.1.&.13. Iesus Christus heri & hodie, ipse & in secula, sub matris ac nutritij ductu, iam tum ad nostrum exemplum, assuescebat religioni, parentes oẽs admonẽs officij sui, quos oportet ex sese prognatos statim ab ipsis, ut aiũt, incunabulis, arcere ab omni lasciuia, sed sanctis morib9, ueręq; pietatis opibus assuescere, dum adhuc tenera est ætas & molle & ad oẽm uirtutis ĩstitutionem sequax ingenium. Prouer.22. Adolescens iuxta uiam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Non indigebat alieno magisterio, sed parentibus alijs castę educationis paratum est exemplum, & oĩbus ostensa forma est, quõ sese debeant prębere morigeros parentibus, ad ea quæ sancta sunt hortantibus. Erat aũt pręceptum, ter in anno omne masculinum cõparere in cõspectu dñi, hoc est, Paschæ, Pentecostes, & Tabernaculorum festiuitatibus, Exo.23.&.34. quãquam cum ijs qui longe distabãt, in ultimis duabus dispẽsatum erat, ut sufficeret in pascha adesse loco à Deo deputato, Deut.12. Durabãt aũt solennitates septẽ dies, Deute.16. Non ergo erat peregrinatio eorũ curiositatis aut uoluptatis, sed cultus diuini, honoris & reuerentiæ gratia. Beda: Vtraq; natura Christi hic aperitur, & quæ iuxta maiestatẽ patri, & quæ iuxta fragilitatem decebat matri. Ascendit homo cum hominibus ad offerẽda sacrificia, seruat legem quam seruandam imperarat, ut nos ad seruandũ informaret. Nec mirũ, q ignorantibus parentibus, cum consuetudo esset filijs Israel ad festa confluentibus uel ad ppria remeantibus, seorsum uiros, seorsum mulieres incedere, puerosq; cuilibet parenti ad uotum iungi. Hinc Maria Iesum in comitatu suspicatur Ioseph, & Ioseph ecõtra, in Marię. Non ergo casu & negligentia, sed dispensatione actũ est diuina. Primo, ut sapientiam

ſuam ad gloriam patris oſtenderet. Ioan.8. Qui miſit me, mecum eſt, & non reliquit me ſolum, q a quæ placita ſunt ei, facio ſemper. Ego honorifico patrē meū. Item, ut zelum ſuum erga patris honorē oſtenderet à pueritia. Ioan.2. Zelus domus tuæ comedit me. Et ut cūctis, maxime pueris, exēplū pſiſtendi in tēplo & ope diui no pberet. Prouer.20. Ex ſtudijs ſuis cognoſcitur puer, ſi munda & recta ſint opera. Ideo Eccles.12. Memento creatoris tui in diebus iuuētutis tuę.

Existimantes autem illum eſſe in comitatu, uenerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos: & non inuenientes, regreſſi ſunt in Hieruſalem, requirentes eum. Et factum eſt, poſt triduum inuenerūt eum in templo, ſedentem in medio doctorū, audientem illos & interrogantem. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, ſuper prudentia & reſponſis eius, Et uidentes, admirati ſunt.

Vulgari parentum ſolicitudine demirati ſunt, qd accidiſſet, & ne forte ipſis relictis, aliò perrexiſſet: requiſierunt inter cognatos, inter quos ſolet iſta ætas nonnunq̃ ceſſare, uidelicet remorante illos propinquorū affectu. Verū hic non eſt inuentus Ieſus. qui iam tum docuit exemplo, eſſe renunciādum parentū & cognatorū affectibus ei, qui uelit cœleſtis doctrinæ pfeſſionem ſuſcipere, quemadmodum poſt docuit uerbo. Mat.10. Qui amat patrem aut matrē plus q̃ me, non eſt me dignus. Hinc cuidam ſequenti ſe ait Matth.8. Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Inuenerunt in tēplo, nō in theatro uel foro, ſed in templo: nec ociosum uel luſitantem, ſed ſedentē in medio doctorū quos puer uiciſſim audiebat docentes, & interrogabat, ac uiciſſim ab illis interrogatus rñdebat, non q illi neceſſitas fuerit ſciſcitari ab hoībus qd diſceret, ſed ut prudenter interrogando doceret eos qui legis ſciam profitebantur, cum legis uim ignoraret, ſimul nos interim ad diſcendi ſtudium accendēs, docenſq; nullam ętatem eſſe præproperā ad diſcendum ea quæ ſpectant ad pietatē. Hiero. Duodecim quidem annos ſeruator impleuerat, & in tēplo ſedens, & de quæſtionibus legis interrogās, magis docet dum prudenter interrogat. Orige. Ex uno quippe fonte pcedit, & ſapienter interrogare, & prudenter rñdere. Forte de aduentu & tēpore Meſſiæ, ut Mar.12. Quid uobis uidetur de Chriſto, cuius filius ſit? Beda: Quod duodennis in templo ſedit in medio doctorū, audiēs & interrogans illos, humanæ eſt humilitatis exemplum, imo etiam eximiū diſcendæ humilitatis exemplū, cum ipſa ſapientia æterna, (quæ dicit Prouer.8. Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus, meum eſt conſilium, mea æquitas, mea prudētia, mea eſt fortitudo. Per me reges regnant, & legum cōditores iuſta decernūnt. Beatus homo qui audit me.) ſic ſe humiliarit, ut nimirum hoībus, quāuis ſummo ingenio præditis, neceſſariam diſcēdi formam prærogaret, ne qui diſcipuli ueritatis fieri refugerent, magiſtri efficerentur erroris. Prouer.1. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & legem matris tuæ ne dimittas, ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Eccli.6. In multitudine presbyterorū prudentium ſta, & ſapientię illorū ex corde coniungere, ut oēm narrationē Dei poſſis audire, & pūerbia laudis non effugiant à te. Si uideris ſenſatū, euigila ad eum, & gradus oſtiorum illius exterat pes tuus. Cogitatū tuum habe in præceptis altiſſimi, et in mandatis illius maxime aſſiduus eſto, & ipſe dabit tibi cor, & concupiſcentia ſapientiæ dabitur tibi. Diſciplinæ hic rectus ordo prius audire diligenter, & poſt īterrogare circa audita ptinenter. Iac.1. Sit aūt omnis

homo uelox ad audiēdū, tardus aūt ad loquendū. Eccli.32. Audi tacens, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Prouerb.18. Quis prius rñdet ꝗ audiat, stultum se esse demonstrat & cōfusione dignum. Hinc admonet Eccli.11. Priusquā audias, ne rñdeas uerbum, & in medio seniorꝝ ne adijcias loqui. Prouer.29. Vidisti hoīem uelocem ad loquendū? stultitia magis speranda est ꝗ illius correctio. Ideo dicitur Eccli.32. Adolescens, loquere in causa tua uix cū necesse fuerit. Si bis interrogatus fueris, habeat caput tuū rñsum. In multis esto qua si inscius, & audi tacens & quærēs. Quāuis aūt ignotus esset facie docto ribus & circūstanti populo, tñ omnes uertit in admiratione sui, ꝙ tantillus puer dictis ac rñsis suis admirabilem quādam, & plus ꝗ senilem sapientiam declararet, & ob rarā uultus, gestus, linguæꝗ modestiā, quæ grām addebant intelligentiæ. Ioan.7. Nūquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Hinc Psal.138. Mirabilis facta est scientia tua ex me: cōfortata est, & non potero ad eam. Iudæi inter alta quæ audiebant, & infirma quæ uidebāt, dubia admiratione turbabant. Quis uirginei pectoris gaudia, uerasꝗ delicias posset cōcipere, dum uirgo & mater tam lætissima, filium, humani generis dñm & seruatorem, angelorꝝ solatium, in tēplo inuenit? Nec tñ alloqui præsumpsit, donec actu completo, uenit ad eam.

Et dixit mater eius ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sūt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est illos.

Tacet Ioseph, qui sibi cōscius erat se nihil iuris in partum sponsę suę habere, Mater pro authoritate sua expostulat dolore stimulata. Nouerat filium suum Deum & hominē, nec posse quicquā sine rationabili causa agere, sed de sua negligentia & filij absentia, cuius præsentia sup omnes mundi delicias ipsis dulcis erat, dolebat. Hinc Psal.76. Renuit cōsolari anima mea, scilicet in his uanis & caducis, memor fui Dei, & delectatus sum. Si memoria ꝓphetæ delectabilis super omnia, qd præsentia? Dulciter alloqtur, cur eos sic contristarit sua absentia. Col.3. Patres, nolite ad indignationem ꝓuocare filios uestros, ut nō pusillo animo fiant. Præponit et Ioseph humilitatis & reuerentię gratia, quia caput mulieris uir, Ephe.5. Dolētes, ait, nec mirum. Quanto.n. res amissa charior, tanto inquisitio solicitior. Nos ergo Iesu per peccatum amisso, cordialiter doleamus, et solicite quęramus tanto plus, quantum malum culpæ præponderat malo pœnæ, & salus æterna tpali bono. Hiere.2. Scito & uide, qa malum & amarū est reliquisse te dñm, & non esse timorem eius in te. Sed heu malitia excæcati, Sap.2. ordinem puertendo, in īmensum de damno tpali & inconsolabiliter dolemus, animæ iacturam dissimulantes. Quæramus ergo. Qui.n. quærit, inuenit, Luc.11. Et hoc intentione recta. Sap.1. In simplicitate cordis quærite illum. Deute.4. Cū quęsieris dñm, inuenies eum, si tñ toto corde quæsieris & tota tribulatione aīæ tuę. Confidentia plena. Matth.7. Quærite, & inuenietis. Glos. Multū inueniri desiderat, qui ad quærendū tam solicite inuitat. Qui.n. tā prōpte se obtulit passioni, nunꝗ se abscondet diligenter inquirenti. Perseuerantia perfecta. Psalmo.104. Quærite dominum & confirmamini, quærite faciem eius semper. Hiere.29. Cū quæsieritis me in toto corde uestro, inueniar à uobis, dicit dñs. Abscondit se nonnunꝗ Dei beneficentia, quo ardentius q̄rat. Cant.5. Quò abijt dilectus tu⁹, ò pulcherrima mulierꝝ? quo

& quæ laudata ab hoībus. Primum enim oportet Deo placere, & postea hominibus. Apud Deum.n. conscientia bona necessaria, & apud hoīes fama. 2. Corin. 8. Prouidemus.n. bona, non solum coràm Deo, sed & coràm hoībus. Eccl'es. 7. Melius est nomen bonū q̄ unguēta pretiosa. Prouer. 22. Melius est nomen bonum q̄ diuitiæ multæ, super argentum.n. & aurum gratia bona. Ideo Eccli. 41. Curā habe de bono nomine: hoc.n. magis ꝑmanebit tibi, q̄ mille thesauri pretiosi & magni. Docuit ergo nos à primis illis iustitiæ rudimentis, quam oportet ab infantia statim imbibere, ꝑpetuo ꝓgressu conniti ad ꝑfectiora. Quēadmodū.n. corp⁹ habet auct⁹ suos, usq; ad iustum staturę modū, iustasq; uires, ita & pietas suos habet accessus, donec ad perfectam firmitatem plenitudinis Christi. Grandescit enim Christus in nobis & adolescit, cum nos à fidei rudimentis ad reconditiorem diuinæ scripturæ sapientiā ꝓficimus: cum relicto lacte carnis, solidum appetimus cibum spūs: cum neglectis terrenis, euolamus ad cœlestia. Pręposterum est enim, corpus iuxta naturæ cursum semper in melius proficere, & animā nostra socordia semꝑ ad deteriora relabi. Nam id uulgo fieri uidemus. Adolescentes ab infantiæ puritate degenerant ad lasciuiam, iuuentus rursus ad lites & pugnas proficit, uirilis ętas ad ambitionem & auaritiam. Itaq; fit, ut quo qs propius accesserit ad ætatem, eo longius recedat ab innocentia. Cęterum q̄ semel induerunt xp̄m, hos oportet ad illius exēplū semꝑ meliora cōniti: quo simul & animi puritate sese cōmēdēt oculis Dei, & uitæ synceritate famā honestā sibi parent apud hoīes.

De habitatione Ioannis in deserto.

ARTICVLVS XIIII.

Lucæ. 1. X *Puer autem (Ioannes) crescebat, & confortabatur spiritu. Et erat in deserto usq; in diem ostensionis suæ ad Israel.*

Prodigiose natus, quemadmodum per ætatem adolescebat corpore, ita per afflatum diuini numinis semper in maius proficiebat, firmitate & robore spiritus. Nec diu se continebat in parentum ędibus, sed ab ipsa statim pueritia, subduxit sese ab hoīum frequentia, ne uel minimum labis cōtrahere posset ex amicoꝝ uel uulgi cōmercio, ac minus inde authoritatis haberet, qui fuerat sanctificatus in utero matris. Erat illi perpetuum cum Deo colloquium. Talis nimirū uita decebat eum qui pnīæ prædicandæ destinatus erat. Non se ingessit ad munus præconis, sed cū spiritus impulisset animum ipsius, ut suā lucem proferret, & ostēderet populo Israelitico quantus esset, tum magna cum authoritate cœpit agere præconem.

De ꝑdicatione et baptismo Ioānis in deserto.

Matt. III. Mar. I. Luc. III.

ARTICVLVS XV.

Anno quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pōtio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræa, & Traconitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna & Caipha, factum est uerbum domini sup Ioānē Zachariæ filiū in deserto. Et uenit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Lucæ. 3. Y

Ostendit quemadmodum Ioānes iuxta ꝓpheticum dictum animos populoꝝ ꝑdicatione, & baptismi ablutione, ad Christi prępararit aduentū. Meminit Lucas regum & sacerdotum, tum ob facti certitudinem, tum ꝓphetici dicti impletionē. Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec ueniat q̄ mittēdus est. Augustus.n. quo regni Iudææ uires frāgeret, in quatuor partes ipsum diuisit, qd' & indicium fuit regni Iudaici mox perituri. Similiter & sacerdotum ueluti mox perituꝝ, uagum erat ac mercenarium, cuius

principatus tunc erat penes duos insignes impios. Refert Iosephus tunc sacerdotium irreuerẽter fuisse uenale, ita quod præceptis legis de successione pontificũ, per uim & ambitionem cessantibus, nulli honor pontificatus, uitæ uel generis merito præstabatur. Ad hunc modũ rebus apud Iudæos diffectis ac turbatis, exortũ est regnum cœlorum, ac nouum sacerdotium, cuius præco delectus erat Ioannes, qui idoneus pœnitentiæ prædicator, prius uita doceret, quàm sermone, ac uacaret omni crimine, qui magna libertate reprehenderet aliorum peccata. Nec tñ suopte impetu prodijt ad prædicandum, sed uoce diuina monitus iam adesse tempus agendi præconem. Roma. 10. Quõ prædicabunt nisi mittantur? Hiere. 23. Nõ mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent uerba mea pplõ meo, auertissem utique eos à uia sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. Gregorius: Quia illum prædicare uenerat, qui ex Iudæa quosdam, & multos ex gentibus redẽpturus erat, per regem gentium & principes Iudæorum, prędicationis tempora designantur: & quia illum qui simul rex et sacerdos, rectè per regnum & sacerdotium describũtur. Et quia baptisma quod peccata solueret, dare non potuit, prędicauit: ut sicut incarnatum uerbum præcurrebat uerbo prædicationis, ita baptismum pœnitentiæ quo peccata soluũtur, pręcurreret solo baptismate, quo peccata solui non possunt Actorum. 19. Ioannes baptizauit populum baptismo pœnitentię, dicẽs, in eum qui uenturus esset post ipsum, hoc est, in Iesum, ut crederẽt. Dicitur baptismus pœnitentiæ, quia nulli prodest adulto, nisi pœniteat. Act. 2. Pœnitemini, et baptizetur unusquisque uestrum in nomine Iesu in remissionem peccatorũ. Porrò terror diuinæ iustitię quanquàm est nonnunquàm initium salutis, quẽadmodum amarum pharmacum totum hoĩs corpus cõcutiens, initium est sanitatis, tamen non absoluit hominis felicitatem. Gratia & beneficẽtia cõciliat amorem. Amor erga Deũ reddit felicem. Hinc post legem & prophetas lętum Iesu Christi illuxit euãgelium. Quod Ioannes non fortuito, sed diuina dispensatione, ut lucifer solem præuenit, Iudæorum animos excitaturus in expectationem mox uenturi Messiæ, digitoque monstraturus uenientẽ, quẽ pphetę tot retro seculis uenturum pdixerãt. Luc. 16. Lex & prophetę usque ad Ioãnẽ: ex hĩc regnũ dei euãgelizaf. Iõ Mar. 1. initiũ euangelij Iesu xpi filij Dei, sicut scriptum est in Esaia propheta (non quod immediate, sed quod post sequtur) Ecce mitto angelũ meum ante faciẽ tuã, qui ppãrabit uiã tuã ante te Malac. 3. Oñdit familiaritatẽ Ioãnis ad xpm, qa pximi ante reges familiarissimi incedũt. Hinc amicũ spõsi se noĩat, Ioan. 3. & quia angelicæ puritatis & uitæ.

Sicut scriptum est in libro sermonũ Esaiæ prophetæ: Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas Dei nostri. Esa. 40.

Sic nimirum ante medici aduentũ admonẽt ęgrotus, ut agnoscẽs morbũ, medicũ uenientẽ reuerrẽter excipiat, seseque illi morigerum ac dicto obaudiẽtem pbeat. Lex prior pdita est in deserto, indidẽ pferẽ, et nouæ legis exordium. Põt p uocem intelligi sermo Ioannis et doctrina, uel ipse Ioãnes. Vnde Ioan. 1. Ego uox clamãtis in deserto, hoc est, xpi clamantis p me. 2. Corin. 13. An expimentũ qritis eius qui in me loqtur xps? Hiere. 1. Ecce dedi uerba mea in ore tuo. Sicut. n. uox ordine naturę prior ẽ uerbo, sic Ioãnes xpm pcessit sicut uox rẽ signãtã notificat, sic Ioãnes xpm mõstrauit. Ioan. 1. Ecce agnus Dei, & sicut uox sonat, & trãsit & uerbũ in audientium

cordibus relinqt, sic Ioãnes xpm in cordib⁹ credentiũ. Prędicabat aũt, ut sese uenturæ salutis pnía uicæ ppararent, & aquę baptismo, quẽ ipse uelu ti pcursor dabat, sese redderẽt idoneos baptismo spũs, quẽ daturus esset, cuius aduẽtus ĩminebat. Glos. Prauitatẽ abjicite, fidẽ & bona opa accipite. Psal. 33. Declina à malo, & fac bonũ: inqre pacem, et psequere eã. Oportet ergo nos pparare aíos, rectasq́ facere cogitationes et opa, prauã et tortuosam intentionẽ rectificãdo. Psal. 24. Innocẽtes et recti adhęserũt mihi. Rectũ aũt est, cuius medium nõ exit ab extremis. Deus aũt est alpha et o principiũ & finis. Apoc. 1. Ille ergo rectus est, & semitas dei facit rectas, q sicut oĩa à deo se habere cognoscit, ita ad eũ oĩa sua opa dirigit, illi soli placere studens. Vię. n. eius uię pulchrę, & oẽs semitę illius pacificę. Colos. 3. Omne qdcũq facitis ĩ uerbo aut in ope, oĩa in noíe dñi nr̃i Iesu Xp̃i agite, grãs agentes Deo & pr̃i p ipsum. Oĩa aũt impedimẽta reijcienda, lapides supbię & induratiõis. Hiere. 5. Indurauerũt facies suas supra petrã, & noluerũt reuerti. Iob. 4. Cor eius indurabit tanq̃ lapis, & stringet quasi malleatoris incus. Itẽ lutũ luxuriæ. Eccli. 9. Oĩs mulier fornicaria, quasi stercus in uia, ab oĩb⁹ ptereuntibus cõculcabit. Sap. 1. Spũs sapię, disciplinę effugiet fictũ, nec habitabit in corpore subdito pctĩs. Itẽ spinę auaritię, q̃ semen spũale suffocãt. Luc. 8. Psal. 24. Vias tuas dñe demõstra mihi, & semitas tuas edoce me. Hoc ergo clamãdũ, ut uia dño ppareť. Esa. 58. Clama, ne cesses, & annuntia pplo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Esa. 40. Vox dicentis: Clama. Quid clamabo? Oĩs caro fœnum, & oĩs glĩa eius quasi flos agri. Exiccatũ est fœnũ, et flos eius decidit: uerbum autem domini manet in æternum.

Omnis uallis implebitur, et omnis mõs et collis humiliabitur. Et erunt praua indirecta, et aspera in uias planas. Et uidebit oĩs caro salutare Dei.

Qui pp imperitiã & modestiã, humiles & abiecti uidebant et inutiles, per euangelicã doctrinã uegeti fient, & opulenti bonis cœlestibus. Humilitas. n. ad oẽm uirtutem pparat mẽtem et grãm, sicut ecõtra superbia ad omne pctm̃. Eccli. 10. initium oĩs peccati supbia. Iob. 23. Qui humiliatus fuerit, erit in glĩa. Nam Luc. 14 Oĩs qui se humiliat, exaltabit. Et oĩs q se exaltat, humiliabit. Qui ergo turgebant inani iustitia legis Mosaicę, stultaq́ philosophia mundi huius, dejicientur: quare necesse est eos q sublimes sunt apud hoĩes opiniõe iustitię aut sapientię, supcilium deponere, ut capaces sint iustitię & sapientię diuinę. Quęq́ per legis asperitatẽ difficilia uidebant & impedita, per fidẽ & euangelicam grãm expedita fient ac facilia. Necnõ quę prius distorta prauaq́ fuerant, ad euangelicã regulam repente exæquebunt, quęq́ uitiorum et malarum cupiditatũ sentibus aspa, uertent in uias leues & planas. Mentes iracundæ & ĩmites, ad mansuetudinem per infusionem gratię redibunt. Matt. 5. Beati mites, qm̃ ipsi possidebunt terrã. Sic & aspera, per Xp̃i charitatẽ leuia. Matt. 11. Iugum. n. meum suaue est, & onus meũ leue. Et certe. Nã Xp̃s aduersarias ptãtes ptriuit, quę pñt dici montes & colles, & naturales nr̃as inclinationes ad bonũ per suam grãm reuiuificauit, quę ualles dicuntur. Sciendum tñ, q timor nimius in uallẽ sępe inducit despera tionis, ut claret in Cain. Gen. 4. Et Iuda Matt. 27. Nimia aũt præsumptio, in tumorem elationis, sicut patet in Lucifero Esa. 14. quod damnabile est. Hinc timor nimius per spem eleuandus, & nimia psumptio ad timorem deprimẽda. Tales. n. mẽtes amat dñs, p quas obãbulat. 2. Cor. 6. Vos estis tẽplũ Dei uiui, sicut dicit de⁹, qm̃ in-

habitabo in illis, & inambulabo inter illos, & ero illorum dominus, & ipsi erunt mihi populus. Huic igitur rerum nouatori prȩparate uos. Mox aderit, & uidebunt eum non solum Iudæi, uerũetiam totius orbis nationes oculis fidei. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, post uisuræ in specie. Tunc autẽ facie ad faciem. Ioan. 17. Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam quã dedisti mihi. Viderunt omnes & boni & mali. Baruch. 3. In terris uisus est, & cum hoībus conuersatus. Sed mali uiderunt & oderunt. Ioan. 15. Nota quo ad illud Mar. 1. Sicut scriptũ est, in Græco non haberi, in Esaia, sed in prophetis. Id cõprobatum à doctis, qui comprehenderunt hoc testimonium ẽ duobus prophetis esse cõflatũ. Est. n. prior authoritas apud Malachiam. 3. posterior apud Esaiam, & si nõnihil discrepet ab Hebraica ueritate, necnon trãslatione. LXX. Nam cum euangelistȩ Hebraice scirent, nõ indigebant translatione. LXX. Deinde cum ab Hebræis non anxie decerperẽt, quod scripturi essent, sed quod memoria suggerebat describerẽt, uerbis nonnunq̃ dissident, in sñia concordant, id quod pluribus locis admonuit Hieronymus.

Matth. 3. *In diebus illis uenit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum Ipse autem Ioannes habebat uestimentum de pilis camelorum, & Zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locustæ, & mel syluestre.*

Z

Ostensa prȩdicationis Ioannis idoneitate ex scripturæ authoritate, nũc ostẽditur ex uitæ austeritate. Prodijt non ẽ regum aulis, aut ẽ uulgato hominum cœtu, sed ex eremo ubi à puero uitam angelicam egerat, uictu facillimo, facileq́ parabili contentus, amictus pallio ẽ cameli pilis contexto, cinctus zona pellicea. Hieronymus: E pilis, inquit, non ẽ lana molliori. Aliud austeræ uestis indicium est, aliud luxuriæ mollioris. Hinc dominus Ioannem de illo cõmendat, Matthæi. 11. Diuitem uero de isto cõdemnat. Lucȩ. 16. Zona pellicea, qua accinctus fuit & Helias, mortificationis cingulum est. Habitatori solitudinis cõgruum est, non delicias ciborum, sed necessitatem humanæ carnis explere. Locusta animal est, quo Parthi uescũtur pro delicijs, ut dicit Plinius lib. 11. c. 29. Sic & quidã ppl'i Aethiopiæ, qui in hũc usum eas fumo & sale durarent. Sed non est uerisimile, eũ qui nec panem manducabat. Luc. 7. animalibus uiuere, sed magis fructibus & herbis. Dignus qui dñm prȩnuntiaret. Apl's ait. 1. Corin. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. 1. Timot. 6. Habentes uictum & quibus tegamur, his contenti sumus.

Tunc exibant ad eum Hierosolymitæ uniuersi, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.

Ostenditur prȩdicationis utilitas. Primus. n. regnũ cœlorum publice prædicauit, ut præcursor domini hoc priuilegio honoraretur. In ueteri. n. instrumẽto bona pmittebantur terrena seruantibus legem. Esa. 1. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, cœlestia uero quasi implicite, hic autem aperte iam instare, & in proximo esse regnum cœlorum, felicissimum q̃dem illud & exoptabile, sed in qd non pateret aditus, nisi puris ab his terrenis sordib9. Ad hãc uocẽ, ĩ typũ mox abolẽdarum animi sordium, plurimi tingebatur ĩ flumine Iordanis, dãnantes ipsi uitam priorem, ac palàm cognoscẽtes sua cõmissa, ueluti imagine quadam præludendo ad ordinẽ euangelicum. Primum. n. munus est, docere: ex doctrina catechumen9 incipit,

cipit, & suam turpitudinem agnosce re, & dei bonitatem: totus sibi displicet, atq; intelligit nulla alia in re paratam sibi salutis spē, ad dei gratuitam beneficentiam confugit. Magnus ad sanitatem gradus est, hominem agnoscere morbum suum: ingens ad lucem pfectus est, agnoscere tenebras suas. Iordanis, Hebręis fluuium iudicū sonat. Nō. n. iudicatur à domino, qui seipsum iudicat. Hic est ille purificator fluuius, scatens è duobus fontibus, agnitione proprię iniustitię, & recordatiōe bonitatis diuinę. Hic est ille baptismus pœnitentię, flumen lachrymarum, ex intimis cordis uenis aquas emittens amaras, sed acrimonia nitri abstergēs omnes animæ maculas. Hinc Petrus egressus fleuit amare. Lucę. 22. Sic Maria pedes domini lachrymis rigauit. Lu. 7. Habēt pharisęi suā cōfessionem, sed arrogantē: aliena peccata confitent, nō sua. Luc. 18. Non sum sicut cæteri hominum. Porrò, qui se pręparant ad baptismū euangelicum, nec sua benefacta norunt, nec aliena mala commemorāt, sed sua quisq; peccata confitetur. Propria benefacta commemorare, arrogantię est: aliena mala referre, liuoris est et maleuolentię. Tametsi baptizabat, non tamē peccata relaxabat, sed solū pœnitentiam pdicabat, & ad remissionem peccatorum ferebat, hoc est, ad Christi baptisma, per quem remissio peccatorum. Hinc Actorū. 19. Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens: In eum qui uenturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in Iesum, Ioānis primo: Vt manifestetur in Israel, propterea ergo ueni in aqua baptizans.

2 *Videns autem multos pharisæorum & Sadducæorum uenientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies uiperarum, quis demonstrauit uobis fugere a uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentia. Et ne cœperitis dicere intra uos, patrem habemus Abrahā. Dico enim uobis, quoniā potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.*

Quoniā primus ad resipiscentiam gradus, à timore dei nascitur, ut primū à iusto uindice timeatur supplicium, deinde benefici liberalitas amet, magna libertate clamat Ioannes contra pharisæos & scribas, nō ignarus q; sit hoc hominum genus elatum, ferox & sibi placens, ob insignem Mosaicæ legis obseruationē, ac patriarcharum merita, à quibus gloriabant se oriundos, quasi deus homines æstimaret ex genere, & nō magis ex animi meritis. Erant tres sectæ apud Iudæos, alijs se præferentes, Essæorum qui abstractam & rigorosam ducebant uitam, credentes se sua posse iustitia saluare, & quia tēporalia non curabant, ideo non inueniuntur cum scribis et pharisęis in domini persecutione fuisse. Pharisæorum, quorum quidem secta probata, sed auaritia et ambitione in multis corrupta Acto. 26. Secūdum certissimam religionis nostræ sectam uixi pharisæus, ait Paulus: Sadducæorum, qui resurrectionem, spiritum et angelum negabant. Actorū. 23. Sed quia non syncera uenerunt, sed dolosa mente, dure ipsos aggreditur. Germina uiperarum, nocentissimorum parentum nocentissimi filij, astutum ac malitiosum hominum genus, quis uos submonuit instare ineuitabile suppliciū, nisi ad pœnitentiæ remedium cum cęteris fugissetis, ut sic fugeretis ab instante seuera dei ultione, quę nulli nec ętati, nec genti parcit, nec conditioni? Sapientiæ. 16. Tuam. n. manum effugere impossibile est. Psal. 138. Quò ibo à spiritu tuo, et à facie tua quò fugiam? Tradunt hoc aīal matrem suam deuorare, & sic nasci. Sic Iudæi doctores & prophetas occiderunt. Ezec. 2. Incredulí & subuersores sunt tecū, et cum scorpionibus habitas. Nō ueniat uobis in mentē. Abrahæ filij sumus, nobis promissa hæreditas salutis, non

deferet dñs populum suum. Immo queadmodum uobis ad meliora resi piscentibus, nihil officiet maiorũ impietas, (filius non portabit iniquitatem patris. Ezechi. 18.) ita nihil profuerit Abrahę progenitoris sanctitas si nõ laudatam illius fidẽ & obedientiam imitemini. Hieronym̃. Lapides, æthnicos uocat, qui instar lapidum duri & impoliti ac steriles, muta idola colebant. Psa. 113. Similes illis fiãt, qui faciunt ea, & oẽs qui confidunt in eis. Ezech. 11. Auferam cor lapideũ de carne eorꝝ, & dabo eis cor carneũ, ut in præceptis meis ambulent. Esaię 55. Ecce gentem quã nesciebas, uocabis: & gentes quę te non nouerũt, ad te current. Osee. 2. Dicã non populo meo, populus meus es: & ipse dicet, deus meus es tu. Siue simpliciter dei significat potentiã, qua cuncta de nihilo creauit, posse & populum durissimis de saxis procreare. Ne ergo putetis, quoniam si nõ pareatis ipsi. qđ absq; filiis deus patriarchã patietur. Nõ deerũt patri nostro Abrahæ filij, qui fide & obedientia referant patrẽ. Io. 8. Si filij Abrahę estis, opa Abrahę facite. Ga. 3. Cognoscite ergo qm̃ qui ex fide sunt, hi sunt filij Abrahę. Hinc Esa. 51. Attendite ad petram unde excisi estis, & ad cauernã laci de qua pcisi estis, attendite ad Abrahã patrem uestrũ. Si uere ergo uos pœnitet, ut p uobis fertis, sic uiuite, ut appareat uos resipuisse, & ex aĩo pristinæ uitę pœnitẽtia teneri. Alioqui rejciemini, nisi prorsus mutati, fructus attuleritis euãgelio dignos. Chrysostomus: Dignos fructus pœnitentia qũo facere possumus? Si utiq; peccaris aduersa faciam⁹. Aliena rapuisti? incipe donare iam ppria, longo es tpe fornicatus? à legitimo quoq; usu suspendere cõiugij, ac ppetuã continentiã sępius paucorꝝ dierũ castitate meditare. Iniuriam cuipiã uel opere uel sermone fecisti? refer beneficiũ. Oportet uulneratũ etiam remedia adhibere uulneribus, nõ solũ spicula euellere. Non sufficit fugere malitiã, sed etiã facere fructum uirtutis. Ex intimo ergo cordis affectu & charitate, sine qua nihil ꝓsunt, fructus edendi. 1. Co. 13. Si tradidero corpus meum, ita ut ardeã, charitatem non habuero, nihil mihi prodest. Hinc Antiochus ueniã non meruit. 1. Machabę. 9. nec Esau, Heb. 12. Non. n. inuenit pœnitentiæ locũ, quã q̃ cum lachrymis inquisisset eã. Nota, ꝙ est cõtritio & satisfactio æquiualẽs offensę seu culpę, ęqualitate ꝓportionis, p respectũ ad hominis possibilitatẽ, hæc requiritur à nobis, nũc autem æquiparantiæ offensæ.

Iam enim securis ad radicẽ arboris posita est: Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignem mittetur. 3

Nũc urget extremum periculum, & ĩ acie nouaculæ res posita est. Aut synceris aĩs adeundum est regnũ cœlorũ, aut accipiendum æternum supplicium. Siquidem quãdiu spes est remedij, stercoratiõe aut putatione subuenitur arborũ uitijs. Cęterũ ultimæ desperationis indiciũ est, quoties securis admouetur radici. Secũdũ Origenem & Cyrillũ prędixit immĩnẽs Iudæorum excidium, ob duritiam et infidelitatem ipsorꝝ, Q. d. iam securis admota est ad radicẽ arboris diu tolerataę, succidet à stirpe populus Abrahę, & inserentur gẽtes Abraham credulitate referentes. Securis, diuinum est iudicium, indignos è uita resecãs nisi pœniteant, Luc. 13. Succide eam, ad quid enim terram occupat? Ecci 2. Si non egerimus pœnitentiã, incidemus in manus dñi, & non in manus hoĩum. Hebræorꝝ. 10. Horrẽdũ est incidere in manus dei uiuentis. Securis admota est radici, nõ ramis aut trunco, funditus & irreparabili uulnere succisura, ni fructus deo dignos ꝑdu xerit. Neminẽ neq; opes, neq; generis nobilitas, neq; sapiẽtia liberabit post

hac. Non sufficit solum fugere malitiam, sed etiam facere fructũ uirtutis semper. Nã licet heri misericors fueris, hodie autem rapias, bonus non eris. Si ergo sterilitas condẽnatur, cõtinuata impietas quid meret? Officio sum aĩal deus creauit hominẽ, & naturalis est ei exercitatio, ociũ uero innaturale. Obest enim inertia cunctis corporis membris, & nulli ut animæ. Ipsa enim cum naturaliter sit continuo mobilis, ociari non patitur. Ioannis. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Iudæ c. 1. Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes, sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ à uentis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumãtes suas cõfusiones, sydera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Ecclesiastes. 11. Si ceciderit lignum ad austrum, aut aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Ber. Si scire uis quo casura sit arbor, ramos attende, & quo ponderosior ramorum est copia, illuc casuram nõ dubites. Non solum autem exciditur à bonorum consortio, sed & in ignem conijcitur. Matth. 25. Inutilem autem seruum proijcite in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentiũ. Psal. 139. In ignem deijcies eos, in miserijs non subsistent. Ioannis. 15. Siquis in me non mãserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Hac Ioannis oratione tam sæua minaciq;, territa Iudæorum promiscua multitudo est.

Luc. 3 *Et interrogabant eũ turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat.*

Iam sanabiles esse cœperant, qui morbum agnoscebant, & remedium quærebant. Ostendit remedium Ioannes ubiq; efficax. Deus beneficio nostro non indiget, sed sibi patitur imputari, quicquid in proximum egentem ipsius respectu fuerit collatum. Efficacissimum ergo remedium placandi deum offensum, si modis omnibus benefici simus in proximũ cuiuscunq; rei inopia laborantem. Quid i diuino examine dicturi sunt, qui superflua perire potius sinunt, quàm impartiantur indigentibus? Iaco. 5. Agite nunc diuites, plorate, ululantes in miserijs uestris quæ aduenient uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, & uestimẽta uestra à tineis comesta sunt, aurum et argentum uestrum æruginauit et ærugo eorũ in testimonium uobis erit, & mãducabit carnes uestras sicut ignis. Thesaurizastis uobis iram in nouissimis diebus. Finis corporalium bonorum, spirituale bonum est, præsertim felicitas uentura, uel saltem profectus in dei obsequio atque animæ uirtutibus, prout lex diuina præcipit. Bonitas autem mediorum, ex ipso fine dependet, sicut bonitas medicinę, inquantum confert ad sanitatem, quã si impedit, mala & superflua iudicatur. Sic de bonis temporalibus. Prou. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum uictui meo necessaria, ne forte satiatus, illiciar ad negandum, & dicam, quis est dominus: aut egestate compulsus, furer, & periurem nomen dei mei. Hinc Tobię. 4. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum, etiam illud libenter impartire stude. Quomodo potueris, esto misericors.

Venerunt & publicani, ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quàm constitutum est uobis, faciatis.

Beda: Puplicani dicuntur publicarũ rerum seu uestigalium exactores. Matth. 21. Publicani & meretrices

præcedent uos in regnum dei. Venit enim ad uos Ioannes in uia iustitiæ, & non credidistis ei: publicani autẽ & meretrices crediderunt ei. Vos autem uidentes, nec pœnitentiam habuistis postea, ut credideretis ei. Immo Luc. 7. Pharisæi autem spreuerunt consilium dei. Vnde & simplices cõtennebant. Iohan. 7. Nũquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex pharisæis? sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicta est. Publicani ergo territi Ioannis prædicatione, genus alioqui deditum rapinis, & ex publicis incommodis sua comparans commoda: religionis negligens, ac magis obsequẽs iussis principum, ꝙ præceptis dei, consilium salutis expetierunt. Ioannes autem uerus præcursor illius, qui nullum quamlibet magnis peccatis inquinatum, reiecturus erat, leniter respondit. Habetis salarium à Cæsare, præscriptum est quid debeatis exigere à populo. Ne quid extorqueatis in uestrum lucrum, ultra id quod pꝛæscriptum est.

Interrogabant eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concusseritis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs uestris.

Hoc hominum genus, uiolentum & impium legum negligens, ad uim præceps, uenalem habens animam, rapto gaudens, licentia ferox & insolens. Solent autem tribus potissimũ modis esse noxij, uiolẽtia, calumnia & rapinis. Duo ergo uult abesse ab illis: uim, qua prouinciales opprimebant: & calumniam, qua deferebant illos apud suos prælides, quo sine ui, sed nõ minus perniciose, spoliarent. Augustinus: Sciebat Ioannes eos qui militabant, non esse homicidas, sed legis ministros: non suarum ultores iniuriarum, sed publicæ salutis defensores: alioqui respondisset, abijcite militiam, neminem percutite, uulnerate, prosternite. Chrysostomus: Volebat Ioannes publicanos & milites ad maiorem perfectionem traducere: sed quoniam nondũ erãt ad illam idonei, minora proponit, ne si maiora proferret, non illis intenderent, & ijs etiam priuarentur. Sic & de domino Esaiæ. 42. Calamũ quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Ideo Apostolus Ro. 15. Debemus nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere.

Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus, respondit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo uos: ueniet autem fortior, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni.

Tanta authoritate Ioannes prædicabat et baptizabat, ut uulgus apud se suspicari cœperit ipsum esse Messiam. Hæc est .n. uulgi leuitas, ut his quos admiratur, plus tribuat ꝙ par est: quos odit, in his oĩa calumniet. Non tacuit autem nec erubuit publice ueritatem, se deprimẽdo, quo Christi eueheret gloriam. Non .n. erat arũdo, hominum fauore hinc inde agitata. Tantum, inquit, inter me & Christum interest, ut ego quanꝙ aqua baptizem, tamen peccata non remittã: sed pꝛæparo uos efficatiori baptismo quẽ accipietis ab eo, cuius aduentũ uobis pꝛædico, tẽpore quidem maior ac pꝛædicationis ordine, sed potentia longe inferior. Mat. 3. Qui autẽ post me uenturus est, fortior me est, cuius nõ sum dignus calceamẽta portare. Soleas magis sonat, hinc dicta Græcis, quòd soleant pedibus subligari. Marc. 1. procumbẽs soluere corrigiã calceamentorum eius. Hierony. Matthæus humilitatem, Marcus & Lucas mysterium demonstrant ꝙ Christus spõsus sit, & Ioannes nõ mereẽ sponsi corrigiam soluere, ne uocetur

domus

domus eius iuxta legē Mosi, domus discalceati, Deut. 25. Ruth. 4. Meum quidem baptisma non dat spirituale gratiam, sed neque remissionem peccatorum: ipse aūt & remittit peccata, & spiritū liberaliter dabit. Nō nominat aquā, quia intendit differentiā & excellentiam declarare baptismi Christi à suo qui tantum fuit in aqua. Secundū Hieronymū, ignem sumit pro effectu spiritus sancti, quia ignit, & charitate mētem inflammat. Hinc in linguis igneis apparuit, Acto. 2. Siue quia in præsenti, spiritu baptizamur & in futuro, igne. 1. Cor. 3. Vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Ille ergo efficaci baptismo uos baptizabit spiritu & igni. Spiritu uos trāsformabit, igne rapiet ad cœlestia.

Cuius uentilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igne inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans, euangelizabat populo.

Non credatis, si baptizati fueritis ab illo, & deinde uitam non egeritis illo dignam, immunes uos à delicto, nam iudiciū habet. Io 5. Pater omne iudicium dedit filio. Act. 10. Ipse est, qui constitutus est à deo iudex uiuorum & mortuorum. Et permundabit aream suam, Mat. 3. ecclesiam militātem, in qua nunc boni cū malis sunt permisti, sed in fine separandi. Matt. 13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Triticum suum congregabit in horreum. Mat. 25. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum. Paleas, mente instabiles, inanes, omniquę passionum & concupiscentiarum impulsu uolubiles. Psal. 1. Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem proijcit uentus à facie terræ. Inextinguibili. Esa. 66. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Non enim tantum igne affligentur corporali, quantū mente, apprehēdēdo æternaliter se in igne mansuros. Matt. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Nō ergo statim quisquis tinctus fuerit, perdurabit in hac examinatione, sed qui spiritum cœlestem hauserit qui charitatis inuictę ignē conceperit, is nulla malorum procella mouebitur, sed magis purgatior reddetur ac firmior quemadmodum uentilatione spiritus purgatur triticū, & ignis ui purgatē aurum. Quēadmodum de dn̄o scribitur, Io. 21. quod multa alia fecit q̄ scripta nō sunt, sic hic de Ioanne, qui populum exhortabatur, ad pœnitentiā uitæ prioris, & ad desiderium mox uenturi Messiæ, periculo territans, p̄mijs excitans, ac læto nuncio salutis populares animos ad pietatis euangelicæ studium expergefaciens.

Tunc uenit Iesus a Galilea in Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo. Ioannes autē prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, et tu uenis ad me? Respondens autem Iesus, dixit ei: Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Matth. 3 A

Marc. 1. Et factum est in diebus illis, uenit Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Ioanne in Iordane. Itaque rumore uarijs modis, per angelos, per pastores, per Magos, per Herodis crudelē solicitudinem, per Zacharię prophetiam, per Symeonē, per Annam paulatim & clanculum, sed multo maxime per apertū, summaque authoritate coniunctum Ioannis testimonium, iam late sparso, indiesque gliscente, sic, ut mali quoque territi, sese ad denunciatum Christi aduentum componerent: nimirum tempus erat, ut ipse prodiret in theatrū mundi, non iam alieno testimonio, sed suis ipsius uirtutibus sese declaraturus, qualis ac quantus esset. Venit è uiculo Nazareth Galilææ, (ubi quod esset educatus ac diu uersatus, etiam natus existimabatur) humilis, nullo comitatu, ut quis è plebe, inter

peccatores, q solus sine peccato peccata tollit, ad baptismum pœnitētiæ: ille purificans omnia, baptismum flagitat, qui solus baptismum omnem sanctificat. Hieronymus: Triplicem ob causam uoluit baptizari: Primo, quia homo natus, omnem impleret iustitiam legis & humilitatem. Secūdo, ut suo baptismo, Ioānis comprobaret. Tertio, ut Iordanis aquas sanctificans, per descensionem columbæ, spiritus sancti in lauacro credentium monstraret aduētum, & patris testimonio manifestaretur populo. Ioannes autem ex humilitate prohibebat, quemadmodum Petrus. Io. 13 Domine, tu mihi lauas pedes? Ego, inquit, à te opus habeo baptizari, q tuis uirtutibus longe inferior sum. Et unde factum est, ut teipsum usq; adeo demittas, ut à me tingi postules, cum nemo purior ab omnibus peccatis? Sine nunc: nec putes indecorum tibi, si tingas me, ut ais, meliorem: mihi certe decorum est, ut qui omnes ad me pertrahere cupio, omnem impleam iustitiam: ut qui serui formam assumpsi, serui impleam humilitatem. Etenim qui docet omnes, & qui perfecta docet, eum non oportet committere, ut aliqua uel minima species in ipsius moribus hæreat iniustitiæ. Quemadmodum ergo occisus est, ut nos à morte redimeret: sic baptizatus, ut suo baptismo aīas nostras purgaret, tactuq; sui sanctissimi corporis aquis uim regeneratiuā præstaret. His auditis, Ioānes sinit eum, ac tinxit in Iordane, in quo baptizabantur & coriarij, & publicani, & milites. Nō erubescit hic principū huius mundi superbia, quæ nihil uult habere cū populo cōmune? Nemo regū, nemo sacerdotum uenit ad baptismum: & si libuisset baptizari, uix aureo gēmeo'ue dignarentur baptizari. Sed quisquis se deijcit apud homines, exaltabitur apud deum. At species quidē exēplū habet salutare in Xpo modestiæ, in Ioāne obedientiæ.

Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cæli, & uidit spiritum dei descendentem sicut columbam, & uenientem super se. Et ecce uox de cælis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. 2

Luc. 3. Factū est aūt, cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, apertum est cœlum, & descendit spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum, Et uox de cœlo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. Orauit non ob sui indigentiam, sed nostram instructionem & subuētionem, nos erudiēs, ut restituta per baptismum innocentia, protinus uertamus nos ad ea studia, quæ sunt spiritus, inter quæ primum locum habet deprecatio. Apertum est cœlum, quod Adam clauserat, baptismus patefacit. Cum deus in cœlis habitare dicatur & esse, tunc cœlum narratur aperiri, dum deus per subiectā creaturam descendit & apparet hominibus, nouo modo operans circa eos. Sic Ezech. 1. & Stephanus Act. 7. uidit cœlos apertos. Atq; inde descendit spiritus sanctus, per se quidem inuisibilis, in colūbæ specie, q hæc auis innocentiæ symbolum, designās quales animos amaret spiritus ille cœlestis qualesq; faceret. Satanæ spiritus reddit & amat animos elatos, tumidos et feroces: at spiritus ille cœlestis amat modestos, mites, ac trāquillos. Esa. 66. Super quē requiescet spiritus meus, nisi super quietum & tremētē sermones meos? Olim ramū oliuæ detulerat in arcā iræ diuinæ placatæ signum, ac finiēdi diluuij pignus. Porrò diluuium illud quo tum purgat⁹ est mundus, typū habebat nostri baptismi, quo saluis corporibus & animabus demerguntur peccata 1. Pet. 3 Quod & uos nunc similis formæ saluos facit baptisma. Vt unus quilibet

è populo,baptizatus est Iesus,sed pater cœlestis insigni hoc & inaudito signo secreuit eum à reliquis. Accessit huic paternæ uocis argumentū, non per Mosen,non per angelos,non per prophetas proditū,sed ab ipso patre publicatum. Non quod pater ut est, uel audiri possit,uel conspici,Io.1. Deum nemo uidit unquā. & 5. Neque uocem eius unquam audistis, neque speciem eius uidistis,uel ullo corporis sensu percipi,sed quemadmodum spiritus inuisibilis,uisibili signo sese patefecit oculis hominum,ita pater edita uoce per elementa,perculit aures hominū. Tu es filius meus naturalis,unicus,coæternus,in quo mihi singulariter placui. Verbum est peculiare sacris literis,quo propēsum animum ac præcipuum quendam affectum significat. Si deus lætatur in operibus suis,Psal.103. & beneplacitum est domino in populo suo,Psal.146. quanto magis in filio delectatur unigenito & complacet,in quo nil dissimilitudinis,nil contrarietatis inuenitur? 1.Pet.2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Hinc Io.7. Quia quæ placita sunt ei, facio semper. Audit filius uocem,quo mōstratur,quod & nobis qui baptizamur,adoptionem filiorum largitus sit. Gala.3. Quicunque in Christo baptizati estis,Christum induistis. Columba precedens,designabat ad quē uox ista pertineret, nequis suspicaretur hoc elogio Ioannem fuisse laudatum,de quo plerique tā magnifice sentiebant,ut eū crederēt esse Messiā.

Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta,ut putabatur filius Ioseph: qui fuit Heli, qui fuit Matthat,qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Iāne,qui fuit Ioseph,qui fuit Matathiæ, qui fuit Amos,qui fuit Naum,qui fuit Helsi,qui fuit Nagge,qui fuit Maath , qui fuit Matathiæ, qui fuit Semei,qui fuit Ioseph,qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna,qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel,qui fuit Neri, qui fuit Melchi,qui fuit Addi,qui fuit Coxam, qui fuit Helmadan, qui fuit Her,qui fuit Iesu,qui fuit Eleazar,qui fuit Norum, qui fuit Matthat , qui fuit Leui,qui fuit Symeon,qui fuit Iuda,qui fuit Ioseph,qui fuit Iona, qui fuit Heliachim , qui fuit Melcam,qui fuit Menna,qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan,qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obeth,qui fuit Booz, qui fuit Salmon , qui fuit Naason,qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom , qui fuit Phares , qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob,qui fuit Isaac,qui fuit Abraham, qui fuit Tharee, qui fuit Nachor , qui fuit Baruch,qui fuit Rachau,qui fuit Phalec , qui fuit Heber,qui fuit Sale,qui fuit Cainā, qui fuit Arphaxat,qui fuit Sem, qui fuit Noe,qui fuit Lamech,qui fuit Mathusala , qui fuit Enoch , qui fuit Iareth,qui fuit Malaleel,qui fuit Cainam, qui fuit Enos,qui fuit Seth,qui fuit Adam , qui fuit Dei.

Adam princeps humani generis, 3
non alium habens generis authorem quàm deum,à quo conditus est è limo terræ,uelut è matre. Quoniam autem per huius terreni parentis peccatum,uitiatum erat omne genus humanum,& genitoris sui referens ingenium,in omne uitiorum genus fuerat prolapsum,missus est collapsi generis instaurator ac redemptor dominus Iesus, ut quod unius inobedientia corruisset,per unius obedientiam reconciliaretur. Rom.5. Sicut.n. per inobedientiā unius hominis peccatores constituti sunt multi , ita & per unius obeditionem iusti constituentur multi. Et quemadmodū omnes qui terreni parentis uestigiis ingressi fuerant, redditi sunt obnoxii morti,ita qui per baptismum exempti à cognatione peccatoris, inserentur Adæ cœlesti,qui est Christus Iesus, illius uestigiis inhærentes,uitā æternā assequētur in cœlis. 1.Co.15. Primus hō de terra terrenus,secūdus hō de cœlo cœlestis. Qualis terrenus,tales & terreni: et qualis cœlestis,tales et cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginē terreni, portemus & imaginē cœlestis, Si nō

credis ꝙ secundus Adam sine semine sit factus, ascēde memoria ad priorem Adam, & inuenies etiam illum à deo factum sine semine. Erat autē Iesus ingressus.30.annum, quæ perfecta est ætas, in qua homo uel prob⁹. uel improbus cognoscitur, & ꝙ adolescentiæ deest authoritas, propter publicam opinionem imperitiæ, senectus autem minus habet ponderis, ob uires ingenij defectas, ac suspicionem delirationis. Nota apud Hebręos duplici ratione dici filios, iuxta legē, & iuxta naturam. Lex erat, siquis si ne liberis decessisset, ut huius frater instauraret posteritatē defuncti, Deut.25. Itaq; qui sic natus erat, duos habebat patres: alterum naturalem, ex quo natus erat: alterum legalem, in cuius nomen & progeniem succedebat, nempe defuncti. Ad hunc modum cum posteritas Salomonis in Ochozia defecisset, ex Symeō cognomento Ioas, qui prognatus erat e stirpe Nathan filij Dauid, instaurata est posteritas Salomonis. Vnde.1.Par.3. palam inter filios quos suscepit Dauid ex Bersabee Hierosolymis, nominatim recensetur Nathan, ordine prior Salomone. Nō est ergo iste Nathan qui Dauid reprehēdit, sed alius ab illo, & genere & officio. Hinc plurimi falluntur, ꝙ nonnulli sint heno mines, nonnulli binomines, aut etiā trinomines, interdū cognomina addita ipsis misceātur nominibus. Vnde * Helih idem est cum Iehoiakim, quem corrupte uocant Ioachim, pater naturalis Marię uirginis, et auus Iesu Christi secūdum carnem. Quod testatur Hieronymus. Atque hinc colligere licet, Lucam naturalem Christianæ genealogiæ seriem secutum esse, non legalem, si quidem ad Christum respicias: sin ad Ioseph referas, contra erit. Nam Matthæus per naturæ lineā deuenit ad Ioseph, quæ ad Christum tendēti legalis est.

Duplices apud Hebræos filij ac patres.

Porrò quod parum respondeat numerus eorum qui apud Lucam referuntur, & qui apud Matthæum, mirum non uidebitur, si consideretur, nonnullos in genealogiæ serie fuisse prætermissos, idq; data opera, ut indicat Hieronymus, & ante hūc Origenes: Quos si cæteris adieceris, uidebis & numerum consentire. Paulus non uno loco monet, pijs hominibus huiusmodi genealogias & nūquam finiendas quæstiones esse uitandas, ꝙ non solum non conducūt ad pietatem, uerum etiam pariant lites & contentiones, pestem Christianæ concordiæ.

De ieiunio Christi. Mat.4. Marc.1. Luce.4.

ARTICVLVS. XVI.

Tunc Iesus ductus est in desertum a spiritu, ut tentaretur a diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit. Matth.4 B

Ostendit quēadmodum satanas pijs bonoꝝ studijs insidiatur, quib⁹ ue armis Christianę militiæ potissimum uincatur. Quia Adā in paradiso delicijs affluens, uictus est oblectamentis, Christus in deserto, quo hominē incidisse inter latrones dixerat, Luc.10 abstinentia uicit, & ut bon⁹ Samaritanus, ulnera aīæ nostræ curauit. Chrysostomus. Nouerat diabolum auide desiderare ipsum tentare, ideo ad ipsum in campum processit, prouocans ieiunio & solitudine. Vnde solitarium aggressus est, sicuti Euam Ge.3. Subduxit autem se dominus subito à turbarum oculis in solitudinē, ꝙ secessus à populi cōmercio & auget authoritatē, & acuit desiderium. Nonnullis etiam tutius est uersari inter bestias cū Christo, ꝙ̄ inter homines bestijs nocentiores. Vnde Mar.1. dr̄: Et statim spiritus expulit eum in desertū. Quo docemur non temere nos in tentationes proijcere, sed ferre, si impetamur. Sequitur, & erat cū bestijs. Sicut uirtutes mora-

les efficiunt hominem prompte mobilem à ratione, ut eius sequatur iudicium, sic dona spūs sancti reddūt eū faciliter mobilē à spiritu sancto. Christus aūt ut homo, plenus fuit spiritu sancto. Esa. 11. Et requiescet sup eum spūs domini. Hinc Lucæ. 4. Iesus aūt plenus spiritu sancto, egressus est à Iordane, & agebatur spiritu in desertum. Grego. Vt eum illuc suus spūs duceret, ubi eum ad tentandum spiritus malignus inueniret. Tentari uoluit: Primo, propter adiutorium. Hebræ. 2. Debuit per omnia fratribus assimilari. & 4. Non. n. habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per oīa, pro similitudine absq; peccato. Augustinus: Iustum erat ut suis tentationibus nostras uinceret, sicut mortē nostram sua uenerat morte superare. Secūdo propter exemplum. Nam Iob. 7. Militia est uita hominis super terram. Ideo, ut dicit Hilarius, ostendit dominus hoc exemplo, omnem hominem, quantumcunq; sanctum, obnoxium tentationibus & expositum. Catechismus inducit odium uitæ prioris ac spem purgationis: in baptismo per fidem in Christum, deponuntur maculæ omnium criminum: mox ad preces datur è cœlis munus spiritus, per quem asciscimur in numerum filiorum dei, nimirum insiti corpori Christi, qui est caput ecclesiæ. Sed ob hoc nemo tutus est ab insidijs satanæ, qui socorditer agit. Improbus enim ille satanas, tam inuidus salutis humanę, quàm Christus auidus, miris cuniculis & insidijs sollicitat ad defectionem, ut maiori tyrannide possideat relapsum, q̄ ante possederat suum. Oppugnat & mundus, oppugnat & caro. Semper ergo pugnādum est, ut semper uincamus. Neq; enim prius erit finis pugnæ, q̄ uitæ: sed tamē quo sæpius hostis uincitur, hoc & ille à conflictu discedit debilior, & nos reddimur fortiores. Tertio, ad pusillanimitatem tollendā ut dicit Chrysostomus, nequis turbetur si præter spem irruunt tentationes. Habentes enim spiritum dei, nō sunt cōtenti sedere ociosi, sed ipse spiritus dei qui in ipsis est, urget aggredi maiora, quibus malignus spiritus eo plus insidiatur. Ideo admonet Eccūs. 2. Fili, accedēs ad seruitutem dei, sta in timore, & prępara animam tuā ad tentationem. Quarto, ob uincendi modum. Fractum enim nobis & deuincendum tradidit satanam, uiam etiam uincendi commonstrans. Gregorius: Debilis est hostis, cum ei resistitur, ut formica: cum uero ei cōsentitur, fortis ut leo: nec potest uincere, nisi consentientem. Iaco. 4. Resistite diabolo, & fugiet à uobis. 1. Pet. 5. Sobrij estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quęrens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Ephe. 4. Nolite locū dare diabolo. Hieronymus: Lubricus est antiquus serpens, & nisi in capite teneatur, statim totus illabitur. Hinc Gene. 3. Ipsum (semen scilicet mulieris) conteret caput tuum. Demonstrat aūt tribus potissimum rebus occurrendum: Crebris ac puris precationibus, fuga turbæ, fuga luxus, & abstinentia, non sine diligēti meditatione scripturarum diuinarum, ne inertiam pariat ignaua solitudo. Cum igitur Christus inediam ad quadragesimum usq; diem produxisset, Danielem, Heliam ac Mosen referens, (nam nihil in illis diebus manducauit, Luc. 4.) quod sic erat supra humanas uires, ut tamē ab hominibus factum crederent Iudæi tandem ut manifestam humanę imbecillitatis speciem daret, non dissimulauit se famis inediam sentire. Non autem excessit hunc numerū, ne incredibilis uideretur carnis assumptio, & sacramentum celaretur. Proinde

ieiunauit, ut satisfaceret pro trãsgressione,& nobis mereretur grãm et aíq saturitatem. Quicquid.n.fecit et pertulit ut uiator,pro nostra salute fecit. Secundo,ut ueritatem nr̃i ieiunij ostẽderet,quo cõtra carnis & diaboli tẽtationes pugnamus. Matt.17. Hoc genus dæmoniorum non eijcit nisi in oratione & ieiunio. Non ergo delicijs uacandum,sed ijs armis utendũ. Gal.5. Qui Christi sunt,carnem suã crucifixerunt cum uitijs & cõcupiscentijs eius. Hinc & modũ nos docuit ieiunij salubrẽ. Mat.6. Tu cũ ieiunas,unge caput tuum,& faciem tuã laua,ne uidearis hoĩbus ieiunans,sed pr̃i tuo qui est in abscondito:& pater tuus q uidet in abscondito,reddet tibi. Hiero. In isto numero quadragesimæ nobis ostendit sacramentum,in quo & Moses ieiunauit in monte Syna, Exodo.24.& Helias iuxta montẽ Oreb. 3.Regum.19.

Et accedens tentator, dixit ei : Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens, dixit: Scriptum est : Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei.

Cum multa conspexisset in Christo,quæ uirtutis humanę modum excederent, rursus uideret esurientẽ, & affligi corporis inedia, suspicatus est non plus esse q̃ hoĩem,& hoĩem qui posset arte corrũpi. Erat aũt hoc callidum tentatoris cõsilium,ut aut uinceret,aut certe expiscaretur,an hic eẽt ille filius Dei promissus à prophetis. Quod si comperisset, iam eò neruos omnes ac fraudes intenderet, ut impediretur aliqua uia redemptio generis humani. Admouit igitur primum illud & efficax telũ, quo prĩcipes humani generis deiecerat, quanq̃ illos tantũ solicitabat illecebra pomi blãdientis, hic fames etiam intolerabile malum adiuuabat tentatoris conatum. Obiecta est uelut esca, corporis humani imbecillitas,sed tentator impegit ĩ uncũ diuinæ uirtutis. Si filius Dei es naturalis, de quo locuti sunt pphetę,qd opus est te cruciari famẽ dic ut lapides isti panes fiant, qđ nutu potes & uerbo. Proijcit hamũ,nõ solum gulæ, sed & uanæ gloriæ illecebra inescatum,q hinc maxime capiantur,qui uidentur ad summũ tendere. Sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Prouerbiorum primo & uigesimo primo. Nõ est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Sed fons sapientiæ,uerbũ Dei in excelsis. Sap.8. sapienter r̃ndet se non manifestãdo, sed illum illudendo & refellendo. Rabanus: Vtitur dñs authoritate sacræ scripturæ,qa uult humilitate uincere & ratione,non potestate,dans nobis exẽplum contra malos hoĩes, doctrina potius q̃ uindicta pugnare. Roma.12. Noli uinci à malo,sed uince in bono malum. Sicut corpus humanũ non uiuit sine cibo terreno,sic nec aĩa sine spirituali. Quo instruimur, non tam ad hanc caducam & terrenã uitam respiciendum esse, q̃ ad eã quæ ex adimpletione diuinorum mandatorum,diuinæq; uolũtatis expectatur, & nulla necessitate corporea ad hoc adduci debere, ut unquã maligni pareamus tentationi. Cibus.n.corporalis,corporis uitam ad tp̃s prorogat, nihilo secius aliquanto post morbo, senio, aliòue casu perituram. Hiero. Siquis nõ uescitur uerbo Dei, iste nõ uiuit. Ioã.5. Qui audit uerbum meũ, & credit ei qui misit me, habet uitã æternam. Ideo Lucę 11. Beati qui audiunt uerbum Dei, & custodiunt illud. Ratio est,quia uerbum Dei intellectũ illuminat p fide, & ad opa bona inducit,errores excludit. Psal.118. Lucerna pedibus meis uerbũ tuum. Spem roborat. Psal.118. Memor esto uerbi tui seruo tuo, ĩ quo mihi spem dedisti. Ro.15. Quæcũq; scripta sunt, ad nr̃am doctrinã scripta sunt,ut per patientiã & cõsolationem scriptura-

rum spem habeamus. Charitatẽ accendit. Psal. 118. Ignitũ eloqum tuum uehementer, & seruus tuus dilexit il lud. Ideo. 2. Timo. 3. Oĩs scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendũ, ad corripiẽdum, ad erudiẽdũ in iustitia, ut pfectus sit homo Dei, ad omne opus bonũ ĩstructus. Hinc Ioã. 8. Qui ex Deo est, uerbo Dei audit. Ambrosius. Cum diabolus sic explorarit, ut tentaret, & sic tentarit, ut exploraret, Christus sic respõdet, et eum fallit ut uincat, & sic uincit ut fallat. Sunt tres tentationis species, ad quas omnes aliæ reduci pñt. Gulæ, auaritię, superbiæ. 1. Ioã. 2. Omne qđ est in mundo, cõcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ, & superbia uitę quę nõ est ex Deo, sed ex mundo est. Ista arma diaboli cõtra famulos Dei. In una uictus, per aliã aggreditur, uanã scilicet gloriam, filiã superbię. Siqdẽ ambitio malum est pestilens, & ppe modum ĩuincibile, qđ in summis ẽt uirtutibus obrepit, insinuãs sese mẽtibus ad ardua scandere conãtibus, adeo, ut quos nec aduersæ res, nec paupertas, nec morbus frangere potuerunt, nec luxus aut uenus emolli re, deÿciat ac subruat gloriæ studiũ. Quid est. n. tam nefarium, qđ mortales imperÿ grã non & faciant & patiantur? Dulcis est honos, præclarum est imperare, magnificum cæteris antecellere.

Tentationis species tres.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait ille Iesus rursum: Scriptũ est, Non tentabis dominum deum tuum.

Elusus ancipiti respõso, iam & ipse sacræ scripturæ uerbis abutitur ad lædendum: & assumit eum, hoc est, comitem abducit, in sanctam ciuitatem. Lucæ. 4. dux illum in Hierusalem, quæ sancta dicebatur ob cultũ diuinum, & quia ibi sanctus sanctorum sanguinem fudit, ac primitiua ecclesia spiritum sanctum recepit, & euangelicam legem exorsa est prædicare Hieronymus: In omnibus tentationibus agit diabolus, ut intelligat si filius Dei sit: sed dominus sic respõsionem temperat, ut eum ambiguum relinquat. Statuit supra pinnaculum, ut quem fame tẽtarat, tentaret & gloria uana. Vox diaboli, qua semper cadere deorsum desiderat. Mitte, ĩquit, te deorsum. Persuadere potest, præcipitare non potest. Chrysostomus: Non ad ascensum, sed descẽsum suadet, qui omnes cadere, quemadmodum ipse cecidit, (Lucę. 10. Videbam satanam tanquam fulgur de cœlo cadentem) cadere optat. Suæ enim crudelitatis est, præcipitare persuasionibus deorsum: Dei autẽ, saluare. Sed attende quemadmodum angelus satanæ in angelum se transferat lucis. Id quidem, inquit, impune fiet, quandoquidem ita promisit Deus. Psalmo. 90. Angelis suis mandauit de te, ut conseruẽt te, & in manibus tollẽt te, neqñ offendas ad lapidem pedem tuum. Hieronymus: Non de Christo, sed de uiro sancto prophetia est. De angelorum custodia, quasi ad infirmum loquitur, de sua conculcatione (quæ ibidem subditur) quasi tergiuersator silet. Sic & impÿ nonnunquam & hæretici diuinis abutuntur scripturis, ac fallunt incautos, sermonis diuini regulam ad suos affectus deprauantes. Non enim scriptũ erat de Christo, qui Deus est, & nõ opus habet angelo. Hieronymus: Dominus falsas de scripturis sagittas, ueris scripturarum frangit clypeis, dicens: Nõ tentabis, Deuteronomÿ. 6. Ad hoc siquidem hortatur, ut in necessitatibus ingruentibus bene speremus, auxilio diuino freti, non ut temere nos in periculũ præcipitemus.

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum ualde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, et dixit: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus: Vade satana. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eũ diabolus, et ecce angeli accesserunt, et ministrabãt ei.

Iam quo suos doceret Christus, ne post unam atq; alteram uictoriam securitati se traderent, sed semper in excubijs agentes, sese præberent paratos ad omnes satanæ insultus: diabolus à templi pinnaculo sublatũ, Lucæ.4. Duxit illum in montẽ, & ostendit illi oĩa regna mundi in momento tpis. Mirum non est, ꝙ dñs sic duci se pmisit à diabolo, qui à mẽbris sustinuit mortem. Ostendit in puncto tpis, oculis illius subijciendo oĩa regna orbis, (potest.n.hoc pmissu Dei spiritus impius, rerũ imagines nouo quodã more repræsentare humanis obtutibus) simulq; quicquid in orbe magnificum, magnorũ regum strepitus, præstigio quodam exhibuit oculis. Vel, ut sentit Chrysostomus, non singulatim terras & gloriam, sed situs, dispositiones, & gloriam regnorum exponendo. Ecce illic tale regnũ talibus diuitijs et gloria opulentum. Gloriã ostendit mundi, quæ cũ mundo peritura est. 1.Ioan.2. Transit mũdus & concupiscentia eius. 1.Cor.7. Præterit figura mundi huius. Luc.4. Tibi dabo potestatem hanc uniuersam & gloriam illorũ, quia mihi tradita sunt, & cui uolo, do illa. O cæcã impietatem, pollicetur aliena, mendacĳ pater. Ioan.8. Mendax est, & pater eius, quæ neq; sua erant, neq; sua intererat dare: sed illius qui dicit: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuã, & possessionem tuã terminos terræ. Psal.2. Vere magnã de peccato pollicetur delectationẽ, quã tñ præstare nõ potest. Blandiri ut noceat, diaboli est: corripere uero ut ꝓsit, Dei. Hinc in montem ipsum ducere festinat, ut per quos ille corruerat, etiã cæteri corruant. Iuxta illud. 1.Timo.3. Ne in superbiam elatus, incidat in iudicium diaboli. Præmium solo Deo dignum diuini honoris æmulator peruersus pollicetur. Luc.4. Tu ergo procidens, si adoraueris corãm me, erunt oĩa tua. Nunquã sine causa adoratur. Scriptũ est Deute.6. Dñm Deum tuũ adorabis, adoratione interiori & exteriori. Psal.96. Adorate eũ omnes angeli eius. Et illi soli seruies, seruitute quæ latria dicta est, & propter se. Licet.n.non solum superioribus, sed etiã æqualibus seruiendum sit, ꝓ loco, tpe, & causa. Gala.5. Per charitatem spũs seruite inuicem. Matt.20. Qui maior est in uobis, sit uester minister. Oĩs tñ seruitus ista referenda est ad Dei honorem, & propter eius ordinationem & uoluntatem impendenda, neq; alicui in ĳs, q̃ diuinitus prohibentur, obediẽdum. Acto.5. Obedire oportet Deo magis q̃ hoibus. Dñs ergo tantam improbi spiritus non sustinens superbiam, ait: Abi satana, quod Hebræis aduersariũ sonat, siue qui obsistit atq; obturbat. Hiero. Non ut pleriq; putãt, eadem satanas, & Petrus snĩa damnatur. Petro.n. dicitur: Vade retro me i. me sequere, qui contrarius es meę uoluntati. Hic uero audit, abi satana, ut subaudias, in ignem æternum. Tunc reliquit eum, bis sua spe frustratus: Primum, qđ sensisset insuperabilem: deinde, quod cum expiscarum uenisset, num esset filius Dei, aliquato incertior dimitteret, q̃ uenerat. Luc.4. Cõsummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usq; ad tẽpus, alia capta occasione rediturus, per suos scilicet satellites, pharisæos, scribas, & sacerdotes. Quod ergo dñs ductꝰ est à spiritu Dei, ut tentaretur, ingens solatium est omnibus qui tẽtantur, diuinæ scilicet opus eẽ, aduersitates, uoluntatis. Nihil.n. iuris in nos habet

bet dæmon, nisi Deus permittat: neque permittit nos tentari supra quam possumus. 1. Corin. 10. Chrysostomus tria tentationum genera esse censet: Ventris, Vanæ gloriæ & auaritiæ. Gregorius: Quibus modis primum hominum strauit, eisdem tentando, secundo homini succubuit, ut nostris cordibus ipso aditu captus exeat, quo nos intromissus tenebat. De gula. Gene. 3. Cur præcepit uobis Deus, ut non comederetis ex omni ligno paradisi? Hic autem, Dic, ut lapis iste panis fiat. Lucæ. 4. De uana gloria, Gene. 3. Eritis sicut dij: hic, Mitte te deorsum. De auaritia Gene. 3. Scientes bonum et malum. Auaritia. n. non solum pecuniæ, sed etiam ambitionis & honoris est. Hinc Philip. 2. Non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Vnde hic ait: Hæc omnia tibi dabo. Sic & membra capitis tentare non cessat. 1. Pet. 5. Sobrij estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Callidus. n. est, Gene. 3. Sed & serpens callidior erat cunctis animantibus. Expertus Iob. 1. Circuiui terram, & perambulaui eam. Hinc & se transfigurat in angelum lucis. 2. Corin. 11. Vnde est leuibus, & quasi necessarijs ad maiora semper procedit, quemadmodum hic ex famis necessitate, gulæ uitium ingerens, ad idololatriam usque processit. In baptismo damus nomina duci nostro, sub illius uexillis ad uersus satanæ copias bellaturi. Neque uero nobis res est cum hominibus, cum Christus iubeat & inimicos diligere: sed cum impijs spiritibus, qui telis igneis, multaque arte nos impugnant e sublimi. Aduersus omnes illas machinas, robur & uires ac ingenium, suppeditabit Christi spiritus, arma suppeditabunt diuinæ literæ. Ephe. 6. Induite uos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniam non est uobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induti loricam iustitiæ, & calciati pedes in præparationem euangelij pacis In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei, per omnem orationem & obsecrationem, orantes, omni tempore in spiritu, & in ipso uigilantes in omni instantia & obsecratione. Matthæi. 26. Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Iaco. 4. Resistite diabolo, et fugiet à uobis. Porrò, quemadmodum in humana militia uices rerum sunt, ut labores ocio, dura iucundis recreentur, & post diros conflictus celebrentur epinicia, ita in Christi militia, semper aspera lætoque uicissitudine mitigantur. Post toleratam improbitatem spiritus impuri, mox adsunt angeli, & Christo uictori subseruiunt. Hierony. Angeli domino ministrant, quo uictoris dignitas comprobetur. In quo etiam utraque natura ostenditur in una persona, quia & homo est, quem diabolus tentat, & Deus cui angeli ministrant. Beda: Dominus quadraginta diebus & noctibus in deserto ieiunauit, uictaque tentatoris uersutia, ministerijs fruebatur angelicis, suo nos informans exemplo, quia per macerationem carnis, aduersarij spiritualis machinas euitare, & ad angelorum debeamus peruenire consortium.

Tentationum genera tria.

Et regressus Iesus in uirtute spiritus in Galilæam. *Lucæ. 4.*

Non satis est, doctorem euangelicum esse purum à uitijs, sed & fortem & incorruptum esse oportet, ut nec quæstu, nec corporis uoluptate, nec ambitione, nec metu malorum deflectat à rectitudine ueritatis euangelicæ, quam non desinit ullo tempore satanas oppugnare per eos, qui mundum hunc

diligunt,plus ꝙ Dei grãm.Hoc nos
docere uolens dñs, peractis his om-
nibus , iam magna uirtute spũs quo
plenus erat,recepit se in Galilæam.

De testimonio Ioannis,par.2.ar.2.b.
De prima uocatione Andreæ & Ioannis , par.2.
ar.2.e.
De mutatione aquæ in uinum,par.2.ar.3 f.
De primo aduentu eius ad pascha, par.2.ar.4 g.
De Nicodemo,par.2.ar.5.h.
De querela quod Iesus baptizat,par.2.ar.6 K.
*De incarceratione Ioannis,*Matth.XIIII.
Marci. VI. *Lucæ.* III.

ARTICVLVS XVII.

Lucæ.3. *Herodes autem tetrarcha , cum corriperetur à*
Ioanne de Herodiade uxore Philippi fratris sui,
& de omnibus malis , quæ fecit Herodes, adiecit
& hoc super omnia,et inclusit Ioannẽ in carcerẽ.

Verum tum dominus aggreditur
docendi negotiũ, ubi rumor uulgas-
set Ioannem ab Herode fuisse conie-
ctum in uincula:nimirum ferẽs præ-
mium quod solent,qui apud mundi
huius principes audent liberius ad-
monere , maluntq́ salutaria dicere
quàm iucunda.

Marc 6. *Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem,ac*
C *uinxit eum in carcerem,propter Herodiadem uxo*
rem Philippi fratris sui,quia duxerat eam. Dice-
bat enim Ioannes Herodi : Non licet tibi habere
uxorem fratris tui.Herodias aũt insidiabatur illi,
& uolebat occidere eum,nec poterat.Herodes au-
tem metuebat Ioannem,sciens eum uirum sanctũ,
& iustum,& custodiebat eum.Et audito eo mul
ta faciebat,& libenter eum audiebat.

Duo hominum genera proponit:
unum, quod postposito Deo, carnis
curam agit in desiderĳs:alterum, qđ
Deo placere studet per uitę meritum
& sanctimoniam,& proximo ꝓdes-
se per doctrinam sanam.Iaco.5. Fra-
tres mei , siqs ex uobis errauerit à ue
ritate,& conuerterit quis eum : scire
debet, quoniam qui conuerti fecerit
peccatorem ab errore uiæ suæ,salua-
bit aĩam eius à morte , & operit mul
titudinem peccatoꝝ. Magnum cer-
te:nam fratrem à morte,se uero à pec
cato liberauit. Ecõtra, qui uerbo uel
exemplo scandalizat. Matth.18. Væ
homini per quem scandalum uenit.
Hieronymus: Ioannes qui in spiritu
& uirtute uenerat Heliæ. Lucæ.1.ea-
dem authoritate qua ille Achab ar-
guerat et Iezabel.3.Regum.21.arguit
Herodem & Herodiadem,ꝙ illicitas
nuptias fecerint, & non liceat fratre
uiuente, germano uxorem illius du-
cere.Leuit.20.Qui duxerit uxorẽ fra
tris sui,rem facit illicitam,malens pe
riclitari apud regem,ꝙ propter adu-
lationem esse immemor præceptoꝝ
Dei. Hæc est autẽ conditio ueritatis,
ut eam semper inimicitiæ persequan
tur , sicut per adulationem amicitiæ
perniciosæ comparantur. Chrysosto
mus:Herodem Ioannes monitis, nõ
accusatione pulsabat,utpote amator
castitatis,quem corrigi uoluit,nõ pe
rire:sed Herodes facibus libidinis ar
dens,perire maluit ꝙ redire. Malos
qui corrigit,offendit: īcurrit odium,
qui arguit criminosos Prouer.9.Qui
arguit impium , sibi maculam gene-
rat.Argue sapientem,& diliget te. Ec
ce quid non facit libido ob cuius ra
biem Herodes etiã Dei præcepta cõ-
temnebat, & quia Ioannis secretam
cõtemnebat correctionem,timuit pu
blice argui à Ioanne,qui seuere cõtra
tales prædicabat.Matt.3. Hinc inclu
sit eum . Sed quo plus suam palliare
studuit malitiam,eo magis propala-
uit,qa plus clamãt uincula et mors,
ꝙ uox ipsa clamantis. Gene.4. Ecce
uox sanguinis fratris tui clamat ad
me de terra. Chrysostomus:Dicebat
Ioannes Herodi, quod erat legis,qđ
erat Iustitiæ, quod erat salutis : certe
quod non odĳ causa,sed amoris.Le-
ge cautum erat,ut fratris defuncti si-
ne liberis, semen frater superstes su-
scitaret.Deuterono.25.Sed hic mari-
tus uiuebat , & filia quam ex uxore
habuit : quare à Ioanne arguebatur.
Sed unde laudem & amorẽ meruit,

odium recepit. Osee.5. Non dabunt cogitationes suas ut reuertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicatio num in medio eorum. Hinc Osee.4. Fornicatio & uinum & ebrietas auferunt cor. Et.7. Omnes adulterãtes quasi clibanus succensus à coquente. Iob.31. Ignis est usq; ad perditionẽ deuorans, & omnia eradicans germina. Hoc est quod ait Apostolus. 2.Timo.4. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus. & à ueritate quidem auditum auertẽt, ad fabulas autem cõuertentur. Causam insinuat Ioannes.1.Ioan.4. Ipsi de mundo sunt, & de mũdo loquuntur, & mundus eos audit. Vnde dominus Ioan.7. Non potest mundus odisse uos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo, quia opera eius mala sunt. Ecce causa odij. Sic Gala.4. Ergo inimicus uobis factus sum, uerum dicens uobis? Et.3.Regũ.22. Ego odi eum, (ait rex Achab) quia nõ prophetat mihi bonum. Herodias autem, filia Aretæ regis, prius locata Philippo tetrarchæ Itureæ & Trachonitidis regionis, orta simultate, abducta à genero, cui iam pepererat filiã, Herodi fratri Philippi, sed inimico, p patrẽ tradita matrimonio, metuens ne Ioannis opera: quia iam exciderat à priore matrimonio, ab hoc quoq; excluderetur, insidiabatur ei, captans occasionem occidendi illum: nec succedebat. Nec solum ipsa, sed & Herodes, Matth.14. uolens occidere illum, metuebat populum, quia sicut prophetã illum habebant. Aderat malus animus, sed deerat occasio quæ tantum deest malis ut lædant. Chrysostomus: Facile deuiat à iustitia, qui in causa non Deum, sed homines formidat. Hic peccandi differt facultatem, non uoluntatem. Vnde etiam quos suspendit à crimine, audiores reddit ad crimen: & æstuat animus, quousq; perficiat quod cogitat malum. Quod ergo Ioannem audiebat, & audito eo multa faciebat, uulpinum fuit figmentum corãm populo. Gaudent enim nonnunquam mali principes, habere domi uiros insigni probitatis opinione celebres & commendatos: non ut horum consilijs obtemperent, sed ut qđ agunt ex animo suo, ex horum consilijs agere uideãtur apud ignarãm plebem. Vnde in alijs quidem rebus leuioribus frequẽter illius monitis paruerat: hic, ubi præcipue cõueniebat obtemperare, ob turpissimum mulieris affectum, uirum sanctum incarcerauit, quem turbæ etiam Christum credebant.

De Samaritana muliere, par. 2. ar. 7. L.

De filio reguli, par. 2. ar. 8 o.

De initio prædicationis Christi, Marc. I. Lucæ. IIII.

ARTICVLVS XVIII.

Postquam autem traditus est Ioannes, uenit Iesus in Galilæam, prædicans euangeliũ regni Dei, et dicens: Quoniã impletũ est tps, & appropinquabit regnum Dei, pœnitemini, et credite euangelio. Marc.1. D

Nec prædicauit dominus antequã Ioannes, neq; miracula operatus est antequam ille incederet in uincula, ne hac existẽte causa, magna pars populi scinderetur. Idcirco nec aliquod signum fecit Ioannes, ut ex hoc multitudinem traderet Christo, quæ ad eum signorũ admiratione confluerct. Lege naturæ, quam Deus inscripserat cordibus omnium mortalium, abusi sunt, philosophorum sapientia reddidit mundum stultiorem quàm fuerat. Gentiũ religio hactenus summa fuit impietas. lex figuris suis innuit, prophetæ oraculis prędixerunt uenturum, qui perfectam salutem offerret omnibus gentibus. Tempus quod Deus prędefinierat huic negotio, iam expletum est, iam adest regnum Dei. In id usq; tpis lex operabatur.

ab hoc autem tpe regnum Dei quod est uita euangelica. Vt Ioanni succes sit, ne ab se alienaret quos illius admiratio iam totos occuparat, à nota illius et familiari doctrina rem auspicat, lactans interim infirmos, ut post solidum cibum proferat illis firmioribus. Clamat igitur ueluti Ioãnem referens. Resipiscite, pœniteat uos uitæ ueteris. Iam.n.instat regnum cœlorum, quod cum nulli sit claudẽdum, nullis tñ patebit nisi puris, & cœlestia quærentibus, & quicquid est terrenarum cupiditatũ amputantibus. Hiero. Amaritudinem radicis, pomi dulcedo compensat: pericula maris, spes lucri delectat: dolorem medicinæ, spes salutis mitigat. Offertur lætus & optabilis nuntius, gratuita cõ donatio omnium peccatorum. Agnoscite morbum & accipite remedium.

Luca.4. *Et fama exijt per uniuersam regionem de illo, & ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.*

Erat apud Iudæos consuetudo, ut frequenter, sed præcipue sabbatis ac festis diebus conuenirent in tẽplum, aut in synagogas, ut ocium quod illis indixit lex ab operibus sordidis & prophanis, non in aleam, scorta, compotationes, rixas, aliaq; flagitia consumerent, sed in his quæ sunt animi, collocarent. Illic erat confabulatio, non de nugis humanis, sed de lege domini, de uenturo Messia, qui flagrantissimis uotis ab omnibus pijs expectabatur.

De lectione in synagoga. Luca. IIII.

ARTICVLVS XIX.

Et uenit Nazareth, ubi erat nutritus, et intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ: & ut reuoluit librum, inuenit locum ubi scriptum erat: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis redemptionem, & cæcis uisum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit,

Non solum operibus, sed & diuinis scripturis dominus se comprobauit Christum. Cum audisset alios de lege differentes, surrexit & ipse, hoc gestu significans, se quoq; spiritu afflatum habere quod loqui uellet ad populum. Non egebat codice ipse, in quo omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ sunt reconditi. Colos.2. sed tñ accepit codicem, ut nobis studium sacræ lectionis commendaret, & ut ex ipsa scriptura thema acciperet sui sermonis. Inuenit locum, nõ à casu, sed quem uoluit. Nemo enim Esaia clarius, aut euidentius de Christo uaticinatus est, deq; doctrina euãgelica. Et ubi stans à libro sua uoce pronunciasset, assedit explicaturus quod legerat. Audistis, inquit, Esaiam sancti spiritus afflatu uobis promittentem eximium quendam ac potentem doctorem, qui non ex spiritu humano doceat, sed affatim unctus ac delibutus diuino spũ mittendus sit à Deo, ut his qui mites sunt ac pauperes spiritu, eoq; doctrinę salutaris capaces, lætum ac optabilem adferret nuntiũ salutis. Ephe.2. Veniens euangelizauit pacem uobis qui longe fuistis, & pacem his qui prope, quiq; potẽs esset pręstare quod annuntiaret, nimirum cœlesti uirtute prędicus, qui gratis salutẽ adferert omnibus, qui suorum malorum conscij, salutem optarẽt, qui gratis condonatis peccatis oĩbus mederetur his qui cor haberent uarijs uitiorum ac malarum cupiditatum morbis corruptũ. Cyrillus: Fragilem habentes mentem, passionum insultibus resistere non ualentes. Basi. Qui peccãdo à satana pressi sunt. Luc.19. Venit filius hoĩs quærere & saluum facere quod perierat. Qui prędicaret oĩbus libertatem, qui uel idololatriæ dediti, captiui tenerentur à diabolo. 2. Timo.2. uel legis superstitioni seruiẽtes.

Actu.15.

Actu. 15. non possent aspirare ad libertatem spiritus. Qui cæcis animo, & in altissima errorum caligine uersantibus, per fidem aperiret oculos, quibus aspicerent lucem æternæ ueritatis. Ioan. 8. Ego sum lux mundi. Qui eos qui omni prorsus malorũ genere confracti, contritiq; uiderentur à satana, restitueret pristinæ libertati. Qui uerum iubilæum prędicaret adesse omnibus exoptabilem, ita ab omnibus flagrantibus animis acceptandum. Annus nunc est iubilæus, gratis offerẽs libertatem ac salutem ijs, qui se mansuetudine & credulitate prębẽt dociles ac sanabiles. 2. Co. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Acto. 3. Omnes prophetæ à Samuel & deinceps qui locuti sunt, annũtiauerunt dies istos. Sed huic succedet dies retributionis ac uindictæ, pœnas æternas exacturꝰ ab his, qui dei bonitatem fuerint aspernati. 2. Thess. 1. In flamma ignis dantis uindictam his qui non nouerunt deum, & non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi, q pœnas dabunt in interitum ęternas à facie domini, & à gloria uirtutis eius.

Et omnium oculi in synagoga erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos. Quia hodie impleta est scriptura hæc in auribus uestris. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in uerbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius.

Fama recens quę iam cœperat spargi de Iesu, tum nunc primum assumpta doctoris authoritas, postremo cœlestis quædam gratia relucens in uultu eius, efficiebat, ut omniũ quotquot essent in illa cogregatione, oculi essent intenti in eũ. Origenes. Nũc quoq; oculi nostri, si uolumus, possunt intendere saluatorem. Cum .n. principale cordis tui direxeris ad sapientiæ ueritatem, deiq; unigenitum contemplandũ, oculi tui intuẽtur Iesum. Manifeste autem se illis cõmendat, dicens esse cõpletã hanc scripturam in auribus eorum, se esse de quo propheta uaticinatus sit, & quod ꝓphetarum oracula spiritualẽ exquirant intelligentiam de liberatione à potestate satanæ & iugo peccati. Peccatum .n. multa in anima operatur mala: uulnerat, captiuat, excæcat, à deoq; separat, & gratia & gloria priuat. Hæc omnia dominus curare uenerat. 1. Ioan. 3. In hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli. Cæterum sermo ipsius, quoniam proficiscebatur à pectore spiritu cœlesti pleno, bonis omnibus & amabilis erat, & efficax ad salutem. Matth. 12. Bonus homo de bono thesauro profert bona. Ioan. 7. Nunquàm sic locutus est homo sicut hic loquitur.

Et dicebant: Non'ne hic est filius Ioseph? Et ait illis: Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice, cura teipsum. Quãta audiuimus facta in Capernaum, fac & hic in patria tua. 2 Luca. 4. B

Duo in Christo aĩaduertenda, humanæ naturę ĩbecillitas, quã declarauit uaria, & rerũ & incõmodorꝫ ĩcursio. Deinde uitæ consuetudinẽ si spectes, si cõmeatũ, si sodalitiũ, simplicitatẽ discipulorꝫ, est quod mireris in eo, & nisi adsit fides, infimo hunc dices loco natum. Matt. 11. Ecce homo uorax & potator uini, publicanorũ & peccatorꝫ amicus. Secundo, diuinã naturam, qua patri coęqualis est, inuisibilis, ęternus, & figura substantię eius. Heb. 1. Hæc latuit in carne, ꝑ dijs tñ rebus factisq; externe. Declarauit hãc in Christo naturã potentia uerbi, mirandorꝫ operum illustratio. Verum cũ pręter hominem nihil cernerent, hæc ipsa non admodũ multis arridebant: maxime uero illis, apud quos educatus fuit, qui domũ, parẽtes, studium, uitæq; consuetudinem nouerant. Demirabãtur, unde repẽte cõtigisset illi tãta uirtus, quã in alijs urbibus tã prodiderat uarijs miraculis, unde tã admirabilis diuinorꝫ uoluminũ cognitio, unde tãta cũ autho

ritate facũdia. Nondum.n. intellige/bant, quanto plus ualeret unctio spiritus, q̃ pharisæorũ doctrina. Vnde Mat.13. Vnde huic sapiã hęc & uirtutes? Nonne hic est fabri filius? Vides quid eos scandalizabat? Externa rerum facies: intus.n. cæci erant, quare indigni dei beneficijs. Matt.13. Et nõ fecit ibi uirtutes multas propter incredulitatem illorum. Hoc est quod hic concludit dñs: Omnino dicetis mihi: Medice, cura teipsum. Medicꝰ quidem sum, paratus sanãdis oĩbus oĩm morbis, siquis se præbeat sanabilẽ. Nullus.n. quantũuis doctus ac benignus, medicus mederi põt ęgrotis, si pharmacũ oblatũ rejiciãt, ac fideli medico diffidant. Gloss. Multa audiuimus à te facta miracula, sed non credimus, cũ nihil simile feceris apud nos, quibus tamen magis impendenda bñficia. Id.n. natura cõparatum est, ut in nosmetipsos simus misericordes, ut nobisipsis prĩcipio, deinde alijs, si nostra ope egeant, suppetias feramꝰ. Hinc cõcludere moliũtur, ipsum aut ĩsipiẽter, uel inordinate, aut certe nõ uera edere miracula.

Luca. 4 *Ait autem: Amen dico uobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In ueritate dico*
G *nobis, multæ uiduæ erãt in diebus Heliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus, & mensibus sex, quando facta est fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sareptã Sidoniæ ad mulierẽ uiduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Helisæo propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naamã Syrus.*

Quod medicis accidit, multo magis accidit prophetis. Nã ars medicorũ opitulatur quandoq; & inuitis. Propheta uero, qm̃ potissimum medetur animis, ne potest quidem succurrere ijs qui salutem oblatam recusant. Recusat aũt q diffidit. Reuoluite ueterũ prophetarum historias, & certissimum esse comperietis, nullũ unq; prophetã in pretio fuisse habitũ in patria sua, apud cognatos: non q minus aut possint, aut uelint benefacere suis, q̃ alienis, sed q incredulitas cognatorꝫ reddat ipsos indignos diuino beneficio. Cyrillus: Quędam communis quasi cunctis accidit passio. Contemnũtur.n. quodammodo semper etiam optima quæq;, qñ non raro contingunt, sed ad uelle suppetunt seu frequenter. Familiaris enim, quoniam semper præstò est, debita reuerẽtia priuatur à notis. Sic Ioseph à fratribus uenditus. Gene, 37. Sed per Pharaonem exaltatus, Gene. 41. Sic Hieremias in lacum per consilia rios Zedechiæ missus, sed per Abdemelech Aethiopem extractus. Hiere. 38. Et per Nabuchodonosor honorifice tractatus. Hiere. 39. Hoc dominus conqueritur. Ezech. 3. Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Ambrosius: Vide quantum malũ inuidia adferat. Indigna enim patria iudicatur, in qua ciuis magnalia operetur, quæ digna fuit ut filius dei in ea conciperetur. Erat Iudæorum ꝑprium, signa petere. 1. Corin. 1. Iudæi signa petunt, Gręci sapientiam. Ioan. 4. Nisi signa & prodigia uideritis, nõ creditis, sed quidem inde meliorati fuerunt, ut Ioan. 2. Multi crediderũt in nomine eius, uidentes signa quę faciebat. Et Ioan. 3. Nemo potest hæc signa facere q̃ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Alij uero deteriorati, quibus odor uitæ in mortem. 2. Corinth. 2. Matth. 12. Generatio mala & adultera signum quęrit. Ioan. 2. Quod signum ostendis nobis quia hęc facis? Vt ergo te medicus sanet, tuã ipsius intellige miseriam. Interpella deinde medici officium, tũ demum sequere consilium, & esto gratus cum sanitati restituerit. Ecclesiasti. 38. Fili, in tua infirmitate nõ despicias teipsum, sed ora dominum, & ipse curabit te. Nõ ergo te sanum repures, cum à planta pedis ad uerticem usq; non sit sanitas. Esa. 1. Ambrosius: Nemo sanatus

ostenditur & maculoso morbo absolutus, nisi qui religioso officio studuit sanitati. Proinde indigni erant non ob id solũ quod non quæsierunt medicum, nec ei crediderũt, sed quod fraternæ inuidebant gratiæ. Ambrosius: Frustra opem misericordiæ cælestis expectas, si alienæ fructibus uirtutis inuideas. Aspernator ẽ enim dominus inuidorum: & ab his, qui in alijs diuina beneficia persequuntur, miracula suę potestatis euertit. Confirmat exemplo scripturæ quæ dixerat. Proficiunt quidem similia, & id genus alia quæ ad probandum adhibentur, sed non sufficiunt. Ad legem enim & ad prophetas, Esa. * Sareptana rogata, prompte dedit aquã: pollicenti Heliæ non defecturam hydriam ac lecythum, habuit fidem, ac parauit pultem, ut iussa fuit. Hic nimirum erat animus Israeliticus, in muliere non Israelitica. Adeo apud deum plus ualet animus, quàm genus. Imitare uiduam dictis credentem, & iussis obsequentem: & diuinis fide promissis, quãtumcunq; deploratæ res inciderint. An Helisæus ad bene merendum de prophanis & alienigenis, promptior fuit quàm de suis popularibus? Nequaquàm, sed fiducia uiri promeruit dei beneficiũ. Credidit enim hoc deum per suos cultores præstare posse, quemadmodum à puella audiuit. 4. Regum. 5. Et iussus mergi in Iordane, obtemperauit. Eadem fiducia si fuisset apud Israelitas, sensissent & ipsi diuinam beneficentiam. Ecce primo audiuit. Roman. 10. Fides ex auditu. Secundo, in terram Israel uenit. Tertio, admonitu ministrorum iussis obtemperauit prophetæ, & sic pristinæ restitutus est sanitati. Ecclesiæ ministri & euangelij doctores, sunt cooperatores dei, uerbũ dei dispensantes. Iordanis, baptismus est & sacramentũ reconciliationis: deinde, & alia ecclesiæ sacramẽta, quorum usu legitimo purgamur à uitijs, modo fide accesserimus. Vere, inquit, scio q̃ nõ sit aliꝰ deus in uniuersa terra, nisi tantum in Israel. 4. Reg. 5. Perpende quàm iuste Christus hanc in os obiecerit historiam. Siquidem alienigena Syrus, regno, gratia, ac fauore dei potitur, cũ interim multi leprosi in suis interierint fœtoribus.

Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes & surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt eum usq; ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.

Liuore & indignatiõe perciti, mala pro bonis reddere uoluerũt. Ps. 33. Retribuebant mihi mala pro bonis. Hiere. 18. Nunquid redditur pro bono malum? Cum enim ipsis incredulitatem suam exprobrasset, ob quam indignos se redderent dei beneficijs, intãtum commoti sunt omnium animi, q̃ Sidonios, & Syros, homines apud Iudæos abominandos, genti præferret Israeliticę, ut coorto tumultu eijcerent eũ, ut præcipitarẽt. Prou. 15. Non amat pestilẽs eum qui se corripit. Amos. 5. Odio habuerunt corripientem in porta. Ambrosius: Merito perdiderunt salutem, quia à suis finibus eiecerũt seruatorem. Itaq; factum est, ut dum Iudæi à se pellerent Christum, simul cum ciuitate & regnum & sacerdotium & dei fauorẽ perdiderũt. Perfecit quicquid potuit praua uoluntas, sed non est data prauæ uoluntati facultas. Innocuus trãsiit per medium illorum, palã declarans nihil in ipsum posse malitiã hominum, nisi suapte spõte sese præberet capiendum & occidendũ. Esa. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit. Ioan. 10 Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterũ sumẽdi eam. Chrysostomus: Quę sunt deitatis simul & humanitatis, osten-

dit. Stare enim in medio insidiantiũ, et non apprehendi, diuinitatis eminẽtiam declarauit: discedere uero, dispẽsationis mysterium approbabat. Quicunq; ergo ueritati repugnant, qui exibilant, interire necesse est. Sola enim ueritas nos firmos facit, seruat, tutatur, aduersus omnes in uniuersum hostes. 3. Esdræ. 3. Super omnia uincit ueritas. Hinc diabolus in ueritate non stetit, Ioan. 8. Quare admonet Apostolus Ephe. 6. State succincti lumbos uestros in ueritate.

Matt. 4 F *Cum autem audisset Iesus, quòd Ioãnes traditus esset, secessit in Galilæã: et relicta ciuitate Nazareth, uenit & habitauit in ciuitate Capernaũ maritima, in finibus Zabulon & Neptalim, ut adimpleretur quod dictũ est per Esaiam prophetã: Terra Zabulon et terra Neptalim, uia maris trãs Iordanem Galilaea gentium, populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: sedentibus in regione umbra mortis, lux orta est eis.*

Quod audita incarceratione Ioannis discessit, non ob hoc egit q; metueret ipse, sed uti doceret suos, non esse ultro accersendum periculũ, si liceat uitare commode: sed quoties opprefferit, fortiter esse negligendum. Nota quod Esa. 9. uerba aliquantulum mutantur, licet sensus in idem redeat. Primo tempore, hoc est, in initio prædicationis euangelicæ, alleuiata est terra Zabulon & terra Neptalim, quæ finitima est littori marino, animo releuata à iugo diaboli & seruitute peccati. Matth. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. & nouissimo aggrauata est uia maris trans Iordanem. Populus ibi habitans, oneratus uitijs, induratus corde, & reuersus ad uomitum, fidem doctrinamq; domini abijciens, 2. Petr. 2 Quod si refugientes coinquinationes mundi, in cognitione domini nostri Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora peiora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contingit enim illis illud ueri prouerbij: Canis reuersus ad suum uomitum, & sus lota in uolutabro luti, Proue. 26. Galilææ gentium, dicit. Sunt enim duæ Galilææ: una in sorte tribus Neptalim, finitima Tyrijs, in qua Salomon. 20. ciuitates donauit Chiram regi Tyriorum: altera in tribu Zabulon, e regione Tiberiadis ac stagni Genezareth, & prima dicitur gentium. Populus qui ante uersabatur in densissima caligine ignorantiæ, perfidiæ & peccati, uidit lucem magnam, euangelium & eius authorem. Ioan. 8. Ego sum lux mundi. Lex, lux est, Prouer. 6. sed parua. Habitãtibus in regione umbræ mortis, plena peccatis, quę sunt umbrę mortis, quoniam lucem gratiæ abscondunt, & morti æternæ proximum faciũt: quia sicut mors corpus, ita peccatum animam detinet. Lux orta est eis. Non enim quæsiuimus illam, sed missa est nobis. Sed Ioan. 3. Lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucẽ. Sed iam nunc audiamus hanc lucem, & radios contemplemur.

Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.

Ioanne tradito, incipit prædicare: quia desinente lege, oritur euangeliũ. Eadem autem prædicans quæ Ioannes, ostendit se eiusdem dei filium, cuius ille propheta, Resipiscite, ait, de peccatis pristinis dolentes & abstinentes: appropinquauit regnum cœlorum, quod credentibus patet. Regnum etiam cœlorum Christus est, & uita uirtutibus prædita. Sic & in unoquoque est regnũ cœlorum, si angelicam uitam agimus. Lu. 17. Ecce regnum dei intra uos est.

De secunda apostolorũ uocatione, Lucæ. V.

ARTICVLVS. XX.

Factum est aũt cum turba irruerent in Iesum, ut audirent uerbum dei: & ipse stabat secus stagnum Genezareth. & uidit duas naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in unam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum a terra reducere pusillum: & sedens, docebat de nauicula turbas.

Luc. 5 Mystice ostendit ecclesiæ nascẽtis G exordium, processum & profectum, simulq́ quãtum deo simplex & prõpta placeat obedientia, hominiq́; proficiat. Cum enim in dies latius inclaresceret apud omnes fama Iesu, tantus erat hominum affluxus, ut iã non satis esset illi, copiã sui facere in synagogis, in uicis, in oppidis, uerũ etiam quocunque subduceret se dominus, eò simul acccurreret promiscua multitudo uirorum ac mulierũ. Plerosque pellexerat amor sanitatis, nonnullos inuitabat miraculorũ nouitas, permultos cœlestis doctrinæ uis attrahebat. Nam sermonem pharisaicum plerique fastidiebant, quod præter hominem nihil referret. Ipse autem erat docens sicut potestatem habens, Matth. 7. quia uerba uitæ æternæ habebat, Ioan. 6. Quid ergo mirum, si eius uerba qui patris est sapientia, in quo omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ sunt reconditi, Colos. 2. populum attrahebant, cum discipulorum uerba tantam haberent efficaciam, ut una die Petrus converteret 3000. hominum ad fidem? Acto. 2 Attrahebat enim ad se turbas impetu quodam, quemadmodum adamas attrahit ferrum. Psal. 44. Speciosus forma præ filijs hominũ. diffusa est gratia in labijs tuis. Sed qui irruerunt? Turba, non principes, nõ pharisæi. Ioan. 7. Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex pharisæis? Sed turba hæc quę nõ nouit legem, maledicti sunt. Hoc est quod ait dominus Matth. 11. Confiteor tibi domine pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, et reuelasti ea paruulis. Prouer. 3. Cum simplicibus sermocinatio eius. Dulcedinem enim suam abscondit à superbis. Cum ergo urgerent eum, stabant duo scalmi piscatorũ in littore maris stagni Genezareth, sic dicti à regione, alio uero nomine mare Galilææ à prouincia, necnon mare Tiberiadis à ciuitate Tiberias, & in scalmum Petri, piscaturus homines uerbo salutis conscendit. Vide autem humilitatem & modestiam domini, qui cum solo nutu abducere posset, aut certe ut dominus præcipere, benigne rogat, modestiæ exemplum dans prælatis. Sed sunt tyranni de quibus conqueritur dominus per Ezech. 34. Cum austeritate imperabatis eis & cum potentia, & dispersæ sunt oues meæ, eo q̃ non esset pastor. Ostendit etiam nullum opus deo acceptum, nisi sit uoluntarium. 2. Corinth. 9. Hilarẽ datorem diligit deus. Ecci. 15. Deus ab initio creauit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, adiecit mandata & præcepta sua. Si uolueris mã data seruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod uolueris, porrige manum tuã. Ante hominem uita & mors, bonum & malum. Quid docuerit, euangelista non ponit, quemadmodum nec omnia prodigia aliquis euãgelistarum in particulari. Tanta enim de ipsius & documentis & miraculis scripserunt, quantum ad ædificationem ecclesiæ, & fidei confirmationem, ac animarum salutem sufficere nouerant, inspirante ac moderante deo. De naui autem Petri docet, is qui docet omnem scientiam, sine quo nullus bene docere potest, quia extra eam error & falsitas. Eph. 4. Vnus deus, una fides, unum ba-

ptisma. Hinc ecclesiam, columnam & firmamentum uocat ueritatis, 1. Timot. 3. Rogat autem paululum ab ducere à terra, id est à terrenis auocari, sic tamen ut qui terreni sunt, plene audire possint uocem Christi, in naui à terrenis affectibus separata se dentis. Sessio, stabilitatem ipsius in ecclesia designat. Heu heu domine deus, totam terræ, qui tui uidentur, immergunt.

2 *Vt autem cessauit loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia uestra in capturã. Et respondens Simõ, dixit illi: Præceptor, p totam noctem laborantes nihil cepimus, in uerbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserũt piscium multitudinem copiosam: Rumpebatur autem rete eorum.*

Post doctrinę manifestationẽ, sequitur miraculi operatio, ut ueritati dictorum, fidem pręstet. Admirare domini dispensationem, quomodo per propria & familiaria sua quenque attrahit, sicut magos per stellam, sic piscatores per pisces. Quanquam res quasi desperata esset, nam tota nocte laboribus inuacuum consumptis, diffisi retia composuerant, domini tamen uerbis Petrus confisus, diligenter exequitur præceptum, in profundum maris abducens scalmum. Psa. 68. Veni in altitudinem maris. Ioan. 4. Puteus altus est, id est profundus. Meum erit, ait, obsequium, tuus euentus. Digna mercede promptam obedientiam remunerat. Habes in Simone formam euangelici doctoris, cuius est proprium ac peculiare munus, laxare rete prædicationis euangelicæ, non è pharisæorum laqueis, non è philosophorum argutijs, sed è sacrorum uoluminum præceptis, è Christi dictis factisq; sic cõtextum, ut quamplurimos inuoluat, nec inuolutos sinat elabi. Mare mundus est, uarijs rerum moribus sursum deorsumq; fluctuans. Tumet per superbiam, feruet per auaritiã, spumat per luxuriam. 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Esa. 58. Impij quasi mare feruens quod quiescere nõ potest. Apoca. 17. Aquæ multæ populi multi. Beda: Duæ naues, circuncisio & præputium, quas uidet, quia in utroque populo nouit qui sunt eius, 2. Timoth. 2. quorum corda à fluctibus seculi, ad futuræ uitæ tranquillitatẽ, quasi ad littus misericorditer uidendo prouehit. Ascẽdit in Petri nauim, de cuius authoritate ipse docet gentes, quæ bene una dicitur, quia multitudinis credentium erat cor unum & anima una, Acto. 4. Hęc nauicula, secundum Matthæum fluctuat Matthę. 14. Nauicula in medio mari iactabatur magnis fluctibus. In quo nascentis ecclesiæ exordium attẽditur, quando trepidantibus discipulis, Christus dormit, quãdo Petrus suis meritis firmus, alienis turbatur, quã do Iudas proditor adhuc est mistus. Hic Lucas dicit eam piscibus impleri, quo finem posterioris agnoscas, ubi perfectis, in fide Christi[9] uigilat, ubi perfidia proditoris cessat, ubi pfecta dilectio exhuberat. Petro signãter dicitur, Duc in altum: sed cũ hoc & alijs, & laxate retia. Nam Petrus in altum ducit. Ambrosius: Quid tã altum, quàm altitudinẽ uidere diuitiarum scientię, dei filium, & professionem diuinæ generationis assumere? (Matth. 16. Tu es ille Christus, ille filius dei uiui) quam licet mens nõ queat humana plena rationis inuestigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. Nam etsi non licet scire quemadmodum natus sit, non licet tamen nescire q natus sit. In hoc altum à Petro ecclesia deducitur disputationis, ut uideat hinc resurgentem filium dei, inde spiritum sanctum profluentem. Sed reliqui pastores ducti per eum, in &

è sua naui laxant retia in capturam, id est, animarum salutem. Euangeliũ rete est, orationem habens humilem & pedestrem, & ad auditorum infirmitatem se attemperantem. & idcirco dicitur laxari. Habet & mundus sua retia, habet & satanas piscatores suos, qui miseras animas blandimẽtis illectas, in nassã infelicitatis conĳciant, atque in æternum pertrahant exitium. Sed felices, quas inuolutas sagena apostolica, de profundo criminum & errorum pertrahit ad auram liberiorem, è tenebris ad lucem, è sordido limo ad uitam puriorem, è uagis cupiditatibus, ad innocentiæ perpetuæ constans studium. Neque enim pertrahuntur ad cædem, sed salutem. 2. Corinth. 12. Non enim quęro quæ uestra sunt, sed uos. Prouer. 14. Doctrina prudentium facilis. 1. Corinth. 1. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare, nõ in sapientia uerbi, ut non euacuetur crux Christi. Piscatores autem tota nocte nihil ceperunt, quia tempore uetustatis, neque gentes, neque Hebræi ad uitam capi ualebant æternã. Roman. 13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Vbi enim Christus non est, tenebræ sunt. Ipse est enim lux mundi, Ioan. 8. quæ illuminat omnem hominem Venientem in hunc mundum, Ioan. 1. Qui per fidem habitat in cordibus nostris, Ephe. 3. & Roma. 10. Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Infelix piscatio peccatoris, quia tenebrosa, laboriosa, & infructuosa. Laxandum rete, sed in uerbo domini, non ad suam gloriam, non ad quæstum, non ad principum arbitrium, non ad aliquã humanam cupiditatem, sed ad arbitrium ac iussum Christi, qui non iubet laxari rete, nisi ad salutem eorum qui capiuntur, & ad gloriam bonitatis diuinæ. Hiere. 23. Propheta q̃ habet somnium, narret somnium: qui habet sermonem meũ, narret sermonem meum. Cum fiducia ergo gratię dei & auxilĳ, uerbum dei proponendum ut fructificet. Coloss. 4. Orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostiũ sermonis ad loquendum mysterium Christi. Quoniã autẽ sagena prædicationis interim trahit & inuoluit undecunq; pisces uarĳ generis, fieri nõ potest quin bonis admisti sint mali. Malorũ ergo culpa rũpitur rete, sed non ideo elabuntur boni pisces. Maior aũt malorum q̃ bonorum numerus. Matt. 20. Multi sunt uocati, pauci uero electi. 1. Cor. 11. Audio scissuras esse inter uos, & ex parte credo. Nam oportet hæreses esse, ut qui probati sunt in uobis, manifesti fiant. Mali hic se segregant merito, tametsi numero iungantur. Iudę ca. 1. Hi sunt q̃ segregant semetipsos, aĩales, spiritum non habentes. 2. Petri. 2. Et in uobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, sed in fine separabũtur & numero. Mat. 13. Exibunt angeli, et separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis.

Et annuerunt socĳs qui erant in alia naui, ut uenirent & adiuuarent eos. Et uenerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut penè mergerentur. Quod cũ uideret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me domine, quia homo peccator ego sum. Stupor enim circũdederat eũ, et omnes qui cum illo erant, in captura piscium quã ceperant. Similiter autem & Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socĳ Simonis. 3

Miraculũ addit miraculo. Copiosam concludunt piscium multitudinem: rumpitur rete, nec pisces elabũtur: naues periclitantur, sed non merguntur. Ambrosius: Quæ est illa alia nauis, nisi forte Iudæa, ex qua Iacobus et Ioannes eliguntur? Hi de synagoga ad nauim Petri, hoc est, ecclesiam conuenerũt, ut implerẽt ambas

nauiculas. Omnes enim in nomine Iesu flectunt genua, siue Iudæus, siue Græcus. Venientibus ergo socijs id est prophetis alterius nauiculę, id est synagogæ, firmatur testimonium fidei. 2. Pet. 1. Et habemus firmiorem ꝓpheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat & lucifer oriatur in cordibꝰ uestris. Et tamen præmiserat se speculatorē fuisse illius gloriæ Christi. Sic aduocandi adiutores idonei, qui conuersos & pœnitentes custodiant, inflamment, & perficiant. Dei enim sumus adiutores. 1. Corint. 3. Sic Moses ait Nume. 11. Quis tribuat ut omnis populus prophetet, & det eis dominus spiritum suum? Beda: Nauiculæ penè submerguntur, non tamen mergūtur, sed in submersione premuntur. Nunquā enim ecclesia deficiet, Christo teste. Lucæ. 22. Ego autem pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua. Videns ergo Petrus rem non agi uiribus humanis, aut casu, sed uirtute diuina, quanquam nauis esset ipsius, quanquam suum rete iecerat, quanquam princeps adduxerat, nihil hinc laudis sibi uindicat, sed ex magnitudine factus etiam modestior, accidit ad genua Iesu, eiq́ totam huius facti gloriam transcribit, indignum se eius cōsortio iudicans. & quoniam non indignatione, sed humilitate dominum repulit, ideo magis attraxit. Iaco. 4. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Stupor enim circundederat eum. Sed quis non obstupesceret, considerans prędicatione paucorum hominum humilium & idiotarum, ex uniuersis orbis nationibus, intra paucos annos tot hominum millibus fuisse persuasum, ut contemptis affectibus cognatorum, contempto dispendio rei familiaris, contemptis minis principum, contemptis supplicijs, ac morte denique ipsa, simplicem Christi doctrinam sequerentur, credentes ea quæ rationibus humanis probari non possunt, sperantes ea quæ iuxta naturæ uires planè desperanda sint? Sed hoc unde, nisi quia iussu domini laxatum est rete? Hæc piscatio, tametsi humanæ uocis peragatur, & industriæ ministerio, summa tamen laudis totius uni Christo tribuenda est, cuius auspicijs soluitur ad dicendum lingua, cuius spiritus afflat dicentis pectus, cuius occulta uis attrahit animos auditorum.

Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere, ex hoc iam eris homines capiens. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eum.

Non excludit timorem reuerentię, cum initium sit sapientię, Psa. 110. sed pusillanimitatis & diffidentiæ. Gen. 15. Noli timere Abraham. ego protector tuus, & merces tua magna nimis. Cor enim contritum & humiliatum deus nō despiciet, Psal. 50. Immo consolatur & confortat. Posthac dabis operam, non ut nauim impleas piscibus, sed ecclesiā meam euangelicę doctrinę professoribus, uerbo, exēplo, miraculis homines conuertendo. Secuti sunt autem dominum mente deuota. Chrysostomus: Considera fidem & deuotionem ac obedientiam eorum. Habentes enim prę manibꝰ appetibile piscationis opus, ob mandatum tamē domini relinquerunt, secuti dominum, uacui solicitudine rerum corporalium, ac totis animis in hoc intenti, ut fierent piscatores hominum.

De tertia uocatione, Matth. 4 Marci. 1.

ARTICVLVS. XXI.

Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, uidit duos fratres, Simonem qui uocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare: erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me, & faciam uos piscatores hominum. At illi cōtinuo, relictis retibus, secuti sunt eum. Matth. 4 H

Declarat quãti meriti apud Deum prompta & simplex sit obedientia, nihil discutiens, neq; procrastinans, quantáq; gloria subleuanda. Aderat tempus quo chorũ aliquem discipulorũ colligeret, quos familiares haberet, & testes oĩum quæ faceret & diceret, & per quos alios deinceps doceret. Hinc Apostolus. Hebr. 2. Quæ cum initiũ accepissent enarrandi per dñm, ab eis qui audierunt, in nos cõfirmata sunt. Sed aduerte quales delegerit, non philosophos, non pharisæos, non sacerdotes, nõ opulentos. Noluit.n. euangelij gloriã ullis mundi præsidijs ingnari. Ominis erat boni, primum, iuuentus nouæ doctrinę capacior, deinde fratrum concordia, se mutuo studio iuuantium: ad hæc ars innoxia, e publico lacu, tenuem uictum parans: deniq; piscatio ipsa, nouę piscationis admonebat, nõ quę lineis textis captaret pisces in cibũ uentris, sed quæ reti euangelici sermonis captaret hoĩes immersos terrenis curis, ad desideriũ uitæ cœlestis. Marci 1. Præteriens secus mare Galilææ. Qđ erat lacus magnus, ut dicit Hieronymus, qui more Hebraico mare appellabatur. Gene. 1. Congregationesq; aquarum appellauit maria. Vidit, pietatis affectu. Felices, quos oculis clementiæ suæ intuetur dñs. Si.n. radij solares benefici sũt ijs sup quos se diffundunt, quid æstimandum de radijs diuinę benignitatis, sup quoscunq; diffusis? Vnde Psal. 118. Aspice in me & miserere mei. &. 33. Oculi domini sup iustos, & aures eius in preces eorũ. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorũ. Nota quòd Petrus nomẽ accepit ex impositione, nam ante Simon uocabat̃. Ioan. 1. Tu es Simon filius Ioanna, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Erat aũt & Andreas discipulus Ioãnis, qui & primo ipsum adduxerat ad Iesum, Ioan. 1. Piscatores erant, labore uictũ quærentes. Gene. 3. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Venite, ait, post me. Eccli. 28. Gloria magna est, sequi dñm. lõgitudo.n. dierum assumetur ab eo. Ioã. 17. Pater, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum. Sed profunde propheta cõqueritur. Psal. 4. Filij hominũ, usquequo graui corde? ut qd diligitis uanitatem & quæritis mendacium? Non.n. dñm uocantem, sed mundum allicientem sequuntur. Prouer. 1. Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient? An non noxia mũdi uanitas, quam tanto miseri sequuntur studio? 1. Ioan. 2. Transit mundus & concupiscentia eius. Nolite ergo diligere mundum, neq; ea quæ in mũdo sunt. Siquis diligit mundum non est charitas patris in eo. Iaco. 4. Qui uoluerit amicus esse huius mũdi, inimicus Dei constituitur. Ratio. 1. Ioan. 5. Totus mundus in maligno positus est. Ob id dñs suos elegit de mundo, Ioan. 15. Sequuntur alij carnis uoluptatem. 2. Petr. 2. Multi sequentur eorum luxurias. Galat. 6. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionẽ; qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternã. Rom. 8. Nihil damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Si secũdum carnem uixeritis, moriemini: si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Nonnulli dæmonis elationẽ. Iob. 41. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Pauci humilem sequuntur Christũ. Ioan. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Sed qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Ad quid uocauerit, aduerte. Faciam, inquit, uos piscatores hominum. Ego, inquit, faciam. Matt. 9. Messis qdem multa, operarij autem pauci. Rogate dñm messis, ut mittat

operarios in messem suā. Vt mittat, inquit, Hiere.23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad illos, & ipsi prophetabant. & Matth.24. Surgent pseudochristi & pseudoprophetæ. Surgent, non missi. Ideo.2. Corin.3. Qui nos idoneos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Hominum, ait, nō bonorum. Philip.2. Omnes enim quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi. Ideo.2.Cor.12. Non enim quæro quę uestra sunt, sed uos &.1.Cor.10. Non quærens quod mihi utile est, sed qđ multis, ut salui fiant. Agnouerunt uocem eius, cui aliquando crediderant, & cuius humanitatē domestico colloquio fuerant experti: sed addita uoci energia perfecit, ut protinus ad uocem uocantis, non solum obliuiscerentur piscium, uerum etiam retia relinquerēt inibi, ac ne domesticis quidem salutaris, Iesum ut illic ambulabat, sequerentur.

Et procedens inde, uidit alios duos fratres, Iacobum Zebedei & Ioannem fratrem eius, in naui cum Zebedeo patre eorum, reficiētes retia sua, & uocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum.

Vidit cum patre suo in concinnandis ac sarciendis retibus uehementer intentos, & uelut obiter præteriens, interpellauit eos. Nec mora: simplicissimę fiducię iuuenes illico. Mar.1. relicto patre suo Zebedęo in naui cū mercenarijs, secuti sūt eum. Sic illos formauerat Ioannis prædicatio, sic merebatur animi promptitudo, sic illos attraxit afflatus Christi, qui totus spirabat cœleste numen, quo plenus erat. Si enim creaturæ attractiuam, ab ipso conditore, aliarum creaturarum habent insitam uirtutem, quanto magis creator, quos uult & sicut uult, trahit? Ioan.6. Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Plenā cōuersionis ad Deum declarabunt formā, secūdum duas iustitiæ partes. Psal.36. Declina à malo, & fac bonum. Eccli.17. Conuertere ad dominū, & relinque peccata tua: precare ante faciem dn̄i, & minue offendicula. Ipsi uero & occasiones reliquerunt peccatorum, relinquēdo sua. Matt.19. Ecce nos reliqmus omnia, (ait Petrus) & secuti sumus te. Lucæ.14. Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non pōt meus esse discipulus. Nec magnum si nunc, quæ post, uelimus nolimus, relinquemus in morte. Psal.48. Diues cum interierit, non sumet omnia, neq; descendet cum illo gloria eius. er.48. Relinquēt alienis diuitias suas 1.Timo.6. Nihil intulimus in hunc mundū, haud dubium quia nec quicq; auferre possumus. Suos. Summa aūt uirtus est, alere patrē senem, idq; iuste, partis sumptibus: sed euangelij gratia relinquere, melius. Lucæ.14. Siquis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem suam, non potest meus esse discipulus. Hoc explicando (Matt.10.) ait: Qui amat patrē aut matrē plusq; me, non est me dignus. Seipsos. Lucæ.14. Adhuc autem & aīam suam, nō est me dignus. Mar.8. Siquis uult me sequi, deneget semetipsum, & tollat crucem suā, et sequaī me. Mat.16. Qui enim uoluerit aīam suam saluā facere, perdet eam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mūdum uniuersum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis uēturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuiq; secūdum opera sua. Quo uero ad alterā iustitiæ partem, secuti sunt dominū debito modo: quia festinanter, nam continuo. Ecclesiastes.9. Quodcūq; potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, neq; scientia est apud īferos, quò tu properas.

Ecclesiasti.5. Ne tardes conuerti ad dn̄m, et ne differas de die in diē. Hinc dicenti sibi (Lucæ.9. Domine, permit te mihi primum ire & sepelire patrē meum,) respondit Iesus: Sine ut mor tui sepeliant mortuos suos, tu autem uade & annūcia regnum Dei. Secun do, simpliciter, de nullo cunctantes, unde uictus aut uestitus suppeditaret. Matth.19. Si uis perfectus esse, ua de & uende omnia quæ habes, & da pauperib⁹, & ueni, sequere me, & ha bebis thesaurum in cœlo. Vnde improperat illis qui eum ob cibum sequebantur. Ioan.6. Amen amen dico uobis: quęritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Et scribæ uolen ti sequi, ait Mat.8. Vulpes foueas ha bent, et uolucres cœli nidos: filius au tem hominis nō habet ubi caput suū reclinet. Tertio, perseuerāter. Qui.n. perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit, Matth.10. & 24. Luc.9. Sequar te domine, sed pmitte mihi primo renūciare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manū suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Vnde sciendum quòd discipuli primo uocati sunt ad quandam Christi simplicem notitiā, ut claret Ioan.1. Secūdo ad maiorem familiaritatē, Lucæ.5. Tertio ad perfectam sequelam, ut hic & in sequen ti de Matthæo, Matth.9.

De expulsione dæmonis, & sanatione omnis languoris, Matt. IIII. Marc. I. Lucæ. IIII.

ARTICVLVS XXII.

Luc.4. I *Et ingreditur Capernaum ciuitatem Galilææ, ibiq; docebat eos sabbatis, & stupebant in doctri na eius, quia in potestate erat sermo ipsius.*

Vide nunc euangelicæ doctrinæ exordia, per quam uisum est Deo ser uare genus humanum uniuersum. Pauculis hisce piscatoribus idiotis, plebeijs & paupculis comitatus pau per Iesus, obambulabat totam Galilæam, non iam in angulis aut in deserto, sed in frequentibus illorum sy nagogis pdicans & annuncians iam olim promissum adesse regnum cœlorum, non metu territans (ut Ioannes fecerat) gehēnæ, sed beneficijs gra tuitis inuitans & alliciens omnes, Marc.1 Statim sabbatis ingressus in synagogam, docebat eos, et stupebāt super doctrina eius. Erat enim docēs eos, quasi potestatem habens, & non sicut scribæ. Sabbatum foris erat, sed intus in animis magni tumult⁹ erāt, quos illic satanæ spiritus excitabat. Ibi enim uerum est sabbatū, ubi spiritus domini trāquillat animum ab omnibus prauis cupiditatibus. Vehementer admirabantur doctrinam Iesu, propterea q non esset diluta su catáq;, qualis erat pharisæorū, sed so lida & authoritatis plena. Primum enim uerissima erant quæ docebat, et naturæ sensui cōsentanea. Deinde ad ueram pietatem & salutem æternam faciebāt. Ad hæc, doctrinam eius uitæ singularis integritas commendabat: quia quod docuit, opere impleuit. Beda: Sermo prædicatoris in potestate est, dum ea quæ docet, operatur. Matt.5. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Quo contra Matt.23. de scribis & pharisæis ait dominus: Dicunt enim & non faciunt. Accedebat his omnibus miraculorum insolita uirtus, quę declarabat à Deo pro ficisci quod docebat, non ab humano spiritu: hinc singularem habebāt energiam mouendi animos audientium. Hierem.23. Nunquid non uerba mea quasi ignis, dicit dominus, et quasi malleus conterens petras? Hebr.4. Viuus sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingēs usq; ad diuisionem animæ & spiritus, compagumq; ac medullarum, et discretor cogitationum & intentionum cordis.

Et in synagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamauit uoce magna, dicens: Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? uenisti perdere nos? scio te quis sis, sanctus Dei. Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce et exi ab eo.

Erat dæmonium imundum in seipso, & ad fœda opera inducens, quibus delectatur. Dolebat de Christi præsentia, quem sibi maxime cõtrariũ uidit, cuius salutari doctrina homines conuertebantur. Marc. 1. Venisti ante tẽpus perdere nos? Tale nihil sensimus unquam ex aliorum prophetarum præsentia. Perditionem suam existimant, ex hoĩbus expelli, & ab eorum nocumẽto refrenari. Proinde noui te quis es, nempe sanctus ille Dei. Multi sancti fuerunt, sed ipse ille sanctus sanctorum. Dan. 9. Vngat sanctus sanctorum. & Psal. 15. Nõ dabis sanctũ tuum uidere corruptionem. Lucæ. 1. Et quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei. Adulatur, existimans dñm adulatione fractum, sinere illũ, tam stulta res est malitia. Sed dñs docet nos, ne dæmonũ utamur testimoniis & sententiis. Non. n. tulit prædicari ab impuro spiritu, qui totam hanc gloriam uoluit in unũ patrem referri, non ignarus, Dæmonis professionem non ex syncera fide, sed ex malitiosa uolũtate proficisci. Profitetur subdole, non ut ipse salutem consequatur, sed ut aliorum salutem impediat. Nec amor uocẽ expressit, sed supplicii metus. Eoq; ueluti malum ac deploratæ mentis mancipium, audire meret: Obmutesce, & exi de homine, Marc. 1. quem per tyrannidem possides, sic. n. p̃dicabis me melius.

Et cum proiecisset illum dæmonium in mediũ, exiit ab illo, nihilq; illum nocuit. Et factus est pauor in omnibus, et colloquebantur ad inuicem, dicentes: Quod est uerbum, quia in potestate & uirtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

Quòd proiecit, argumentum erat peruersæ uoluntatis: quòd illæsum reliquit, arguit impios spiritus nemini nocere posse, qui se totos tradiderint seruatori. Mar. 1. Et discerpens eum spiritus ĩmundus, & exclamans uoce magna, exiit ab eo. Quo palàm esset, illum non suapte sponte, sed uirtute diuina coactum profugere: & homines miraculi magnitudine moti, crederent. Atq; hic exhibita est imago hoĩs occupati spiritu satanæ. An non pessimo dæmonio obnoxius est, quem totum possidet ambitio, auaritia, liuor, odium, libido, cæteræq; cupiditates impiæ? Huiusmodi non ferunt sermonem euangelicum, sed uociferantur: Quid nobis et tibi? Quos enim possidet huius mundi spiritus, perdi se credunt, quoties cogũtur ea relinquere, in quibus sibi falsam constituere felicitatẽ. Capaces enim esse nõ possunt mansuetissimi spũs euangelici, nisi prius dominus Iesus expulerit spiritum satanæ malum. Ex hoc mirabili facto, ut ad simplicem & austeram Iesu iussionem sic repente spiritus egrederetur, et perfecta sanitas, nullum habens uestigiũ pristini mali, restitueretur, stupor quidam & admiratio cepit omnes. Marc. 1. Mirati sunt omnes, ita ut conquirerent inter se, dicentes: Quidnã est hoc? Quęnam doctrina hæc noua? Quia in potestate spiritibus immũdis imperat, & obediunt ei. Et p̃cessit rumor eius statim in omnem regionem Galileę. Mirati enim sunt non solum in opere miraculoso, sed & in modo: hinc inter sese miscebant huiusmodi sermones de Iesu: Quid est hoc nouæ rei, quod uidemus, nec antehac lectum, nec auditum? Adest illius iussis tanta uis & authoritas, ut ĩmundi spiritus, uelut agnoscentes potentiorem se, relinquant hominem sic, ut post abitum illorum plena redeat sanitas. Matth 4.

Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis

K

synagogis eorum, et prædicans euangelium regni, & sanans omnem languorem & infirmitatem in populo. Et abyt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habẽtes, uarys languoribus & tormentis comprehensos, et qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos. Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli, et de Hierosolymis, et de Iudæa, & de trans Iordanem.

A signis incipit, ut credantur quæ docet. Iudæi enim signa q̃runt. 1. Corin. 1. Cum enim doctrina Christi noua fuerit & supernaturalis, promittens in se credẽtibus patere regnum cœlorum, (cum Mosi doctrina bona promitteret terrena, Leuiti. 26. licet sub uelamine cœlestia, sed per Christum. Roma. 10. Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti.) omnem humanam transcendens rationem, necessum erat eam miraculis confirmari, tanq̃ diuinæ ueritatis argumentis & sigillis, quo cognosceretur uerax & à Deo missus. Quemadmodũ ueritas scientiæ naturalis, per prima probatur pricipia, & rationes ex primis principys manantes, & per modum conclusionum deductas: sic ueritas fidei, per opera miraculosa soli Deo possibilia, probatur & roboratur, & à Deo esse ostenditur, qui testis falsitatis ac confirmator esse non potest, Ioan. 5. Opera quæ dedit mihi pater ut faciam, ipsa opera testimonium perhibent de me, quia pater me misit. Marc. 16. Illi autem profecti, prædicauerunt ubiq;, dño cooperante, et sermonem confirmante sequentibus signis. Quocunq; ergo sese cõferebat, gratis & citra discrimen medebatur omnibus omnium morbis, neq; repellens quenq̃, quamlibet humilem ac plebeium: et eadem facilitate profligans omnem morbum, quantũuis insanabilem: quo simul & miraculis potentiam suam declararet humana maiorem, & beneficentia gratuita sibi conciliaret amorem oium. Libentius enim illi credimus quem amamus. Porrò beneficys conciliantur et feræ. Nullum autem beneficium diuinius, q̃ restitutę sanitatis. Ad beneficium affluunt omnes cum est opus. Est autem morbus diuturna & mala ualetudo, languor tẽporarius, et in corpore deordinatio. Impendebat autem salutem corporibus ob animarum salutem. Deuter. 32. Dei perfecta sunt opera. Hinc ex Decapoli, puincia decem urbium, & trans Iordanem, terra duarum tribuum, Ruben & Gad & dimidiæ Manasse, Nume. 34. omnes, quod quidem in ipso est, attrahit Iesus: sed pauci sunt idonei cœlesti philosophiæ, cuius tradendæ gratia potissimũ uenerat. Nouitatibus pleriq; ducuntur: nonnullos trahit liuor & insidiandi libido.

De socru Simonis. Matthæi. VIII. Marci. I. Lucæ. IIII.

ARTICVLVS XXIII.

Surgens autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febri, & dimisit illam. & continuo surgens, ministrabat illis. Lucæ. 4. L

Nunq̃ Deus sua clementia relinquit, nisi relinquatur. Sic synagogã, ipsum non acceptantem, sed reycientem, dereliquit. Matth. 23. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Quare? quia uolui congregare filios tuos, & noluisti. Apoc. 2. Qui dicunt se Iudæos esse, & nõ sunt, sed sunt synagoga satanæ. Matt. 21. Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructu: eius. Sic & malos. 2. Paralip. 24. Quare transgredimini pręceptum domini, quod uobis non proderit: & dereliquistis dominum, ut derelinqueret uos? Hiere. 17. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedẽtes à te, in terra scribentur: quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuentium dominum. Hiere. 2. Duo mala fecit pp̃ls meus:

Me dereliquerũt fontẽ aquę uiuæ, & foderũt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas. Scito ergo & uide, quia malum & amarum est te reliquisse dominum, & nõ esse timorẽ eius apud te dicit dominus. Psal.142. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Ideo Psal.72. Mihi adhærere Deo bonũ est, ponere in dño Deo spem meam. Intrauit aũt in domum Simonis & Andreę, Mar.1. Non sunt ergo inopes & uiles secundum seculum, spernendi, ut dicit Cyrillus: Domus quam Iesus intrat, ecclesia est, fide Petri fundata. Matt.16. Sup hanc petram ædificabo ecclesiã meã. 1. Co. 3. Fundamentum aliud nemo põt ponere, præter id qđ positum est, quod est Christus Iesus. Hinc Ephe.2. Superædificati & fundati super fundamentum apostoloꝝ & prophetaꝝ, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. Dicitur & Simonis, qa ipsi specialiter cõmissa. Ioan.21. Simon Ioannis, diligis me plus his? pasce agnos meos. De hac domo. 1. Timo.3. Hæc tibi scribo Timothee, ut scias quõ in domo dei oporteat te ambulare. Psalmo.54. In domo Dei ambulauimus cum consensu. O quàm pauci sunt qui sciunt, immo sunt qui scire nolunt. Iob.21. Qui dicunt Deo, recede à nobis scientiam uiaꝝ tuaꝝ nolumus. Sapientes.n. sunt ũt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Hiere.4. Sed ignorans ignorabitur. 1. Corin.14. Matt.7. Amen dico uobis, nescio uos. Discedite à me omnes operarĩj iniquitatis. Sic in animam ingreditur obedientem. Ioan.14. Siquis diligit me, sermonem meũ seruabit, & pater meus diliget eũ & ad eũ ueniemus, & mãsionẽ apud eũ faciemus. Hebræo.3. Christus sicut filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriã spei usq; ad finem firmam teneamus. Febris innaturale frigus, & calor innaturalis sequens, animam signat igne charitatis priuatam, hoc est, fide per dilectionẽ operãte, quæ aliquid est coràm Deo. Galat.5. In Christo Iesu neq; circũcisio aliquid ualet, neq; præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Matth.24. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Mar.1. Et dicũt ei de illa. Omnia huc pertinent, ut cõmendatio t nobis fides sit, & historiam euangelicã complectamur, ut arram & pignus salutis nostræ. Obserua, alienam fidem pro hominibus ualere & efficacem esse. Sic & hodie aliena fides satis facit in baptismo infantium. Hieronymus: Modo saluator rogatus, modo ultro curat ægrotos, ostendens se cõtra peccatorum passiones, & precibus semper annuere fidelium, & ea quæ ipsi minime intelligunt, uel intelligenda dare, uel non intellecta dimittere. Psal.18. Delicta quis ĩtelligit? ab occultis meis mũda me domine. Sic Moses p populi orauit delicto, Exo.32. Sic sacerdos pro delicto orabat populi, Leuit.4. &.5. Hinc dominus amicis Iob ait, Iob.42. Iob seruus meus orabit pro uobis, faciem eius suscipiam. Et nedum uiui, sed & angeli, & homines uita functi, orant pro nobis. Vnde Zacha.1. Angelus pro sancta orauit ciuitate, cui dominus bona respondit. &.2. Macha.15. De Hieremia dicit Onias summus sacerdos, ad Iudam Machabæum: Hic est fratrum amator & populi Israel, hic est qui multum orat pro populo & uniuersa sãcta ciuitate. Hieremias propheta Dei. Attamen uterq; defuncti ante tempora fuere. Licet.n. sancti corpora posuerint, non tamen charitatis affectum. 1. Corin.13. Charitas nunq̃ excidit. Optant enim credentibus pĳs uotis præparatum cœloꝝ regnum. Rogauerunt ergo Iesum, ut qui non rogatus expulerat de uiro dæmonium, daret hoc amicoꝝ pre-

tibus, ut affinem discipuli, quem inter primos habebat, leuaret febri. Mar.1. Et accedens, eleuauit eam apprehensa manu eius, & continuo dimisit eam febris. Imperauit, eleuauit, quo se dñm uitæ & mortis ostendit. 1. Reg. 2. Dñs mortificat & uiuificat, deducit ad īferos & reducit. Deut. 32. Ego occidam, & uiuere faciam: percutiam, & iterū sanabo. Ipse. n. habet claues mortis & inferni, Apoc. 1. Nō quod mortem fecerit, sed destruxit. Sap. 1. Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, sed magis ut cōuertatur & uiuat. Nā uult omnes hoīes saluos fieri. 1. Timoth. 2. Quo autem liqueret in eo fontem esse diuinę uirtutis, quę non possit exhauriri, miracula miraculis succedunt, nec minus perfecta fuit q̃ subita sanitas: nam subito redierat & uigor mulieri, sic ut obiens solita munia, ministraret Iesu cum discipulis suis, grata beneficio, & alios suo lætificans spectaculo iucundo. Quo docemur exemplo, q̄ si Deus nos quopiam leuarit morbo, dono utamur ad sanctorū & Christi ministerium. Sic & peccator surgēs à peccati morbo, Deo gratum reddere debet obsequiū: Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Hinc Roma. 6. Sicut exhibuistis membra uestra serui re īmunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nūc exhibete mēbra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

Cumq; sol occubuisset, omnes qui habebant infirmos uarijs languoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos.

Ille clementissimus non excusauit priuatum, cui debebatur, ocium, neque noctem ītempestiuam rebus gerendis, sed omnibus oblatis manus salutiferas imposuit, ac morborum omne genus, nullo negotio gratisq́; depulit ab omnibus. Matth. 8. Et ejciebat spiritus uerbo, & omnes male habētes curauit, ut impleretē quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Quanquam Esa. 53. hoc de peccatis dixerit, euāgelista tamē de morbis posuit, eo q̄ pleriq; ex peccatis accidant. Vide turbæ fidem & deuotionem, quæ nec tempore impediebatur ab infirmorū oblatione, quæ nostram arguit socordiā. Nam nos spirituali morbo, qui periculosissimus est, laborantes, ne ad Iesum quidem ducimus: sed quod omnium perniciosissimum est, adire uolētes & uerbo & exemplo retrahimus. Prouerbio. 3. Noli prohibere benefacere eum qui potest: si uales, & ipse benefac. Tangit dñs aduersitatibus. Iob. 19. Manus domini tetigit me. Hoc quādoq; misericordiæ. 2. Machabæo. 6. Etenim multo tēpore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, magni bñficij est indiciū. Aliqñ iustitiæ. Eccl. 2. Si enim pœnitentiā nō egerimus, incidemus in manus dñi, & nō in manus hominū. Hebrę. 10. Horrendū est incidere in manus Dei uiuentis. Opitulationibus, ut hic, & Matth. 8. in leproso, & cæcis. Matth. 9. Esa. 59. Ecce non est abbreuiata manus domini ut saluare nequeat, Benedictionibus Matth. 19. Mar. 10. Tūc oblati sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret, & oraret.

Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia, quia tu es filius Dei. Et increpans, nō sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christū.

Exibant, sed non sponte. Ioan. 12. Nunc princeps mundi ejcietur foras. Sentiebant autem admirabilem uirtutem ab eo proficisci, & hinc suspicabantē ipsum esse. Messiam illum promissum filium Dei. Non sinebat ea loqui, respuens testimoniū ab hostibus, & cum quibus noluit suis esse quicquam cōmercij. A pueris Hebræorū, à piscatoribus prædicari su-

ſtinuit: a dæmonibus nullum recepit teſtimonium, tametſi uerum. Lædit enim ueritatem improbus author & nocentior mendax, qui ueritate ſibi fidem conciliauit. Gloſ. Ideo prohibebat loqui, ne, dum aliqs audit dæmonem uera loquentē, ſequaē poſtea errantem. Solet. n. angelus ſatanæ, in angelum lucis ſe trāsferre. 2. Cor. 11. Non ergo magnum, ſi miniſtri eius transfigurentur uelut miniſtri iuſtitiæ, quorꝫ finis erit ſecundum opera ipſorꝫ. Ex dictis ergo & factis domini colligebant, in ipſo quid homine maius: hinc ipſum Chriſtum & filiū Dei dicebant, ſed tamen cōiecturam hanc liuor & inuidia, ſicut & in phariſæis, obſcurauit. Igitur ignorabant diuinitatis myſterium, īcarnationis modum: multo minus intelligebant crucis uictoriā, qua expoliandi erāt. 1. Corin. 2. Quam (ſcilicet ſapiētiam) nemo principum huius ſeculi cognouit. Si. n. cognouiſſent, nunꝙ dominum gloriæ crucifixiſſent. Auguſtinus: Tantum eis innotuit, quantum uoluit: tantū uoluit, quātū oportuit.

Facta autem die, egreſſus ibat in deſertum locum: & turbæ requirebant eum, & uenerunt uſqꝫ ad ipſum: et detinebant illum, ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euāgeliZare regnū Dei, quia ideo miſſus ſum. Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ.

Marc. 1. Et diluculo ualde ſurgēs, egreſſus abijt in deſertum locū, ibiqꝫ orabat. Et proſecutus eſt eū Simon & qui cum eo erāt. Et cum ueniſſent ad eum, dixerunt ei, ꝙa omnes quærunt te. Et ait illis: Eamus & in proximos uicos et ciuitates, ut et ibi prędicem. Ad hoc enim ueni. Seceſſit dominus Ieſus, qui non in hoc proprie uenerat, ut mederetur morbis corporum, quos ipſe ſuis nonnunꝙ imitteit, ut ualeant animo, cū uideret multitudinem magna auiditate quærere ſanitatem corporꝫ, quæ non pari ſtudio doctrinæ inhiaret cœleſti, qua ſanātur animorꝫ morbi, uelut ocij deſiderio ſefellit turbam, in deſerto patri gratias agebat pro beneficijs, quæ ꝑ ipſum humano generi largiri decreuiſſet. Atqꝫ hic non ſimplex nobis paratur exemplū, poſt collatā in alios beneficentiam, oportere ſecedere, ne pręmium ab his quibus bñfecimus, uideamur expectare: nec ad oſtentationem, neqꝫ ad plebis arbitrium eſſe proferenda miracula, ſed quatenus conducit ad ſalutem hominū ac Dei gloriam, ſemper autem fugiendam inanis gloriæ ſuſpitionē. Deinde nōnunꝙ ad tempus intermittendam ſalutiferam doctrinam, quo magis irritemus appetentiam animorꝫ. Poſtremo crebris ſeceſſibus, qui rerum cœleſtium contemplationi dantur, non uoluptati, ſpiritum eſſe uegetādum, quòd ad iuuandos redeat alacrior. Exemplo turbæ dominus ſolicite requirendus. Sap. 1. In ſimplicitate cordis quærite illum. Inuentus uero, diligenter retinendus. Canti. 3. Inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam. Sanctis detinetur deſiderijs. Luc. 19. In domo tua oportet me manere. Quod autem dicit ſe ob id miſſum, ut annunciet euangelium regni, qūo ad id perueniatur, ſubindicat ꝙ ſolicite audiēdum ſit & obſeruandum Eſa. 61. Spiritus domini ſuper me, eo ꝙ unxerit me, euangelizare pauperibus miſit me. Matth. 17. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite. Heb. 2. Propterea abundantius oportet uos obſeruare ea quę audiuimus, ne forte pereffluamus. Si enim q per angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus: & ſi omnis præuaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem, qūo nos effugiemus, ſi tantā neglexerimus ſalutem? Quæ cum initium accepiſſet enarrādi per dominū, ab eis qui audierunt, in nos confirmata eſt, cōteſtante Deo

ſignis

signis & portentis, & uarijs uirtutibus & spiritus sancti distributionibus secũdum suam uoluntatẽ. Mar. 16. Illi autem profecti, prædicauerũt ubiq; domino cooperante & sermonem confirmante sequẽtibus signis. Peragrabat itaq; dominus Iesus oppida uicosq; Galilææ, prędicãs in synagogis (ob loci congruitatẽ & populi conuentum ac doctrinæ stabilitatem. Omnis enim qui male agit, odit lucem. Qui aũt facit ueritatem, uenit ad lucem. Ioan. 3.) ac morbos depellens, dęmoniaq; eijciẽs, ut apud rudem populum potentibus factis fidem adderet doctrinæ suæ.

De uocatione Matthæi, Matt. IX. Marc. II. Luc. V.

ARTICVLVS. XXIIII.

Matt. 9 *Et cum transiret inde Iesus, uidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eum.*

Quantæ uirtutis & efficaciæ diuinæ gratię sit respectus, ostendit Luc. 5. Et post hæc exijt, (Marc. 2. Et cum præterit, uidit Leui filium Alphæi) & uidit publicanum nomine Leui, sedentem &c. Dominus qui prius Simonem & Andream, Ioannem & Iacobum ab humili quidem, sed tamẽ licito quęstu uocarat ad se, ut palàm faceret, se nullum oĩno genus hoĩum fastidire, modo se conuertat ad meliora, publicanum uocat. Est aũt hoc genus hominum, quoniã artem exercet sordidi quæstus et uiolentæ rapacitatis, multis modis infame, præsertim apud Iudęos. Redimũt nonnunq̃ ini qua summa à principe: eoq; ferè quo plus lucrifaciant, inclementer extorquẽt ab oĩbus, odiosaq; negociũ facessunt nautis ac uiatoribus, quib⁹ nõnunq̃ & aliunde satis est incõmodi. Non autem casu uidit, sed aspexisse, delegisse fuit. Videt enim dominus misericorditer, ut subueniat. Exod. 3. Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui, propter duritiã eorum qui præsunt operibus: & sciens dolorem eius, descendi ut liberem eum de manibus Aegyptiorũ. Sagaciter, ut puniat. Prou. 15. In omni loco oculi domini contẽplãtur bonos & malos. Ps. 33. Oculi domini super iustos, & aures eius in p̃ces eorũ: uultus aũt dñi super facientes mala, ut perdat de terra memoriã eorum Beda: Legimus Apostolo dicente Rom. 3. Quia omnes peccauerunt, & egent gloria dei. & 5. Iustificati ergo ex fide, pacẽ habeamus ad deum. Et iterum inæstimabilem eiusdem gratiæ magnitudinem commendans, ait: Vbi abundauit delictũ, superabundauit & gratia. Rom. 5. quia nimirum quanto grauiorem dñs in electis suis peccatorũ languorem curauit, tanto ampliorem cunctis gratiæ medentis potentiam monstrauit. Vnde Matthæum tẽporalibus curis intentum, repente dominus miseratus uocauit, & de publicano iustũ, de telonario discipulum fecit: quem etiã, proficientibus meritis eiusdem gratię & incremẽtis, de communi discipulorum numero, ad apostolatus gradum promouit. Quod ob id prouidẽtia superna fieri disposuit, ut nullum enormitas suorum aut numerositas scelerũ, à speranda uenia reuocaret, cum hunc tantis mundi nexibus absolutũ, tã cœlestem factum conspiceret, ut communicato cũ angelicis spiritibus uocabulo, euangelista nominaretur & esset. Quis tantã dei benignitatẽ sperare potuisset, quę nedũ reuertẽtes suscipit, sed ultro ad se uocat peccatores, quo spem nostram et fiduciam cõfirmet? Vidit in telonio, hoc est, sedentẽ ad telonium, id est, in loco in quo sedet telones, id est, publicanus exigens tributum. Esa. 3. Populum meũ exactores spoliauerunt. Causam Eccl. 15. indicat, dicens: Auarus non implebitur pecunia. Hinc Sap. 15. Sed & lusum existimauerunt

esse uitam hominis, & conuersationē uitæ compositā ad lucrū, & oportere undecunque etiam ex malo acquirere. Sed. 1. Tim. 6. Qui uolūt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia & nociua quę mergunt hoīes in interitū & pdi tionem. Nec ipse p se nomē suum obticuit, humilitatis gratia, quemadmodum Apostolus. 1. Tim. 1. Fidelis sermo & oī acceptione dignus, qa Christus Iesus in hunc mundū uenit peccatores saluos facere, quorum ego primus sum. &. 1. Corin. 15. Ego sum minimus apostolorum. Nā Prou. 18. Iustus in principio accusator est sui. Luc. 5. Et relictis oībus, surgens secutus est eum. Nihil cunctatus, subito mutatus, relicta sella quæstuaria, secutus est pauperem Iesum, ut euāgelicis opibus ditesceret. Habebat. n. Iesu uox energiam quādā admirabilē, relucebatque in uultu eius uis quædā occulta, qua quos uolebat, nō aliter traheret ad se quàm magnes ferrum, & quos uolebat, percuteret. Io. 18. Vt ergo dixit eis, Ego sum, abierūt retrorsum, & ceciderunt in terram. Sic & uirga oris sui percutiet impiū, Esa. 11. 2. Thess. 2. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Vnde diabolū cum omnibus membris suis hac sententia in ignem deijciet æternū. Mat. 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Hic nobis exemplum paratur ueræ conuersionis, ut surgamus è peccatorū fæcibus & cœno. Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, et illuminabit te Christus. Ecci. 5. Ne tardes conuerti ad dominū, & ne differas de die in diē. Secutus est Iesum, & si pauperē. Hiere. 17. Non sum turbatus te pastorem sequens. 1. Petri. 2. Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius.

Et factū est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores uenientes, discumbebāt cum Iesu & discipulis eius. Et uidentes pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister uester?

2

Matthæus iā factus certus Christi discipulus, quo pluribus illū cōmendaret, suique ordinis nuper sodales, ad euangelicū quæstum adduceret, rogare dn̄m ausus est, ut domi ipsius uelit esse conuiua. Obtēperat Iesus roganti, quandoquidem ille obtēperarat uocanti, docens nec impiorū consortium uitandum, si spes sit illos nostra consuetudine fore castigatiores. Paratus est dominus nobiscum prādere, immo habitare, si nosipsos idoneos reddiderimus. Apoc. 3. Ego sto ad ostium & pulso: siquis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Io. 14. Siquis diligit me, sermonē meū seruabit: & pater meus diliget eū, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Pharisęi uero captantes undique calumniandi materiā, ipsum quidem non audebant interpellare, ne quod nollent audirent: unde discipulos uenenato carpūt susurro, uolētes ab eo auertere. Quamobrē, inquiunt, magister uester, cui uos, deserto Ioanne, ut eximie sancto hæretis, manducat cū peccatoribus? Luc. 5. Et fecit ei conuiuiū magnū Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum qui cum illis erant discumbentes. Ecce unius conuersio, multis aīum consequendæ salutis dedit. Sed hoc proprium habet caro, ut semper sibi blandiēs, alijs inuideat salutem. Pharisęi. n. ideo uitabant tales, nō ne malis illorum inquinarentur, cum essent peiores, sed ut sancti haberent. Diaboli uox est, quare. Gene. 3. Cur præcepit uobis deus, ut non comederetis ex omni ligno paradisi? Sic filij sui Matth. 15. Quare discipuli tui

transgrediuntur traditiones seniorū? Id enim agit uersipellis, ut rem certam & salutiferam, in dubium uertat. quo substrato fundamento, inobedientiam & contemptum superstruit, ut patet Gene. 3. Ad hæc, cum discipulis adhuc rudibus non esset in promptu quod responderent, sed tantum simplici fiducia pendebant a domino: Iesus, quē nec uoces clāculariæ, nec cogitationes occultę pharisęorum latebāt, pro discipulis respōdit.

At Iesus audiens, ait: Non est opus ualentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem, disci te quid est, Misericordiam uolo & nō sacrificium. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores.

3 Laudantur medici, qui sani, cum uocantur, adeunt ægrotos, et ego culpor, quòd adeam eos, qui morbum agnoscunt animi sui & medicum desiderant. Porrò qui sibi uidetur uacare culpa, si rectè sentit, non eget ope nostra: sin laborat falsa persuasione, aut si sibi mali conscius, tamen dissimulat morbum suum, hunc, quoniā insanabilis, frustra adiret medicus. Ideo ego uersor cum publicanis, & peccatoribus, quia medicus sum animarum, & salutem hominū sitio. Hiere. 17. Sana me domine, & sanabor. Psal. 6. Miserere mei domine, qm̄ infirmus sum: sana me, quoniam conturbata sunt omnia ossa mea. Quorsum aūt attinet uersari cū iustis, quales uos uobis uidemini, cum illis medico non sit opus? His utilis est medicus, qui suum agnoscūt morbū, seq́ prębent sanabiles. Hos fastidire, non est sanctimonia, sed superciliū: & his succurrere, sacrificium est deo longe gratius, quàm ullum in templo. Hoc uos latere nō debuit, qui tenetis scripturas, quibus loquitur deus Oseę. 6 Hoc si nondū animaduertitis, ite & discite, qd hic sermo dei uelit: ac deinde, si uidebitur, calumniamini factū meum, quod non pugnat cum lege uestra, sed diuinæ respondet uoluntati. Pro. 21. Facere misericordiam & iudicium, magis placet domino q̄ uictimæ. Cur autem fugerem cōsuetudinem peccatorum, qui in hoc ueneram, ut tales inuitem ad pœnitētiam uitæ prioris? Non iustos, sua reputatione, cum ueri nulli essent. Ro. 3. Nō est iustus quisquam &. 10. Ignorantes dei iustitiam, & suā uolentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti Luc. 18. In se confidebant tanq̄ iusti, & aspernabantur cæteros. Sed Mat. 23. A foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem estis pleni hypocrisi & iniquitate. Notanter addit Luca. 15. ad pœnitentiam, non ergo uenit uocare nos ad transitorias delicias, Luc. 6. Væ uobis qui ridetis nunc, quia flebitis. neque diuitias, Luc. 6. Væ uobis diuitibus, qui habetis hic consolationē uestram. Gaudium autē est angelis super uno peccatore pœnitentiam agente, Lucę. 15. Hoc sermone dn̄s Iesus simul & os obturauit pharisęis, & discipulos docuit quales sese pręstare deberent erga peccatores. Euangelicus. n. præco non ideo expetit cōsuetudinē peccatorum, ut ab illis auferat emolumentū, sed ut illos locupletet pietate, nec alio studio subit eorū tecta, q̄ boni medici subeūt ægrotorum ædes. Ro. 15. Debemus aūt nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisq; uestrum proximo suo placeat in bonum.

De electione apostolorum, Marc. 3. Luc. 6

ARTICVLVS XXV.

Factum est autem in illis diebus, exijt in mōtem orare, & erat pernoctans in oratione dei. Et cum dies factus esset, uocauit discipulos suos, et elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit: Simonem, quem cognominauit Petrum: et Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum et Bartholomæum, Matthæum et Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem qui uocatur Zelotes, & Iudam Iacobi, et Iudam Iscarioth, qui fuit proditor. Luc. 6 N

Docet nos, siquid auspicari uolemus, quod felix ac faustum esse cupimus, à deprecatione auspicemur, ut deus nostris cœptis dexter ac fauens aspiret. Sic apostoli in locum Iudæ, p̄ditoris electuri alium, orationẽ præmiserunt, Acto.1. Quod utinam successores obseruassent: non sic misere corpus Christi neglectum iaceret. Oseæ.8. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Paulus & Barnabas non nisi manibus impositis & oratione præmissa, missi fuerunt, Act.13. Marc.3. Ascendens in montem, uocauit ad se quos uolebat ipse. Nemo ergo assumit sibi honorẽ, sed qui uocat à deo tanq̃ Aaron, Heb.5. Hieronymus: In montẽ uocãtur excelsi merito & uerbo, ut locus meritis congruat altis. Hos ergo qui sic uocantur, idoneos facit ministros. 2.Co.3. quibus & ipse incremenrum dat. Sed nõ uacat numerus à mysterio. Mar.3. Et uenerũt ad eum, & fecit ut essent duodecim cũ illo. Hieronymus: Iuxta numerũ duodecim patriarcharum, Gene.32. &.42. & quia murus ciuitatis duodecim habuit fundamẽta, Apo.21. Ipsi.n. fidei fundamenta. XII. articulos posuerunt. Iosue.4. Elige duodecim uiros singulos per singulas tribus, et præcipe eis, ut tollant de medio Iordanis alueo, ubi steterũt pedes sacerdorum, 12. durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorũ ubi fixeritis hac nocte tentoria. Ad quid ergo delegit? Marc.3. ut mitteret eos prædicare, & dedit illis potestatẽ curandi infirmitates, & ejciendi dæmonia. Hinc & apostolos nominauit, quod officij nomẽ est, queadmodũ & angelus. Hierony. quatuor genera distinguit apostolorũ. Nam quidã uocãtur à deo immediate, ut hic, quidã à deo p̄ hominẽ, quidã ab hominibus nõ p̄ deũ, ut dum fauore hoĩum & studio aliq̃s ordinatur: quarti nec p̄ hoĩes,

nec à deo, ut pseudapostoli. Mat.24. Surgent pseudoapostoli. De quibus 2.Cor.11. Nã eiusmodi pseudoapostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Verum hi non Christum, sed se prædicant. Hic rex ille cœlestis, rex regum et dñs dominantium. Apo.19. duodecim præfectos selegit, qui ueluti fidi satellites nunq̃ ab ipsius latere discederent, ut ubi res euãgelica postularet, mitteret eos, ueluti legatos à latere, p̄dicaturos q̃ à rege suo didicissent, ac diuulgaturos p̄ uniuersum orbem terrarũ edicta sui principis. Qm̃ autẽ ignobi 2
les erant, piscatores, idiotæ, tenues, nihil regale præ se ferentes, cum pollicerentur regnum dei, ne contẽneretur illorũ authoritas, addidit potestatem, quam nulli huius mundi monarchę suis legatis dare possunt, nimirũ, ut in nomine Iesu omne morborũ gen⁹ sanarent, & impuros spiritus profligarent. Hierony. Armat miraculis, quo sermoni fidẽ faciant. Benignus dñs ac clemẽs, non inuidet seruis uirtutes suas, sed potestatẽ quam à patre accepit scd̃m carnẽ, ipsis tribuit, ut opera quę ipse fecit, & ipsi facerẽt, et maiora horũ facerent, Io.14. Multa tamen distãtia inter habere & tribuere, inter dare & accipere. Ipse quod agit, potestate propria agit: illi siquid faciunt, imbecillitatẽ suã et uirtutem dñi confitentur. In nomine Iesu surge & ambula, Petrus ait, Act.3. Viri Israelitæ, quid miramini in hoc? aut nos quid intuemini, quasi nostra uirtute aut potestate fecerimus hũc ambulare? Fides quæ per eũ (Iesum) est, dedit integram sanitatem istam in cõspectu omnium uestrum. Porrò apostolorũ nomina propter falsos apostolos recensent. Marc.3. Et imposuit Simoni nomen Petrus, Ioã.1. Syriace Cephas, Græce petros, Latine saxũ, ob solidam professionem, qua, ua- 3
cillante populo, ceu uox apostolo-

rum

rum omnium, pronunciauit Iesum filiũ dei uiui, Mat.16. ut ex ipso disceremus nomine, euangelicæ philosophię caput esse, immobilem fidei cõstantiam. Marc.3. Iacobum Zebedęi & Ioannem fratrem Iacobi, & impo suit eis nomina, Boanerges, quod est (Syris) filĳ tonitrui. Hæc nominum immutatio, spiritualem innouationem & gratiam significabat, uidelicet ipso nominis præsagio declarante, hos olim ex euangelico mõte emissuros in uniuersum orbem terrarum euangelicæ prædicationis tonitruũ, quod omnium animos cõmoueret, & erigeret ad studium rerum coelestium. Pœnitentiam agite, instat regnum cœlorum, tonitru est. Ad hanc enim uocem corripit unumquenque timor fulminis: sed succedit imber, Credite euãgelio, & salui eritis. Meruerunt & cum Petro audire in monte tonitruum patris, Mat.17. per nubem de filio tonantis: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Isti consanguinei secundum carnẽ fuerũt Iesu, filĳ sororis Marię uirginis, quemadmodũ Iudas & Simõ fratres Iacobi minoris ex altera sorore. Interpretatũ aũt dicitur, Andreas, uirilis, scilicet in cruce: Philippus, os lãpadis: Bartholomęus, filius suspendentis aquas: Iacobus, luctator: Ioannes, in quo gratia dei: Thomas, abyssus uel didymus, quia profunditatem dei inuestigauit ex timore credulitatis: Matthęus, donatus, scilicet in spei fiduciã peccatoribus: Iacobus Alphæi, doctus, qui & minor, ratione uocatiõis: Thadæus, qui & Iudas Iacobi, Act.1. & Lebæus, quod corculum dicitur: Thadæus, attendens principẽ. Credendũ est ipsum fuisse trinomiũ. Simon, obediens: Chananæus, zelus: Iudas, confessio, Iscariothis, uel à uiculo unde ortus, uel tribu Isachar, ut quodam uaticinio in sui condemnationẽ natus sit. Isachar enim merces dicit̃, ut significetur pretium proditoris. Quẽ nõ per improuidentiã dñs elegit, sed huius exẽplo omnes docere uult, ꝙ horrendum sit abuti lenitate seruatoris erga nos, nõ desinentis quod in se est, ad reuocandum à malitia, impendere, Io.6. Nonne duodecim uos elegi, & unus ex uobis diabolus est? & ut discamus, ꝙ non propter futuram malitiam aliquius aspernetur deus quempiã malã operaturum, sed propter præsentẽ uirtutem honoret quem dignum censet, etiamsi malus postea sit futurus. Ecce per hos pauperes, obscuros illiteratos, imbecilles, uisum est dño totum innouare mundũ, ne quam laudis partẽ, ut dicit Ambrosius, in cœlesti philosophia sibi uindicaret humana uel sapientia uel potentia.

De sermone domini in monte, Matth. 5. 6 7. Luc 6

ARTICVLVS XVI.

Videns autem Iesus turbas, ascendit in montẽ: & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius: et aperiens os suum, docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Matth.5.

Dñs omniũ prophetarũ oraculis seruator mundi promissus. Act.10. Huic oẽs prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorũ accipere per nomen eius omnes qui credũt in eum. & doctor iustitię & euangelicę legis institutor, Esa.33. Dominus iudex noster, dñs legifer noster, dñs rex noster, ipse ueniet et saluabit nos. Iac.4. Vnus est legislator & iudex, qui potest perdere et saluare. diuinę legis ostendit eminentiã. Leges .n. humanę, opus quoddam externũ imperãt tantum: diuinæ uero & spiritũ, hoc est, affectũ, expetũt. Ita & duplex est iustitia: operũ externorũ, quę est iustitia legis apud Paulum: et affectuum, q̃ est iustitia Christi, quã ipse in nobis operat̃. Videns ergo dñs turbam indies magis ac magis dẽsari, miseri-

est eis, quia erant uexati & iacentes, sicut oues non habentes pastorem, Matt.9. monte conscenso, iam cœlestis philosophiæ doctorem agere cœpit, ipsa loci celsitudine declarans, se nihil plebeium traditurũ & humile, sed ardua cœlestiaq; oĩa. Psal.36. Iustitia tua sicut mõtes dei. simul Mosi referens exemplũ, qui legem proditurus populo, montem conscendisse legitur, Exo.19. Esa.40. Super montẽ excelsum ascende tu qui euãgelizas Sion, qui euangelizas Hierusalem. Sedit non uti fessus, sed ut ardua quę dam magisq; seria docturus, quę attentum auditorẽ requirerent. Mat.23 Vnus ẽ magister uester Christus. Id ubi senserunt discipuli, propius illũ cinxerunt, nequid illius sacræ doctrinæ effluerer. Augus. Vt audiendis illius uerbis hi essent etiam corpore uiciniores, qui pręceptis adimplendis animo propinquabant. Qui olim locutus fuerat patribus in prophetis, Heb.1. nunc sacro aperto ore suo, euangelicæ doctrinæ nondum audita dogmata cœpit depromere, plurimum abhorrentia ab opinione eorum qui mundo uidentur admodum sapere. Docebat autem uerbo, scribens in tabulis carneis cordium. Hier.31, Ecce dies uenient, dicit dñs, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouũ: post dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in uiscribus eorũ, & in corde eorũ scribam eam, & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Lex uetus in lapideis scripta tabulis, duritiã signabat populi, quam dominus se ablaturũ repromisit Ezec.36. Auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio uestri, & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Postquã curauit corpora & fecit miracula, curat & animas, ut discamus quòd & animarum & corporũ sit opifex. A beatitudine incipit, sicut & Psal.1. q; huc omnium uota tendãt. nihil enim agimus, quin inde nobis bene beateq; esse uelimus, q; philosophiæ quoq; scopus est, quomodo scilicet beatos fieri liceat. Beatitudo in eis est, per quę nobis bene est; sed naturę nostræ corruptæ bene est in uitijs. Hinc ut alium opes, aliũ luxus, alium alia cupiditas trahit, alios alij affectus alliciũt, ita aliorũ alia est beatitudo. Philosophi quandam beatitudinis uiam pręscribunt, fictitiam planè. Fictitię enim sunt uirtutes philosophicæ. Christus uero semel euertit omnes naturę nostræ cupiditates, oĩa philosophorũ commenta, & ideo miraculis præstruxit fidem sermoni incredibili, ut qui uirtutem ipsius experti essent efficacẽ in sanandis corporũ morbis, considerent & doctrinam esse ueracem, qua mederet̃ morbis animorũ. Hieronym9: Spiritu adiunxit, ut humilitatẽ intelligeres, nõ penuriam. Modestiam & humilitatem, ceu fundamentum iacit. Nam quoniam Adam p superbiã cecidit, Ecci.10. Initium omnis peccati superbia, per humilitatem erigit nos. Sunt quidã pauperes & rebus & spiritu, qui propter regnum cœlorũ aut cuncta relinquunt, ut apostoli, Matt.19. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. aut casu accidentẽ ferunt patienter, ut Iob.1. & Tob.1. Alij rebus, non spiritu, ut inopes impatientes, & multa concupiscentes ac arrogantes, quod pessimum corã deo, Ecci.25. Essent hi quidẽ uiciniores euangelicę beatitudini, si quod uocat fortuna, sequantur animo, quia ad humilitatẽ inducuntur. Multos enim rei familiaris tenuitas, generis humilitas, cõditionis obscuritas, fortunę aduersitas reddit abiectos & humiles, si-

biq; displicentes. Alij spiritu, non rebus, Qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. 1. Cor. 7. Psa. 61. Diuitię si affluant, nolite cor apponere. Quales fuerũt Abraham, Isaac, Iacob. Beda: Non utique omnes beati, sed illi tã tummodo, qui omne præsentis culmen seculi, tametsi altum uideatur, pro nihilo ducunt, qui merito regni cœlestis munere perhibentur digni, quia delectationis humanæ probantur cupiditate nudati, qualem se rex Dauid pauperiem sustinuisse declarans, ait Ps. 69. Ego uero egenus sum & paup. dñs solicitus est mei, & 72. Quid. n. mihi est in cœlo? & à te quid uolui super terram? Mox ubi spei anchoram fixisset, subdendo manifestat: Mihi aũt adhęrere deo bonũ est, ponere in dño deo spem meã. Sic Abraham Gen. 18. Loquar ad dominum meum, cũ sim terra & puluis. Sequitur pręmium, quoniã tametsi iuxta mundum uideantur abiecti & aspernabiles, tamen ipsorum est regnum cœlorum, longe magnificẽtius omni regno mundi. An non magnificum regnũ est, nulli seruire uitio, nullis obnoxium esse cupiditatibus, cõculcasse satanam cum oĩbus suis copijs, uicisse mũdum cum omnibus suis terroribus & illectamentis, ascitos esse in consortium dei, ascriptos esse regno cęlesti? An tu regnare putas istos feroces ac uiolentos? Seruitutẽ seruiunt, multos patiuntur tyrannos, discrutiãtur auaritia, ira, liuore, cupiditate uindictæ, metu, spe. Vix uiuũt, tãtum abest ut regnẽt. At qui liber est his curis, fretus innocẽtia sua, fretus deo, fretus præmijs futuri seculi, tranquillo pectore contẽnit ea quæ sunt huius mundi, & sequitur bona cœlestia, nónne regnum obtinet lõge pulchrius ac magnificentius regno tyrãnorum? Regnum mũdanũ paratur uiolẽtia, ferocitate defenditur: hoc regnũ parit modestia, tuetur & constabilit humilitas. Mundus non iudicat regno dignos, nisi generoso pręditi fuerint spiritu, & ingentes tollant aĩos, deus ad suum regnum eos potissimũ euehit, qui se maxime deijciunt. Nulli ergo quantumcunque mundo abiecto, aut etiam temporali substantia euecto, hæc beatitudo obcluditur, si animũ accommodet. O uere euangelica doctrina, hoc est, læta & bona, qua pauperes euangelizantur, Mat. 11. In quolibet gradu duo tangũtur, Meritum, quod est ipsa beatitudo uiæ, Actus scilicet uirtutis, & præmium merito conueniens, quo prouocemur & confortemur. Beata ergo illa paupertas, quę rerũ temporaliũ amore non capitur, nec mũdi opibus augeri appetit, sed cœlestibus bonis ditescere concupiscit.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terrã.

Mites, non qui prorsus non irascũtur, tales enim insipientes sunt & insensati, sed qui iræ uim habent, continent autem, & quando oportet irascuntur, qui nulli uim faciunt qui læsi facile condonant iniuriam, qui pluris faciunt concordiam & animi trãquillitatem, quam latifundium, quibus optabilior est quieta paupertas, quam rixosæ diuitiæ. Sicut enim, qui impatiens est, operatur stultitiam, Prouer. 14. sic doctrina uiri per patientiam dignoscitur, Prouer. 19. quæ hominem reddit modestum, compositum. Psal. 24. Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites uias suas. Hinc Iaco. 3. Quis sapiens & disciplinatus inter uos? ostendat ex bona conuersatione operationẽ suam in mansuetudine sapientiæ. Matt. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Sequitur congruenter mititas paupertatem & humilitatẽ, quia tales ut communiter cõtemnuntur & opprimuntur, quare indigent mititate, ad quam ex humilitate disponuntur, sicut ecõtra superbi ad iracũdiã. Hinc

Prouc.16. Melius est humiliari cum mitibus, q̃ diuidere spolia cum superbis. Hieronymus: Mites possidebunt terrā, non Iudææ nec istius mundi maledictam, spinas & tribulos proferentem, Gene.3. quā crudelissimus quisq; bellator magis possidet, sed illam de qua Psal.26. Credo uidere bona dñi in terra uiuentium, &. 141. Portio mea domine in terra uiuentium. Placidus etiam qui mauult sua cedere quàm pro his digladiari, tot locis habet fundū, quot locis reperit amantes euangelicę mansuetudinis. Inuisa est omnibus peruicacia, mansuetudini fauent & ethnici. Eccl. 3. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam dili geris. Psal.36. Mansueti autem hæreditabunt terram, et delectabuntur in multitudine pacis. Vt omnib⁹ ergo excludatur mitis, tāto certior est illi cœlestis terræ possessio.

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabūtur.

Congrue tertio loco luctus sequitur, quoniam post externorū abnegationem, & adeptam animæ mansuetudinem, aptus est homo ad considerationem eorum quæ prædinductum pariunt luctum. Sunt qui infeliciter lugent damna rerum temporalium, quæ tristitia mortem operatur, 2. Corin.7. Quę autem secundum deū est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Psa.118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia nō custodierunt legem tuā. Sic lugebat Samuel Saul, eo q̃ proiecerit eum dominus, 1. Reg.15 Sic Apostolus eos q peccauerunt, & non egerunt pœnitētiam, 2. Co.12. Sic desiderio patrię cœlestis. Psal.41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dr̄ mihi quotidie, ubi est deus tuus? &. 119, Hei mihi, quia incolatus meus ꝓlongatus est. Adest ijs lachrymis cōsolator spūs, inęstimabili gaudio mētis luctū cōpensans interim, mox ad æterna gaudia transferendis. Psal. 93 Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, cōsolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Tob.3. Domine, post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem et fletū exultationē infundis. Qui ergo nunc lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, Prou.2. post ad æternum deuenient luctū. Matt.13.24.et.25. Ibi erit fletus & stridor dētium. Sed à bonis abstergētur, Apoca.21. quia intrabūt in gaudiū domini sui, Matt.25. Hinc Ps.76. Renuit consolari anima mea, memor fui dei, & delectatus sum.

Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniā ipsi saturabuntur.

Luctū sequitur esuries: quia dum homo imperfectum suum conspicit, aliorū peccata perpendit, ad futuram patriam suspirat, aliud non quærit, nisi ut purgetur à culpa tā ipse q̃ alij, crescat in gratia, & patrię ꝓpinquet quotidie ꝑ feruida desideria. Psal.41. Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat aīa mea ad te deus meus. Leuiter ergo appetēda sunt ista, quib⁹ alit̄ corpus ac fouet̄, in quorū cura uulgus tam misere torquet̄, & expletos nōnunq̃ magis cruciat saturitas, q̃ fames cruciabat, et mox à saturitate recurrit sitis ac fames subinde sarciēda, & ista pijs paruo cōtentis, nec ꝑter necessaria quicq̃ desiderātibus, uel nō solicitis ubiuis adsunt, eo nimirū suppeditante, q pascit & passerculos, & lilia uestit. Felices, q famē hāc & sitim à rebus corporeis & perituris trāsferūt ad expetēdā iustitiā euāgelicā, esuriētes panē illū, de quo q ederit, uiuet in ęternū, Io.6 & sitiētes aquā illā uiuā, de qua q biberit, fiet in eo fons aquæ saliētis in uitā æternam, Io.4. Iustitia ergo cū omni auiditate exercēda. Io.4. Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Hinc Psal. 33. Gustate

& uidete quoniam suauis est dominus. Felix ergo qui nunc iustitiæ bono desiderat satiari, & domino ipso impleri, quem cibum non expeteret & potũ, si nihil de eius suauitate gustasset. Psal.16. Adimplebis me lætitia cum uultu tuo. &.16. Satiabor cũ apparuerit gloria tua.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur.

Sequitur misericordia esuriem iustitiæ, ne in crudelitatem exeat, sibi blandiens. Qui pro charitate fraterna alienam miseriam suã esse ducũt, qui proximi malis indolescunt, qui quicquid habent dotis, id aliis subleuandis ac refocillandis impendunt. Non enim is sumptum facit, sed lucrum, sentiens erga se Deum misericordem & benignius beneficũ. Psalmo.40. Beatus qui intelligit sup ege num & pauperem, in die mala liberabit eum dominus. Lucæ.6. Estote misericordes, sicut & pater uester cœlestis misericors est. Cõdonasti proximo delictum aliquod leiusculũ? tibi Deus condonabit omnia peccata. Ephe.4. Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut et Deus in Christo donauit uobis. Remisisti fratri iniuriam & uindictam temporariam? tibi Deus remittet pœnam æternam. Matt.18. Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, (grauius puniendo) si nõ remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Subleuasti tua pecunia fratris inopiam? tibi reddet Deus opes suas cœlestes. Tob.4. Quomodo potueris, esto misericors: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum, & id liben ter impartire stude. Præmium.n.bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniã eleemosyna ab omni pec cato & à morte liberat, & non patie tur animam ire in tenebras. Planè misericordes cẽsendi sunt, qui implent illud Apostoli.2.Corin.11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? & Gal.6. Alter alterius onera portate, et sic ad implebitis legem Christi.

Beati mundo corde, quoniã ipsi Deũ uidebunt.

Hieronymus: Mũdo corde, quos non arguit conscientia peccati, mundus mundo conspicit corde, templũ Dei non potest esse pollutum. Vult ergo cum aliis uirtutibus nos etiam mundos, hoc est, castos esse, non solũ corpore, sed & corde. Sine.n. sanctimonia nemo uidebit Deum. Heb.12. Beati ergo qbus cor est ab omnibus inquinamentis purum & illibatum, nam his dabitur quod est omnibus huius mundi uoluptatibus optabilius, uidere scilicet Deum. Ad hoc.n. omnis tẽdit structura uirtutum. Exiliunt gaudio, quibus adempta cæcitate cõtingit intueri lucem, nec aliter sibi gratulantur, q̃ si redissent ab inferis. Quãto beatiores, quibus adem pta mentis caligine, datum est intus cernere Deum, totius lætitiæ fontem, quem uidere summa felicitas est? Videmus autem nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciẽ. 1.Corint.13. Videbimus.n. sicuti est. 1.Ioan.3. Si Petrus claritate corporis Iesu in transfiguratione uisa omniũ oblitus, sic manere cum Christo uoluit, d. Dñe, bonum est nos hic esse. Matt.17. quãtum gaudium clare cer nere, in quem desiderant angeli pspicere? 1.Petr.1. Detergantur ergo terrenarum caligines uanitatum. speculũ enim si fuerit mundum, accipit imagines: sic & anima pura faciem Dei, & scripturarũ accipit sciẽtiam. Quod sol puris est oculis, hoc Deus puris est mentibus: & qđ pituita aut squamæ sunt oculis, hoc peccata sunt animis. Matt.6. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuũ lucidũ erit.

Beati pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur.

Hieronymus: Qui primum in cor de suo, deinde & inter fratres dissiden-

ſes pacem faciunt. Quid.n.prodeſt alios p te pacari, ſi in animo tuo bella ſint uitiorꝝ? Iſta non cuiuslibet cõſenſionis, nec qualiſcunq; concordiæ eſt, ſed illius de qua Roma.5. Pacem habeamus ad Deũ. Pſal.118. Pax multa diligentibus legem tuam domine, & non eſt illis ſcandalum. Hanc pacem etiam arctiſſima amicitiarꝝ uincula, & indiſcretæ ſimilitudines animorꝝ, non ueraciter ſibi uendicant, ſi non cum Dei uoluntate concordant. Amor mundi cũ Dei amore non concordat. Iaco.4. Qui uoluerit amicus eſſe huius mundi, inimicus Dei cõſtituitur. Qui ergo mente ſemper cum Deo ſoliciti ſunt ſeruare unitatem in uinculo pacis. Ephe.4. nunq; ab æterna lege diſſentiunt, fideli oratione dicentes. Matth.6. Fiat uoluntas tua. De hac pace Ioan.14. Pacem meã do uobis, pacem relinquo uobis. Gal.5. Fructus autẽ ſpũs, charitas, gaudiũ, pax, patientia. Haud.n. ſatis eſt Chriſtianis, ipſos eſſe pacatos, niſi acceſſerit & inter alios pacis cõciliandę ſtudium: & non ſolum non ulciſcentes, ſiquid læſi ſunt à quoquam, uerum etiam ultro inuitantes ad pacẽ qui bus ſunt offenſi. Quod ſicui durum uideatur, audiat præmium, quia filij Dei uocabunt. Quid honorabilius? quid iucundius? Nec inanis titulus eſſe poteſt. Qui filius ſit, idem & hæres ſit oportet, ſed nothũ arguit morum diſſimilitudo, germanũ & gneſion patris imitatio. Deus gratis condonãs oĩa peccata, mortales omnes à quibus fuerat offenſus, inuitat ad pacem & amicitiam: ultro ſe præbet propitium omnibus qui reſipiſcunt. 2.Cor.5. Pro Chriſto legatione fungimur, tanq; Deo exhortante per nos: obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. Is non cognoſcet pro filijs ſuis, niſi qui tales ſe præbuerint aduerſus fratres ſuos, qualem ipſe ſe præbuit aduerſus uniuerſos: abdicaturus pacis oſores, & diſſidiorꝝ authores, quemadmodum patres exhæredant filios quibus nõ conuenit cũ reliquis fratribus. Hinc. Roma.12. Si fieri poteſt, quod ex uobis eſt, cũ omnibus hominibus pacem habentes. Pſal.119. Cum ijs qui oderũt pacem, eram pacificus. Sed ſunt qui multũ pro aliorꝝ laborant reconciliatione, ſed ipſi uix aut nunq;, ut dicit Chryſoſtomus, inimicis ſuis reconciliant ex corde: & ſi quãdoq; aliorꝝ importunitate coacti, ore & ficte: qui ueræ pacis ſunt illuſores, illa magna præmia negligentes. Roma.8. Quòd ſi filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.

Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Octaua beatitudo ueræ circunciſionis martyrio, ut dicit Hieronymus, terminatur. Quoniam enim plures ubiq; ſunt improbi, nõ poteſt cũ omnibus conſtare pax, niſi tolerãtia malorꝝ. Piorum eſt omnibus modis adniti, ne qđ habeant diſſidium cum ullis hominibus: ſed quorũdam tanta eſt peruerſitas, ut benefactis etiam irritentur, & affligant benemerentes, ſæuiant in beneficos, ſeruare cupientes ducãt pro hoſtibus. Sed beati qui perſecutionem patiunt, nõ ob aliud, niſi ob iuſtitiam euangelicã, quę nullum lædit, prodeſt omnibus. Non ergo deſerenda. Iob.27. Donec deficiã, non recedam ab innocentia mea: & iuſtificationem quam cepi, nõ deſeram. Perſecutio.n. non aufert inocentiam, ſed auget coronam. Iaco.1. Beatus uir qui ſuffert tentationem: qm̃ cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe. Ardua res eſt, amare tales: ſed ingens præmiũ, regnum cœlorum. Idem pręmium paupertati promittit & martyrio. Cõſiderando.n. ſublimitatẽ & opulentiã uniuerſorꝝ bonorꝝ regni cœleſtis, ſic ponit præ-

mium paupertatis: sed attẽdendo plenitudinem gaudiorum, sic ponitur præmium patientiũ pp iustitiã. 2. Tim. 3. Omnes qui pie uolũt uiuere in Xp̃o Iesu, persecutionem patientur.

Beati estis cum maledixerint uobis homines, & persecuti nos fuerint, & dixerint omne malũ aduersum uos, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniã merces uestra copiosa ẽ in cœlis.

Ab impijs ob pietatem uituperari, laudari est: ab osoribus Dei cruciari, coronari est. Non est affectãda ab hominibus gloria, sed hęc ultro uerã uirtutem solet comitari. 1. Corint. 4. Maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur: et obsecramus. Matthę. 10. Cum persecuti uos fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Et dixerint omne malũ. 1. Cor. 4. Tanq̃ purgamenta huius mundi facti sumus oĩum peripsema usq; adhuc. Mẽtientes, ĩquit, ꝑpter me. 1. Pet. 4. Si exprobramini in noĩe Christi, beati eritis: quia quod est honoris, glorię & uirtutis Dei, & qui est eius spũs, super uos requiescet. Nemo aũt uestrum patiaẽ quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autẽ ut Christianus, non erubescat, glorificet aũt Deum in isto nomine. Ne ergo uosipsos deplorate ut afflictos, ut explosos, ut infames: quin potius ob hæc ipsa gaudete in corde, & exultate in corpore, q̃ quo magis illi sæuierint persequendo, hoc magis uobis crescit & accumulatur prẽmium à patre repositum in cœlis. Illud ergo maledictũ cõtemnendum, qđ beatitudinem creat, qđ falso maledicentis ore profertur: ubi Christus in causa est, ibi optanda maledictio est. Ro. 8. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an ãgustia? an fames? an nuditas? an periculum? an psecutio? an gladius? Sicut scriptũ est. Psalmo. 43. Q̃m propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his oĩbus superamus, ꝑpter eum qui dilexit nos. Hinc Iac. 1. Omne gaudium existimate fratres, cum in tentationes uarias incideritis, scientes q̃ probatio fidei uestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet. Hieronymus: Nescio quis nostrũ hoc implere posset, ut laceretur opprobrijs fama nostra, & nos exultemus in domino. Hoc qui uanam sectatur gloriam, implere non potest. Hinc dicit: Non quæras gloriam, & nõ dolebis cum inglorius fueris. Vnde Roma. 5. Gloriamur in tribulationibus, scientes q̃ tribulatio patientiam operať, patientia autem probationem, probatio uero spem, spes autem nõ confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Apoca. 7. Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni.

Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante uos,

Quid hodie ꝑphetarum memoria sanctius, aut uenerabilius? Et tñ hos, cũ in uiuis agerent, omni malorum genere sunt psecuti, q̃bus & uos psequenť. Impleuit Manasses Hierľm sanguinẽ ꝑphetarum usq; ad os. 4. Reg. 21. et. 2. Paral. 36. At illi subsannabant nuncios Dei, & paruipẽdebãt sermões, illudebãq; ꝑphetis. Excitat dñs ad tolerãtiã malorum per patientiã exẽplo ꝑphetarum. Hinc Iac. 5. Exemplũ accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, prophetas, q locuti sunt in noĩe dñi. Sic & à peccatis deterret pœnis malorum. Luc. 13. Nisi pniam egeritis oẽs similiter peribitis, sicut illi decẽ & octo, sup quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Hinc. 2. Pet. 2. Mundi per diluuium, Sodomę & Gomorrhę in igne & sulfure subuersionẽ, exemplũ dicit positum eorum qui impie acturi sunt.

Vos estis sal terræ. Quod si sal euanuerit, in
Matth. 5. *quo salietur? Ad nihilum ualet ultra, nisi ut mit*
P *tatur foras, & conculcetur ab hominibus.*

Ostendit euangelij, euãgelicique doctoris energiam & conditionem. Fortia siquidem sunt, quę euãgelico obueniunt prædicatori & humanam superantia mediocritatem: ideo insigne sit, oportet, qđ ui sua moueat, ac pertrahat mundum uniuersum, dilutis opinionibus ac uanis cupiditatibus obrutum. Vos (inquit) delegi, non ut sitis mediocres aut tolerabiles, sed sitis sal terræ. Prophetę ad unam gentẽ missi sũt, uos totius terræ sal estis. Non opus est multo sale, sed efficaci, ut quicquid contigerit afficiat, & ex insipido reddat sapidum. Perfectus euangelicæ charitatis uigor perseueret in uobis oportet. Alioqui si mores uestri fuerint amore laudis, cupiditate pecuniarum, studio uoluptatum, libidine uindicandi, metu infamiæ, damnorum, aut mortis infatuati, quid tandem erit reliquum, quo multitudinis insulsa uita condiatur? Doctrina.n.& reprehẽsionibus dissoluti condiendi, ne pariant uermes ppe tuos. Si doctor errauerit, a quo emendabitur? Mar. 9. Si insulsum, Luc. 14. Infatuatum fuerit, hoc est, insipuerit, infatuatus siue ĩsipidus fuerit. Ecclesiasti. 34. Ab ĩmundo quid mundabitur? Potius.n. inficit cibum, quã cõdit. Ita futurum est, ut non solum alijs condiendis non sitis usui, uerum etiam ipsi ueniatis in extremum hominum contemptũ, nequaquam præstantes hoc qđ docetis. Sicut.n. sal in ciborum condimentum, & ad siccãdas carnes est necessarius, ita aliũ usum non habet. Nihil ergo fatuo sale cõtemptius. Lucæ. 14. Neque in terram, neque in sterquilinium utilis est. Quippe sterilitatem adferens, si admisceatur. Malach. 2. Vos recessistis de uia, & scandalizastis plurimos in lege, & irritum fecistis pactũ Leui, dicit dominus. Propter quod & ego dedi uos cõtemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut nõ seruastis uias meas, & accepistis faciem in lege. Hac ergo professione suscepta, aut magno usui omnibus sitis oportet, aut magno malo omnibus: aut ingentem gloriã apud homines reportetis, aut ingentẽ ignominiam. Est autem ignominia magis morte uitanda, quæ redundat in infamiam euãgelij. Sitis ergo undequaque synceri, & insigniter integri, quo uestra puritate corrigatur multitudinis impuritas: talis sit uita uestra, doctrinaque, ut omnibus intuentibus sit dux regulaque recte uiuendi. 1. Timothe. 4. Exemplum esto fideliũ in uerbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Titum. 2. In oĩbus te ipsum prębe exemplum bonorum operum, in doctrina, in ĩtegritate, in grauitate. Verbum sanum irreprehensibile, ut is qui ex aduerso est, uereatur, nihil habẽs malum dicere de nobis. Hiere. 3. Dabo uobis pastores iuxta cor meum, & pascent uos scientia & doctrina.

Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux uestra corãm hominibus, ut uideãt opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Z

Chrysostomus: Sal potest carnem incorruptam seruare, putridam mundare non potest. Bona cõuersatio doctorum, condimentum est populi, ideo sal: sed ob doctrinã uerbi, lux. Prius sal, postea lux: quia prius oportet bene uiuere, & postea bene docere. Per bonam conuersationẽ ascenditur ad scientiam sine dubio: per scientiam aũt nescio, si ad bonam oĩno conuersationẽ ueniatur. Hinc multos scientes, multos sine timore dei uidemus: timentes autem Deum, sine scientia nullos uidemus. Initium.n. sapientię timor

timor domini.Eccl.1.Iob.28.Timor domini ipsa est sapientia: & recedere à malo,intelligentia. Si ergo solē obducant nubes, unde lumen mortalibus? Si uestra doctrina caligauerit erroribus, si uestra uita mundanis cupiditatibus erit obfuscata,quę res depellet caliginem multitudinis? Philip.2. Omnia facite sine murmurationibus & hæsitationibus, ut sitis sine querela,simplices filij Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, uerbum uitę continentes.Qui.n.reprehendit quæ occulte fiunt,lux est.Ephes.5. Oïa quæ arguuntur, à lumine manifestantur. Omne.n.quod manifestatur, lumen est. Non ergo in angulis latitabitis, etiam si maxime uelitis,sed spectabiles eritis: & ideo uidete quō citra maculam agatis uitam,ut ne & alijs offendiculo sitis, in uobis exiguus lapsus,fœdi criminis instar erit.Hęc est euangelicæ doctrinæ natura, nō sinit sui professores latere,quamuis ipsi famam hoïum fugitantes, quærant latebras. Cur abscondatur, quod in hoc ipsum paratum est, ut ex æquo prosit oïbus? Esa.2. Venite,ascendamus ad mōtem domini,& ad domū Dei Iacob,& docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius: qa de Sion exibit lex, & uerbum domini de Hierusalem.Curate ergo, ut lucem quam in uobis accēdi, ne obscuretis: & in cādelabro quo uos posui, perseueretis.Ego uos accendi lumen: nunc uestri officij erit,ne gratia extinguatur, ita ut & alijs luceat sine personarum delectu. Hinc de Ioanne dicitur. Ioan.5. Ille erat lucerna ardēs & lucens. Docet ergo fiduciā prædicandi,ne abscōdantur metu, & sint similes lucernæ sub modio,sed tota libertate se prodāt, ut quod in aure audierint & cubiculis,prædicent in tectis. Eccl.20. Sapientia abscōsa,& thesaurus inuisus,quę utilitas in utrisq;? Id enim talentum ad lucēdum acceptū est. Matt.25.Non potest non condire sal, non potest nō lucere lux. Luceat ergo lux uestra, imo mea patrisq; in uobis,cunctis mortalibus,ut cōtemplantes uitam uestram undequaq; puram & īculpatam,planeq; cœlestem, glorificent,nō uos,sed patrem uestrū cœlestem, cui debetur omnis honos & gloria, ut & inimici uestri mirentur.1.Timo.1.Soli Deo honor & gloria.Esa.42. Gloriam meam alteri nō dabo,& laudem meam sculptilibus. Sicut aūt Deus per uitam bonorum honoratur, ita per malorum blasphemat. Rom.2. Nomen Dei per uos blasphematur inter gentes.Ezechiel.36.Sanctificabo nomē meum magnum, qđ pollutum est inter gentes, quod polluistis in medio earum. Bernardus: Lingua magniloqua, manus ociosa, doctrina lucida, uita tenebrosa, res est monstruosa.

Nolite putare quoniam ueni soluere legem, aut 3
prophetas.Non ueni soluere,sed adimplere. Amen quippe dico uobis,donec transeat cœlum & terra, iota unum aut unus apex non præteribit à lege donec omnia fiant.

Quoniam noua uidebatur inducere documenta,ideo ostendit ea nō cōtraria,sed consona legi & prophetis. Nam quod lex iussit,perfecit, sub lege natus. Gala.4. secūdum legem circūcisus & oblatus. Luc.2. Imperfectionem legis perfecit.Hebr.7. Nihil ad perfectū adduxit lex.Gala.4.Lex pædagogus noster in Christo.Ro.10. Finis legis Christus,ad iustitiā omni credenti.Quod si luce prodita cedūt umbræ,si iam factis ipsis præsto, qđ futurorum prædixerant prophetę,nihil legi derogatur, sed potius accedit perfectio. Nihil magis igitur illa lædit, q̄ si pictæ imagini regis, rex ipse uiuus succedens,omnium in se oculos deflectat,aut si puer imbecillus,progressu temporis grandescat in uirum

adultum, aut si frōdibus & foliis suc cedat fructus maturus, aut si sol exoriens, lunam & stellas obscuret. Est autem, Amen, uox asseuerantis & cō firmantis, ꝙ nihil sit in lege promissum & proditum, quod euangelium non absoluat. Et ex figura literæ ostē ditur, quod etiam quæ minima putā tur in lege, sacramentis spiritualibus plena sunt, & oīa recapitulantur in euangelio. Ostēdit etiam quod mun dus præterit & figura eius. 1. Cor. 7. non quo ad substantiam, sed quo ad accidentales qualitates. 2. Petr. 3. Adueniet dies domini ut fur, in quo cœli magno impetu transient, terra autem & omnia quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Luc. 21. Cœlum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. Esa. 55. Verbum qđ egredietur de ore meo, non reuertetur ad me uacuum, sed faciet quæcunq; uolui, & ꝓsperabitur in his, ad quę misi illud. Luc. 24. Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi & prophetis & psalmis de me.

Qui ergo soluerit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum. Qui autem fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum.

Sugillat pharisæos, qui cōtemptis mandatis Dei statuerunt ꝓprias traditiones, quòd non eis prosit doctrina in populis, uel si paruum quod in lege præceptum est destruant. Magistri enim eruditio, etiam si paruo peccato obnoxius sit, deiicit eum de gradu maximo: nec prodest docere iustitiam, quam minima culpa destruit: sed beatitudo perfecta est quæ sermone doces, opere complere. Prius facere, postea ponit docere. Qūo enim alium inducam in uiam, in qua nunquā transiui? Cæterum si fecero, & nō docuero non habebo tantā mercedem, sæpe etiam & cōdēnationem, si quando oportet, propter inuidiam uel negligentiam non docuero. 1. Corin. 9. Nā etsi euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euangelizauero: si enim uolens hęc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispē satio mihi credita est. Esa. 6. Væ mihi quia tacui. Ezech. 3. Fili hominis, spe culatorē dedi te domui Israel, audies de ore meo uerbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annuntiaueris ei, neq; locutus fueris, ut auertatur à uia sua impia, & uiuat: ipse impius in impietate sua morietur, sanguinē autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à uia sua impia, ipse ꝗdem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti. Qui ergo soluerit uel unum ex his præceptis minimis, quæ nunc addo præscriptis Mosaicæ legis, quæ licet non perficiant hominē, tamen inchoant, secundum Augustinum, quia faciunt declinare à malo: cum tamē doceat obseruandum, quod ipse per imbecillitatem non præstat, minimus & cōtemptissimus habebit, adeo, ut nisi ꝓfecerit ad meliora, prorsus excludendus sit ab euangelico cōtubernio, & ultimus ac abiectus sit ad gehennā. Sola enim fide ad corpus ꝑtinet ecclesiæ, & non per charitatem operantē. Cæterum quisquis docuerit hęc minuta non negligenda, quæ ꝓcul arcent ab his quæ lex uetat, & quod docet, prę stiterit, is demum admirādus & magnus habebit in regno cœloꝝ. Nihil enim diuinius ꝙ Deo cooperari in reductione animaꝝ ad suæ beatitudinis fontem. 1. Cor. 3. Dei. n. sumus adiutores. Dan. 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellæ fulgebunt in perpetuas æternitates.

Dico autem uobis, quia nisi abundauerit iustitia uestra, plusquam scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Matth. 5. Q

Ostendit quemadmodum habere nos debeamus erga Deum & proximum. Saluator.n.noster nouus homo uenit in mundū, noua præcepta dedit mundo, quæ se hñt ad mandata legis, sicut lux ad umbrā, res ad signū. Ioan. 1. Lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christū facta est. Iustitiam oēm dicit uirtutē, sicut Iob iustus dicit. Iob. 1. Illud affirmo uobis, si prestiteritis quicquid præscribit lex, quicqd præstant scribæ, legis iustitiam docentes et interpretantes, & pharisæi singulari iustitiæ obseruatione ab alijs segregati, & si nihil adieceritis pfectius, adeo non eritis magni in hac professione, ut ne aditus qdem dandus sit in regnum cœlorū. Defecit eorū iustitia primo in hoc, quia ex lege sine Christo iustificari uolebant. Roma. 10. Ignorantes Dei iustitiam, & suam uolentes constituere, iustitiæ Dei nō sunt subiecti. Roma. 3. Arbitramur hoīem iustificari per fidem, sine operibus legis. Roma. 10. Finis enim legis Christus est, ad iustitiam omni credēti. Hinc Philip. 3. Verūtamen existimo omnia detrimentum esse ppter eminentē scientiam Iesu Christi domini nostri, propter quem oīa detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, & ut inueniar in illo non habēs meam iustitiā, quæ ex lege est, sed illam, quę est ex fide Christi Iesu, quæ est ex Deo iustitia in fide. Secundo, quia quæ docebāt, nō præstabāt. Matt. 23. Sup cathedram Mosi sederūt scribæ & pharisæi. Oīa ergo quęcunque dixerint uobis, facite, secundū autem opera eorū nolite facere. Dicūt enim & non faciunt. De quibus Zacha. 11. O pastor et idolū derelinquēs gregem. Non.n. pascit exēplo. Tertio, qa uanam gloriā quęrebant. Mat. 23. Oīa opa sua faciunt, ut uideantur ab hoībus. Quarto, quia erat in exterior operatione, nō in intentionis rectitudine, effectum timore pœnæ, non aūt affectum amore iustitiæ regulantes. Matt. 23. Væ uobis scribæ et pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & parapsidis, intus aūt pleni estis rapina & imunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & parapsidis, ut fiat & quod deforis est, mundum. Ideo Matt. 6. Attendite ne iustitiā uestram faciatis coram hoībus, ut uideamini ab eis, alioqui mercedem non habebitis apud patrem uestrū qui in cœlis est. Docet cōsequenter, quēadmodū oratio, eleemosyna, ieiunium, apud Deum mercedem mereanť, si Deū solum spectent. Studeamus ergo nō secundū opa tantū, hypocritarū more, sed recta intentione, & pia uoluntate iusti esse. Non pōt.n. arbor bona malos fructus facere. Matt. 7. Bonus ēt homo de bono thesauro cordis sui profert bonum. Lucæ. 6.

Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico uobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo racha, reus erit concilio. Qui autē dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.

Agedum quo singula pspicua fiāt. Quoniam autem uetera nunc antiquata sunt. Hebræ. 8. Quod antiquatur & senescit, prope interitum est, et ferme abdita, oportet omissis illis currere ad noua. Exod. 20. Non occides. Qui.n. ptermisso iuris ordine occiderit, reus erit iudicio cōdēnatiōis. Leuit. 24. Qui pcusserit & occiderit hoīem, morte moriatur. Lex.n. punit secūdū pœnam talionis, ut patet ibidem. Non aūt intelligiť occisio scdm legē. Vnde Exo. 22. Maleficos nō patieris uiuere. Hinc Saul regno priuatus. 1. Reg. 15. nō occidēs regē Agag. Et. 3. Reg. 21. dictū fuit regi Isrl'. Quia dimisisti uirū dignum morte, erit aīa tua pro aīa eius, & ppl's tuus pro populo illius. Occidens enim secūdum 2

legem iustitiæ,meret.Exod.32. Consecrastis,inquit Moses,hodie manus uestras domino, unusquisq; in filio suo,& in fratre suo, ut det uobis benedictio. Intelligitur ergo de ijs,qui præter iustitiæ ordinem ex passione occidunt. Matt.26. Omnes qui acceperint gladium,gladio peribũt. Principes uero non sine causa gladiũ portant. Ministri.n. Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Rom.13. Chrysostomus: Considera plenam legislatoris authoritatẽ. Prophetæ dicebant,hæc dicit dominus:q̃a illi ut serui,ea quæ domini sunt,annuntiabant: hic autẽ ut filius,ea quæ patris & sua sunt: illi conseruis prædicabant, hic suis seruis legẽ ponebat.d.Ego dico uobis, quia oĩs qui irascitur. Christus uniuersam legem ad affectus transtulit, ut homicidæ appellatione contineantur,qui re ipsa cædem faciunt,deinde omnes qui affectu, hoc est, oderunt. 1.Ioan.3. Oĩs qui odit fratrem suum, homicida est:& scitis, q̃a omnis homicida non habet uitam æternã in se manentem. 1.Ioan.2. Qui odit fratrẽ suũ in tenebris est, & in tenebris ambulat,& nescit quò eat,quia tenebræ obcæcauerũt oculos eius. Siquidem ꝓfessionis sublimitas exaggerat culpam,ut quod in ueteri lege sit homicidium, hic in noua sit impotens animi motus ad uindictam. Primus.n. ad homicidiũ gradus est,irasci. Graue facinus admisit apud Deum iudicem,qui fratri male uoluit,qui amãdus est,non odiendus. Augustinus: Irasci fratri ut corrigatur, nullus sanę mentis reprehendit:huiusmodi.n. motus de amore boni, & de sancta charitate ueniũt,& rectam rationem sequuntur. Sine hac ira nec doctrina proficit,nec iudicia stãt, nec crimina compescuntur:sed uitia seminantur, nutriuntur negligentiæ: & nõ solum mali,sed & boni incitanẽ ad malum, ut dicit Chrysostomus. Eccles.7. Melior est ira risu, quia per tristitiã uultus corrigitur animus delinquentis. Sic dominus in synagoga circũspexit cum ira, contristatus super cæcitate cordis eoꝝ. Mar.3. Nam quemadmodũ naturaliter insita est nobis uis rationalis ad discernendum inter bonum & malum, & concupiscibilis ad bonum cognitum appetendũ, sic irascibilis ad malum refutãdum, & fortiter agendum cõtra uitia. Sed ex natura uitiata nos ordinem peruertimus. Augustinus: Qui docet ut nõ irascamur, non soluit legem, sed implet potius,ut & foris innocentiam, dum non occidimus, & intus, dum non irascimur, seruemus. Quod ni mox represserit efferuescentem animum, sed ira impotens erũpat in uocem,quæ nullo quidem certo conuicio percutiat fratrem, sed tamen manifesto eum contemptus indicio contristet,animi maleuolentiã indicans, iam & propior homicidio,nõ solum obnoxius erit iudicio daturus pœnã leuiorẽ,sed tamen homicidio parem, uerùm etiã concilio,grauius etiã cõdemnãdus. Hierony. Si de ocioso sermone reddituri sumus rõnẽ. Matt.12. quanto magis de cõtumelia: Racha, uox indignantis, ꝓprium Iudæoꝝ, id est, uacuus siue inanis, quem nos possumus uulgata iniuria absq; cerebro nominare. Signanter fratri. Nam frater noster nullus est, nisi qui eundem nobiscum habet patrem. Cum ergo similiter credat in Deũ,& Christum Dei nouerit sapientiam, qua ratione stultitiæ elogio poterit notari? Si ergo rebellis animi motus huc ꝓruperit,ut fratrem manifesto iam certoq; conuicio percutiat,iam grauissimæ pœnę erit obnoxius,nimirum gehennæ. Etenim qui scommatis & cõtumelijs persequitur fratrem,charitatẽ destruit,qua destructa,simul omnes tolluntẽ uirtutes,sicut omnes saluanẽ,ea salua. Augustinus: Hoc ultimum

mum quod grauissimum esse sonat, admonet gradus quosdam esse factos à leuioribus ad grauiora, donec ad gehennam ignis ueniretur. Non enim reatus ipse haberet gradus, nisi etiam gradatim peccata cōmemorarentur. Vnde in primo est, ira sola in animo: in secundo, sonus aliquis incertus, motum animi significans: in tertio, manifestum conuicium. Vnde etiam tres gradus reatus. Iudicij, in quo datur locus defensioni: Concilij, id est, consessus iudicum, quando non iam agitur cum ipso reo utrum sit damnandus, sed fit collatio quo supplicio sit puniendus, quem constat damnatum. Gehennæ ignis, quæ nec damnationem habet dubiam, ut iudicium: nec damnati pœnam, ut concilium, quia certam habet pœnam, & cum hoc extremam. Tot modis plectitur, qui nondum progressus est usque ad homicidium: sed homicidio confinis est, quisquis excidit à charitate. Nondum exemit gladium, sed percussit animo, quisquis iratus male uoluit: percussit lingua, quisquis iratus conuicium dixit, fortassis & occisurus, nisi pœnam metueret. Tutior est ergo ab homicidio, quisquis iram et odium penitus exemit ex animo, qua quidem ex radice pullulant homicidia. Quisquis ergo sibi parat charitatem euangelicam quæ bene uult etiam maleuolentibus, quæ beneficio pensat iniuriam, nihil eget minis Mosaicæ legis ad uitandum homicidium. Odij extrema linea est, occidere: charitatis extrema linea est, occidenti etiam bene uelle. Matth. 5. Orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Omnis occasio iræ tollitur, cum inimicos diligere iubemur. Matth. 5. Diligite inimicos uestros. Iusta ira, mater est disciplinæ, Non fratri irascitur, qui uitio irascit.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & uade prius reconciliari fratri tuo: & tunc ueniens, offeres munus tuum.

Operum quædam necessaria sunt, quæ lege mandantur diuina: quædam non, quę in nostro arbitrio sunt posita. Est ergo perpetua regula, nullum opus non necessarium ualere, nisi prius necessarium absolueris. Sic Matth. 23. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem: Hęc oportuit facere, & illa non omittere. Positis ergo uarijs iræ modis dilectioni contrarijs, iram autem comitari solet odium, de charitate seruanda fraterna prosequitur, ut prima sit cura pacis & mutuæ concordiæ. Quod si autem (ut est humanæ naturæ imbecillitas) inciderit offensæ nonnihil inter fratres, rebus omnibus omissis dent operam, ut sarciatur concordia. Si ergo offers, sponte & hilariter offer. 2. Corinth. 9 Hilarem datorem diligit deus. Sic 1. Paralipom. 29. ait Dauid. Ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli uniuersa hæc, et populum tuum uidi cū ingenti gaudio tibi offerre donaria. Munus tuum, inquit, Prouerb. 3. Honora dominum de tua substantia, Eccl. 34. Qui offert sacrificium de rapina pauperis, quasi qui uictimat filiū in conspectu patris. Augustinus: Altare in corde templi. 1. Corin. 6. Templū dei sanctum est quod estis uos, ipsam fidem accipere possumus, cuius signum est altare uisibile. Gregorius: Nihil deo acceptum, nisi in fide & charitate agatur, & per eas deo offeratur. Hebræo. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Atq; inibi tibi uenerit in mentem, tibi parū conuenire cū fratre tuo, siue ꝙ is te offenderit, siue quòd offensa quędā mutua cōtri

ſtarit amicitiam,ad aram relicto munere,mox efficias,ut ante omnia amicitiæ farciatur dulcedo. Hugo:Pensare debemus, quanta ſit apud deum concordiæ uirtus, ſine qua non placent deo ipſa ſacrificia, quibus delentur peccata:nec tantum placent noſtræ orationes,ieiunia & opera, quantum mutua concordia. Chryſoſtomus:Attēdenda dei miſericordia ad homines,qui amplius diligit concordiam fidelium,quàm donaria, dum oblationes diſcordantium non uult ſuſcipere. Nemo enim duorum inimicorũ poteſt eſſe amicus:ideo deus fidelium amicus eſſe non uult, quandiu ipſi ſunt inter ſe inimici.Ex dilato munere nihil ille damni patitur, ex reſciſſa concordia multum imminet utriſque periculi.Qui iubetur inimicum diligere, & ſi nihil commeruit,non grauabitur ſarcire gratiam, licet aliena culpa reſciſſam.Ad charitatis enim pertinet perfectionem, ut dicit Hugo & Caſſianus, ut ille qui læſus eſt,ſtudeat aduerſariũ mitigare,eiuſq; animam à morte culpæ eripere:alioqui nō uideor perfectus imitator Chriſti, qui pro inimicis mortuus eſt,Rom.5.Vltro ergo condona noxam,et fratrem hoc mœrore ſubleua,qui te ſibi putabat iratum. Non enim experieris deum propitiũ, niſi proximus ſenſerit te ſibi propicium. Chryſoſtom⁹:Ne dicas,ille mihi nocuit,prior redeat in gratiã, ego nihil cōmerui:ſi te dominus deus tuus iubet pro gloria ſua,& tuæ ſalutis amicitias facere,tu potius nocumentum ꝑpeſſus,debes nocentē rogare,ut duplicē coronã conſequaris:unã, quia nocitus es:alterã,quia prior rogaſti. Si ille tibi prior nocuit,et prior te rogat, infructuoſa eſt amicitia tua. Quã .n. iuſtitiã feciſti ante deũ,ſi rogatus, te placaueris? Mat.6.Si non dimiſeritis hominibus peccata eorꝫ,nec pater ueſter dimittet uobis peccata ueſtra.Ergo confecta,redibis ad altare peracturus ſacrificium tuũ. Auguſtinus: Non iraſcitur deus,quia differs deponere munus tuum:te quęrit deus magis,quàm munus tuum.Pſal. 15.Dixi domino,deus meus es tu, quoniã bonorum meorum non eges. Plus quærit deus,quem redemit ſanguine ſuo,quàm quod tu inueniſti in horreo tuo. Non enim prodeſt deo offerre uerba noſtra per gratiarum actionem,et corpora per carnis macerationem,ac res per eleemoſynarum largitionem,niſi & corda offeramus per uerã dilectionem,1.Cor.13.& Luc.18 claret in phariſæo.

Eſto conſentiens aduerſario tuo cito,dum es cũ eo in uia,ne tradat te aduerſarius iudici,et iudex tradat te miniſtro,& in carcerem mittaris. Amē dico tibi,non exies inde donec reddas nouiſſimum quadrantem. Matth. 5 R

Aduerſarius, Græcis hoc loco ſignificat,qui uult iudicio contendere, ut non ſolum ſit epilogus ſuperiorũ, ſed mandatum peculiariter pertinēs ad iudicia.1.Corinth.6. iam quidem omnino delictum eſt in uobis, ꝙ iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed uos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus.Reperiuntur enim quidam iniqui,ut iniurŋs ultro in ius trahant, negotium etiam exhibituri,ni deprædentur. Quid hic agendum? Nunquid legibus ius perſequendum? Si me audies, in uia properabis cum aduerſario tuo rem componere, uel æquis,uel iniquis cōditionibus,quo ſeruetur pax & concordia. Nec propterea ſublati ſunt iudices. Eſt enim in eccleſia poteſtas ſiue gladius in iudicium, hoc eſt, in coercendos malos. Sed ſeruiendum erat aduocatis & notarŋs, ſurſum ac deorſum aſſidue curſitandum, ambiendus fauor iudicum,multa & facienda & ferenda indigna.Et cum tempore nihil ſit

pretiosius, quantum hinc foret insumendum? Vide ergo quam non aspernandum lucrum feceris celeritate finiendæ litis, cum iudiciorum interim incertus sit exitus: neque enim semper superior discedit, cui causa melior. Siquidem periculum est, ne aduersarius uictor tradat te iudici, iudex tradat te ministro publico, per quem ducaris in carcerem. Quo si semel coniectus fueris, iam adempta facultate componendæ rei cum aduersario, non solum lucrifeceris corporis afflictionem & ignominiam, uerum etiam non liberaberis, donec ad assem uniuersam resoluas summam quam petebat aduersarius, cum minoris licuerit cum illo transigere, mitiore adhuc, & minus irato. Admonet ergo ne iudicio contendamus, ne grauiora ob potentiam aduersarij patiamur. Sic in sarcienda amicitia, noli esse morosus expensor, uter magis sit in culpa. Hieronymus: Ad pacem & concordiam nos saluator hortatur, dum sumus in huius seculi uia. Hebręo.13. Non habemus hic manentē ciuitatem, sed futuram inquirimus. Romano.12. Si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Vult ergo nos esse beneuolos & benignos, cum ignoremus diem & horam. Matthæi.24.

Exo.20 *Audistis, quia dictum est antiquis: Non mœchaberis. Ego autē dico uobis, quoniam omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iā mœchatus est eam in corde suo.*

Verum ut homicidio uicinus est, qui fratri irascitur, ita tendit ad adulterium, cuius iam animus est impudicus, cuius oculi sunt adulteri. 2. Petri. 2. Oculos habentes adulterij plenos, & incessabilis delicti. Hieronymus: Si uiderit ut concupiscat, ut facere disponat. Concupiscentia enim, quæ est cum animi deliberatione atque cōsensu in delectationē uel opus peccatum est. Opus nō addidit, quia non potuit. Si ergo concupiscamus, & opus non perficiamus, signum est quod a gratia dei protecti sumus. Sic mulieres se ornantes ut alliciant, & si non placeant, attamen pharmacū miscuerunt, etiam si nullus bibit. Deus enim intuetur cor. 1. Regum. 16.

Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.

Non possum, inquies, oculos claudere. Immo pręstat eruere oculū, q̄ p eum capere iacturā. Reprimendus ergo, ne illicita intueatur Iob. 31. Pepigi fœdus cū oculis meis, ut ne cogitarē quidē de uirgine. Eccl. 9. Auerte faciē tuā a muliere cōpta, & ne circunspicias speciē alienā. Propter speciē mulieris multi perierunt, et ex hoc cōcupiscētia quasi ignis exardescit. Claret i Holoferne, Iudith. 10. Dauide, 2. Re. 11. Salomōe, 3. Re. 11. Sic ergo properādū est ad fastigiū euāgelicę perfectionis, ut quicquid obstiterit huc eunti, protinus sit abijciendū, quātūuis dulce, quantumuis amabile. Habet aius sua membra noxia, quæ pium est q̄ ocyssime recidere. Sic oculus consultor est siue doctor, qui si consuluerit quod est pręter mandatū diuinū, abijciendus: manus dextera amicus, qui si impellat ad opus cōtra dei mandatum, abscindendus: Sic & mēbra pijcienda nō ad organū, sed quantū ad illicitū usum. Iuxta hunc sensum ait Apostolus Col. 3. Mortificate mēbra uestra super terrā. Consequēter seipsum exponens, ait: fornicationem, immunditiā, libidinē, concupiscentiam malā, auaritiam. Melius est. n. unius membri uitiosum actū abscindere, q̄ totius corporis opera bona amittere

nos uerum polliceamur. Ergo q uiolat iusiurādum, ueritatem dei uiolat & negat. Tantum ergo flagitium est, ut satius sit omnino non iurare, quā peierare aliquando. Vult autem dominus suos esse tales, ut nō sit opus ullo iureiurando. Quorsum enim attinet iurare, si nemo sit qui quenquā uelit circumuenire, etiam si id possit impune, uerum si quisque alterum è suo æstimās animo, nemini diffidat? Nam qui uere Christianus est, etiam suo incommodo cōsulit commodis alienis: tantum abest ut ullū uelit lædere. Abunde sunt duæ uoces, Nō & Etiam: ut neges te facturū, quod non polliceris: præstes, quod simplici sermone te præstaturum receperas. Si semper uere locutus fueris, & nunquam iuraueris, fidē habebis apud alios. Nulli enim minus creditur, quàm ei qui frequenter iurat. Quod siquid his accesserit, ex uitio accessérit oportet. Aut enim parū bene sentit qui iurat, de eo cui iurat, aut diffidit is qui iusiurandum exigit. Non ergo dixit, malum est, quia iuramentum in se malum non est, sed à malo uel iurantis uel exigentis. Quæ enim prohibentur, quædam secundum naturam suam adeo mala sunt, ut bene fieri non possint, qualia adulterium, incestus: quædam considerata cum superiori lege, (ut occidere hominē, cum eo quo uult deus sontes puniri) bene fieri possunt. Ita iurare non licet, sed consideratum cum superiori lege, puta unum cole deum, id est, propter gloriam dei, aut ut diligas proximum sicut teipsum, id est, propter necessitatem proximi, uel etiam suspsius, si extorqueatur, iurare licet, ne ueritas subticeatur & opprimatur. Sic Paulus in epistolis aliquoties iurauit. Referebat enim gloriæ dei, bene sentire de Paulo gentes & Iudæos. Sic & prophetas iurasse constat.

Audistis quia dictum est: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico uobis, non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram. Et qui uult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, da ei & pallium. Et quicunque angariauerit te mille passus, uade cum illo & alia duo. Exod. 21 Leuit. 19 Deut. 19

3 Lex cohibuit, & coercuit libidinem ulciscendi, ut ex iudicum arbitrio delictum talione pensaretur, hoc agens, ne longius æquo procederet ultio, & ut uel timore similia patiendi, à læsione retraherentur. Hieronymus: Dominus uicissitudinem tollens, truncat initia peccatorum. In lege retributio est, in euangelio gratia: ibi culpa emendatur, hic peccatorum fit remissio. Non resistere malo. Malum uel ad rem referri potest, uel ad hominem. Romano. 12. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Docet summam patientiam animiq; moderationem, ut tantum absimus à cupiditate uindictæ, ut ultro parati simus alteram potius iniuriam admittere, quàm malum malo pensare. Hinc ait: Siquis te percusserit in unam maxillam, obuerte ei & alteram. Non autem semper corporaliter talia expediunt. Vnde dominus percutienti respondit Ioan. 18. Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, & Apostolus Act. 22. Si hominem Romanum & indemnatum licet uobis flagellare? Attamen non solum ad flagella, sed & ad mortem paratus fuit. Act. 21. Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen domini Iesu. Quod hic dominus ait de iudicio & Apostolus, 1. Corint. 6. accipiendum est secundum promptitudinem animi, ita quod paratior sit homo pati stau dem atque iniuriam, quàm iudicio contendere, desiderio pacis internæ & quietis, & ne alij offendantur, dummodo aliunde expediat. Si enim

in omnibus præinductis, percutiens, rapiens, angarians, ex nostra longanimitate in sua malitia confirmetur ac foueatur, expedit ei resistere secundum iuris rationem. Si autem habeatur spes de eius emollitione per nostram patientiam, sustinendum est. Hac enim comitate toleran tiaq; fiet, ut nec is qui propensus est ad lædendum, exasperetur ad atrociora: & nos citius à molestia liberemur, quàm si malum malo propagaretur, & ex paruo reddatur magnũ, ex uno multiplex: non enim ignis igne, sed aqua refrigeratur, nec animi tranquillitatem amittimus, & fortassis ex inimico nobis reddemus amicum nostra bonitate. Adeo nos oportet ab omni rerũ humanarũ affectu, cura & gloria liberos esse, ut duplũ concedamus simplum extorquenti.

Qui autem petit à te, da ei: & uolenti mutuare, ne auertaris.

Sic possideas opes, ut eas pro fratrum necessitate, cuiquã libenter impẽdas. Dicis actum de re mea, si mea omnibus impendero. Respõdet Apostolus. 2. Corin. 8. Non enim ut alijs sit remissio, uobis autem tribulatio, sed ex æqualitate præsenti tempore uestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia uestræ inopiæ sit supplementum. Lucæ. 16. Facite uobis amicos de mammone iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in ęterna tabernacula. 1. Timo. 6. Diuitibus huius seculi præcipe, non sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendũ: bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare. Hinc Lucæ. 6. Omni petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. Neq; uero periculum, ne res publica periclitetur sublato uindicãdi iure. Licet enim sontes punire, & de rebus sublatis decernere. Hic uero decernitur, ne quis alterum accuset priuatæ iniurię, tamen interest magistratus, ut eum qui intulit iniuriã, puniat, aut res ablatas tibi restituat. Lucæ. 6. Si mutuum dederitis his à quibus speratis accipere, quæ gratia est uobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, ut recipiãt ęqualia. Vulgare officium est, commodare in tempore, ut uicissim tibi cõmodetur. Non est purũ officium, quod spe officij redituri confertur. Nã qui mutuum dat ad usuram, nõ tam impartit sua, q̃ uenatur aliena. Grego. Nysenus: Malignam fœneratorum excogitationem, siquis appellet furtum & homicidium, non peccabit. Nam quid refert, suffosso pariete quẽquam erepta possidere, aut fœnoris necessitate possidere illicita? Ecci. 34. Panis egentium uita pauperis est: q defraudat illũ, homo sanguinis est. Ecci. 10. Auaro nihil est scelestius. Nihil est iniquius q̃ amare pecuniam. Hic enim uenalem habet animam suam. Ideo Lu. 6. Mutuum date nihil inde sperantes, Cur grauaris ei dare mutuo, fortassis ad te nunquam rediturum, cui debebas & dono dare quod tibi supererat, & illi deerat? Da ergo mutuo hoc aio, ut etiam si nihil ad te sit reditur, tñ gaudeas opitulari proximo. Siquidẽ hoc copiosius repen/det deus præmium, quo minus repẽsum aut speratum fuerit ab hominibus. Ecci. 29. Perde pecuniã propter fratrem & amicum, & non abscõdas illam sub lapide in perditiouem. Deute. 15. Non obturabis cor tuum nec cõtrahes manum, sed aperies eã pauperi, & dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. Psal. 14. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, in tabernaculo dei habitabit. Vnde de iusto dicitur Ezech. 18. Ad usuram non commodauerit, & amplius non acceperit. Basilius: Considera uirtutem sermonis domini, & miraberis

pietatem actoris. Cum daturus es pauperi pietatis & diuinæ charitatis intuitu, idipsum & donum est & mutuum. Donum, ob insperatam retributionem: mutuum, ob munificentiam domini qui uice pauperis tibi restituet. Prouer. 19. Fœneratur domino qui miseretur pauperis. Vnde Lucæ. 6. Et erit merces uestra multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos, & malos. Gloss. Duo beneficij genera: unum, cum aliquid beneuole damus: alterum, cum redditurο cōmunicamus. Vtrunque fieri debet sine spe retributionis humanæ, sed non diuinæ: quia sicut deus omnis boni est principiū, ita uult esse finis. Ille autem natura adeo bonus est, ut beneficium suum conferat non solum in bonos, uerū etiam in malos. Omnibus enim impartit uitam, deinde cœlum & terram tot ornamentis, tot opibus, tot commoditatibus instruxit ad usum etiam impiorum malos sua lenitate prouocans ad resipiscentiam, bonos excitans ad gratiarum actionem. Ingrati sunt per auersionem à deo, mali per conuersionem ad creaturas. Hiere. 2. Duo mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas. Quid gloriosius quàm filiū esse altissimi, per imitationem operis, gratiam adoptionis, conformitatem dilectionis, & in futuro per adoptionem gloriæ singularis? Ecci. 23. Gloria magna est sequi dominum: longitudo enim dierum assumetur ab eo. 1. Io. 3. Charissimi, nūc filij dei sumus, & nondū apparuit quid erimus. Scimus qm̄ cū apparuerit, similes ei erimus: qa uidebimus eū sicuti est. Ro. 8. Quod si filij, & hęredes: hęredes quidē dei, cohæredes aūt Christi. 1. Co. 13 Videmus nunc per speculum in ęnigmate, tunc autem facie ad faciem.

Audistis quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autē dico uobis: Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos, ut sitis filij patris uestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Matth. 5. S

Retrahit nos ab amore prauo, dilectionem inimicorum præcipiendo. Scribarum enim erat traditio, inimicos odiendos, à sensu contrario argumentantium, dilectionis amicorum: cum tamen omnis homo, inquantum ad imaginem dei creatus, & capax ipsius esse potest per cognitionem & amorem, ex charitate sit diligendus: quia amicitia charitatis super communicatione supernaturalis beatitudinis fundatur. Mali uero homines, quantuncunque nobis alieni et aduersarij, quandiu hic in uia sunt nobiscum, sunt in potentia ueniendi ad beatitudinem: ideo licet malitia eorum odienda sit, secundum illud Ecci. 12. Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. Sap. 14. Similiter sunt odio deo impius & impietas eius. natura tamen diligenda. Leui. 19. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super eo peccatum. Potest autem odium considerari, prout est in animo: cōtra hoc dicit, diligite. Est autem diligere, uelle alicui bonū. Debemus ergo uelle, ipsis bona spiritualia, gratiā et gloriā immo & corporalia, secundū quod expedit eorum saluti. Omnis enim creatura dei bona est, 1. Timo. 4. Prouer. 24. Cū ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina illius ne exultet cor tuū, ne forte uideat dominus & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Iob. 31. Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat. & exultaui quod inuenisset eum malum. Secundo, in effectu operis: cōtra hoc, bene-

Neq; possunt uideri præclara, quę cadunt & in malos. Luc. 6. Et si benefeceritis his qui uobis benefaciũt, quæ uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Non est ista beneficentia euãgelica, sed beneficiorũ permutatio. Siqdem peccatores ab euangelicæ professionis sublimitate alieni, ductu naturæ referunt acceptum beneficium, ingratitudinem execrantes. Quid ergo eximium & ultra cæteros facitis? Signat hic græca dictio, osculo & complexu salutare, quod olim ex more fiebat inter amicos, nõ solũ apud Iudæos, uerũ etiam apud Gręcos & Romanos, ut claret ex epistolis Apostoli. Vos igitur uolo perfectos esse, & admirabili quadam luce bonitatis referre patrẽ cœlestem: q cum sit omnipotens, tamen sua bonitate prodest oĩbus, nihil a quoquam expectans mercedis. Mitis & clemẽs erga uniuersos, cũ possit illico, si uelit, ulcisci. Perfectioni diuinę, quę plenissima est & ĩfinita, assimilari nemo potest, similitudine æqualitatis, sed imitationis. Deuter. 18. Perfectus eris & absq; macula cum dño Deo tuo. Leuit. 19. 20. Sancti estote, qa ego sanctus sum. Deus aũt dilexit nos, dando omnia nobis in adiutoriũ. Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Angelos in ministerium. Hebræo. 1. Non'ne omnes administratorĩj sunt spiritus, missi in ministerium ꝓpter eos qui hęreditatem capiunt salutis? Filium in pretium. Roma. 8. Qui proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis. Nos uero cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filĩj eius. Rom. 5. Non ergo Christus ĩpossibilia præcepit, sed perfecta, quę fecit Ioseph in fratribus suis. Gene. 45. Dauid in Saule. 1. Regum. 24. et. 26. & Absolon. 2. Reg. 18. Stephanus pro lapidantibus orauit. Act. 7. Paulus anathema cupit esse ꝓ persecutoribus. Rom. 9. Dñs hæc & docuit & fecit, etiam facinus inimicorum excusando. Luc. 23. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.

Attendite ne iustitiam uestrã faciatis coràm hominibus, ut uideamini ab eis. Alioquin mercedẽ nõ habebitis apud patrẽ uestrũ qui in cœlis est. Matt. 6. T 3

Postq; ad summam uirtutũ induxit, charitatem, nunc tollit inanẽ gloriam, quæ sequi solet bene operantẽ. Vult. n. Deus de operibus nos habere meritum. Matt. 16. Filius hoĩs uenturus est in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuiq; secundum opera sua. Proximos exemplum. Matth. 5. Sic luceat lux uestra coràm hoĩbus, ut uideant bona opera uestra, & glorificẽt patrem uestrũ qui in cœlis est. Ipse Deus gloriam. 1. Timo. 1. Soli Deo honor & gloria. Esa. 42. Gloriam meam alteri nõ dabo. Vanæ aũt gloriæ cupidus, meritum perdit, ꝓximum scandalizat, & Deum offendit. Psal. 52. De⁹ dissipat ossa eorũ qui hominibus placent. Gala. 1. Si adhuc hoĩbus placerem, Christi seruus non essem. Sicut ergo superioribus, internos affectus exigi docuit, ita nunc qualia externa debeant esse opera, præscribit, quæ secundum internos affectus uideãtur, è quibus nascuntur opera uel bona uel mala. Volũtatem. n. uel coronat, uel punit Deus. Hieron. Non igitur uirtus, sed causa uirtutis apud Deum mercedẽ accipit. Etsi à recta uia paululum declinaueris, non interest an ad dexteram, an ad sinistram uadas, cum rectum iter amiseris. Secundũ Dionysium, bonũ est ex integra causa, omnibus scilicet circunstantĩjs concurrentibus, malum uero contingit omnifarie. i. quęcunq; circunstantiarum omittatur. Inter omnes aũt circũstantias actus uirtuosi, ꝓpter quod, extat ꝑcipua. Ideo ait. Attendite, tanq;

à mala bestia. Vos enim in hac parte cautos ac circunspectos esse uolo, ne cum erit aliquod piorum operum præstandum, ideo malitiis apud hoíes facere quàm soli, ut ab alijs conspecti, laudem & gloriam humanã uenemini. Sic.n. de subseruiendum hoíbus, ut illos ad uestros mores pelliciatis, non ut uos ad illorum mores degeneretis. Veram uirtutem ultro sequitur sua laus, etiam cum fugit. At ea tum uera laus est, cum contingit non ambita, nec affectata. Sciendum quòd iustitia nouæ legis duplex est: Operum, quã imitando Christum & mãdata eius implendo consequimur, de qua hic: Fidei, qua à Deo iustificamur, hęc gratiæ est: & fidem consummatã sequuntur bona opera, uirtus. Rom. 3. Arbitramur hoiem iustificari per fidem.

Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypochritæ faciunt in synagogis, et in uicis, ut honorificentur ab hominibus: amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito: et pater tuus qui uidet in abscõdito, reddet tibi.

Noli înotescere hominibus ut glorieris. Hieronymus: Colligitur hypocritas esse, qui quodlibet faciũt ut ab hoíbus glorificentur. Hypocrita græcis histrionem significat, hoc est, qui ficta persona fabulam agit apud populum, quos eosdem actores uocamus. Quãuis quisquis quouis modo simulat ac fingit, hypocrites uocari possit. Vis audire quid proficiant? Vtcunque applauserit populus, apud Deum perdiderunt mercedem suam, qui pium opus ex animi syncero affectu metitur. Receperunt.n. mercedem suam, laudem humanam quam quæsierunt. O uanitas & miseria infinita, ob uilem, momẽtaneam & fallacem laudem, diuino, cœlesti & ęterno honore priuare seipsum. Chrysostomus: Sicut lampas accensa celari non potest, sic nec opus iustitiæ abscondi. Non est ergo ingrata eleemosyna quæ uidetur: sed quæ ideo fit ut uideat, eisi nõ uideat. Nesciat ergo sinistra tua. Mala intentio non misceatur operi bono, quod ex bona nascitur intentione: & quantũcunque uicinus, & si fieri potest, ipse qui accipit. Chryso. Si possibile est teipsum ignorare quod facis, sit tibi hoc prorsus in studio. Est & dextera, amor Dei: sinistra, amor sui. Vt eleemosyna sit in abscondito, saltem quo ad desideriũ cordis. Nec homini imputes quòd bene feceris, nec tibi hoc nomine placeas quòd dederis, sed tantũ in sinu gaudeas quòd refocillatus sit egenus. Quid tum si nesciant hoíes? Immo si ne ipse quidem qui iuuatur, norit authorem beneficij? Tibi satis est quòd testem habes patrem, cuius oculos omnino nihil fugit. Is tibi reponet prȩmium, etiam si ab hoíe nihil redeat gratiæ. Ecclesiasti. 27. Eleemosyna uiri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hoís quasi pupillam conseruabit, & postea resurget, & retribuet illis retributionẽ, unicuique in caput illorum. Super scutũ potentis, & super lanceam cõtra inimicum tuum pugnabit. Eleemosyna enim peccata diluit. Danie. 4. Peccata tua eleemosynis redime. Act. 10. Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriã in cõspectu Dei, (ait angelus Cornelio gentili.) Ecclesiasti. 3. Ignẽ ardentẽ extinguit aqua, & eleemosyna resistit pctis, & Deus prospector est eius qui reddit gratiã. A morte eripit. Tob. 4. Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patiet ire in tenebras. Mat. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam cõsequentur. In regnum introducit. Luc. 16. Facite uobis amicos de mãmona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in ęterna tabernacula. Tob. 4. Fiducia magna erit coràm summo Deo eleemosyna oíbus facientibus eam. 2. Corinth. 9.

Qui feminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Hinc fieri debet prudenter. Ecci. 12. Si benefeceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam: & si non ab ipso, certe à domino. Da bono animo, & ne receperis peccatorē: da humili, & ne dederis impio. Matthæ. 19. Vende oīa quę possides, & da pauperibus. Luc. 19. Ecce dimidium bonoꝝ meoꝝ domine do paupibus. Luc. 14. Cum facis prādium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; uicinos, neq; diuites, ne forte & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cū facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos & cęcos, & beat⁹ eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur autem tibi in retributione iustoꝝ. Scdo, Latēter, ut hic: & Ecci. 29. Conclude eleemosynā in corde pauperis, et illa pro re exorabit ab omni malo. Festinanter sine protractione. Prouer. 3. Ne dicas amico tuo, uade & reuertere, & cras dabo tibi, cū statim possis dare. Gaudenter sine perturbatione. 2. Corin. 9. Hilarem. n. datorem diligit Deus. Abundanter sine diminutione. Tob. 4. Si multum tibi fuerit, abundāter tribue: si exiguum, etiam exiguū libenter impartiri stude. Act. 10. Erat uir quidam in Cæsarea, Cornelius nomine, timens Deū, & multas faciens eleemosynas.

Matth. 6. V *Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & angulis platearum stantes orare, ut uideantur ab hominibus. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum: et clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: et pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi.*

Post exhortationem operum misericordiæ & charitatis fraternæ, qbus homo ad proximum uirtuose extenditur, docet de actu latriæ, per quem anima ad Deum eleuatur, hoc est, de oratione, quę secundum Damascenū est eleuatio mentis in Deum, uel petitio decentium à Deo. Hypocritæ ob nihil aliud in synagogis & in angulis, hoc est, in flexibus, ut in compitis & triuijs, orant, nisi ut sint conspicui hoībus, à quibus sanctimoniæ laudē aucupentur. Sed receperunt mercedē suam, tametsi à nullo laudētur: quare in futuro nō gloriam, sed pœnam, ut sacrilegi sortientur. Pars enim eorum est illic, ubi est fletus & stridor dentium Matt. 24. Simpliciter intellectum, erudit, auditorem. ut uanam orandi gloriā fugiat, & impedimenta eleuationis mentis in Deum: uel ut iclusa pectoris cogitatiōe, labijsq; compressis oremus dominum, quod & Annam in regum uolumine fecisse legimus. 1. Reg. 2. Qui. n. in multorum orat præsentia, nihilo segnius, imo fortasse uehementius oraturus si solus esset, is orat in abdito cubiculo. Locus. n. non nocet, sed modus orandi. In ecclesia ergo orandū, quæ ob id locus dicit̄ orationis. Matt. 21. sed recto animo & citra ostentationē. Non aūt latent Deum quæ in locis fiunt abditis, imo specialiter bona talia uidet per approbationē. 1. Regum. 16. Homo uidet ea quę patent, Deus autem intuetur cor.

Orantes autem, nolite multū loqui, sicut ethnici faciunt, putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Noli ergo assimilari eis Scit. n. pater uester quid opus sit uobis, antequā petatis eum. 2

Deus non uerboꝝ, sed cordis auditor est: unde bathologiam hic loquacitatem uocauit, qua tunc utiq; utimur, cum non utilia nobis à Deo poscimus, ut potentiā scilicet adipiscamur & gloriam, ut inimicos superemus, & opes possideamus multas, & omnino quæ nobis nihil prosunt. Credebant ethnici Deū uerboꝝ multitudine, nō cordis affectu flecti, qui bus nos assimilari uetat. Oportet. n. nos perseuerare utilia postulātes, &

dominus factus in agonia, prolixius orauit. Luc.22. Amat quidem rogari pater, non ut doceatur, oratione prolixa quid postulet nostra necessitas, sed ut excitetur nostra pietate ad præstandum, quod non merentur accipere segnes & oscitãtes. Nos.n.nõ narratores, sed rogatores sumus: aliud est enim narrare ignoranti, aliud petere. In illo indiciũ est, hic obsequiũ: ibi fideliter indicamus, hic miserabiliter obsecramus: alioqui nouit ille quid nostra postulet necessitas, etiã antequã petatur. Quamuis.n. prædestinatio non sit ex meritis, tamen in sua æterna prædestinatione disposuit se daturum gratiam in præsenti, & gloriam in futuro per nostras preces ac merita. Chrysostomus: Orationẽ solam quasi spirituale tributum anima de uisceribus suis offert Deo. Vis scire quã pretiosa sit oratio? Nulla iustitia thymiamati cõparatur, nisi sola oratio. Sicut.n. bene cõfecta thymiamata delectant odorantem, sic oratio iusti suauis est ante Deum. Psal.140. Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Apoca.8. Ascendit fumus incensorũ de orationibus sanctorũ de manu angeli corã Deo. Tob.12. Quãdo orabas cum lachrymis, ego (ait Raphael) obtuli orationem tuam coràm domino.

3 *Sic ergo uos orabitis: Pater noster qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.*

Quod si tibi formam præscribi uis euangelicæ precationis, accipe dignã, qua ueri synceriq; filij fraterna charitate concordes, patrem cœlestem omnibus ex æquo cõmunem cõpellant: à quo tametsi nobis oĩa suppetãt, tamen ea potissimũ petenda sunt, quæ conferunt ad uitam cœlestẽ. Nam cætera uel sua spõte, uelut auctariũ uotis suorũ adijciet, ut est benignissim⁹. Primum docet nos totos non aliũde pẽdere, quã à prẽ cœlesti, cui debemus quod sumus conditi, à peccatis redẽpti, & quicquid habemus uirtutum. Quid tam auget fiduciam, inflãmat affectum, lætificat humilem animã, sicut Deum uerum uelle à fidelibus uocari patrẽ? Deutero.32. Nunqd nõ ipse est pater tuus, qui possedit & fecit & creauit te? Matth.23. Vnus est pater uester qui est in cœlis. Ostẽdit quanta bona simus cõsecuti, facti filij Dei. Roma.8. Non.n. accepistis spiritum seruitutis iterũ in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, abba pater. Nam nos semel infeliciter genitos ex Adã, rursum cœlo genuit, ubi nobis à terrenis rebus subuehendis, regnum & hæreditatem æternam parauit. Gala.4. Quod si filij, & hæredes per Deum. Vide ergo orationis uim, sursum te ducit, persuadetq; tibi quoniam nominas patrẽ Deum, ne oĩno similitudine eius careas, sed enitaris similis fieri patri imitatione. Noster intulit, nõ meus, ut oẽs quasi fratres uni⁹ patris habeas, Mat.23. Oẽs uos fratres estis, & neq; sibi ꝓprium aliquid uindicet, cum ex unius beneficẽtia proficiscãtur omnibus quicqd habent. Hinc pater uocatur, quo benignum & clemẽtem intelligas. Psalmo.102. Quõ miseretur pater filiorũ, misertus est dñs timẽtib⁹ se. In cœlis habitare dicitur, qđ cũ impleat oĩa. Hier.23. Cœlum & terrã ego impleo. Esa.66. Cœlum sedes mea, terra aũt scabellum pedum meorũ. nihil habet fæcis aut infirmitatis terrenæ, & illic excellentius operetur, seipsum ostendens, quãuis nullo loco circũscribatur, & quo nobis patriam ostendẽs, mentes nostras in cœlos subuehat, et à terrenis abducat. Si ergo uis Deũ: cœlum, nõ terram, specta. Vel in sanctis,

ctis, quorum conuersatio in cœlis est. Phil.3. & templũ Dei sunt.2. Cor.6. Vos estis templum Dei uiui, sicut dicit Deus(Leuiti.26.)qm̃ inhabitabo in illis. Pater noster qui es in cœlis, nos aũt filij tui in terris,patrem nesci mus nisi te:ex te uno pendem⁹,à quo nobis petẽda sunt oĩa,qbus opus est ad ueram uitã. Fiat ergo, ut per nos tuo beneficio puros & integros, tua potentia, tua sapientia, tua bonitas magis ac magis innotescat hoĩbus: & sic per nostram doctrinam ac uitam,inter hoĩes fiat inclytum,& gloriosum nomẽ tuũ,& intelligant oẽm gloriam tibi deberi. Non.n.est nostra gloria,cum tui muneris sit,quicquid à nobis recte gerit̃.Esa.8. Dñm exercituum sanctificate. Sed heu nomen Dei per multos blasphematur inter gentes.Roma.2. Facito ergo nos sanctos,ut & tu per nostræ conuersationis ornatum glorificetis. Hactenus toto orbi regnauit satanas per peccatum cui seruierunt hoĩes illecti cupiditatibus ipsis:tu fac ut sublatis peccatis,aboleatur tyrannis satanæ, nec regnet peccatũ in nostro mortali corpore.Rom.6.ut in dies magis ac magis inualescat regnum tuũ, quod nõ opib⁹ aut satellitio,sed modestia, pudicitia,lenitate,tolerantia, fide, charitate constat, ut profligatis uitijs una cum malis cupiditatibus, uim suam exerant inter hoĩes,tuę uirtutes cœlestes, ac sic regnes tu solus in nobis, citoq; triumphantis ecclesię regnum consummet̃, ac cito ueniat ut transferamur de uia ad patriam. Hoc gratissimi oĩno serui est,neq; inhęrere præsentibus, neq; magnum aliquid quæ uidentur putare,sed ad patrem semp urgeri,semperq; in futura gestire,qđ certe de optima oritur cõscientia, & mente terrenis reb⁹ oĩno exuta. Et is neq; uitę huius opibus inflatur,neq; humiliatur aduersis,sed tanq̃ iam in ipso cœlo habitans, utriusq; huius inęqualitatis ĩmunis est. Fiat tãdem per gratiam tuã, ut quemadmodum in cœlis,unde pręcipitatus est lucifer cum suis coniuratis,pacata sunt oĩa, & nulla aduersus tuam uoluntatem rebellio:ita inter Dei filios, successuros in locum angelorum, sublatis peccatis,& effuso tuo in eos spiritu,tuæ uoluntati pareant oẽs,cunctis(quantum patitur imbecillitas humanę naturæ)iam hoc meditantibus,qđ perfecte continget in futura uita. Alme pater quos genuisti, prospice nobis,ne nos deficiat panis ille tuus præcipuus,gratiæ ac doctrinæ.Eccl.15. Cibauit illum pane uitę & intellectus, necnon supersubstãtialis ille panis, filius tuus.Ioã.6. Ego sum panis uerus,qui de cœlo descendi,ut eo quotidie sumpto, confirmemur & adolescamus, uegetiq; reddamur ad tua iussa perficienda.Luc.11. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Vbi non pro diuitijs & delitijs, non pro pretiosæ uestis ornatu,sed pro cibo tantum quotidiano iussit orare. Prouer.30.Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi: tribue tãtum uictui meo necessaria, ne forte satiatus illiciar ad negandum,& dicam,quis est dñs?aut egestate compulsus,furer,et periurem nomẽ Dei mei. Ac nequando nostris delictis offensus, alienes animum tuum à nobis, sed pro tua clementia ignosce nobis delicta quæ per infirmitatem uitę cõmittimus,ut tecum pacem habeamus,quẽadmodum & nos inuicem condonantes,si quid alius in alium deliquit, mutuã alimus concordiam,Luc.11.Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & nos dimittimus debitoribus nostris. Qui nunc dicunt se culpam dimittere, non pœnam, nisi prælati sint, uideant quõo eis Deus pœnas relaxet. Habet.n.me Deus ut exemplar: & quod facio alij,facit & mihi. Te ergo propicio,nihil timemus: & concor-

dia fulti, firmiores sumus aduersus hostem cõmunẽ. Cui quæsumus ne tradas nos tentandos, si fieri potest. Nouimus.n.illius malitiã, nouimus improbitatem & uersutiã. Quod si patieris nos incidere in tentationem, ut explores animi nostri constantiã, tu pater optime libera nos à malo illo & pessimo, cuius est tentare, ne ei succumbamus, hoc est, dæmone qui per se & suos impugnare nos nõ cessat. 1.Pet.5. Aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiẽs circuit, quærens quem deuoret. Sciẽdum, quod Deus intentator malorum est, quia neminem tentat. Iaco.1. loquẽdo de tentatione deceptoria, quę ordinatur ad malum tentati, sed electos tentat, probando & exercitando, quę ordinatur ad purgationem & exercitationem tentati, nõ ut sibi aliquid innotescat, sed alijs, atque seipsum cognoscat. Gene.22. Tentauit Deus Abraham in filij ĩmolatione. Deuter.8. ut affligeret atque tentaret, & nota fierent quæ in animo tuo uersabantur, utrum custodires mandata illius an non. Sap.3. Deus tentauit illos. et ĩuenit eos dignos se. Hinc Tob.12. Quia acceptus eras Deo (ait Raphael) necesse erat ut tentatio probaret te. Oramus ergo ut in hac tentatione det nobis constantiã: de alia uero quæ à malo per carnem uel mũdum, petimus uictoriam, ne in ipsam inducamur, quãuis ipsa ĩducatur in nos per impugnationem. Inducit in hanc Deus permissiue, iuste subtrahendo auxilium suum, nostris exigentibus demeritis, iuxta quem modum dicitur & indurare. Exod.7.9.10. Sic 2.Thessa.2. Mittet illis Deus spiritũ erroris, ut credant mendacio. Apertissime claret. 3.Reg.22. in spiritu malo, qui dixit Deo: Egrediar & ero spiritus mendax in ore oĩum prophetarum. Quod & factum fuit dño permittente. Quo magis caueamus, nequando excidamus à charitate patris tam benigni, cõmonet nos illius improbi satanæ, qui nunquam non insidiatur pijs, ut eos in suã retrahat tyrãnidẽ. Amẽ, hæc uota tua bonitas rata uelit esse. Crebro dñs hac dictione in euangelio usus est, sed hic nõ sine causa. Est enim orationis signaculum fructuosum, & animi recollectiuum. Nam dicendo Amen, affectus summatim fertur ad oĩa prędicta, & renouatur affectio impetrandi: sicque oratio cum feruore finita, pleniorem sortitur effectum. Frustrà ergo compellat patrẽ is, qui non est huius contubernij, qui Deum nec ueretur, nec amat: qui sibi uiuit, qui suæ gloriæ seruit magis quam Dei, qui mundanis opibus & regno inhiat, qui mauult assequi grata animo suo quam quæ placita sunt Deo, qui terrena sectatur potius quàm ęterna, qui corporalia bona posthabet animi dotibus, qui dissidium habet cũ fratre, qui per luxũ & uoluptates socorditer agit aduersus insidias diaboli.

Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester cœlestis delicta uestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra.

Non absque singulari ratione hanc solam persequitur particulam, quæ nos aut filios ostendit, aut nothos. Non.n.agnoscet pro filio, cuius non conuenit cum fratre. Nihil sic odit ut crudelitatem. Idcirco patris memoriam inculcat, ut reuereamur eũ, cũ simus eius filij, & non exasperemus. Non uis ignoscere cõseruo, in quem tu aliquando uicissim peccasti: & postulas à Deo, ut tibi condonet tuum admissum, qui cum nulla tibi potest eẽ pẽsatio mutui delicti. Eccl'iast.28. Qui uindicari uult, à dño ĩueniet uindictam: & peccata illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluetur. Homo homini reseruat irã, & à Deo quærit medelam? In hoĩem similẽ sibi non habet misericordiam,

& de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat iram, & propitiationem petit à Deo? Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimorum, & desine inimicari.

Matt. 6. X *Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, ut pareāt hominibus ieiunantes. Amen dico uobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito, & pater tuus, qui uidet in abscondito, reddet tibi.*

Non sufficit, malum nō facere, sed necesse est, ut & bonum bene fiat. In uoluntate.n. prima radix est meriti uel demeriti. Est autem ieiuniū actus abstinentiæ, quæ est pars temperātię, moderata scilicet alimēti carentia ad multa utilis. Carnis refrænationem. 1. Corin. 9. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. 2. Corin. 6. In ieiunijs multis. Diuinæ offensæ placationem. Ionę. 3. Vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt à uia sua mala, & misertus est super malitiā quā locutus fuerat, ut faceret eis, & nō fecit. Iohel. 2. Cōuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio, & fletu, & plāctu. Psal. 34. Humiliabam in ieiunio animam meam. Satanæ deiectionem. Matt. 17. Hoc genus dęmoniorum nō ejicit nisi in oratione & ieiunio. Ieiunātes ergo, ne uelitis imitari quosdam nō ieiunatores, sed ieiunij simulatores, cum re ipsa non hoc agāt ob quod ieiuniū debet adhiberi, uel ob placandum Deum, uel ob corporis castigationē, quo liberior sit animus Deo, & sacris rebus uacaturus, sed hoc fuco laudē inanē captant apud hoīes. Mat. 23. Oīa opa sua faciunt ut uideant ab hoībus. Demoliuntur facies suas, tetrici, parumq́ alacres, uultu inamœno ac seuero, animo forte lętante. Secundum diuersas.n. animæ affectiones, facile īmutaṫ facies. Vnde regina Esther tristem cælauit animum facie iucunda. Esther. 15. Sunt aūt quatuor species hypocrisis. Vna, qua fingit se homo facere uel habere quod non habet, quēadmodum uirgines fatuæ lampades sine oleo. Matthę. 25. Altera, cum facit ob uanā gloriam, ut hic: sed recipiunt tales mercedem, sed non à Deo. Iob. 20. Gaudiū hypocritæ ad instar puncti. Tertia, cum mala bonis obumbrationibus depinguntur. Tales sepulchris dealbatis dominus comparat. Matth. 23. Quarta, cum simulat se uelle latere, cum uideri quærat, ne hypocrita, sed humilis uideatur. Ecce q̄ infelicissimum genus, animo semp inquietū. Chrysostomus: Si bonum est esse bonum, ut qd uis non esse, quod uis apparere? Nam quod turpe est apparere, turpius est esse. Quod autem formosum est in apparentia, formosius est in existentia. Aut ergo esto qđ appares, aut appare quod es. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocāt iram Dei. Placere hoībus ex charitate, & ob ipsorum pfectum, utile est. Rom. 15. Vnusquisq; uestrum proximo suo placeat in bonū ad ædificationem. 1. Corin. 10. Ego per omnia oībus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant. Sed ob lucrum, uel gloriam inanem, nō est bonum. Galat. 1. Si adhuc hoībus placerem, Christi seruus non essem. Tu autem uncto capite & facie lota, lætitiā pręte feras: & is qui uidet in abscondito (Scrutaṫ.n. corda & rhenes. Hiere. 17. Apoc. 2.) pater tuus. Malach. 2. Nunquid non pater unus est omniū nostrum? pro inani laūde mortalium solidam mercedem tibi reponet. Sapien. 10. Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum. Prisci in gaudijs signum habebāt, ungi post lotionem. In omni ergo opere bono in Deo est lætandum. Phil. 4. Gaudete in domino semper. 2. Corin. 9. Hilarem. n. datorem diligit Deus. Sed Iob. 27. Nun

Hypocrisis species quot.

quid poterit (hypocrita) in omnipotenti lætari, & inuocare Deum omni tpe? Est ergo mens spirituali lætitia infundenda. Psal.44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitię. Est aliud oleū perniciosum. Psal.140. Oleum autem peccatoris non ípinguet caput meū. Et facies lauanda.i.conscientia. Hiere. Laua à malitia cor tuū. Esa.1. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum. Non.n.respicit Deus in oblationem iniustorum. Ecclesiasti.34. Parum est.n.abstinere à cibis foris, si mens intus uitijs ęstuet. Esaię.58. Quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce in die ieiunij uestri inuenitur uoluntas uestra, & omnes debitores uestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut usq; in hanc diem, ut audiatur in excelso clamor uester. Nunqd tale est ieiunium quod elegi, per diē hoīem affligere aīam suam? Nūquid contorquere, quasi circulum caput suum, & saccum & cinerē sternere? Nunquid istud uocabis ieiunium & diem acceptabilem domino? Non'ne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligatiōes impietatis, solue fasciculos deprimētes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, & omne onus dirumpe. Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosq́; induc in domum tuā. Cum uideris nudū, operi eum: & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria dñi colliget te. Tūc inuocabis, et dominus exaudiet: clamabis, & dicet, ecce adsum. Tob.12. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna, magis quàm thesauros auri recondere.

3 *Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiūt & furantur. Thesaurizate autem uobis thesauros in cælo, ubi nec ærugo, nec tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim thesaurus tuus est, ibi est & cor tuum.*

Postq; inanis gloriæ morbum eiecit, de inopia loquitur. Solēt.n.hoīes ob uanę glorię studium, multa in terris possidere. Ostendit aūt q inutile. Qui recte erogauit diuitias suas, is in tuto demum collocauit. Alioq qd defoderis, nec tibi est usui: ærugini et furibus obnoxiū est, ut iam hinc ad te nihil redeat pręter calamitosam parandi seruandiq́; solicitudinem. Et tamē in hoc studium plerique mortales omnes curas suas conferunt, quasi paupertas miseros efficiat, diuitiæ felices. Nolite itaq; thesaurizare inordinate, superflue congregare, per solicitudinem distrahentem, et hoc in terra. Hebr.13. Nō habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inqrim⁹. Psal.38. Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei.1. Paralip.29. Peregrini.n.sumus coràm te & aduenę, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi umbra supra terrā, & nulla est mora. Dum.n.sectantur peruersi hæc falsa bona, moxq; suos dominos relictura, relinquunt æterna bona, quæ uere felices reddunt, et eripi non possunt. Omnis thesaurus, aut de metallo est, hunc ærugo siue rubigo consumit ac demolitur: aut uestibus, hunc tinea: aut pretiosis lapidibus ac margaritis, quē fures tollūt. Stultum ergo thesaurizare in terra, ubi diu manere non possumus, et ubi omnia relinquenda, & quādoq; minus gratis. Psal.48. Diues cum interierit, non sumet oīa, neq; descēdet cū illo gloria eius. Iob.27. Diues cū dormierit, nihil secū auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Claret in diuite epulone. Luc.16. Et in alio, qui ampliatis horreis longā sibi pollicebatur quietem. Luc.12. Vnde thesaurizare ex affectu auaritię & absq; intentione

intentione necessitatis ꝑpriæ uel alienæ, malum est. 1. Tim. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua, q̄ mergunt hominem in interitum et perditionē. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetētes, errauerunt à fide, & inseruerūt se doloribus multis. Tu autem ò homo dei hæc fuge. Iaco. 5. Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris, quæ aduenient uobis. Diuitiæ uestræ putrefactę sunt, uestimenta uestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum uerum æruginauit, & ærugo eorum in testimonium uobis erit & manducabit carnes uestras sicut ignis. Sed ex prouidentia, ut quis sibi & suis in necessarijs prouideat, nō est malum, si licito fiat modo. 2. Corin. 12. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs. Cum enim temporalia ad spiritualia ordinentur, rationem habent instrumenti: quare aliter appetenda uel exquirenda non sunt, nisi inquantum ad spiritualia bona adipiscenda, augenda, uel conseruanda, prosunt & conferunt. 1. Tim. 6. Habentes uictū & amictum, his contenti simus. Prouer. 15. Melius est parum cum timore domini, q̄ thesauri magni & insatiabiles. Vos contra toto studio properantes ad optima perfectaq́ꝫ, quo uere diuites efficamini, recondite uobis thesauros in cœlis, copiose colligendo & prudenter reponēdo. 2. Corin. 8. Qui parce seminat, parce et metet. Vobis ergo, non alijs tantum, prouidete thesauros, quorum custodia uos non cruciat anxia solicitudine. 1. Tim. 6. Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarū, sed in deo uiuo, qui pręstat nobis oīa abunde ad fruēdū: bene agere, diuites fieri in bonis operibꝰ, facile tribuere, cōmunicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehēdant uitam bonā. Sed heu sunt qui thesaurizant sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, secundum duritiam suam, & cor impœnitēs, Rom. 2. & Amos. 3. Nescierunt facere rectum, dicit dominus, thesaurizantes iniquitatē, & rapinas in ædibus suis, Iaco. 5. Thesaurizastis uobis iram in nouissimis diebus. Est & aliud malū nimia solicitudo & distractio, quod enim uehementius amatur, hoc frequētius cogitatur. Hinc in terris thesaurizantes immoderate, cor in cœlestibus habere non possunt. Chrysostomus: Si nihil horū eueniat, quod thesaurꝰ ærugine, tinea uel fure amittatur, non paruam tamen sustinebit iacturam inferioribus affixus, & eorum seruus effectus, à cœlestibus cadens, & nihil celsorum cogitare ualens. Augustinus: Tātus in hac mortali uita debet esse amor & desiderium peruenīedi ad id, ad quod factus es, & dolor quod ibi necdum es, ac timor ne forte non peruenias, ut nullam lætitiam sentire debeas, nisi de his quæ tibi aut auxilium, aut spem conferunt perueniendi. Sic Apostolus desiderium habuit dissolui et esse cum Christo, Philippē. 1. Hic thesaurus commodius non acquiritur, nisi per cōtemptum thesauri temporalis, in uisceribus pauperum inclusi. Tobiæ. 4. Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartire stude. Thesaurizabis enim tibi præmium bonum in die necessitatis. Et Mat. 19 Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ possides, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totū corpus tuū tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt?

Pulchre affectum ordinat post the

saurizationē. Si enim corruptus est animus, uel inanis gloriȩ, uel auaritiȩ morbo, totū quod geritur, uitiosum sit oportet. Quod enim est in domo lucerna, quod est oculus in corpore, id est animus in homine. Si lux animæ non est uitiata caligine falsarum opinionum, malarumq́ cupiditatū, si mentis oculus nō aliò dirigit aciē, q̃ ad uerum scopum, quicquid agit in uita, gratum deo est, nihilq́ nō cō ducit ad cumulum felicitatis. Vt ergo in corpore hoc maxime prouidemus, ut oculos habeam⁹ incolumes, sic etiam in anima intellectus & affectus conseruemus salutem. Dedit enim nobis intellectū deus, ut ignorantiam fugemus è mentibus, ut rectum teneam⁹, atq; ad alia huiusmodi dirigamur ac contra diuersarum impugnationum uarios incursus, hoc quasi quodam scuto usi ac lumine, maneamus innocui atque muniti. Hieronymus: Quomodo corpus, si oculus non fuerit, totum in tenebris est: ita anima si principalem fulgorem suum perdiderit, uniuersus sensus in caligine uersabitur. Si ergo adiecisti animū opum solicitudini, extinxisti lucernā, obtenebrasti animam. Quod si mēs obtenebrata fuerit, quæ uice luminis data est, quanta erit caligo reliquarum partium, quæ ex se lumen non habent?

Mat. 6. *Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim*
Z *unum odio habebit, et alterum diliget, aut unum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ.*

Ostendit quod mundana cupiditas à seruitio dei retrahit, animā spiritualiter percutit, hominem ignobilē reddit, ac deo diffidere facit. Ne ergo putes audiendos istos, qui se deo & hominibus, qui se terræ cœloq́ partientes, ita sequuntur æterna, ut tamē temporalia hæc nolint contemnere. Nihil enim aliud efficiunt, nisi dum utrunq; captant neutro potiantur. Inter homines non reperies duos tam commodis moribus, ut idem seruus possit duobus satisfacere. Ita fit ut alter sit deserēdus, aut neutri fiet satis. Quod si domini sint inter se diuersis moribus, aut simultate quapiā graui dissidentes, necesse est ut seruus, si uelit alteri probari, alterum illum non deserat solum, sed alteri adhærens, oderit etiam quē deseruit. Qui uero sic inter se pugnant, ut deus & mammona? Deus imperat ut tua largiaris egenti: māmona iubet, ut per fas nefasq́ rapias aliena. Deus, ut cōsulas fratri tuo periclitanti: mammona, ut tibi uiuas. Christus humilitatem docuit & mititatem, Matt. 11. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Diabolus superbiam, quia rex super omnes filios superbiȩ, Iob. 41. Vnde & dei æqualitatē appetijt. Esa. 14 In cœlum conscēdam, super astra cœli exaltabo solium meum: sedebo in montibus testamēti, in laterib⁹ aquilonis: ascendam super altitudinē nubium, similis ero altissimo. Hinc adorari à Christo uoluit. Matth. 4. Hæc omnia, inquit, tibi dabo, si procidēs adoraueris me. Aut ergo hunc habebit odio, et alterum illum diliget, aut huic adhærebit, & alterum illum negliget. Nos diabolum facimus dominum nostrum, sicut & uentrem deū. Philip 3. Quorum deus uenter est. Roma. 16. Huiuscemodi domino nostro Iesu Christo non seruiūt, sed suo uētri. Augustinus: Nemo diabolū diligit, & si sua cupiditate implicatus, subdatur ipsi. Sic nec deum potest quis uere, secūdum q̄d consideratur ut creator ad esse, & conseruator in esse, & glorificator in perfecto esse, odisse: licet, quantum ad id quod est punitor et uindicator culpæ, à peccatorib⁹ habeatur odio. Io. 15. Odio habuerūt me gratis. Nūc aūt uiderūt et oderūt & me & patrē meū, Ps. 73. Superbia eorum qui te oderūt, ascendit.

semper. Frustra uobis blandimini, si creditis fieri posse, quod fieri non potest, ut simul deo seruiatis & mãmonæ. Vt dñs manifeste ostenderet, qui essent isti dñi, aperte demonstrauit diuitiarum seruos, etiã diaboli seruos esse. Hinc Apostolus auaritiam idolorum nominat seruitutem, Colos. 3. Solerter notandum, quod non dixit, non potestis deo seruire, & diuitias possidere, sed mammonę seruire: quia multos legimus sanctorum diuitias possedisse, & deo seruisse, ut Abrahã, & Loth, Gen. 13. Iob. 1. Non. n. custodierunt diuitias ut serui, sed dispensarunt ut dñi, tenentes eas in usu, non in desiderio. Hieronym⁹: Audiat auarus, audiat qui censetur uocabulo Christiano, nõ posse se deo simul seruire & diuitĳs. 2. Cori. 6. Quæ enim societas Christi ad Belial? Ambrosius: Durum & perniciosum patitur dominum, quisquis seruit mammonæ, sua enim cupiditate implicatus subditur diabolo, & nõ diligit eum, quia durissimis imperĳs amatores seculi quatit. Hiere. 9. Vt inique agerent laborauerunt. Contemnet deũ, nec timebit. Contemnitur enim ab illis, qui peccantes, de impunitate scelerum sibi blandiuntur, putantes aut nescire deum scelera sua, aut uisa statim indulgere, qui nesciunt quod dissimulãdo eos diuina bonitas ad pœnitentiam prouocet, Roma. 2. Cuius enim tanta misericordia credi potest, sicut eius qui donat omnia peccata conuersis, Eze. 18. Et oleastrum facit participem pinguedinis oliuæ? Ro. 11 Et cuius tanta seueritas, quã eius qui naturalibus ramis non pepercit, sed propter infidelitatem fregit? Rom. 11. Nõ potest ergo diues & iniustus deo & mammonæ seruire.

2 *Ideo dico uobis, ne soliciti sitis animæ uestræ, quid manducetis, neque corpori uestro quid induamini. Nõ ne anima plus est, quàm esca? & corpus plus quàm uestimentum?*

Quoniam autem diuitum uulgus, auaritiæ morbum excusare solet prætextu necessitatis humanæ, huic morbo dominus obuiare curauit: quia naturæ minimis contenta est necessitas, & undelibet talibus quod sufficit, facile suppetit. Aut enim succurret obuia liberalitas bonorum, aut opera manuaria suppeditabit quod necessitati medeatur. Postremo si nihil horũ, pater non destituet suos, totis animis inhiãtibus ad cœlestia, uel non solicitis hæc leuiora adĳciet, qui maiora largitur. Tangit autem duo ad naturę sustentationem necessaria, alimentum & tegumentum. Si ergo solicitudo prohibet circa necessaria, quanto magis circa superflua & inania? Hinc serpens callidus & astutus 2. Cor. 11. Mentem hoĩs terrenis immergere studens, solicitat de tẽporalibus tanquã necessarĳs quęrẽdis, Gene. 3. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Ps. 127. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es. 2. Thess. 3. Qui non laborat, non manducabit. His habitis, solicitat ad superflua, contra quod Philip. 3. Nihil soliciti sitis, sed in omni oratiõe, & obsecratione petitiones uestrę innotescãt apud deum. Vltimo captiuũ inducit ad media illicita, ut pote p usuras, rapinas, fraudes, Prou. 1. Sic semitæ oĩs auari, animas possidentium rapiunt. Videtur notare gulosos, d. Ne soliciti sitis uitæ uestræ quid manducetis, & uane gloriosos in uestitu, in utroque auaros, Luc. 16. Homo quidam erat diues, & induebatur purpura, & epulabatur quotidie splẽdide. Non'ne uita res est pretiosior q̃ cibus, & corpus uestimento? Hæc tanto meliora qui dedit nõ solicitis, an grauabitur uilioribus hisce rebus alere tueriq; quod dedit? Triplici ex causa solicitudo temporalium uitiosa. Si ipsa tanquã finem quęramus, quemadmodũ diues ille Luc. 12. Anima mea, habes

multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Altera ob studium superfluū, quo homo à melioribus retrahitur. Solicitudo enim seculi suffocat uerbum, Mat. 13. Qui autem laborat & spem in deo habet, is citra solicitudinē uiuit. solicitudinem enim ut à deo abducentem resecat dominus. Nō enim solis necessarijs solicitudo contenta est, sed semper amplius quærit et maius, & ideo dicitur elatio in sublime. Luc. 12. Nolite quærere quid manducetis, & quid bibatis, & nolite in sublime tolli. Hieronymus: Ergo quod omnibus natura tribuit, et iumentis ac bestijs, hominibusq́; cōmune est, huius cura penit⁹ liberamur. Labor exercendus, solicitudo cauenda. Cæterum de spiritualibus cibis & uestimentis semper debemus esse soliciti. Sed heu de his nouissima nobis cura. Tertia, ob timorem superfluum, ne deficiāt. Hoc triplici dominus exclu dit exemplo. Primo, pretiosiorum largitione. Chrysostomus: Vult dicere dn̄s: Cum dederim uobis aīam tam nobilem, & corpus tā bene ornatū, non remanet uobis locus de minoribus solicitandi, esca & uestimento. Secundo, animalium nutritione.

Respicite uolatilia cœli, quæ non serunt, neque metunt, neq; congregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit illa. Non'ne uos magis pluris estis illis? Quis autem uestrum cogitans, potest adijcere ad staturam suam cubitum unum?

Si quęritis exēplum, intuemini reliqua animantia, quæ uestra gratia cōdidit deus, qui condidit omnia. Luc. 12 Considerate coruos, quia non seminant neq; metunt, quibus non est cellariū, neq; horreum, et deus pascit illos. Potuisset dominus adferre in exemplum Ioannem uel Heliam, sed meminit auium, ut ostēdat nos illis brutiores esse. Pascit autē, quia naturalem eis indidit industriam, ad colligendas escas. Notanter dominus dicit, non congregant, quia de futuro non solicitæ, uiuunt in diem, quod obuiam datur sumentes cum omni alacritate. Non enim uult excludere prouidentiam et laborem: nam ad uictum habendum circunuolant, sed auaritiam & solicitudinem. Psalm. 146. Qui dat iumentis escam ipsorum & pullis coruorum inuocantibus eum. Et pater, qui scit: uester, qui uult: cœlestis, qui potest. Rabanus: Quis rex militibus deuotis debitam non procurat alimoniam? Quis dominus famulis suis non ministrat cibaria? Quis pater filijs non dat alimenta? Et uos ergo destituet, quos tanto pluris facit quàm auiculas? Si uos illi curæ estis, sicut utique estis, non'ne superuacua est uestra solicitudo? Si destituat ille, quid uobis proderit uestra solicitudo? Vt corpus dedit suo arbitratū, ita & uictum dabit suo arbitratu. Chrysostomus: Nisi deus uellet conseruare quod ipsum, ipsum non creasset: quia uero ipse instituit, ut anima cibo, corpus uestimento conseruetur, ideo utrunque tribuit. Quis autem uestrum cogitando tota sagacitate qua potest, adijcere potest ad staturam, & ætatem suam? Cuiusque corpus, ipso ne cogitante quidem, suis auctibus crescit usque ad præscriptam à deo magnitudinem. Siue curam abijcias, nihilo breuius habebis corpus: siue cura distorquearis, nihilo habebis procerius. Lucæ. 12. Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis? Hieronymus: Si uolatilibus quorum anima mortalis, quæ cū esse cessauerint, semper non erunt deus prouidet: quanto magis hominibus, quibus æternitas promittitur? Pascit paterfamilias seruos, pascit & animalia, sed in obsequium filiorum: quanto magis filios? Tertio, florum pulchritudine.

Et

Et de uestimentis quid soliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant neque nent. Dico autem uobis, quoniam nec Salomō in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si enim fœnum agri quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, deus sic uestit: quanto magis uos modicæ fidei?

Ambrosius: Dandum erat etiam documentum propter uestimentum, sicut datū est propter alimentū. Hinc exhortationem de uestimento, satis congruo confirmat exemplo. Chrysostomus: Hoc dicendo, cognoscite lilia agri, non opus prohibuit, sed solicitudinem. Non ociose agri additur, quod hortensia lilia nonnihil debere uideri poterant curæ humanæ, quemadmodum ante dixerat uolucres cœli, ut distingueret ab altilibus. Liliis autem sic prospicit, ut nec Salomon rex opulentissimus ac splendidissimus, unquam sic amictus fuerit, etiam cum maxime strepitum diuitiarum suarum ostentaret, quemadmodum quodlibet ex his contemptis neglectisq́; liliis. Nihil enim tam elegans pręstare potest hominum cura, quàm præstat ipsa naturæ prouidentia. Hieronymus: Reuera nec sericum regumq́; purpura, pictura, textura potest floribus comparari. Quid ita rubet ut rosa? quid ita candet ut liliū? Violæ uero nullo superari possunt colore. Rabanus: Ipse color ornamentū est florū. Beda: Salomō uestes habuit alienas, lilia proprias, quas natura illis ministrat. illi homines, istis de⁹ ministrat. Non ergo ornatus curandus, qui caducorꝫ florum est, & quo ornatur fœnum. Chrysost. Statuto tēpore lilia formantur in frondibus, uestiuntur candore, implētur odoribus: et quod terra radici nō dederat, deus inuisibili operatione largit. Exiguę fidei uocat, quia si nec de his fidētes sumus, quō inuisibilia speramus? Permodica fides est, q̄ nec de minimis certa est.

Nolite ergo soliciti esse, dicentes: quid mãducabimus? aut quid bibemus? aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis.

Chrysost. Qui in rebus humanis fortunam credunt esse, non prouidētiam, neque iudicio dei uitam suam gubernari æstimant, uel incerto duci euentu, Iob. 22. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat, ideo timent & desperant, quasi qui neminem habeant gubernatorem. Qui autem se credit dei iudicio gubernari, escam suam in manu dei cōstituit. Heb. 13. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus: ipse enim ait Iosue. 1. Non te deseram. Glossa: Quid amplius habet fidelis à gentili, cuius animam infidelitas solicitat? Ethnicorum ergo uoces sunt, nō Christianorum: siquidem illi aut deū esse non credunt, aut non agere curam mortalium, neq; didicerunt aliā esse potiorem uitam, ad quam omnis cura sit dirigenda. Itaque dei præsidiis diffisi, & in his quæ corporis sunt felicitatem hominis constituentes, magna solicitudine parant, quæ ad uictū uestitumq́; aut reliqua corporis commoda faciunt. Gestiunt gaudio, cum hæc obtigerint: exanimantur metu, cum iis imminet periculum: discruciantur mœrore, ac nōnunquam ad laqueum currunt, cum hæc eripiuntur: ac per has curas affixi rebus perituris, nec hic uiuūt suauiter, nec ad cœlestium bonorum studium possunt animum erigere. Chrysostomus: Qui creauit naturam, scit indigentiam. Quòd si pater, non potest despicere filios. Nā patres etsi filiis nō dent superflua, tribuunt tā necessaria. Nec ergo aliūde nascitur ista solicitudo, nisi ex diffidentia erga patrem & potentissimum & liberalissimum & prouidentissimū. Sed dicet

quis, quid igitur? An nõ parabimus opera manuaria, quo nos, uxorem, liberosq; nostros alamus? quo pauperum inopiam subleuemus? Maxime, sed absq; solicitudine. Siquidẽ miserum uulgus conduplicat suam miseriam, simul laborans corpore, & aïo
3 solicitum. Postremo, ad copiam spectant, non ad præsentem necessitatẽ: & in longinquum congerunt, quasi certum sit illos diu uicturos, & nihil unquam satis est. Prima cura sit eius boni, ad qđ ista collata, nullius sunt momenti. Huius iustitiam ante omnia quærite, sitam in his rebus, quas ante docui, & toto animo hoc agite quod est oĩum maximum. Lucæ. 11. Qui quęrit, inuenit. Regnum dei summum bonum, quod solum satiat appetitum. Ps. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. & 35. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Ibi plena sufficientia, hic miseria & deficientia. Iob. 14. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletur multis miserijs. Ibi finis, hic uia. Heb. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Psal. 119. Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est. Huius regni claritatem & magnitudinẽ antiqui patres agnoscentes, summo studio clamabant. Esa. 64. Vtinam disrũperes cœlos & descẽderes. Hoc nobis ingerit Matt. 13. Luc. 10. Multi prophetæ & reges uoluerunt uidere quę uos uidetis, & non uiderunt. Habet hoc regnum quatuor conditiones sup oĩa regna mundi, quare solerter quærendum. Aeternitas. Psal. 144. Regnum tuum, regnum omniũ seculorũ Dan. 7. Potestas eius potestas æterna, & regnũ quod non corrũpetur. Speciositas. Sapiæ. 5. Accipient regnũ decoris & diadema speciei de manu dñi. Puritas. Mat. 13. Mittet angelos suos & colligent de regno eius omnia scã

Regni cœlestis cõditiones quatuor.

dala & eos qui faciunt iniquitatem, et mittent eos in caminum ignis. Hubertas. Luc. 22. Ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus, regnũ, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Esaiæ. 65. Ecce serui mei comedent, & uos esurietis: ecce serui mei bibent, & uos sitietis: ecce serui mei lætabuntur, & uos cõfundemini: ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis: & prę cõtritione spiritus ululabitis. Ostendit autem modum perueniendi. Et iustitiam eius, non legis. Roma. 10. Ignorantes dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiæ dei non subiecti. Hinc Philip. 3. ut Christum lucrifaciam, & inueniar in illo non habẽs meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Iesu Christi, quæ ex deo est iustitia in fide. Rom. 3. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Complectitur aũt hęc iustitia tria: Vnum, ut regni insignijs figuremur. Io. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire regnũ dei. Alterum, ut inimicis reluctemur, qui sunt mundus, caro & diabolus. Luc. 11. Qui non est mecum, contra me est. Tertiũ, ut opera regni operemur, quæ sunt, quasi statuta q̃ Christus docuit obseruare. Vnde regnum quęrere & iustitiã eius, est ipsam operibus implere, (quã, imitando Christum & mãdata eius implendo, assequimur) tantũ ut deus glorificetur, & ut nos ei per oĩa placeamus. Vult ergo temporaliũ solicitudinem abijcere, quæ ab illo regno abducunt: nã tunc adijcientur oĩa necessaria liberalitate dei. Nam & nos curam illorũ agimus, q̃ se totos nobis mãciparint, deq; illis soliciti sumus, tametsi seipsos ipsi negligant: quanto magis dominus? Ambrosius: Hic manifestissime dominus ostẽdit, non esse appetẽ

da hæc tanquã talia nostra bona, ut propter ipsa debeamus benefacere, si quid faciamus, sed tñ esse necessaria. Regnũ ergo dei & iustitia dei (nõ nostra) bonum nostrum est, et hoc appetendum, & ibi finis constituendus, propter quod oĩa faciamus quæcunque facimus. Sed quia in hac uita militamus, ut ad illud peruenire possimus, quæ uita sine his necessarijs agi non potest: adponẽtur, inquit, hęc uobis, sed uos regnum dei & iustitiam eius primũ quærite. Cum.n. dixit illud primum, quia hoc posterius quęrendũ est, nõ tempore, sed dignitate: ostendit illud tanquam bonũ nostrũ hoc tanquam necessarium nostrum, necessarium aũt propter illud bonũ. Neq;.n. (uerbi gratia) ideo debemus euangelizare ut manducemus: sed ideo manducare, ut euangelizemus. Si ergo quęrimus cibũ ut habeamus regnũ dei, facimus quod debemus. Augustinus: Illud qđ primum debet intẽdi, id est, æternitas, datur: & illud quod non debet intendi nisi per accidens, id est, tẽporalitas, superadditur uel adijcit. Quã ergo stulti sunt, qui nimiã curam circa tpalia acquirẽda, uel acquisita cõseruanda apponunt? Hinc Philip. 4. Scio abundare, scio et penuriam pati. 1. Timo. 6. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec quicquã auferre possumus. Habẽtes ergo uictum et quibus tegamur, his cõtenti sumus. Cõtingit sæpe, ut quo maiori amore strĩguntur, eo uelocius ad modum anguillæ elabantur. Luc. 12. Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te: & quæ parasti, cuius erũt? Augustinus: Non est intelligẽdum ꝙ semper adijciantur, cum Apostolus dicat, 1. Corinth. 4. In fame & siti, in frigore & nuditate, sed pro dispositione diuinæ prouidentiæ aliquando dantur, aliquando subtrahuntur pro hominis bono. Cum enim dãtur, ad gratiarũ sunt actionem: cum subtrahũtur, ad probationem, ut in Iob & Tobia, & humilitatis conseruationem. Eccl. 17 Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Sicut ergo in usu ipso hæc transitoria sunt habenda, ita etiam in oratione transitorie sunt postulanda.

Nolite ergo soliciti esse in crastinũ. Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua. Matt. 6

Nõ uult uos grauari curis, quę faciunt afflictiores, meliores nõ faciũt. Quod hodiernus dies obtulit, accipite cum gratiarum actione. Quid crastinus dies sit allaturus, ipsi curandũ relinquite. Siquid adferet boni, non pendebitis spe: siquid mali, non præuenietis afflictionẽ metu futuri mali. Quod & si pro crastino solicitus fueris, quando uacabis deo? Habet hæc uita suas afflictiones, quas nihil est necesse metu conduplicari. Satis est enim eas ferre cum uenerint, ut non timor etiam nobis præsentes reddat, antequam accidant. Chrysostomus: Satis malorum adfert ipsum tẽpus, ut nõ affligamus nos solicitudine futurorum malorum. Ephe. 5. Videte itaq; fratres, quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tempus, quoniã dies mali sunt, afflictionibus & calamitatibus pleni. Crastinus ergo dies curam habebit suipsius.

Descendens cum discipulis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalẽ, & maritima Tyri & Sidonis, qui uenerant ut audirẽt eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui uexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Luc. 6 A

Ostendit non in his quæ mundus quærit, sed longe contrarijs ueram consistere beatitudinem. Descendit ergo in planitiem multitudinis capacem. Aderat multitudo ꝓmiscui

populi. Matt. 4. Abijt opinio eius in totam Syriam. Multos pellexerat & pertraxerat è lóginquo auiditas audiendi sermonē euangelicum, quo à morbis curarētur animorum. Chrysostomus: Si iustitiam facere nō uis, ut quid prædicatorem iustitiæ audis? quare magistrum uocas, cuius non uis esse discipulus? Et forte non pauci attracti, ut facie uiderent de quo tanta audierant. Sic regina Saba Hierosolymam uenit audire sapiētiā Salomonis, 3. Reg. 10. & Luc. 11. Et ecce plus q̃ Salomon hic. Nonnullos spes sanitatis tum aĩę, tum corporis, Psal. 6. Miscere mihi dñe, quoniã infirmus sum: sana me, quoniam conturbata sunt ossa mea. Hiere. 17. Sana me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero, quoniam laus mea tu es. Et qui uexabātur. Quatuor indicantur spiritus maligni conditiones. Naturæ subtilitas, quia spiritus. Eph. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū harū, cōtra spūalia nequitiæ in cœlestibus 1. Pet. 5. Aduersarius uester diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærēs quem deuoret. Culpæ fœditas, qa immundus, quare sordibus peccatorū gaudet. Luc. 11. Cū immundus spūs exierit ab homine, ambulat per loca arida & inaquosa, quęrens requiem, & non inuenit: quia in cœno luxurię & carnalis uoluptatis quiescit. Mat. 8. Si eijcis nos hinc, mitte in porcos. Malitiæ peruersitas, quia ex pura malitia & inuidia homines uexant, cū nihil hinc utilitatis, sed calamitatis plurimum acquirāt. Sapię. 2. Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarū. Nequitiæ modalitas: nam per dñm refręnantur, ne tantum possint quantum uolunt, ut claret. Iob. 1. Ideo Iac. 4. Resistite diabolo, & fugiet à uobis 1. Petri. 5. Cui resistite fortes in fide.

Spūs mali gni cōditio nes quot.

Erat autē in eo fons ac plenitudo uirtutis diuinæ, quæ proficiscebatur ab eo non secus ac lumē à sole, calor ab igne, ac salutem adferebat oĩbus. Prophetæ et sancti uirtutē suam superne acceperūt, nec habuerunt à se egredientem, quia nō fontes, sed riuuli, sic & discipuli. Mat. 10. Cōuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatē spirituum immundorū ut eijcerent eos, & curarent omnem languorē & omnem infirmitatem. Ioã. 14. Qui in me credidit, opera q̃ ego facio et ipse faciet, & maiora horū faciet. Ephe. 4. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatē, dedit dona hominib⁹. De quibus donis. 1. Cor. 12. Vnicuiq; datur manifestatio spūs ad utilitatem, scilicet ecclesiæ. Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autē sermo scientiæ, secūdum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatū in uno spiritu, alij operatio uirtutū, &c. Hęc autem oĩa operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Cum ergo sine pœnitentia sint dona & uocatio dei, Rom. 11. claret & sanctos nūc apud deū pie inuocātibus opitulari posse, quemadmodū & magis q̃ antea in terris, cū conditio eorū melior, & perfectior charitas effecta sit, nec cedat in detrimētum, sed potius augmentum gloriæ diuinæ, cū huiusmodi operibus apud Christum se uiuere testentur. Legimus ad contactum ossium Helisęi mortuum reuixisse, 4. Regū. 13. Sic ad contactum sudariorū Pauli & semicinctiorum languores recedebant, et spiritus immundi egrediebantur, Actu. 19. Quotquot ergo & nunc Christum pio tangunt affectu, sanat omnes. Tangit autem, qui credit in eum: tāgitur à Christo, qui firmatur ab eo. Iac. 4. Appropinquate deo, & appropīquabit uobis. Qui ergo sic tangit et tangitur, uirtute spiritus eius sanatur.

2 *Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes, quia uestrum est regnum Dei.*

Beda: Etsi generaliter omnibus loquitur, specialiter tamē in discipulos seruator oculos leuat, ut ijs qui uerbum intenta cordis aure percipiunt, latius saporis intimi lumen aperiat: & quibus in mōte sedens os aperuit ut magna pferret, in eos stans in campo oculos dirigit, ut audita patiēter intelligant. Constituunt mundi amatores felicitatem in rerꝫ abundantia, cum tamen multis occasio sit malorum multorꝫ. Psal. 143. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: (quę prę miserat) beatus populus cuius dominus Deus eius. Malach. 3. Ergo nūc beatos dicimus arrogātes, siquidem ædificati sunt faciētes impietatem & tentauerūt Deum, & salui facti sunt. Contra dñs pauperes beatos pnunciat, qui opes terrenas spernunt quo liberius Deo uacent. Ex spontanea paupertate cæteræ uirtutes exordiū quoddam & originem sumunt, sicut econtra radix omnium maloꝶ est cupiditas. 1. Timoth. 6. quę fidem impedit. Luc. 16. Audiebant hæc oīa pharisæi qui erant auari, & deridebāt eū. Immo à fide excidere facit. 1. Tim. 6. Quam quidem appetentes, à fide exciderunt. Hinc idoloꝶ dicitur seruitus. Ephes. 5. Necessario ergo prima ponitur. Gregorius: Qui nihil habet in mundo quod diligat, nihil est in mundo qđ pertimescat, & ideo nihil est ei molestum. Ad hoc. n. Christus paupertatem amplexus est, quo suo exemplo affectus nostros à terrenis auocatos, uirtutib⁹ ditescere faceret. 2. Corint. 8. Scitis gratiam dñi nostri Iesu Christi, qm̄ propter nos egenus factus est, cum esset diues, ut illius inopia nos diuites essem⁹. Vnde Lucæ. 14. Nisi quis renunciauerit oībus quę possidet, non potest meus esse discipulus. Cōtemnentes thesauros terrenos, cœlestes aggregant. Iacob. 2. Non'ne pauperes elegit Deus in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni quod repromisit Deus diligentibus se? Psal. 9. Tibi derelict⁹ est pauper, orphano tu eris adiutor. & 33. Iste pauper clamauit, & dñs exaudiuit eum, & ex oībus tribulationibus eius saluauit eum. Claret in paupere Lazaro. Luc. 16. Secundo, ut bene sit homini in corpore, quo ad cibum & potum. Sap. 2. Venite, fruamur bonis quæ sunt, & utamur creatura tanq̄ in iuuentute celeriter. Vino pretioso & unguentis nos impleamus, & non prętereat nos flos tp̄is. Coronemus nos rosis anteq̄ marcescant: nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. nemo uestrum exors sit luxurię nostrę. Vbiq̄ relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Esa. 22. 1. Corin. 15. Comedamus & bibamus. cras. n. moriemur. Sed audiamus cœlestem doctorem.

Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.

Qui nūc tenues esuritis, sititis, cōtenti fragilitate spernitis opes ac luxum huius mundi. 1. Corint. 7. Qui utuntur hoc mundo, tanq̄ non utantur. Est. n. esuries, prout est actus uirtutis, scilicet abstinētiæ, qua qs sponte propter Deum corpus affligit, & spiritui subijcit. 1. Corint. 9. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo. 2. Corin. 11. In fame & siti, in ieiunijs multis. Hebr. 11. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egētes, angustiati, afflicti. Beati ergo q spretis delitijs esuriunt animi cibum, qui est sermo diuinus, & sitiunt aquam uiuam euangelici spiritus, qm̄ cōtinget eos salubribus delitijs expleri, quas desiderāt. Psal. 102. Benedic anima mea dño, et noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui replet in bonis desiderium tuum. & 33. Timete dominum omnes sancti eius, qm̄ nō est inopia timentibus eum. Diuites

eguerunt & esurierunt: inquirentes autem dominũ, non minuenẽ omni bono. Prouer.13. Iustus comedit et replet aiam suam, uenter autẽ impiorũ insaturabilis. Ambro. Qui esurit, esurienti compatitur, compatiendo largitur, largiẽdo fit iustus, æqualem se inferioribꝰ præstat, dolum excludit, ueritatẽ requirit. Tertio, ex rerũ abundantia & uita uoluptuosa sequitur inepta lætitia. Prouer.2. Lætãtur cũ malefecerint, et exultant in rebus pessimis. Iob.21. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitũ organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

Beati qui uosipsos orbastis ultro uoluptatibus huius mundi, studio pietatis euangelicæ pferentes ea quæ per temporarias afflictiones, perducunt ad æternæ uitæ gaudia, quia ueniet tempus, ut uersis rerũ uicibus, dolor uester uertatur in gaudium, & luctus in risum. Est enim tempus uitæ præsentis, tempus luctus & tristitiæ, tum ratione culpæ sine qua non transigitur. 1. Ioan. 1. Si dixerimus qa peccatum nõ habemus, nosiipsos seducimus, & ueritas in nobis nõ est. tum dilatæ gloriæ. Canti.5. Nunciate dilecto qa amore langueo. Psal.118. Exitus aquarũ deduxerũt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Sic & super aliorũ miserijs. Lucæ.19. Videns (Iesus) ciuitatem, fleuit super illam. Iob.30. flebam quondam supꝫ eo qui afflictus erat, & cõpatiebatur anima mea pauperi. Ridebit ergo talis in die nouissimo. Prouer.31. Quarto quæritur honor, unde in superbiã eleuantur. Hinc uulgus felices appellat, quibus applaudit populus, qui ad honores prouehuntur, qui magnificis titulis celebrantur. Matthæ.23. Amant primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, et salutationes in foro, & uocari ab hominibus rabbi.

Beati eritis cum uos oderint homines, & separauerint uos & exprobrauerint, & eiecerint nomen uestrum tanquam malum propter filium hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces uestra multa est in cælis. 3

Beda: Docet eos ab hoibus infectãdos, sed super hoies esse beãdos, qui enim in terris aduersa sustinent pro Christo, in cœlo recipiẽt plurima dona. Vos ergo me authore beati eritis, cum uos oderint corde, quia signum ꝙ non estis de mundo. Ioan.15. Si de mundo fuissetis, mũdus utiqꝫ quod suum erat diligeret. Galat.1. Si adhuc hoibus placerem Christi seruus non essem. Rom.15. Vnusquisqꝫ proximo suo placeat in bonum. Et exprobrauerint, uerbo. Verbũ.n. crucis pereuntibus stultitia est, & cum uos ut execrabiles ẽ cõtubernio suo eiecerint. Ioan.9. Iam.n. conspirauerant Iudęi, ut siquis eum Christum cõfiteretur, extra synagogam fieret. cum in uos mea causa multa probra cõgesserint. 1. Corin.4. tanꝗ purgamenta huius mundi facti sumus, oium peripsema usqꝫ adhuc, cum nomen uestrum ac memoriam, uel abolere prorsus, uel abominabilem posteris reddere studuerint, idqꝫ nulla uestra culpa, sed odio filij hois, cuius doctrinã & gloriã prædicabitis. Distinguit inter eos qui mala patiuntur. Nam qdam ob flagitia. 1. Petri.4. Nemo uestrum patiaẽ quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorũ appetitor. Si aũt ut Christianus, non erubescat, glorificet aũt in isto nomine Deum. 1. Petri.2. Quæ n. est gratia, si peccãtes colaphizati suffertis? Sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum. De his hic, qui propter Christum &c. 1. Petr.2. Hæc est.n. gratia, si ꝓpter Dei cõscientiam sustinet quis tristitias patiens iniuste. Neqꝫ ergo ob hoc displiceatis uobis, quin potius gaudete, cum hæc uobis acci

derint corde, et exultate corpore. Psalmo. 83. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. Roma. 12. Spe gaudentes. Philip. 4. Gaudete in domino semp. Beda: Non hoc à quolibet patiente, sed ab eo qui supernæ tātum mercedis intuitu patitur, præceptum impleri potest, ut scilicet iter odia cordium, inter probra linguarū, inter manus persequentium, æquali, imo lætiori adhuc corde uersef. Tales fuerunt de quibus Actu. 5. Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniā digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Odiāt licet homines corde nefando, dilectum cor Christi lædere non possunt. Separēt, à synagoga depellant. Christus inuenit & conseruat. Exprobrent nomen crucifixi, ipse cōmortuos sibi conresuscitabit, & consedere faciet in cœlestibus. Ecce enim merces uestra, quæ Deus est. Gen. 15. Ego ero merces tua magna nimis, ait De⁹ Abrahæ. Multa, ait. Esa. 64. 1. Corin. 2. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę pręparauit Deus diligentibus se. Nam Roma. 8. Existimo quod non sint condignæ passiones huius tpis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Et uere, qa pro paupertate tpali regnū daf æternum, pro momentaneo luctu lætitia sempiterna, pro fame horaria satietas plena, ꝓ uilitate modica gloria perpetua. Et hoc in cœlis, in loco tuto et amœno. Etenim si non rñdebit meritis fauor hominum maloꝝ, tamē manet copiosa merces bñfactoꝝ in cœlis. Hoĩes non poterunt abolere nomina, quæ scripta sunt in cœlis: non poterunt obscurare suis probris gloriam bonoꝝ, quæ cum gloria Christi semper iungetur. Hic aperit ergo cœlestis ille doctor arcanam illam suā philosophiā, quam ut traderet suis, è cœlis descenderat in terras: & hanc Christianoꝝ uulgus libēter antiquari finim⁹, ac uelut abolescere, & alias nugas agimus, cum hæc inculcanda in primis sint animis oĩum. Quod si fieret, nō ita passim omnes pro rebus friuolis, pro pecuniola, ꝓ uanissimis imperij titulis, pro quauis iniuriola digladiaremur. Hæc demū sunt quæ ueros reddunt Christianos.

Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum. Verùmtamen uæ uobis diuitibus qui habetis consolationem uestram. Luc. 6.

Qui uobis interim placetis, oblectantes animos uestros opibus, honoribus & illecebris huius mundi, nec cogitatis breui futurū, ut ista uana felicitas uobis auferatur. Luc. 12. Stulte, hac nocte repetunt à te aĩam tuam: & quæ parasti, cuius erunt? & succedat infelicitas æterna. Iac. 5. Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris quæ adueniēt uobis. Claret in diuite epulone. Lucæ. 16. Hinc Eccĩ. 31. Beatus diues qui inuētus est sine macula, & qui post aurū non abijt, nec sperauit in pecunię thesauris. Diuitiæ ergo si adfluant, nolite cor apponere. Psal. 61.

Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.

Qui deliniti reꝝ fluxarum successu nunc ridetis, dulciq; fortuna ebrij: nam mox uersis rerum uicibus flebitis, ac momētanea uoluptas in perennem cruciatum cōmutabitur. Chrysostomus: Dic mihi, cur rides? nunc enim tempus flendi. Iaco. 4. Risus uester in luctum uertetur. Eccl'es. 2. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Prouer. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.

Væ qui saturati estis, quia esurietis.

Non necessitatem carnis, sed uoluptatem quærentes. Luc. 21. Videte ne grauenē corda uestra crapula et ebrietate, & curis huius seculi, & superueniat in uos repentina dies illa. Roma no. 13. Carnis curā ne feceritis in desi

deriȷs.Roma.8.Debitores sumus nō carni,ut secūdum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis,uiuetis.Idō Esa.5. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potādum usq; ad uesperam,ut uino æstuetis. Cithara & lyra & tympanum & tibia & uinum in conuiuiȷs uestris,& opus domini non respicitis,nec opera manuum eius consideratis.

Væ cum benedixerint uobis omnes homines. Secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.

Beda: Adulatio nutrix et fomentū est peccati,sicut oleū flāmæ.Psal.140. Corripiet me iustus in misericordia, oleum aūt peccatoris nō impinguet caput meū. Esa.3. Popule meus, qui beatum te dicunt,ipsi te decipiūt.Ne ergo placete uobis,cum ob falsam felicitatis speciem uobis gratulantur & applaudunt homines,ignari ueræ felicitatis,cum ea quę turpiter & impie à uobis gerūtur,laudibus uehūt. Psal.9.Qm̄ laudatur peccator in desideriȷs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Laus ista non liberabit uos à uindicta Dei, sed grauioribus etiam suppliciȷs dignos reddet, quod nō solum non puduerit impiorꝫ facinorꝫ, uerūetiam ex malefactis laudē quæsieritis.Decet quidem ut ab hominibus laudemur,sed prius à Deo.

Luce. 6. *Estote ergo misericordes, sicut & pater uester misericors est.*

B Ostendit quibus modis & quare proximis nostris misericordiam impendere debeamus , misericors dñs, nos miseros consolādo, suam misericordiam nobis ꝓponendo . Non ait, Estote potentes:quia angelus similitudinem potentiæ Dei affectans,deiectus fuit. Esa.14. & Luc.10. Sic neq; sapientes. Nam scientię appetitus hominem īmortalitatis gl̄ia spoliauit, ut dicit Bernardus,& claret Gene.3. dicente serpente:Eritis sicut dȷ̄,scientes bonum & malum.Esa.5. Væ qui sapientes estis in oculis uestris,& corām uobismetipsis prudētes. Sed misericordes,Nam per misericordiā culpa purgatur.Prouer.15.Per misericordiā & fidem purganť peccata. &.16. Misericordia & ueritate redimiť iniquitas.Dan.4. Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiȷs pauperum. Gratia datur & augmentatur.Prouer.3.Misericordia & ueritas te non deserant : circunda eas gutturi tuo , & describe in tabulis cordis tui,& inuenies gratiam bonam, & disciplinā corām Deo & hominibus:&.22. Qui ꝓnus est ad misericordiam,benedicetur:de panibus enim suis dedit pauperi. Gloria accumulatur.Eccl.16.Oīs misericordia faciet locum unicuiq; secundum meritum operum suorꝫ.Hinc Matt.5.Beati misericordes,qm̄ misericordiā consequentur. Non solum aūt misericordes esse docemur,sed etiā qūo simus insinuať.Sicut pater uester. Matt.23. Vnus est pater uester qui est in cœlis. Malac.2.Nunqd non pater unus oīum nostrum? Nunquid non Deus unus creauit nos?Quare ergo despicit unusquisq; uestrum fratrem suū? Ipse aūt misericors est,expectādo nostram cōuersionem.Esa.30.Expectat dñs ut misereatur uestri.2.Per.3 Non tardat dñs ꝓmissionem suam, sed patienter agit propter uos , nolens aliquos perire, sed omnes ad pnīam reuerti. Inspirando compunctionem. Ose.2.Ducam eam in solitudinē, loquar ad cor eius.Hiere.31. Postq; cōuertisti me, egi pnīam:& postq; ostēdisti mihi,percussi femur meum.Remittendo transgressionem. Abac.3. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.Esa.43.Ego sum,ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me, & peccatorꝫ tuorꝫ non recordabor.Augendo retributionē.Psal.102.

Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Huius ergo exemplo quantum in nobis est, prodesse studeamus uniuersis: & bonis, quo fiāt meliores: & malis, ut nostra mansuetudine prouocētur ad meliorem frugem. Nam & ipse solem suum oriri facit super bonos & malos. Marc.5. Cū ergo duplex sit miseria. Vna culpæ. Prouerb.14. Miseros facit ppl̃os peccatum. Altera pœnæ, scilicet aduersitatis & indigentiæ. Iob.14. Homo natus de muliere, repletur multis miserijs. maxime primæ succurrēdum, quia excludit à regno, ducens ad æternam miseriam. Eccl̃.30. Miserere animæ tuę placens Deo. Sed qm̃ altera nonnunq̃ adiutorio est ad gratiam & gloriā.2.Cor.4. Id quod in præsenti est momentaneū & leue retributionis nr̃ę, supra modū in sublime, æternum pondus glorię operabitur in nobis: nobis tamen Dei iudicium ignotū. (Quis.n.cognouit sensum dñi? aut quis consiliarius eius fuit? Roma.11. Ideo quantū in nobis est, subleuanda. Prouer.11. Benefacit animæ suæ uir misericors. Quisquis igit̃ bona tp̃alia uel spiritualia alijs pro amore diuino largitur, quisquis in se peccātibus indulgentiam, misericorditer tribuit, sicut sibi à dño misericordiam præstari rogat, hic pculdubio imitator Dei efficit̃. Licet autem ipsum imitari debeamus, nunq̃ tñ possumus ei æquari, cum nō solū misericors, sed ipsa sit misericordia. Psal.58. Deus me⁹ misericordia mea.

Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini.

Matth.7. In quo.n.iudicio iudica ueritis, iudicabimini. Non prohibet iudicare, sed docet rectum modum. nam & Paulus iudicauit scortatorē Corinthiū..1Corin.5. & Petrus Ananiam & Saphiram Actu.5. Est.n.iudicium ordinarium, sine quo politia stare non posset, ad quod requiritur primo legitima institutio, ne sit usurpatum. Rom.14. Tu quis es qui alienum iudicas seruū? suo dño stat aut cadit. Sic dñs Luc.12.dicenti, magister, dic fratri meo ut diuidat mecum hæreditatem, respondit: Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem inter uos? Secundo, iusta prosecutio, quo ad intentionem, quæ est iustitiæ conseruatio in pauperum defensione & maloꝵ repressione. Id maxime dominus exquirit. Psal.81. Iudicate egeno, humilem & pauperem iustificate. Esa.1. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. Item quo ad executionē, quæ est in causæ iusta defensione. Deuter.16. Iuste qđ iustū est exequeris. non ergo mendacijs, dolo & fraude &c. Est & iudicium temerarium, uel altera uel utrisq̃ carens conditionibus: id hic prohibet̃. Omnē siquidem morbum difficilem ab animabus nostris admonet dominus, radicem dico suspitionis. Nam qui seipsum non considerat, & solum attendit res pximi, illasq́ taxare uult, certum quod suspitione capitur, & obliuiscitur sui. Oino.n.de se quasi non peccet sentit, & propterea alios peccantes reprehendit, & in eo qđ alios iudicat, peccat. Sic scribę & pharisæi sibi in grauissimis peccatis ignoscentes, tñ erga fratrem iudices agebant inclementissimos, etiam ea calūniantes quæ recta sunt, sinistre interpretātes quæ dubia, exaggerantes quæ leuia erant: deniq̃ siquem uidissent in aliquod grauius crimen prolapsum, magis hoc agebant ut perderent, q̃ ut sanarent. Atq̃ hinc quoq̃ iustitiæ famam sibi uenabantur, quo magno supercilio sæuirent in lapsus alienos, cum id facerent nō amore pximoꝵ, quos extinctos maluerunt q̃ correctos, & traductos magis q̃ emendatos, nec odio uitioꝵ, cum ipsi suis uitijs longe grauioribus indulgerent.

Est autem hoc Christianæ mansuetudinis & pietatis ac simplicitatis, proximi dicta factaq́, quæ quo animo fiant, dubia sunt, in meliorem interpretari partem. Syncerus.n.animus semper propesior est ad bene opinandum, q̃ ad male suspicandum. Augustinus: Non est sibi contraria diuina lectio, sed sobrium intellectum quęrit. In conuersatione.n.humana sunt aliqua, quæ rationabiliter reprehenduntur: sunt quę non sine peccato iudicantur. Aperta.n.mala & argui & iudicari debent. Illa autem quę ignoramus, an bono malo'ue fiāt animo, iudicare non debemus, sed in meliorem semper partem interpretari. Veniet.n.tempus quo iudicenť, quando illuminabit dñs abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. 1. Corin. 4. De illis ergo iudicare nobis permittitur, de quibus manifestum est quia bono aïo fieri non possunt: qualia sunt quæ ab Apostolo opera carnis nominantur. Gala. 5. de quibus dñs Matth. 7. A fructibus eorũ cognoscetis eos. Greg. Nazian. Non ergo cum acrimonia pręcipites sñiam, ne similia patiaris. Fit.n.ut ini qui nonnunq̃ iudicij exemplum in ipsos authores recidat, & alios uicissim experiantur suæ uitæ censores tales, quales in alienā egerint. Qui male loquitur de ꝓximo, peius audiet. Hinc dñs Ioan. 7. Nolite secũdum faciem iudicare, sed iustum iudiciũ iudicate. Cõdemnatio uero ex iudicio nascitur. Quemadmodum aũt non quodcunq̃, sed inordinatum iudiciũ prohibetur, ita non quæuis aliorũ cõdemnatio, sed iniusta. Nõ.n.sine causa principes gladiũ portant. Rom. 13. Ministri.n.Dei sunt, uindices in irā ei qui male agit. Exod. 22. Maleficos non patieris uiuere. Prouerb. 17. Qui iustificat impium, & qui condemnat iustũ, uterq; abominabilis est apud Deum. Hinc Esa. 5. Vę qui dicitis bonum malum, & malũ bonũ, ponentes lucē tenebras, et tenebras lucē, ponentes amarũ dulce, & dulce amarũ.

Dimittite, & dimittemini: date & dabitur uobis. Mensuram bonam & confertam & coagitatam & supereffluentem dabũt in sinum uestrum: Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur uobis.

Augustinus: Cũ multa sint eleemosynarũ genera, quibus adiuuamur ut dimittantur peccata nostra, nihil tamen magis illa, cum ex corde remittimus, quod in nos quis peccauit. Si contracti parciq́ fuerimus erga ꝓximum, talem sentiemus & remunerationem. Mar. 11. Cũ stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater uester qui in cœlis est, dimittat uobis peccata uestra. Matth. 18. Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Augustinus in persona Dei: Aliquid contra te teneo, aliquid tu contra alium tenes: remitte, & ego remittā. Hinc docuit in oratione Matth. 6. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Hinc Coloss. 3. induite uos sicut electi Dei uiscera misericordiæ, benignitatem, & humilitatem, modestiā, patientiam, supportātes inuicem & donantes uobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut et dñs donauit uobis, ita et uos. Benefici etiam simus in omnes, ꝓpter eum qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat. Iac. 1. Augustinus: dicit tibi Christus, da mihi, dedi tibi: habuisti largitorem, habe debitorem, habe & fœneratorem. Prouer. 17. Fœneratur dño qui miseretur pauperis. Eccl. 4. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandũ collecta. 2. Corin. 9. Qui parce seminat, parce et metet: & qui seminat in bñdictionibus, de benedictionibus et metet. Et quia inuitauit ad meritum, ostendit præ

mium. Et qm̄ omnia disposuit in numero, pondere & mensura. Sapiē.11. Hinc & in domo patris mansiones multæ sunt. Ioan.14. & differens resurrectio erit mortuoꝝ, quemadmodum claritas stellaꝝ.1.Corin.15. Pos sunt & ad diuersos referri respectus. Mensura bona, ad tpalia.1.Timo.4. Omnis creatura Dei bona est. Gen̄.1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Prouer.11. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiūt aliena, & semp in egestate sunt. Prouer.3. Honora dn̄m de tua substātia, & de primitijs frugum tuaꝝ da pauperibus: & implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia tua redundabunt. Mensura conferta, ad bona naturę: Cogitata, gratię: Superefluens, gloriæ. Iaco.1. Qui dat omnibus affluenter, & nō improperat. Psal.83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Glo. Dabunt illi, quibus iam opera impenditis misericordiæ: quia causa erunt ut Deus det, quanq̄ & qui hinc pauperes ad felicia regna cō migrant, illic diuites facti, suffragijs & interpellationibus apud Deū abū de beneficia terrena in se collata compensant, & insuper Deus pro his & pro alijs suam addit gloriā. Lucę.16. Facite uobis amicos de māmona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Hinc in sinum dicitur dari, quia securū & charum.1. in intimum cordis, ut intellectus æternam ueritatem contempletur, & in ea reficiatur, uoluntas summa bonitate fruatur. Esa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in requie opulenta. Ambro. Non inqua mensura rependet Deus, sed est ac si dicat: Ipsa iniquitas iudicandi, & iniqua mēsura tibi nocet, te punit, & sæpe non illū de quo agis. Vel si recte iudicas & metiris, tibi pdest, te saluat, etsi aliquando nō illum cui hæc impendis. Sic & in eleemosyna, quæ tamen magis pēsatur quoad affectum q̄ effectum.2.Corin.8. Si uoluntas prompta est, secundum id qđ habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Patet in uidua duo minuta offerenti. Mar.12.

Dicebat autem illis & similitudinem: Nūquid potest cæcus cæcum ducere? non'ne ambo in foueā cadunt? Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. 3

Quo magis hęc īfigeret animis suorum, adiecit similitudinē. gaudet.n. haꝝ reꝝ collationibus uti, quæ sensibus oīum notissimæ sunt. Si tu q doctor uideris esse & dux, laberis: oīb⁹ modis cadet is, qui docetur & ducit. Qui.n. uias Dei ignorat, & iustificationes eius, cæcus est, qui secundum sensum carnis & non secundum intelligentiam spiritus incedit.2.Pet.1. Vos aūt curam omnem subinferentes, ministrate in fide uestra uirtutē, in uirtute aūt scientiā, in scientia aūt abstinentiam, in abstinentia aūt patientiam, in patientia aūt pietatem, in pietate aūt amorem fraternitatis, in amore aūt fraternitatis charitatem. Hæc.n. si uobiscū adsint & superēt, non uacuos, nec sine fructu uos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui.n. non præsto sunt hæc, cæcus est & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis ueterum suoꝝ delictoꝝ. Purus sit ipse ab omni crimine oportet, qui uelit alteri præire. Quid sit agendum qūo docebit alium, qui ipse tenetur errore? Matth.15. Sinite eos, cæci sunt & duces cæcoꝝ. Hiere.50. Grex perditus, factus est populus meus, pastores eorum seduxerūt eos, feceruntq́ uagari in montibus. Cadunt ergo primū in lacum desperationis. Prouer.18. Impius cum in pfundum peccatoꝝ uenerit, contemnit. Demum infernalis damnationis. Sed qm̄ durum est, aliquoꝝ perpeti obstinatam malitiam, hinc se pponit in exemplū. Matt.23.

Vnus est magister uester Christus. Glo. Si magister uester qui Deus est, suas non ulciscitur iniurias: discipuli qui hoies sunt, magistrum secundum regulā perfectionis imitari debent. Ioan.13. Vos uocatis me, magister & domine, & bene dicitis. Nō.n. par est, potiorem esse discipuli conditionem q̄ magistri, satis erit pfectus, si magistro æquetur, & ipsum magistrum imitetur. Quasi ergo discipulus supra magistrum erigitur, cum Christianus quis iniurias audire dedignatur, séq; suis uiribus ulcisci conatur. Augustinus: Sūma religionis Christianæ est, imitari quem colis.

Quid autem uides festucā in oculo fratris tui, trabem autem quæ est in oculo tuo, non consideras? Aut quō potes dicere fratri tuo, frater, sine, eijciam festucā de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem nō uidēs? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ut educas festucam de oculo fratris tui.

Festuca quæ subito qdem oculum tangit, sed cito deficit ne oculum lædat, leuia sunt peccata, quæ difficulter uitantur, sed faciliter purgantur. 1. Ioan.1. Si dixerimus qa peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Iac.3. In multis.n. offendimus omnes. Si ergo tua leuia, alioꝝ grauia æstimas, uere cæcus es. Cur iniquū iudicem te præbes proximo, ipse grauioribus malis obnoxius? cur in alioꝝ uitijs tā oculatus es, cum ad tua ipsius mala cæcutias, trabem in tuo oculo non cognoscēs, aut si cognoscis, dissimulās? Oculus, intentio cordis est: festuca, ira subita: nam non irasci impossibile, cū irascibilis simus naturę. Psal.4. Irascimini, & nolite peccare, sed coercenda, ne limites excedat. Ira aūt inueterata, conuertitur in odium & fit trabs, inter quod & homicidiū nihil interest. 1. Ioan.3. Qui odit fratrē suū, homicida est. Talis aūt rationabiliter dicere nō potest, etsi impudenter, frater, sine, eijciam festucam de oculo tuo. Nam rñderi illi potest: Medice, cura teipsum. Luc.4. & Roma.2. In quo alium iudicas, teipsum condemnas. Quod.n. est istud præposteꝝ iudicium? In suis qsq; malis esse debet iudex acerrimus, in alienis mitior: ad sua quenq; uitia decet esse oculatum, in alienis non perinde curiosum. Et sibi primum quisq; debet esse medicus, priusq̄ alteri manus admoueat. Sic pharisæi, nedum discipulos, sed & ipsum Christum improbe notare conati sunt: In peccatricis admissione. Luc.7. pctōꝝ conuiuatione. Matt.9. Luc.15. manuum ablutione. Mar.7. Matt.15. spicaꝝ cōfricatione. Matt.12. Imo & Ioānem, Luc.7. Venit autem Ioannes Baptista neq; manducās panem, neq; bibens uinum: & dicitis, dæmonium habet. Venit filius hoīs manducans & bibēs, & dicitis: ecce homo deuorator et bibens uinū, amicus publicanoꝝ & peccatoꝝ. Ideo Matt.23. Duces cæci excolantes culicem, & camelum glutientes. Audi simulator iustitiæ, qui non ex tuis bonis, sed ex alienis malis sanctimoniæ laudē uenaris apud hoīes: si uere uis esse iustus, primū eijce trabē de oculo tuo. Prouer.18. Iustus in principio accusator est sui. Carpturū.n. alios, imaculatum oportet esse: magnis.n. obtenebratus peccatis, minora in fratre cernere nō pōt. Sed sunt qui subditoꝝ parua errata grauiter puniūt, sua magna negligentes: alij arguunt alioꝝ errata, quo ipsi iusti appareāt. Gregorius: Imperitus est medicus et improbus, qui mederi me appetit, & uulnus pprium nescit. Charitas.n. ordinata esse debet, ut homo primo suijpsius, dehinc pximi curam agat, & per exemplum idoneus reddatur. Basilius: Considerandum quantę sit difficultatis alios iudicare, qa oportet primo seipsos cōspiciant & emendent, qd oium grauissimum est: quia

cum

cum oculus cũcta exteriora uideat, tamen super se uisum non uertit: ita & intellectus, cum alienũ uelociter corrigat peccatũ, lētior est proprios percipere defectus. Priuata iudicia prohibentur: nam alias iudicare licitum, cum non hominis, sed dei exerceant iudicium. 2. Para. 19. Noli ergo effici iudex amarus, quasi hostis exigens uindictam.

Matt. 7 *Nolite sanctũ dare canibus, neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte cõculcent eas pedibus suis: & canes conuersi, dirumpant uos.*

E

Hieronymus: Porcus non recipit ornarum, qui uersatur in uolutabris luti. Pro. 11. Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. Pura ergo fidei mysteria canibus, hominibus passionibus deditis, infidelibus in impietate uiuentibus, et spem conuersionis in melius non habentibus: & margaritæ pretiosissime cœlestium gratiarum, porcis in luto infrenis luxuriæ iugiter commorantibus, nõ communicanda. Phi. 3. Videte canes, uidete concisiones. Titum. 1 Malæ bestię, uẽtres pigri. Fiunt enim magis, postquam didicerint secreta, temerarij: qui uero benigno sunt animo, honestissima ea iudicabunt. & infra: Non enim ex ĳs quæ didicerũt emendantur: sed eorum occasione superbius efferuntur, atq; insolẽtia fœdiori complentur. Et ideo non exiguum lucrum est, in sua ignorantia illos permanere. Si uero discant, geminum est damnum, cum certe ipsi omnino nihil fructificent, immo magis magisq́; lædãtur, & tibi negocia ac mille pĩcula cõmoueant. Audiant hoc loco qui impudenter omnibus ac temere copulantur, despicabilia ea quæ sunt reuerenda, facientes. Nam & mysteria ideo clausis ianuis celebramus, & eos qui nondum initiati sunt, adesse prohibemus: nõ quia infirmitatem aliquam mysteriorum deptehẽdimus, sed quia ad participationem illorũ illi adhuc, quos arcemus, infirmi sunt. Propter hoc ipse multa ad Iudæos in parabolis differebat, quoniam non uidebant uidentes, Matth. 13. Ne ergo detis sanctum canibus, & ne proĳciatis margaritas ante porcos. 1. Co. 2. Aĩalis homo nõ pcipit ea quę sunt spũs dei. Stultitia enim est illi, & non põt intelligere, quia spiritualiter examinatur. Esa. 28 Quẽ docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditũ? Ablactatos à lacte, auulsos ab huberibus. Ne quãdo cõculcent inter pedes suos eas, et canes uersi in uos, 2. Ti. 3. Mali hõies pficiẽt in peius, errãtes, & in errorem ducẽtes, lacerent & dilanient uos.

Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, et aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est ex uobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidẽ porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpẽtem porriget ei? Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona data dare filĳs uestris, quanto magis pater uester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? 2

Imperauit magna, & difficilia ostẽdit quomodo perficiantur, nempe p preces continuas. Hæc nempe eximia bona, ut non sunt à nobis communicanda quibuslibet, ita nõ cõtingunt à deo patre segnibus & oscitantib⁹. Diues & benignus est, nulli negat, nulli inuidet opes suas, sed agnosci uult earũ ptetium. Non agnoscit aũt qui segniter petit. Petite itaque, si quid opus est, & dabitur uobis: quęrite, si quid ignoratis, & inuenietis afflatu spiritus paterni, quod humano spiritu percipi non poterat. Pulsate precibus, addendo eleemosynas in pximos, & aperietur uobis. Apud hominem nonnunquam incassum funduntur preces, uel quia non potest præstare quod rogatur, uel quia non uult. Verũ apud deum quisquis, ut par est, petit, accipit: quisquis auide scrutatur, inuenit: quisquis instanter

pulsat fores, huic aperietur. Hieronymus: Pulsemus ianuã Christi, de qua dictum est Psal. 117. Hæc porta domini, iusti intrabunt in eam. Porrò recte petit, qui petit salutifera. Hinc stimuli carnis ablationem Apostolus petens, non fuit exauditus, 2. Cor. 12 Sic nec filij Zebedæi consessum dñi, Mat. 20. & qui petit cum fiducia Iac. 1 Postulet autem in fide nihil hęsitans. Marc. 11. Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniẽt uobis. Qui enim magna affectione credit, cor suum omnino extendit ad deũ, & quid facit? Vniẽ illi, & feruefactũ cor eius, magnam certitudinem sumit q uoti cõpos fiat. Recte quærit, qui infatigabili studio. Iob. 8 Si diluculo consurrexeris ad deũ, & omnipotentem fueris deprecatus, si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te. 1. Io. 3. Charissimi, si cor nostrũ non reprehenderit nos, fiduciã habemus ad deũ: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus, & quæ sunt placita corã eo, facimus. Recte pulsat, qui pijs operibus diuinam bonitatẽ solicitat. Prou. 28. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio ei⁹ erit execrabilis. Pulsant lachrymæ, & ad ipsum domini conspectum introeunt. Eccl. 35. Non'ne lachrymæ uiduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim descendunt usque ad cœlum, & dñs exauditor non delectabitur in illis. Quod si non protinus accipitis quod petitur ne diffidite tamen de benignitate patris uestri: dabit cum opus fuerit, & quantum opus erit, si modo perseueraueritis. Differt quandoque filiorum audire preces ad uotum, unde uidetur afflictis non attendere. Iob. 3. Ecce clamabo uim patiens, & nemo audiet. uociferabor, & non est qui iudicet. Sed non minus exorabilis est deus erga filios suos, q̃ homo pater erga liberos suos. Vos igitur natura procliui ad malum. Gen. 8. Sensus & cogitatio humani cordis in malũ prona sunt ab adolescentia sua. atque etiã alijs in rebus mali plerunque, nec non ad deum comparati, tamẽ hac in parte nõ uirtute, sed naturæ impulsu seruatis pietatem, ut noueritis utilia & bona dona dare filijs uestris, quanto magis id faciet pater cœlestis natura bonus? Nouit quæ conducant ad salutem æternam, hæc libenter donat rogatus. Quod si per errorem rogetur noxia, pro beneficio duceret negare, quod male peteretur, sed pro optatis daret salutaria. Qui enim pater est spirituum, & natura bonus, impartiet uobis de cœlo spiritum suũ bonum, omnia bona largiturum, si petieritis ab ipso.

3 *Omnia ergo quecunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ.*

Breuem ad uirtutem ostendit uiã. Ex nobis ipsis scimus qd facto opus sit. Nam si uis beneficia accipere, benefac: si diligi ab inimicis, dilige inimicos. Impeditur ẽt orationis effect⁹ p impiam cõuersationẽ. Esa. 1. Cũ extenderitis manus uestras, auertã oculos meos à uobis & cũ multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiam: manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Nemo autem sanus sibi nõ bene cupit: sed uulgus hominum sic est amans sui, ut alienis malis, suis consulat cõmodis. Vobis non itidem faciendũ: sed quales optaretis alios esse ĩ uos, tales uosipsos præstate in alios. Hoc est compendiũ & summa oĩum quæ docet lex & prophetę, quos aut si nõ uacat, aut per inscitiã literarũ non potest aliquis euoluere, certe nemo non habet domi regulã, ad quam dirigat actus suos, modo rationi q̃ cupiditatibus obtẽperare malit. Est. n. unum principiũ naturaliter notũ ĩ agibili-

bus,quemadmodũ & illud Tob.4. Quod ab alio oderis, fieri tibi, uide ne tu aliquãdo alteri facias, ad quod naturaliter ĩclinat synderesis, ex quo eliciũtur & deducuntur reliqua præcepta ad proximum ordinantia.

Intrate per angustam portam, quia lata porta & spatiosa uia est, quæ ducit ad perditionẽ: & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta & arcta uia quæ ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniunt eam?

Hæc si uidentur ardua ijs qui mũdum diligũt, si uidetis maximã multitudinem hominum diuersa sequi, ne quid animum uestrum commoueat. Vos magis spectate quò ducat hæc uia: ꝙ, an commodum habeat ingressum: malitisq́; cum paucis ꝑ angustam portam tendere ad uitã æternam, ꝙ cum multis ad perditionem æternam. Nequaꝗ ergo ad multitudinem oportet aspicere, neqꝫ hac exẽplorum densitate turbari, sed imitari paucos, qui nos itinere cautissime incedere cohortantur. Lata uia quæ abducit, seculi uoluptas & sine timore peccare. Eccles.8. Etenim quia nõ profertur cito contra malos sententia, absque timore ullo filij hominũ perpetrant mala. Angusta, quæ per labores & ieiunia panditur imitatione Christi. Ioan.10. Ego sum ostium. Matthæi.16. Qui uult post me uenire abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. 2. Timot. 3. Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Sed onus leue propter futuras retributiones. Prouer.4. Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per semitas æquitatis: quas cũ ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Psa.118. Viam mandatorꝫ tuorum cucurri, cũ dilatasti cor meũ. Quemadmodũ corpulentus uel sarcinis onustus, ꝑ angustam nequit intrare portam, sic neqꝫ diues, neqꝫ delicatus sed per latam. Siquidẽ spatiosa uia, quoniam neminem arctat legibus pietatis, quoniam ijs rebus adblãditur ꝙ delectant sensus corporis, quæ blandiuntur animi cupiditatibus, facile plurimos ad sese pellicit: sed ad breue tempus delinitos, ꝑ amplam portam transmittit ad æternas calamitates inenarrabiles, & falsis bonis deceptos, æternis & ueris tradit malis. Quam uero arcta, quæ ducit ad uitã? Nihil enim ostentat quod blãdiatur carni, multis aspera est, quæ molesta sunt naturæ, protinus obijcit, paupertatem, ieiunia, uigilias, tolerantiã iniuriarum, castitatem, sobrietatem, sed pauci inueniunt eam. Matt.20. Multi sunt uocati, pauci uero electi. Eccles.1. Stultorum infinitus est numerus. 2. Timot.2. Nemo coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Hieronymus: Latam uiã non quærimus: nec inuentione opus est, sponte se offert. Angustam portam nec omnes inueniũt, nec qui inuenerint, statim ingrediuntur per eã, et certantium uia est. Siquidem multi inuẽta ueritatis uia, capti secuti uoluptatibus, de medio itinere reuertuntur. Prouer.12. Iter deuium ducit ad mortem, in semita autem iustitiæ uita. & 14. Est uia quæ uidetur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem.

Attendite à falsis prophetis, qui ueniũt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Matt.7 D

Ostendit ꝙ solicite malorum uitãdum sit consortium, si rectam & expeditam uitæ prosequi uolumus uiã. Chrysostomus: Magna uirtus boni est, cognoscere malũ: & firma tutela salutis, nosse quẽ fugias. Nulla.n. res sic bonum exterminat ut simulatio: quia malũ sub boni specie uelatũ, dũ non cognoscitur, minime uitatur. Cauendum ergo ab ijs qui se uobis iungũt, speciem habentes pietatis, cum sint pietatis hostes, ueluti ouilla pelle

tecti, cum intus sint euãgelici gregis laniatores. Blandiloquentiam prætexunt, & uitam sanctam, simulãt, sed intrinsecus latet aculeus. Hieronymus: Licet hoc de omnib9 qui aliud habitu & sermone, aliud opere ostendunt, possit intelligi, specialiter tamẽ de hæreticis, qui quadam pietatis ueste tecti, uenenato animo & intentione nocendi, lupi sunt rapaces, uel exterius si copia detur persequẽdo, uel interius corrũpendo. 1. Cor. 15. Corrumpũt bonos mores colloquia mala. Secũdum scripturas, interpretatores scripturæ prophetæ dicuntur, 1. Cor. 14. Neq; enim potest quis recte sensum scripturæ interpretari, nisi p spiritum prophetiæ, ut dicit Chrysostomus: Non enim uoluntate humana allata est aliquãdo prophetia, sed spiritu sancto ĩspirati, locuti sunt sancti dei homines. & ante, Omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit, 2. Pet. 1. Dicuntur falsi, ob falsificationem iustitiæ. ueniunt enim non missi. Ro. 10. Quomodo p̄dicabunt nisi mittantur? Mat. 9. Rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suã. Sic Paulus & Barnabas ab apostolis p spiritũ sanctum missi fuerunt. Act. 13. Segregate mihi Saulũ et Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Io. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Qui autẽ spiritu sancto se missum dicit, probet sicuti Paulus, Ro. 15. Non audeo aliquid loqui eoꝝ quę per me non efficit Christus, in obedientiam gentiũ, in uerbo & factis, in uirtute signorũ & prodigiorũ, in uirtute spiritus sancti. Sed Hiere. 23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad illos, & ipsi prophetebant. Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent uerba mea populo meo, auertissem utiq; eos à uia sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. Ioan. 10 Quotquot uenerũt ante me, (nõ missi) fures sunt & latrones. Fur non uenit, nisi ut furetur, mactet, & perdat. Secundo, uitæ: quia in uestimentis ouium, sub prætextu iustitiæ euangelicæ. Nulla. n. falsitas inuenitur, quæ non aliqua ueritate pallietur. 2. Cor. 11. Nam pseudoapostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum. Ipse. n. satanas transfigurat se in angelũ lucis. Nõ est ergo magnum, si ministri eius transfigurẽtur uelut ministri iustitię, quorum finis erit secundũ opera ipsorum. Dñs iustos, oues nominat. Mat. 25. Tertio, doctrinę, nam intrinsecus lupi sunt rapaces. 2. Tim. 3. Mali aũt homines et seductores proficient in peius, errantes, & in errorẽ mittentes. Matt. 22. Erratis, non intelligentes scripturas neq; uirtutem dei 1. Tim. 1. Finis aũt præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. A quibus quidã aberrantes, conuersi sunt in uaniloquium, uolentes esse legis doctores, non intelligentes neq; quæ loquunt, neq; de quibus affirmãt. Cuius causa est, quia spiritu sancto carent. Ioã. 14. Ego rogabo patrem, & aliũ paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis, quẽ mundus non potest accipere, qa non uidet eum, nec scit eum. Habent aũt spiritum erroris. 3. Reg. 22. Egrediar & ero spiritus mẽdax in ore omnium prophetarũ eius. Et dixit dñs: Decipies & præualebis, egredere & fac. Hinc Acto. 20. Attendite uobis et uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanct9 posuit episcopos regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniã intrabunt post discessum meũ lupi rapaces in uos, nõ parcentes gregi. Et ex uobisipsis exurgent uiri loquẽtes puersa, ut abducant discipulos post se: propter qđ uigilate. Rapiunt enim ueritatem ab intellectu, charitatem ab affectu, sanctitatẽ

sanctitatem ab effectu. Sic animas ab ecclesia et Christo secum in ęternum rapiunt exitium. Ezech. 13. Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum, & nihil uident. Quasi uulpes in deserto prophetę tui Israel. Vident uana, & diuinant mendacium, dicentes, ait dominus, cum dominus non miserit eos, & perseuerauerunt confirmare sermonem. Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciūt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis ad capiendas animas. Et cum caperent animas populi mei, uiuificabant animas eorū: & uiolabant me ad populum meum propter pugillum hordei & fragmē panis, ut interficerent animas quæ non moriuntur, & uiuificarent animas quæ non uiuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs. Chrysostomus: Catholici doctores, si peccatores fuerint, serui quidem carnis erunt, non tamen lupi rapaces, quia non habēt propositum perdere Christianos. Quia autem plurimi bonos de malorum ingenijs existimant, ut omni eos excusatione nudaret, intulit. A fructibus eorꝫ cognoscetis eos. Non potes ergo dicere, circūuentus sum atqꝫ deceptus: siquidem manifestam tibi discretionem ex operibus ostendit, & ut etiam discuteres eorū opera, præcepit, ne temere cuncta cōfunderes. Facile deprehendes simulationis pręstigium, si propius inspexeris non titulum aut uestem, sed ipsa facta, quæ produnt animum insyncerum. Nam etsi quando bene docent, tamen hoc ipsum quod docent, non præstant. Seneca: Nemo potest diu personam ferre fictam, sed cito in naturam suam incidunt, quibus non subest ueritas.

2 *Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem arbor fructus malos facit. Nō potest arbor bona malos fructus facere, neqꝫ arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor quæ nō facit fructum bonum, exciditur & in ignem mittitur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.*

Est suus cuique arbori peculiaris fœtus, qui sapore prodit radicem. Chrysostomus: Sub spinis nullum animal requiescit nisi serpentes, ita iuxta malos nemo pacem habet, sed dæmones ibi habent cubilia. Vitis, Christus: palmites, fideles, Ioan. 15. qui uuas bonę conuersationis ferūt. Sicut autem spina nel tribulus, quacunque parte tangitur, pungit: sic iniquitate isti pleni sunt, quare euangelicos fructus ferre non possunt. Iaco. 3. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam? Nunquid potest fratres mei ficus uuas facere, aut uitis ficus? Sic neqꝫ salsa dulcem potest facere aquā. Neque enim qui syncero est animo, potest non factis exprimere synceritatē affectus sui: neqꝫ rursus qui uitiato est animo, potest ea præstare factis, quæ uere bonum arguunt: tametsi præstigijs ac specie sanctimoniæ non nunquam imponat incautis hominibus, certe deo non potes imponere. Arbori comparat hominem, eo ꝙ potest à sterili peccato in uirtutem inseri. Chrysostomus: Dominus non dixit, impossibile est malum ad bonum conuerti, nec bonum negat in deterius posse labi, sed quandiu malitiæ affixus est, nō posse bonum fructū afferre. Proinde qui fucate boni sunt, dent operam, ut omisso fuco fiant boni. Nam si perseuerauerit in peruersa simulatione, metuat ne hoc patiatur à uindice deo, quod arbor infrugifera ab agricola suo. Exciditur. Matthæi. 3. Iam securis ad radicem arboris posita est. Luc. 13. Arborem fici habebat quidam &c. Exciditur primo per deuitationem. Tit. 3. Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciēs quod subuersus est, qui eiusmodi est,

& delinquit cum sit proprio iudicio condemnatus. Matt. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Secundo, per mortem. Psal. 48. Diues cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum illo gloria eius. Tertio, per ęternam damnationem. Mat. 13. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum. Chrysostomus: Duæ sunt pœnæ, excidi, & in ignem mitti. Multi autem gehennam timent & horrent, ego autem casum illius gloriæ multo maiorem gehenna casum esse aio. Intolerabilis gehenna: uerum si mille ponat quis gehennas, nihil tale dicit, quale est ab illa gloria beata excidere, odio Christi haberi, audire, non noui uos. Etenim decē millia fulmina melius est sustinere, quàm faciem mansuetam uidere auersam à nobis, & trāquillum illum oculum non ferentem uidere nos. Si ergo peccatū omissionis pœnam meretur æternam. Ioan. 15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, Matt. 25. Discedite à me maledicti in ignē æternum: Esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c, peccatū commissionis quid meretur? Vere, quantū glorificauit se & in delicijs fuit, tantum dabitur illi tormenti & luctus, Apoca. 18. Sap. 11. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur. Quisquis igitur in regno dei aut nullū, aut fructum edit sua professione indignum, nisi resipuerit, in ignem æternum abijcietur. Scdm Augustinum: Lupi à tribus cognoscuntur: Primū est uiolentia, quia sanguine gaudet. Sic isti dissensionibus, sectis. Ro. 16. Rogo uos fratres, ut obseruetis eos qui dissensiones & offendicula pter doctrinā quam uos didicistis, faciūt, & declinate ab illis. Huiuscemodi. n. dño nostro Iesu Christo nō seruiunt, sed suo uentri, & per dulces sermones seducūt corda innocentiū. 1. Co. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Secundū, calūnia. Chrysostomus: Lupus tectus pelle ouina, per uocem cognoscitur & actum. Ouis balat inclinata deorsum, lupus ululat contra cœlū. hoc superbiæ, illud humilitatis est signū. Ouis herbam manducat, lupus carnem. Sic isti contra deum & sanctos latrant. 2. Pet. 2. Fuerunt pseudoprophetæ in populo, sicut & in uobis erunt magistri mendaces, qui introducēt sectas perditionis: & eum qui emit eos, deum negant, superducentes sibi celerē perditionem, & multi sequentur eorum luxurias, per quos uia ueritatis blasphemabitur, & in auaritia de uobis fictis uerbis negociabuntur, quibus iudicium iā olim non cessat, & perditio eorum nō dormitat. Tertium, impatientia. Lupus enim famis impatiens est. Cū enim propria spectent commoda, non dei honorem nec animarum salutem, cū cœperint hæc eadem aliquibus tentationibus illis subtrahi uel negari, quę isto uelamine uel consecuti sunt, uel consequi cupierunt, tunc necesse ut appareat utrum lupus in ouilla sit pelle, an ouis in sua. Hæc Augustinus. Si ergo uitam & mores attētius obserues, inuenies eos sibi placentes suis commodis ubique seruientes, elatos, uindices, inuidos, obtrectatores, gloriæ sitientes, nonnunquam & uentri deditos, & omnino suum negocium agentes potius, quàm gregis & euāgelij, quæ quasi ex diametro pugnant cū fructibus euangelicæ mentis.

Lupi quot modis cognoscūtur.

Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.

Docet nos, si fidem absque operibus habuerimus, nihil nobis eam profuturam: neque enim titulus Christianū facit, sed uita: neque protinus pro discipulis agnoscentur, qui religiosis uerbis dixerint, domine domine, cū

reipsa longe alijs dominis seruiant, mammonæ, uentri, ambitioni. Matt. 25. Nouissime ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine domine, api nobis. At ille respondens, ait: Amen amen dico uobis, nescio uos. Beda: Quid folia rectę cōfessionis iactatis, qui bonos fructus non ostenditis? Iaco. 2. Fides sine operibus mortua est. Gal. 5. In Christo Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; pręputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Quos igitur dignabor regno cœlorum? Qui uere repudium miserunt terrenis cupiditatibus, & ex animo obtēperant uolūtati patris mei, cuius uoluntatem ego uobis prædico. Mat. 3. & 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite. Dicendo autem, qui facit, & nō, qui fecit semel, significauit quod is q ad mortem usq; perseuerauit. Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno dei. Matth. 10. ac. 24. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. 1. The. 4. Hæc est uoluntas dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deum. Vbique nos dominus ad plurimam conuersationis curam hortatur. Neque enim accidit, ut homo honeste recteq; uiuens, atque ab omnibus uitijs liberatus, aliquando despiciatur à deo: sed & si aliquo errore teneatur, cito illum deus ad notitiam pertrahit ueritatis.

Luc. 6 *Nō est enim arbor bona, quæ facit fructus ma-*
E *los: neq; arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquæq; enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo uindemiant uuam.*

Ostendit non in uerbis, sed in factis euangelicam consistere professionem. Arbor nanq; ad fructum ordinatur, quare non ex folijs ęstimatur, sed fructibus. Fructus autem ex radice succum suum trahit: qui si amarus est, non potest arbor fructum gignere suauem. Sin bonus, non potest arbor alium proferre fructum, q̃ suo succo respondentem. Dicitur homo arbor mala non natura, quæ bona a deo creata est. Gene. 1. Vidit deus cūcta quæ fecerat, & erant ualde bona. sed uoluntate, quæ sicut arbor in terra, in anima radicat, & est immediata potētia in opus. Si ergo malus est animus & corruptus, malū est quicquid inde proficiscitur: si syncerus, syncerū est quicquid hinc nascitur. Suauissimus succus fidei & charitatis, fructum fert euangelicum. Agnosce arborem euangelicam, cū fructus habes euangelio dignos, de quibus Gal. 5. Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Cōtra arborem malam, cuius radix amaro succo pharisaicæ superbiæ, liuoris & auaritiæ infecta est. Gala. 5. Manifesta sunt opa carnis, quę sunt: fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico uobis, sicut prędixi, quoniam qui talia agūt, regnum dei non consequentur. Tandiu ergo bona arbor nō facit fructus malos, quandiu in bonitatis studio perseuerat. Matth. 6. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuū lucidum erit. Et mala arbor tandiu manet in fructibus peccatorum, quādiu ad pœnitentiam non conuertitur. Nemo enim permanens in eo quod fuit, incipit esse quod cœperit. Sap. 12. Erat enim naturalis malitia eorum. Sap. 4. Fructus eorum inutilis & acerbi ad manducandum. Cō-

muniter arbor bona, & putris, & carie uitiata, folia habēt similia: sed fructus dissimiles, per quos cognoscuntur Non ergo te bonum credas. quia bonus prædicaris. Spinæ, seculi solicitudo, Lucæ. 8. suffocantes uerbum dei, ne fructum quidem faciat. 2. Reg. 23. Preuaricatores quasi spinæ euellentur uniuersi, quæ non tolluntur manibus: & siquis tangere uoluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato: igneq; succensæ, comburentur usque ad nihilum. Sic corda concupiscentiæ, inuidiæ, detractionis uel superbiæ aculeis plena, alijs insuauia sunt & intractabilia: uirtutum exempla ac doctrinæ ministrare proximis non possunt. Ficus, uitæ cœlestis dulcedinem: uua, diuinæ dilectionis signat fragrantiam.

2 *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur.*

Thesaurus cordis, intentio est cogitationis, ex qua prouentum operis internus arbiter iudicat. Est autem uirtus, ut dicit Augustinus, habitus qua nullus male uti potest. Sicut ergo natura est operationum naturalium principium, ita uirtutes & dona proferunt germina uirtuosa 1. Co. 15. Plus omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia dei mecum. Nullus autem uere bonus sine charitate, absque qua nihil est homo in conspectu dei. 1. Cor. 13. Hinc est ut plerunq; minora nonnulli maiori cœlestis gratiæ mercede operētur, propter cordis intentionem, qua maiora uellent, si possent: & alij maiora uirtutum opera ostentantes, ob cordis incuriam tepidi, minora à domino præmia sortiantur. Vnde uidua duobus missis in donaria domini minutis, plus omnib⁹ diuitibus dedisse, domino teste, dicitur Marc. 12. & Lu. 21. Sic malus interiori malitia, consuetudine praua & habitu uitioso, profert mala. Operatio. n. arguit formam. Mat. 15. De corde enim exeūt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia: hæc sunt quæ coinquinant hominem. Hiere. 13. Si mutare potest Aethiops pellem suā, aut pardus uarietates suas, & uos poteritis benefacere, cum didiceritis malū. Si igitur in corde regnet atque abundet uirtus, gratia, charitas, ex ore prodeunt uerba diuina, uirtuosa & sancta: sin autē uanitas atq; peccatum, inania ac iniqua prodibunt. Matt. 12 Ex uerbis tuis iustificaberis, et ex uerbis tuis condēnaberis. Progenies uiperarū, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Cum autem uoces sint notæ earū quę in animo sunt passionum, sæpe humanum fallunt iudiciū, quod cor proximi nescit nisi ex ore & opere pensare: dominus uero contra, uerba & opera ex cordis pensat radice. 1. Reg. 16. Homo uidet ea quæ patent, deus autem intuetur cor. Hie. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor & ꝓbans rhenes, q do unicuiq; iuxta uiā suā, & iuxta fructum adinuentionū suarum. Illi ergo ex abundantia cordis os loquitur, qui ex qua intentione ꝓmantur uerba, non ignorat.

Quid autem uocatis me, domine domine & nō facitis quæ dico?

Quorsum enim attinet, ꝙ me honoris gratia cōpellatis dominum, cū negligatis quę præcipio? Obseruatio præceptorū, arguit fidelem seruum, non honorifica compellatio. Luc. 12. Seruus sciens uoluntatem domini, & non faciens, plagis uapulabit multis. Matt. 7. Multi dicent mihi in illa die, domine domine, non'ne in nomine tuo prophetauimus, et in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui uos. Discedite à me oēs qui operamini

iniquitatem. Ostendit fidē absq; operum sanctitate, etiā si signis polleat, nihil pfuturam ĳs qui spiritu factisq; ipsius caruerint in illo die, cum iam non humano iudicio, quod sæpe fallitur, sed diuino pro suis cuiq; meritis præmia designabuntur, & separabunt oues ab hœdis. Chryso. In qua die? In illa, qn̄ opa loquentur & ora tacebunt, qn̄ non persona interrogatur, sed conscientia discutit, & psona cōfundit: ubi erunt testes non adulatores hoīes, sed angeli ueraces. Tunc enim nec illa eis profutura, quæ nūc inter mortales diuinum quiddam & hoīe maius præ se ferunt. Tum.n. uidentes iam æternam uitam paratam ĳs, qui doctrinam euangelicam secuti, se declararūt ueros esse discipulos Christi: rursum, æternum supplicium ĳs, qui ab horꝫ cōsortio submouebūtur: multi metu territi, uenięt & agnosci iam cupiet apud Deum, cū apud hoīes simularint pręcipuos quosdā & eximios Christi discipulos, euangeliĳ pręcones. Non'ne in nomine tuo prophetauimus? Gratia.n. per indignos efficax est, sicut per indignos sacerdotes sanctificamur. Hinc & Saul inter pphetas pphetico spiritu repletus est. 1. Reg. 10. Num & Saul inter pphetas? Et Caiphas, cum esset summus pontifex, prophetauit q Iesus moriturus esset pro gente. Ioan. 11. & Iudas cū cæteris miracula fecit. Marci. 6. Sic non sequentes dn̄m, dæmonia eĳciebant. Lucæ. 9. & filiĳ Sceuæ. Act. 19. Et in nomīe tuo uirtutes multas fecimus, atq; his factis nomē tuū illustrauimus. Tot ergo argumentis docuimus nos esse tuos, & nō agnoscis nos? Tunc, licet modo dissimulem. Esa. 42. Tacui, semp silui, ut parturiens loquar. Psal. 2. Tunc loquet ad illos in ira sua, & in furore suo cōturbabit eos. confitebor illis: Profecto nunq; agnoui uos, ne tum qdem cum ista faceretis. Cognitio pro charitatiua dilectione accipitur Augustinus: Non noui eos, apud quos fidei suæ & dilectionis characterem non inuenit. 2. Timo. 2. Nouit dn̄s q sunt eius. Discedite à me nunc corpore & anima, qui corde & opere ante decessistis: & accedite illi cuius spiritū habuistis, cuius uoluntati obtemperastis. Chrysostomus: Non dicit, q operati estis iniquitatem, sed operamini: quia iniqui post mortē non desinent esse iniqui: nam etsi peccare non possunt, peccandi tamen uoluntatem non amittunt.

Omnis qui uenit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petrā. Inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere. fundata enim erat supra petram. Qui autem audit & non facit, similis est homini ædificanti domum suam super terrā sine fundamento. in quam illisus est fluuius: & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

Quod est radix in arbore, id est, in structura fundamentum: & quod folia sunt in arbore, hoc est, ædificiĳ species, quæ foris contemplantibus adblanditur. Quemadmodum ergo fructus arboris non potest esse generosi saporis, nisi radix succum habeat generosum: ita structura quāuis foris magnifica & in altum cōsurgens, firma non erit, nisi firmo solidoq; fundamento nitatur. Quisquis ergo sine delectu. Roma. 2. Non est personarꝫ acceptio apud Deum. nam uult omnes hoīes saluos fieri, & ad cognitionem ueritatis uenire. 1. Timo. 2. uenit ad me per fidem. Hebr. 11. Accedentem ad Deum oportet credere qa est, & inquirentium se remunerator sit. Iaco. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. & audit sermones meos. Matth. 7. nec audit uerba mea hæc tantum, sed in intimos affectus suos dimittit, ut factis exprimat

quod didicit. Roma.2. Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabũtur. Iacobi.1. Estote factores uerbi, & non auditores tantum: quia si quis auditor est uerbi, & non factor, hic cõparabitur uiro cõsideranti uultũ natiuitatis suæ, in speculo. Cõsiderauit.n. se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Hinc Luc.8. Qui habet aures audiendi, audiat. Psal.84. Audiam quid loquatur in me dñs Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Nota duplex opus. Internum. Ioan.6. Hoc est opus Dei, ut credatis in illum quem misit ille. Alterum externũ, ex interiori proficiscens per dilectionẽ. Gal.5. In Christo Iesu neque circũcisio ualet aliquid, neque prępputiũ, sed fides quæ per charitatem operatur. Ordinatur enim uerbi Dei auditio ad operari. Iaco.4. Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi. Assimilatur uiro prouido. Quemadmodum talis ędificator prudẽter egit ac fructuose, nec damnum passus est, ita is cuius animus fixus est in doctrina promissisque Christi, à solo Deo præmium expectãs recte factorum, is aduersus omnes malorum iniurias, aduersus impiorum atrocissimas persecutiones, aduersus hęreticorum insidias & insultus, denique aduersus omnes machinas satanæ, aduersus mortem ipsam stabit incõcussus infractusque, usque in diem illũ, cum perseuerantia uictrix malorum suam feret coronã. Iaco.1. Beatus uir qui suffert tẽtationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Matth.7. Descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerũt uenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Tribus modis inundatio tentationũ fideles impugnat. Nã à sua cõcupiscẽtia tentatur quisque abstractus & illectus. Iac.1. Vel falsorum fratrum improbitate fatigatur, uel externorum apertioribus impetitur insidijs. Quę tentamenta dñs Mat.16. portas inferi nominat, quia nimirum, si uicerint, in ęternũ pertrahunt interitũ. Ose.4. Maledictum & mendaciũ & homicidium, furtum & adulterium inundauerũt. Chrysostomus: Christianum qui se ędificat super Christum, nullà res eruere potest. Nam quasi in altũ fodiendo, suam uigilanter conscientiam discutit: nequid in ea sordidum lateat, solerter inquirit: cunctas à fundo cordis superuacuorum cogitatuum latebras manu sedulę discretiõis exhaurit, quatenus in se firmã quietãque fidem petræ illi, id est, Christo prępa ret, sicque ut per eius præsentiam insuperabilis, inter seculi terrentis aduersa, & prospera blandientis perduret. Sicut.n. Christus uarijs hominũ personis unam ecclesiam cõstituit, erudit, & gubernat, in uitã producturus æternam. Ephe.4. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero euangelistas, alios aũt pastores & doctores ad cõsummationem sanctorum, in opus ministerij, in ędificationẽ corporis Christi, donec occurramus omnes in unitate fidei & agnitionis filij Dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Xpi, ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circũferamur omni uento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circũuentionẽ erroris: ueritatem aũt faciẽtes, in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus. Sic bonus auditor uarijs uirtutibus, supernam sibi mansionem ædificat, in futuro cum Christo lætaturus. Hinc Glos. super illud Hebr.11. Fides est sperãdarum substantia rerum, argumentum non apparentium, hoc est, substans fundamentum in spirituali ædificio. 1. Corin.3. ædificatio estis. Ephe.2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædifica

Opus duplex.

ti super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templū sanctum in dño, in quo & uos coædificamini in tabernaculum Dei in spiritu sancto. 1. Corin. 3. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. 1. Corin. 10. Petra aūt erat Christus. 1. Petr. 2. Ad quem accedētes lapidem uiuum, ab hoībus quidem reprobatum à Deo aūt electum & honorificatum, & ipsi tanq̄ lapides uiui superædificamini domos spiritales. Et sicut diabolus obedientes sibi de cœlis ad terrena & peccata trahit, ubi non est fundamentum, quia malum est sine substantia, & semper ad deteriora præcipitat, sic malus auditor, siue sit initiatus mysterijs Christi, siue ex toto alienꝰ à Christo, quasi in puteum sine fūdo præcipitatus, non inuenit ubi se retineat, sed cū uenerit in pfundum malorum, cōtemnit. Prouer. 18. Matt. 7. Et omnis qui audit uerba mea hæc, & non facit ea, similis erit uiro stulto, qui ædificat domum suam super arenam, & descendit pluuia, & uenerūt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illam, & cecidit: & facta est ruina illius magna. Chrysostomus: Frequenter mirantur hoīes, q̄ qdam aut promissionibus flexi, aut terroribus fracti, aut persuasionibus falsorum doctorum circūuenti, relinquunt fidei ueritatem, & ad mendacium infidelitatis transmigrant. Quod si uel unam hanc Christi sniam caute intelligeremus & recordaremur, nunq̄ de perditione talium stuperemus. Quō. n. pmaneat apud Deum, qui nunq̄ stetit in Christo? Aut quō illum teneat ueritas, qui nunq̄ tenuit ueritatem? Aut quō seruet eum iustitia, qui iustitiam non seruat? Quia ii supra petrā fidei, & non potius super arenam perfidiæ & leuitatis consisterent, labefactari nunq̄ potuissent. Sed quia intentionem suam super ista transitoria, carnalia & caduca, in quibus nulla est stabilitas uera, posuerunt, fundamento carentes uirtutum, ideo ruina facta est magna. Corruens. n. per peccatum anima, spiritualiter moritur. Sap. 16. Homo per malitiam occidit aīam suam, ab altitudine charitatis & gratiæ præcipitatur, in uitiorum uoraginem mergitur, felicitate quoq̄ priuatur cœlesti, ac calamitate obruitur ęterna & infernali. Magna est ruina eorum qui audiunt & non faciunt. Seruus qui non nouit uolūtatem domini, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Luc. 12. Hieronymus: Super hoc fundamentum stabile & firmū, & per se robusta mole fūdatum, ædificatur ecclesia, quod architectus posuit apostolus, qđ est dñs Iesus Christus. 1. Cor. 3. Super arenam uero quę fluida est, & coagumentari non potest, nec in unam copulam redigi, oīs hęreticorum sermo ad hoc ædificatur ut corruat.

Et factum est cum consummasset Iesus uerba hæc, admirabātur turbæ super doctrina eius. Erat autem docens eos sicut potestatem habens, et non sicut scribæ eorum & pharisæi.

Attoniti facti sunt & stupore perculsi, non principes, sed plebs innocua mirabatur, nō facundiam uerborum, sed libertatem maiorem q̄ prophetæ habebant, qui dicebant, hæc dicit dñs: Christus uero dicebat, Ego dico uobis. Nam & uigor qdam doctrinæ perfectæ, ac genuina quædam ueritatis uis afflabat docilem ac simplicē multitudinē, nihil expertā simile in suis scribis ac pharisęis, qui sibi authoritatē uindicabant. Nā & miraculis testatus est, quid possit factis.

De leproso sanato. Matt. 8. Mar. 1. Luc. 5.

ARTICVLVS XXVII.

Cum autem descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus ueniens, Matt. 8.

F

adorabat eum, dicẽs: Domine, si uis, potes me mundare. Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens: Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius Et ait illi Iesus: Vide nemini dixeris, sed uade, ostende te sacerdoti, & offer munus tuũ qđ praecepit Moses in testimonium illis.

Quanrum simplex & uera apud Deum ualeat fides, ostendit: qm̃ doctrina euangelica humanæ rationis transcendit facultatem, neq; argumẽtis humanis probabilis est, ideo miraculis confirmatur. Ioan. 10. Opera quæ dedit mihi pater ut faciam, ipsa opera testimonium perhibent de me. Hieronymus: Post prædicationẽ atq; doctrinam, signorũ offertur occasio, ut per uirtutum opera p̃teritus apud audientes sermo firmetur. Facile pondus apud nos illi⁹ habet oratio, quẽ in factis conspicimus potẽtem. Ergo cum Iesus relicto monte uenisset in planitiem, hinc atq; inde uariæ hominum cateruæ ad illum confluebant, quo miracula per eum edẽda, plures haberent testes. Origenes: Docẽte domino in monte, discipuli ueniunt ad eum tanquam alacres, sicut domestici, sicut proximi, sicut amici, sicut fratres, quibus dominus ait Matthæ. 5. Vos estis lux mundi. Sed descendente de monte, secutæ sunt turbæ, quæ in montem ascendere non potuerũt, ut pigri, negligẽtes & imperfecti. Sic modo uigilantes animæ, alacres & fideles, Deum timentes & diligentes, regna cœlestia desiderãtes, dñm semper sequentes, post dñm in illum cœlestem montem ascendunt. Coloss. 3. Quæ sursum sunt, quęrite, ubi Christus est in dextera Dei sedẽs: quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram. Secuti sunt aũt, non eadẽ mentis deuotione. Nam qdam ob doctrinæ sanctitatem, quidam ꝓpter curiositatem, ut noua audirent, & insolita uiderent. Aliĳ malignitate, ut obseruarent: nõnulli necessitate, ut curarent, uelut hic. Lucæ. 5. Et factum est, cum esset in una ciuitatum, egrediẽdo uel ingrediendo. Erat enim hoc hominũ genus sic abominabile apud Iudęos, ut procul submoueretur ab hominũ consortio, ac lex uetaret contingi. Leuit. 13. Et ecce uir plenus lepra, uidẽs Iesum, procidit in faciem suam. Marci. 1. Et genuflexo, dixit. Chrysostomus: Nõ illum petebat ut hoiem artificem, sed adorabat ut Deum oĩpotentem, humiliter adorans, & ordinabiliter postulans, typo quodam docturus, eos qui lepra laborarent animorũ, quæ fœdior est ac detestabilior ꝙ̃ corporis, unde & qua fide deberẽt remedium petere. Pudorẽ adimebat salutis amor, fiduciam addebat Iesu iam spectata in oẽs benignitas, spem faciebant tot alioꝝ exempla, qui sani domum redierant. Sui ergo pudens, prostrauit se in faciem, ac uocem emisit modestiæ simul & iustitiæ & fiduciæ plenam. Dñe, si uis, po. &c. Non potuit erga dñm plenior esse fiducia, ꝙ̃ agnita potestate, beneficĳ cõferendi arbitrium illi deferre, qui nouit aliquoties expedire nobis, ut malis corporis affligamur, & inutilem esse rerum tpalium successum. Hierony. Qui uoluntatem rogat, de uirtute nõ dubitat. Non dicit, si Deum obsecraueris, curabis me, sed si uelis. Voluntas tua opus est. Psal. 29. Vita in uoluntate eius. Rom. 9. Voluntati eius quis resistit? Sap. 12. Subest. n. tibi cũ uolueris, posse. Et. 16. Vitæ & mortis habes imperium Orig. Dñm eum facit, & potestatẽ uniuersoꝝ ei tribuit. Petitio relata in uoluntatem rogati, nullas patitur calumnias, reprehensione caret, oĩbus licita est. Si nõ admittitur, iuste tamen porrigitur, sic oĩbus petere licitum est. At Iesus boni pastoris exhibens imaginem, delectatus hoĩs fide cum tanta modestia cõiuncta, qui non ausus sit petere ut mundaretur, nisi uellet ipse qui nouit quid cuiq; expediat, sed tñ non dubi

tat

tat posse si uellet, nō auersatus est im purū. Mar.1. Iesus aūt misertus eius, extendit manum suam: & tāgens eū, ait: Volo, mundare, quo simul & uo luntatis suæ bonitatem, & potentiæ suæ magnitudinē declararet. Tactus leprosi lege prohibitus fuit. Leuit.19. Sed non ei qui mūdare poterat, sicut & mortui. Hinc & mortuum tetigit Helias.3. Regū.17. Et Heliseus.4. Regum.4. Tetigit ergo, ut ostēderet oīa munda mundis. Titum.1. Et humilitatem demonstraret, docens nos nullum spernere, nullum contēptibilem ducere ꝑpter corporis læsionem aut maculationem, quæ à dn̄o īmittitur, cuius ipse nouit causam, & quo se dn̄m legis ostēderet, ac quod sancta eius caro sanctificationem cōmunicet. Quamuis.n. solo imperio curare potuisset, frequenter tamen curandis manum imposuit, uel aliud quippiā circa ipsos egit, quo ostenderet nos non solum per diuinitatis potentiā, sed & per incarnationis mysteriū redimendos. Fuit.n. contactus ipsius uirtuosus. Luc.6. Oīs turba quærebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Matth.6. Quotquot tangebant eum, salui fiebant de quacūq; infirmitate. Sic mulier sanguiflua. Matth.9. Item ut nobis fiduciam accedendi ad ipsum daret, et oēm occasionem trepidationis tolleret. Matt.1. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mūdatus est. Secundum Chrysostomū.q.d. Citius mūdatus est, ꝙ dici possit. Quia ipse dixit, & facta sunt. Psal.148. Eo sanauit modo, quo leprosus fuerat deprecatus. Leprosus dixit. Si uis: Respōdit dn̄s, Volo. Item potes, ait, mūdus esto, & sic uerbo & tactu mundissime suę carnis sanauit. Ecce quāta promptitudo diuinę clementię. Sanat.n. integraliter totum hominem. Deutero.32. Dei perfecta sunt opera. Augustinus. Nunꝙ dn̄s aliquem sanauit quem non oīno liberaret, quia corpus ab infirmitate, aīam à peccati cōtagione, indicās pœnitentem de oībus oportere pœnitere. Secūdo, celeriter, ꝙ primum inuenit nos dispositos, sanat. Esa.58. Frāge esurienti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuam: cum uideris nudū, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur. Augustinus: Tardius Deo uidetur ueniam dare, ꝙ peccatori accipere. Sic.n. festinat reum à tormento cō scientiæ absoluere, quasi plus eū cruciet compassio miseri, ꝙ miserū passio sua. Tertio faciliter, solo uerbo, q̄a omnipotens. Matth.8. Dic uerbo & sanabitur puer meus. Augusti. Multi & magni sunt domine languores mei, sed amplior est tua medicina. Psal.40. Sana aīam meam, quia peccaui tibi. Hier.7. Sana me domine, & sanabor: saluū me fac, & saluus ero: q̄a laus mea tu es. Psal.29. Dn̄e, clamaui ad te, & sanasti me. Sed sūt qui eius medicinam cōtemnunt. Prouerbio.29. Viro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. Mar.1. Et cōminatus est ei, 2
statimq; eiecit illum, & dicit ei: Vide nemini dixeris: sed uade, ostende te principi sacerdotū, & offer pro emūdatione tua, quæ præcepit Moses, in testimonū illis. Chrysostomus: Nō simpliciter prohibet, sed ne, anteꝙ sacerdoti se ostendat, alicui reuelaret, ne sacerdotes ob odiū lepræ & Christi, eum quasi leprosum repellerent. Lex.n. lepræ iudicium deferebat ad sacerdotes. Leuit.13. Hierony. Mittit ad sacerdotes propter humilitatem, ut sacerdotibus deferat honorē, quibus lex iubet munera offerri. Leuiti.14 Secundo, ne legem uideretur infringere. Tertio, quo maior fides esset miraculo, simulq; eriperetur ansa ca

Quotupliciter domi nus sanet.

Consolatoria et aurea senten tia.

lumniandi sacerdotibus, ꝙ sibi uindicaret authoritatem iudicandi de lepra, & ad se trahere cuperet lucrum, quod ex mundatis à lepra soleat ad ipsos redire. Et ut tāto miraculo moti crederent, uel si non crederēt, essent inexcusabiles. Ac ne post calumniā leproso struerent, qui se turbæ admiscuerit: & Christo, qui non potuerit ueram præstare sanitatem. Porrò, qđ interdixit mundato, necui prædicaret quid accidisset, cum sciret nō esse taciturum. Marc. 1. Et egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem, ita ut iam non posset manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esse, & conueniebāt ad eum undiqꝫ. Luc. 5. Perambulabat aūt magis sermo de illo, & conueniebāt turbæ multæ ut audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse aūt secedebat in desertum, & orabat. Suis parauit exemplū, nequā ex benefactis auram gloriæ uenentur apud hoīes, licet doceat eum qui beneficio affectus est, gratum esse & officiosum, etiā si non indigeat qui bene meruit. Nec. n. nostra sunt quę Deus per nos operatur. Felicius aūt sequitur gloria fugientem, & speciosior contingit nō affectata. Ex huiusmodi mirabilibus factis in dies magis ac magis inclarescebat dn̄i Iesu fama, dum alij quod uiderant & audierant, narrant alijs. Itaqꝫ confluebant undiqꝫ turbæ multitudinis indies confertiores, partim ut audirent efficacem illam doctrinā quæ sanat morbos animoꝝ, partim, ut qui morbis corpoꝝ essent obnoxij, uirtute Iesu sanarentur. Iesus aūt facto suo docens opera bona nec ad ostentationem theatricā, nec ad satietatem esse facienda, subduxit sese in desertum, atqꝫ illic semotus ab hominum frequentia, p̄cationibus uacabat, gratias agens Deo patri pro beneficijs quæ per filium suū largiretur hoībus. Siquidē hac uicissitudine fit, ut primū intermissio beneficij excludat satietatem, & excitet appetentiā, deinde qui secessit ab hoībus ad diuinum colloquiū, non ad ocium lusus, uoluptatem, sed lectionem sacroꝝ libroꝝ, ad precationem puram, ad gratiaꝝ actionem, contemplationem rerum cœlestiū, deniqꝫ ad expurgationem animi, siquid forte labis cōtractum est ex populari cōuictu, instructior redeat, atqꝫ alacrior ad munus intermissum. Pastoris assiduus cum populo conuictus, plerūqꝫ gignit cōtemptū: & prodesse nō potest, qui se perpetuo subducit ab hominū commercio. Admonemur hic, ut dona nostra & munera non teneamus apud nos, sed domino reddamus, maxime cum à periculis liberamur. Optima quippe beneficioꝝ custos, est ipsa beneficioꝝ memoria, & perpetua grāꝝ confessio: & ꝙ non est ullum uitium tam fœdum, tam capitale, quod non illico condonetur agnoscenti morbū suum, & per fidem euangelicam imploranti remedium à cœlesti medico Iesu. Hieronymus: Lepra nostra peccatū primi hoīs est, quæ à capite cœpit, quando regna mūdi desiderauit. Radix. n. oīum maloꝝ est cupiditas. 1. Timo. 6. Vnde Giezi auaritiam secutus, lepra suffundit. 4. Reg. 5. quæ sacerdoti uero secundū ordinē Melchisedech. Hebr. 7. ostensa oblatione mundat, dicente. Luc. 11. Date eleemosynam, & omnia munda sunt uobis. Signat ergo lepra peccatum, quia cōtagiosum. Prouer. 13. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultoꝝ, similis efficiet. Eccl. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui cōmunicauerit supbo, induet superbiam. 1. Corin. 5. Modicum fermenti totam massam corrūpit. 1. Corin. 15. Corrūpunt bonos mores colloquia mala. Separatiuum. Nume. 5. Præcipe filijs Israel, ut ejiciant de castris oēm leprosum. Sic angelus è cœ

Lepra quot & q̄ signet.

lo. Luc. 10. Videbam satanam tanq̃ fulgur de cœlo cadentẽ. Esa. 14. Q̃uo cecidisti Lucifer qui mane oriebaris? Homo e paradiso. Gene. 3. Emisit eũ dominus de paradiso uoluptatis, ut operaretur terram de qua sumptus est. Psal. 118. Longe à peccatoribus salus. Esa. 59. Iniquitates uestræ diuiserunt inter uos & Deum uestrum, & peccata uestra absconderunt faciem eius à uobis, ne exaudiret. Finaliter in leprosorium inferni detrudet. Matthæi. 13. Exibunt angeli, & separabũt malos de medio iustoꝝ, et mittẽt eos in caminum ignis. Irremediabile uia humana. 4. Reg. 5. Nunqd Deus ego sum, (ait rex Israel) ut occidere possim & uiuificare, qa iste misit ad me ut curem hoĩem à lepra sua? Esa. 43. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me, & peccatoꝝ tuoꝝ nõ recordabor? Luc. 5. Quis. n. potest peccata dimittere, nisi solus Deus? Hinc ipse suis potestatem fecit remittendi peccata. Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quoꝝ remiseritis peccata, remittuntur eis, & quoꝝ retinueritis, retẽta sunt. Ideo Eccl. 21. Quasi à facie colubri fuge peccata: et si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominũ. Fili, peccasti? ne adijcias iterum, sed & de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. Psal. 50. Cor mundum crea in me Deus. Apo. 21. Nihil ĩmundum aut coinquinatum intrabit in illam, aut abominationẽ faciens & mẽdacium, nisi qui scripti sunt in libro uitæ agni. Habemus hic formã curationis. Venit. n. sine procrastinatione. Eccl. 5. Ne tardes conuerti ad dñm, & ne differas de die in diem. Psal. 33. Accedite ad eum & illuminamini, & facies uestræ nõ confundentur. Procidit cum humiliatione. Eccl. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Iudith. 9. Nec supbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium & mansuetoꝝ semper tibi placuit deprecatio. Petijt cũ firma fide. Mar 11. Quæcunq; orantes petitis, credite qa accipietis, & fiet uobis.

De seruo Centurionis. Matt. VIII. Luc. VII.

ARTICVLVS XXVIII.

Cum autem implesset omnia uerba sua ad aures plebis, intrauit Capernaum, Cum aũt introisset Capernaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus: Ego ueniam, & curabo eum. Et respondens Centurio, ait: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, uade, & uadit: & alio, ueni, & uenit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Luc. 7. Matth. 8. G

Postq̃ Iudæos facto docuisset synceritatem fidei facillimam esse uiam ad salutem, ita mox in Cẽturione docet ne gentibus quidem esse præclusam, si modo adsit fides euangelio digna. Centurio officij nomen, nõ personæ: quia à Romanis pfectus illic positus fuerat, quibus tunc illa subiecta erat. Vnde Ioan. 19. dixerunt: Nõ habemus regem nisi Cæsarem, quod Romanorum genus duob⁹ nominibus execrabantur Iudæi: primum, q̃ sint incircũcisi, & à lege Mosaica alieni: deinde, q̃ uitæ genus infame sit uulgo. *Milites romani quã & cur Iudæis inuisi* At Iesus nec hunc auersatus est, qui uenerat sanandis oĩbus. Orig. Accessit alienigena generatione, sed domesticus corde: alienus natione, sed proximus fide: princeps militum, sed socius angeloꝝ, rogans eum per seniores Iudæoꝝ. Luc. 7. Centurionis aũt cuiusdam seruus male habẽns, erat moriturus, qui erat illi pretiosus. Ea res discruciabat animum hoĩs, non æstimantis eum ex conditione, sed ex fide & synceritate moꝝ, & quorundam hoĩum interim inhumanitatem arguentis, qui seruos suos nõ alio habent loco, q̃ equos & boues. Hinc ait: Puer meus, quẽ unice diligo, iacet

in domo mea,non in aliena, & grauiter torquetur. Est aűt hoc morbi genus,ui periculosum et molestum,ita non temere cedens arti curæq; medicorų. Chrysostomus: Infirmitatem exponit, sed remedium in potestate eius,qui dicit & fiunt,relinquit.Lucę.7.Et cum audisset de Iesu,misit ad eum seniores Iudæorų, rogans eum, ut ueniret,& sanaret seruum eius.At illi cum uenissent ad Iesum, rogabãt eum solicite,dicentes ei:Quia dignus est ut hoc illi præstes.Diligit.n.gentem nostram,& synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus aűt ibat cum illis. Pudoris erat,non diffidentiæ, φ per alios dominum interpellat, quia ethnicus & militaris erat ordinis. 2.Corint.6.Quæ.n.cõuentio luci ad tenebras?Luc.7. Et cũ iam non longe essent à domo, misit ad eum Centurio amicos,dicẽs: Domine,noli uexari.Non.n.sum dignus ut itres sub tectum meum: propter quod & me ipsum non sum dignũ arbitratus,ut uenirem ad te.Iesus ut ostenderet apud se nullam esse uilem personã,quæ fide cõmendaretur, ibat eò quò uocabatur. Centurio hoc sentiẽs,per amicos ait: Noli, plus præstat tua benignitas ꝙ audebã petere.Iudæus non sum, Centurio sum,duplici noĩe Iudæis abominãdus,& ob id indignus cuius tectum subeas.De seruo tantũ agitur, cui periclitanti salutẽ precor. Eam tu uerbo præstare potes. Beda: Magna fides,qui credis dicere esse facere.Hanc fidem partim auditu.Roma.10.Fides ex auditu,partim inspiratione cõcepit.1.Corin.12.Aliĳ fides in eodem spiritu. Prudenter probat corporalem domini præsentiam non necessariam, cuius diuinitatis operationem ubiq; credit præsentẽ. Ex me ipso,inquit,facio coniecturã.Si mihi peccatori & abiecto homuncioni,ac alteri subiecto,sic obediũt mei,quanto magis tuis iussis q nulli subiectus es,obedient tui?Quo ostendit,dominum non tantum per aduentum corporis, sed & per angelorų ministeria posse implere qd uellet, & sua authoritate imperare morti & morbis, ut recedãt:& uitæ ac sanitati,ut ueniãt.

Audiens autem Iesus,miratus est, & sequentibus se dixit:Amen dico uobis,nõ inueni tantam fidem in Israel.Dico autem uobis, quòd multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraham,Isaac,& Iacob in regno cœlorum.Filiĳ autem regni eĳcientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Dixit autem Iesus Centurioni: Vade,& sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. 2

Lucæ.7.Et reuersi,qui missi fuerãt, domum, inuenerunt seruum qui languerat,sanum. Verisimile est,principio ipsum alios misisse,ut Lucas dicit:postea uero periculo crescẽte, per se accessisse. Gregorius: Dñs ad filiũ reguli,rogatus ire noluit,ne diuitias honorare uideret: ad seruilẽ conditionẽ,ne spernere uideretur,ultro uenire cõsensit:& qui uerbo curare potuit, ꝓpter humilitatem uisitare dignať: & tamen in medio itinere uerbo sanat,ne nõ ꝓpter humilitatem, sed ĩm potentiam uirium corporaliter ire uideretur:In quo superbia nostra retũditur, qui in hoĩbus non naturã qua ad imaginem Dei facti sunt, sed diuitias & honores ueneramur. Iaco.2. Fratres,nolite in personarų acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ.Etenim si introierit in conuentũ uestrum uir annulum aureum hñs in ueste candida,introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est ueste pręclara,& dixeritis ei.Tu sede hic bene,pauperi autem dicatis. Tu sta illic,aut sede sub scabello pedum meorų,non'ne iudicatis apud uosmet ipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarų?Audite fratres dilectissimi: Non'ne Deus elegit paupes in hoc mũdo,diuites in fide,& hęredes

regni quod repromisit deus diligentibus se. Vos aūt exhonorastis pauperem. Dñs ergo sermone hominis, qui plenus erat affectus erga seruum & modestę opinionis de seipso ac admirabilis fiducię erga dñm, delectatus substitit: admirantis speciem prę se tulit, non q ignoraret hominis fidem, sed ut omnibus admirabilē redderet. Digna. n. uiri fides quam admiremur & imitemur, & quasi exprobraturus Iudæis, qui sequebantur, incredulitatem suam, tantam fidem in Israel se nō inuenisse testatus est, quā tam in hoc alienigena, qui nec legem nec prophetas habebat. Nō q in dei para, in Ioseph diuinorum p angelos conscio, in Ioāne Baptista, Symeone, ac similibus non fuerit maior, sed qd dicitur de ijs qui sanāctorum languorum gratia ad dominum conueniebant. Orig. Attende quantū & quale sit quod dei filius admiratur: aurū, diuitiæ, regna, principatus in conspectu eius sunt ut umbra, nihil horum in conspectu dei admirabile est aut pretiosum, sed tantum fidem admiratur, magnificat, acceptat. Vndiq ueniēt, quos uos ut alienigenas abominamini: p fidem irrumpentes recūbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, quos ob fidem euāgelicam pro filijs agnoscent, & adhibebunt suę mensę, consortes æternæ felicitatis. O dulcissimi conuiuij unanimis cōuentio, hilaris congregatio, recumbent, requiescent, epulabunt, Lu. 22. Ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis et bibatis super mensam meā in regno meo. Hos tres nominat, quia ipsis principaliter de terra promissionis repromissio facta fuit, quæ figura fuit patriæ cœlestis, Heb. 11. Et ut se non cōtrariū legi ostēderet. Multi, dicit. Non. n. oēs credūt euāgelio, Ro. 10 Psal, 18. In omnē terram exiuit sonus eorū, & in fines terræ uerba eorū. Ioan. 10. Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Filij autē regni iuxta carnis cognationem & præsumptionem, de quibus Deut. 32 Peccauerunt ei & non filij eius in sordibus. Esai. 1. Filios enutriui, ipsi aūt spreuerunt me, ob incredulitatem nō solum non recipientur ad felix illud conuiuiū, sed expellentur ad pœnas externas, qui lucem oblatā prius cernere noluerūt: ibi dabunt pœnas diffidentiæ suæ, flentes, ac stridentes dētibus suis, serò iā intelligentes, à quā ta beatitudine per suam malitiam exciderint, & dolorem acuet liuor, cū uidebunt alienigenas ad felicitatem & honorē ipsis pmissum, admissos. Hinc Ioānes ait Mat. 3 Ne uelitis dicere intra uos, patrē habemus Abraham. Dico enim uobis, quoniam potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Gre. Tenebræ interiores, cęcitas mētis: exteriores, nox æternæ damnationis. Rab. Fletus de ardore, stridor dentium de nimio frigore. Hiero. Si fletus oculorum est, et stridor dentium, uera est ergo corporis & eorundem membrorū quæ ceciderant, resurrectio. Conscientia arguente, dentibus stridebunt tam breui uoluptate gaudia se amisisse æterna. Psa. 111. Peccator uidebit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desideriū peccatorū peribit. Quo sermoni dñs fidem astrueret miraculo, uersus ad Centurionem, ait: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Rab. Fidei meritum, ostendit salutē impetrasse seruo. Nam erat fides per charitatem operans, quæ aliquid est apud deum Gal. 5. Vnde pro salute obsecrabat. Cordialiter. Chrysostomus: Pro se orare, naturæ est: pro alijs uero, gratiæ: pro se orare, rei necessitas cogit: pro altero autem, charitas fraternitatis hortatur. Vnum enim corpus sumus in Christo Iesu, singuli autem alter alterius membra, Rom. 12. Ha-

Magnitudo fidei cēturiōis qui ītelligēda.

benfes donationes fecundum gratiã, quæ data eft nobis, differentes. 1. Co. 12. Etenim in uno fpiritu oẽs nos in unum corpus baptizati fumus. Et fi quid patitur unum membrum, com patiuntur omnia membra: fiue glorificatur unum membrum, congaudẽt omnia mẽbra. Vos aũt eftis corpus Chrifti & membra de mẽbro, Eph. 5. Nemo unq̃ carnem fuam odio habuit, fed nutrit, & fouet eam, ficut & Chriftus ecclefiam, quia mẽbra fumus corporis eius, de carne eius, & de ofsibus eius. Hinc legimus nedũ membra, quemadmodum in natura 1. Cor. 12. Sed & caput pro membris folicitum. Hebræ. 9. Non enim in manufacta fancta Iefus introiuit exemplaria uerorum, fed in ipfum cœlum, ut appareat uultui dei pro nobis, Roma. 8. Chriftus Iefus q mortuus eft, immo qui refurrexit, qui eft ad dexteram dei, qui etiã interpellat pro nobis. 1. Io. 2. Siquis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iefum Chriftum iuftum. Et ipfe eft propitiatio pro peccatis noftris: & non ꝓ noftris tantum, fed etiam pro totius mundi. Quid autẽ de fpiritu fancto? Galat. 4. Quoniam autẽ eftis filij dei dedit deus fpiritum filij fui in corda ueftra clamantem, abba pater. Ro. 8. Similiter autem & fpiritus adiuuat infirmitatem noftram. Nã quid oremus ficut oportet, nefcimus, fed ipfe fpiritus poftulat pro nobis gemitibꝰ inenarrabilibus. Qui autem fcrutatur corda deus, fcit quid defideret fpiritus, quia fecundum deum poftulat pro fanctis. Hinc et angeli pro nobis interpellant diuinam clementiam, Zacha. 1. Refpondit angelus domini & dixit: Dñe exercituum, ufque quo tu non mifereberis Hierufalem & urbiũ Iuda, quibus iratus es? & refpondit dominus angelo qui loquebatur in me, uerba bona, uerba confolatoria. Tob. 12. Quando orabas cum lachrymis, & fepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuam dño. Iob. 33. Si fuerit ꝓ eo angelus loquens unus ex millibus, ut annuntiet hominis æquitatem, miferebitur eius, & dicet libera eum, ut nõ defcendat in corruptionem, inueni in quo ei propicier. Sic & fancti apud deum perfectius feliciufq̃ q̃ hic uiuentes. 2. Mach. 15. Hic eft fratrũ amator & populi Ifrael, hic eft qui multum orat pro populo, & uniuerfa fancta ciuitate Hieremias propheta dei. Verba funt Oniæ fummi facerdotis, Iudæ apparentis. Perfpicuum eft, deum ob merita defunctorum benefacere uiuentibus. Hinc. Gene. 26. Noli timere, ait dominus Ifaac, quia ego tecum fum. Benedicam tibi, & multiplicabo femen tuum propter feruum meũ Abrahã. 3. Reg. 11. Ego fcindam regnũ de manu Salomonis, et dabo tibi decem tribus. (uerba funt Ahiæ prophetæ ad Hieroboam.) Porrò una tribus remanebit ei propter feruum meum Dauid, Hierufalem quam elegi, eo quod dereliquerit me, & adorauerit deos alienos, & non ambulauerit in uijs meis, ut faceret iuftitiam corã me, & præcepta mea & iudicia, ficut Dauid pater eius. Nec auferam omne regnũ de manu eius, fed ducem ponam eũ cunctis diebus uitæ fuæ propter Dauid feruum meum quẽ elegi, qui cuftodiuit mandata mea & præcepta mea. Vnde & per merita patrum implorabant auxilium & beneficium à deo, Exod. 32. Quiefcat ira tua, et efto placabilis fuper nequitia populi tui. Recordare Abraham, Ifaac, & Ifrael feruorũ tuorum, quibus iurafti dicẽs: Multiplicabo femen ueftrum, ficut ftellas cœli, & uniuerfam terrã hanc de qua locutus fum, dabo femini ueftro, & pofsidebitis eã. Placatufq́ eft dñs ne faceret malum quod locutus fuerat aduerfus populum fuum, fcilicet ꝙ eos deleret ob uituli adoratio-

nem. Gene. 48. Benedixit Iacob filiis Ioseph, & ait: Deus, in cuius cõspectu ambulauerũt patres mei, Abrahã & Isaac: deus, qui pascit me ab adolescentia mea usq; in præsentem diem, angelus qui eripuit me de cũctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meũ, nominaq; patrum meorum Abraham & Isaac, & crescãt in multitudinem super terram. Quis iam fideliũ ambigat, plurima nobis bona contingere meritis sanctorum, in Christo & cũ Christo quiescentium, & pro cõmembris solicitorum, facie ad faciẽ, quem auide sitierant, cõtemplãtium? Hinc sancta mater ecclesia nedum per merita præcedentia, sed sanctorũ etiam preces & intercessiões deum rogat. Si enim in terris pro Christo, periculo suo, militantes exauditi sunt, quanto magis nunc cũ ipso gloriose regnantes, cõmilitonum immemores esse non possunt? Secundo: Humiliter. Indignum præsentia dñi se iudicans. Sic Petrus Luc. 5. Exi à me dñe quia homo peccator sum, & filius prodigus Luc. 15 Iã nõ sum dignus uocari filius tuus, ac publicanus Luc. 18. Publicanus à lõge stans, nolebat oculos leuare in cœlum, sed percutiebat pectus suum dicẽs: Deus, propitius esto mihi peccatori, Psal. 50. Cor contritum & humiliatum deus nõ despicies. Tertio, fideliter. Dic uerbo, ait, & sanabitur. Sic fiet unicuiq; sicut credit. Credamus ergo & nos dñm Iesum Christum oĩa posse, ubiq; præsentem esse, remissionem omnium peccatorum eius nobis indulgentia (si tamẽ eius præcepta seruamus) largiri, ut mereamur audire cum cẽturione: Vade, & sicut credidisti fiat tibi.

De filio uiduæ suscitato. Lucæ. VII.

ARTICVLVS XXIX.

Luc. 7 *Et factum est deinceps, ibat Iesus in ciuitatem quæ uocatur Naim, & ibãt cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ. Et hæc uidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa.*

Solet diuinæ pietatis dignatio oĩbus uere desolatis, nedũ imploratus succurrere, sed & sæpe insperatus occurrere, prout hic ostendit. 2. Cor. 1. Benedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi, pater misericordiarum & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatiõe nostra. Dñs ergo quo latius spargeretur semen euãgelicæ doctrinæ, frequenter aliunde alio commigrauit, nõ curru subuectus aut equo, sed ibat humiliter incedendo, in ciuitatẽ Naim Galilææ miliario secũdo sub monte Thabor. Aderant discipuli & turba non parua, uerborũ eius dulcedine allecti, Ioan. 6. Dñe, ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes. Quotidie. n. fama ipsius ĩcrebrescebat. Et ecce noui miraculi occasio, effertur funus magna hominũ frequentia. O misera hominum conditio. Effertur mortuus qui erat filius unicus matris uiduæ. Sic sic. Diues cũ interierit. nõ sumet omnia, neq; descendet cũ illo gloria eius, Ps. 48. 1. Pet. 1. Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quasi flos fœni. Exaruit fœnũ, & flos eius decidit. Hinc Eccl. 10. Quid superbis terra et cinis? Gene. 3. In sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, et in puluerem reuerteris. Vbi ergo uideris efferri mortuum, ubi perspexeris quempiam, qui uel inopia, uel diuitiis & deliciis transegit uitam, agere animam, teipsum agnosce, teq; ad idem para. Eccl. 38. Memor esto iudicii mei, sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. 2. Re. 14. Omnes morimur & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ nõ reuertuntur. Quẽadmodũ triplex mors, ita & triplex sepultura ad quam efferemur. Naturæ, cuius stimulus peccatum. 1. Corint. 15.

Gene. 2. Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientię boni et mali, ne comedas. In quacunq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Ro. 2. Stipendia peccati mors. Sapię. 1 Quoniam deus mortē non fecit, nec lætatur in perditione uiuorum. Impij autem manibus & uerbis accersierunt illam. Rom. 5. Per unum hominem in hunc mundū intrauit peccatum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Huius sepultura, terra. Psal. 48. Simul insipiēs et stultus peribunt, et relinquent alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum, Ecclesiastes. 2. Moritur doctus similiter & indoctus. Culpæ, quando deus deserit animam. Deut. 39. Elige uitam, ut & tu uiuas, & semen tuum post te, & diligas dominum deum tuum, atque obedias uoci illius, & illi adhæreas. Ipse enim est uita tua, & longitudo dierum tuorum. Colos. 3. Cum autem apparuerit Christus uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Ipse autem per fidem inhabitat corda nostra. Ephe. 3. Sapiæ. 16. Homo per malitiam occidit animam suam, Ezec. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Cuius sepultura corpus, quod licet à foris pareat hominibus speciosum, intus tamen plenū est rapina & iniquitate, Matt. 23. Apoca. 3. Nomen habes quod uiuas, & mortuus es. Gehennæ, quando nec anima corpus, nec deus animam delectabiliter uiuificat. Psal. 48 Sicut oues ī inferno positi sunt, mors depascet eos. Ideo dicitē Pro. 11. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes. Psal. 33. Mors peccatorum pessima. Huius sepultura ī inferno, ut claret de diuite epulone, qui in inferno positus, eleuauit oculos suos cū esset in tormentis, Lucæ. 16. Vere oculos quos modo deliciæ claudunt, tunc pœna aperiet. Esa. 28. Tantummodo sola uexatio intellectum dabit auditui. Pretiosa uero in conspectu domini mors sanctorū eius, Psal. 115. Apo. 14. Beati mortui qui in domino moriuntur. Etiam iam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Opera enim illorum sequuntur illos. Parū est corpus efferri, si anima cum domino maneat, dicens Psalm. 72. Pars mea deus in æternum. Maximum, à gratia animam, tametsi per pœnitentiam ad uitam redire licet, Ezech. 18. Nolo mortem morientis, dicit dominus deus reuertimini & uiuite. Horrendum, à consortio dei & sanctorū: quia regressus non est ob chaos magnum & firmatum inter uiuentes & mortuos, Luc. 16. Ideo Eccl. 14. Memor esto q̄m mors non tardat, & testamentum inferorum quod demonstratum est tibi. Siquidē statutum est hominibus semel mori, post hoc aūt iudicium, Heb. 9. Psa. 88. Quis est homo qui uiuet, & non uidebit mortē, eruet ab inferis animam suā? Merito ergo nos quotidiana exercitatiōe ad eam parare debemus, ut dicere possimus illud Psal. 118. Paratus sum & non sum turbatus? Virgines enim quæ paratæ erant, intrauerunt cum sponso ad nuptias, insipientibus exclusis Mat. 25. Hinc admonet dominus Lu. 12. Ideo & uos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Primum ergo omnium cum infirmitate pulsamur, conscientia dispicienda. ait enim dominus paralytico Io. 5. Vade, amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat. Vnde Luc. 13. ficum infructuosam excidi p̄cepit, ut ne terram quidem occuparet. Si folia, non fructus, ferenti maledixit, Mar. 11. hinc precibus, domin9 pulsandus. Ezechias lachrymis & precibus, &. 15. annorū uitam impetrauit, & ab inimicis liberationē, 4. Reg. 20. Non'ne & dn̄s partem mor-

tis

tis hora instante anxius orauit Mat. 26. Pater mi, si possibile est, transeat calix iste à me. Cuius exemplo uolũ tatem nostram semper diuinæ subijcere debemus uoluntati, qui nouit quibus q̃d expediat, melius q̃ nos, d. Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu, Mat. 26. Subinde de sepultu ra ordinandum, exemplo sanctorum patrum. Vnde Abraham agrũ emit pro sepultura Saræ à filijs Heth, Ge. 23. ubi & ipse sepultus est, Gen. 25. & Isaac, Gen. 35. & Iacob. Gen. 49. maximis sumptibus, ex Aegypto eductus. Sic Ioseph ordinauit ossa sua p̃ filios ibi tumulãda, Ge. 50. Hinc Tobias filio ait, ibidem. 4. Cũ acceperit deus aĩam meam, corpus meum sepeli. Cum aũt & ipsa compleuerit tem pus uitæ suæ, sepelies eã circa me. loquitur de uxore. Sic Ioseph iustus & nobilis, ac Nicodemus rabbi & pha risæus, corpus dñi honorifice, prout mos erat Iudæis, sepelierunt Ioan. 19 Esa. 11. Et erit sepulchrum eius glorio sum. Sic curauerunt Stephanum uiri timorati Act. 8. Demum domus ordi nanda. Vnde dñs per Esaiam manda uit Ezechiæ Esa. 38. Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non uiues. Inuenimus in sacris literis, quemadmodum sancti patres, primo prolem benedicebant. Non. n. parui momen ti benedictio est paterna. Eccl. 3. Bene dictio patris firmat domos filiorũ. Vnde Isaac de benedictione Iacob ait Gen. 27. Benedixi ei, & erit benedictus. Sic Iacob filijs benedixit Ioseph Gen. 48. & 49. Benedixit singulis, benedictiõibus proprijs. Sic dñs suis pacem suam reliquit & dedit, Io an. 14. Secundo instruebant. Gen. 49 Congregamini & audite filij Iacob, audite Israel patrẽ uestrum &c. Tobias filium instituit quemadmodũ se haberet ad deum. Tobiæ. 4. Omni tempore benedic deum, et pete ab eo ut uias tuas dirigat, & omnia cõsilia tua in ipso permaneãt. Omnibus au tem diebus uitæ tuæ in mẽte habeto deum, & caue ne aliquando peccato consentias, & prętermittas præcepta dei nostri. Sic Dauid, 1. Para. 28. Tu aũt Salomon fili mi, scito deum patris tui, & serui ei corde perfecto & animo uoluntario. Omnia enim cor da scrutatur dominus, & uniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proijciet te in ęternũ. Secundo, ad seipsum. Tob. 4. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo uerbo dñari permittas: in ipsa. n. initium sumpsit omnis perditio. Cõsilium semper à sapiente require. Tertio, parentem. Tob. 4. Honorem habebis matri tuæ omnibus diebus ui tæ eius. Memor esse debes, q̃ & quan ta pericula passa sit propter te in utero suo. Quarto, uxorem. Tob. 4. Attende tibi ab omni fornicatione fili, & præter uxorem tuã nunquã patia ris crimen scire. Quinto, proximum æqualem. Quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne tu aliquãdo alteri facias. Sexto, mercenarium laborantẽ. Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, sta tim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino nõ re maneat. Leui. 19. Nõ morabitur op⁹ mercenarij tui apud te usque mane. Iaco. 5. Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones uestras, quæ fraudata est à uobis, clamat: & clamor eorũ in aures domini Sabaoth introiuit. Septimo, mendicum indigẽ tem. Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fiet, ut nec à te auertatur facies domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum, etiam illud libenter impar tire stude. Panem tuum & uinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo mãducare & bibere

cum peccatoribus. Panem tuum cū esurientibus & sitientibus comede, & de uestimemtis tuis nudos tege. Octauo, substantiam temporalem, indicādo pecuniam depositam apud Gabelum. Hinc de Abraham dicitur Gen.25. Deditq; Abraham cuncta q̄ possederat, Isaac: filijs autem cōcubinarum largitus est munera. Et separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc uiueret, ad plagam orientalem. Sic Iacob rationabili ex causa partē unā dedit Ioseph extra fratres suos, Gen.48. Eccl.33. Filio & mulieri, fratri & amico, non des potestatem super te in uita tua, & non dederis alij possessionem tuam, ne forte pœniteat & depreceris pro illis. Dum adhuc superes & aspiras, non immutabit te omnis caro. Melius est enim ut filij te rogent, q̄ te respicere in manus filiorum tuorum. Tob.4. Noli timere fili, pauperem uitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. O felix & nunq̄ obliuiscendum testamentum. Quid tum restat, nisi pacatissimo animo spiritum patri spirituum commendare? Sic seruator omnibus rite & perfecte in cœna & cruce ordinatis, Pater, ait, in manus tuas commendo spiritum meum, Luc.23. nobis & modum & fiduciam emigrandi commonstrans, in se omnium suorum animas membrorum patri offerendo. Exemplo latronis misericordiam postulemus, qui iustitiam prætendere non possumus, Luc.23.

Quam cum uidisset dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterūt. & ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ.

2 Erat enim flebile, primum quòd adolescens in ipso uitæ suæ flore, uitæ exemptus, deinde q̄d uiduæ filius unicus perisset, quæ mariti solatio orbata, totam uitæ spem collocauerat in filio. Hiere.6. Luctū unigeniti fac tibi, planctum amarum. Ideo dominus misertus est eius. Psal.145. Dn̄s custodit aduenas, pupillū, & uiduā suscipiet. Hiere.22. Pupillum & uiduam nolite contristare, neq; opprimatis inique. Iaco.1. Religio munda & immaculata apud deū & patrem hęc est, uisitare pupillos et uiduas in tribulatione eorum. Esa.1. Quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. Sed heu ibidem: Pupillo non iudicant, causa uiduæ non ingredit̄ ad eos. Ideo Esa.10. Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent causæ humilium populi mei, ut essent uiduæ præda earū, & pupillos diriperent. Quid facietis in die uisitationis & calamitatis de lōge uenientis? Ad cuius confugietis auxilium? & ubi derelinquetis gloriam uestram, ne incuruemini sub uinculo, & cum interfectis cadatis? Deut.10. Deus magnus & terribilis & potens, qui personam non accipit nec munera, facit iudicium pupillo & uiduæ, amat peregrinum, & dat ei uictum atq; uestitū. Eccl.35. Non'ne lachrymæ uiduæ ad maxillas descēdunt, et exclamatio illarum super deducentē illas? A maxilla ascendunt ad cœlos, & dn̄s exauditor non delectabitur in illis? Clementissimus misertus uiduæ, seseq́; illi quæ consolatorē non habebat, efficacē consolatorē præbuit, & uerbis & re opitulatus, d. Noli flere. Non spiritualē, sed corporalē prohibet fletum. Nam dn̄s uidens ciuitatem, fleuit super illam Luc.19. & Apostolus lugebat eos q̄ peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam, 2.Cor.12. Chrysostomus: Iubens cessare à lachrymis qui cōsolatur mœstos, monet de præsentibus

amicis defunctis consolationem recipere, resurrectionẽ sperantes. Sic Dauid pro uita filij orans cum lachrymis, mortuũ flere noluit, d. Propter infantẽ dũ adhuc uiueret, ieiunaui & fleui. Dicebã.n. Quis scit si forte donet mihi eum dñs et uiuat? Nunc aũt quia mortuus est, quare ieiuno? Nunquid potero eum reuocare amplius? Ego uadã magis ad eum, ille uero nõ reuetetur ad me. Eccl 22 Modicũ plora super mortuũ, quoniã requieuit. Apoc. 14. Amodo iã dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Est.n. præsens hęc uita miserijs plena & ęrũnis. Iob. 14. Homo natus de muliere, breui uiuens tpe, repletur multis miserijs. &. 7. Militia est uita hominis super terram. Hinc Ps. 119. exclamat: Hei mihi quia incolatus meus prolongatus. & Apostolus erat desiderium habẽs dissolui & esse cũ Christo, Phili. 1. Hieronymus super illo. 1. Thess. 4. Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut nõ contristemini, sicut cæteri qui spem non habent. Si nos defunctos plangimus, quos tamen resurrecturos credimus, quid faceremus si mori tantum præciperet deus? Voluntas eius sufficeret utiq; ad solatium, cui nullum præponere iubemur affectũ. Pagani & infideles causam habent lugendi, resurrectionem ignorantes, non aũt Christiani. Ideo cũ fideli Iob dicere debemus, q omni substantia & filijs sublatis, dixit, Iob. 1. Dominus dedit, dñs abstulit: sicut dño placuit, ita factũ est: sit nomen dñi benedictum. Eccl. 38. Fac luctum uno die uel duobus secũdũ meritum eius, propter detractionẽ. A tristitia enim festinat mors. Cyrillus: Non solo uerbo peragit miraculum, sed & loculum tangit, ut cognoscas efficax esse sacrũ Christi corpus ad humanam salutem. Est enim corpus uitæ, & caro uerbi omnipotentis, cuius habet uirtutẽ. Tetigit loculum, inquit. O inops humana cupiditas, cui magna in uita non sufficiunt palatia in morte non locus, sed loculus datur. Hic utraq; turba incerta in euentum, tum ea q̃ comitabatur uiduam, tũ ea quæ dñm. Diuina enim dispẽsatione factum est, ut plures testes essent miraculo. Iesus ergo uersus ad adolescẽtẽ, imperiose, sicut habens uitæ & mortis imperiũ, Sap. 16 locutus est. Ipse.n. claues habet mortis & inferni, Apo. 1. Alij sancti orando & deũ inuocando, sicut Helisæus, 4. Reg. 4. Mar. 16. In nomine meo dæmonia ejicient. Illico ueluti à somno excitatus, resedit in loculo. Augustinus: Eos qui dormiunt nobis, excitare possumus ut surgant: si quis nobis sit mortuus, quantumcunq; impellimus, non surgit: quia uero Christo oẽs dormiunt, ideo facilius facit à morte surgere, q̃ nos dormientes à somno. Inter dicere dñi & facere, nulla distãtia est. Ipse.n. dixit, & facta sunt: mãdauit, & creata sunt, Psal. 148. Quoq; certius esset uitæ redditæ argumẽtũ, cœpit loqui. Cumq; iam exilisset à loculo adolescẽs, ac Iesu adhærens, per quẽ intelligebat uitam sibi esse redditam, gratias ageret, dñs tradidit illũ matri suæ, ut uiuum eum domum reduceret suis inambulantem pedibus quẽ mortuum quatuor baiulis extulerat. Sic peccator uocẽ audiẽs Christi, erigitur p spem ueniæ, loquitur p confessionẽ fidei & culpæ. redditũ matri ecclesiæ p absolutionem. Comparatur.n. peccator mortuo, quia frigidus. Hie. 6. Sicut frigidam facit cisternã aquã suã, sic frigidã facit malitia aĩam. Chrysostomus: Qui nõ habet illũ ignem, quẽ dñs uenit mittere in terrã, in hyeme est, etsi fuerit in media æstate, & nihil boni fructus producit. Mat. 24. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorũ. Secundo, quia põderosus. Pro. 18. Impius cum in profundum ue-

Peccatoris ad mortuũ cõparatio.

nerit peccatorum, contemnit, & sequitur eum ignominia & opprobrium. Gregorius: Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Immo in infernū demergit. Luc.16. Psal.37. Qm̄ iniquitates meę supgressę sunt caput meū, & sicut onus graue grauatę sunt sup me. Immo ideo grauis. Esa.43. Verūtamen seruire me fecisti in peccatis tuis, pbuisti mihi laborē in iniquitatibus tuis. Tertio, quia fœtidus. Iocl. 1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Hinc dęmones in porcos petebant ingressum. Mat.8. Filius prodigus pascebat porcos, Lu.15. August. Tres mortuos legimus à dño suscitatos uisibiliter, millia inuisibiliter. q aūt nō plures uisibiliter, quis nouit? non.n. omnia scripta sunt, Io.21. Sed forte nō sine causa tres cōmemorati. Quæ.n. fecit corporaliter, uoluit spiritualiter intelligi. Suscitauit puellā in domo, Mat.9. & signat peccatū in conscientia latens. Adolescentem in porta, & est peccatum in actu. Lazarū in sepulchro, Io.11. et est peccatū in consuetudine. Hier.13. Si mutare pōt Aethiops pellē suā, et pardus uarietates suas, & uos poteritis benefacere, cū didiceritis malū. Portitores corporis sunt, quatuor elemēta, quæ ob naturalē pugnā indesinenter portāt ad sepulchrum. Iob. 14. Qui quasi flos egreditur & conteritur, et fugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Aiæ autem, qui perseuerātiam faciunt in peccatis, portitores sunt, Fiducia uitæ lōgioris, quemadmodum diues Luc.12. qui ampliatis horreis longā & quietam sibi in epulationibus promittebat uitam. Dixit aūt ad illū deus: Stulte, hac nocte repetūt à te aīam tuam: & quę parasti, cuius erūt? Esa.38. Dū adhuc ordirer, succidit me. Cōtemplatio culpæ alienæ. Ecci. 32. Peccator homo uitabit correptionem, & secundum uoluntatem suā inueniet comparationē. Præsumptio facilis ueniæ. Ecci. 5. Ne dicas, miseratio dñi magna est, multitudinis peccatorum meorū miserebitur. Misericordia enim & ira cito ab illo proximant, & in peccatores respicit ira illius. Ne tardes cōuerti ad dñm, & ne differas de die in diem. Subito enim uenit ira illius, & in tēpore uindictæ disperdet te. Adulatio nequitię fraudulentæ. Esa. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiūt, & uiam gressuum tuorum dissipant. Surge ergo qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus, Eph. 5. Augustinus: Laborat homo ne moriatur, moriturus: & non laborat ut non peccet, in æternum uicturus.

Accepit autē omnes timor, & magnificabant deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia deus uisitauit plebem suam. 3

Viso iam insigni miraculo, à seculis inaudito, magnus intuētium subsecutus est stupor, ita ut laudes dei prius tacentia ora resonarent. Nihil autē adhuc altum de Christo Iudæi suspicabantur, nisi q propheta quispiam esset insignis, Propheta quidē erat, prout ipse testatur. Luc.13. Non capit prophetā perire extra Hierusalem. & Mat.13. Non est propheta sine honore nisi in patria sua. Sed ille, de quo Deut.18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dñs deus tuus, ipsum audies. Dñs enim prophetarū, sicut & rex regū, Apoc.19. & dñs dominantiū. Magnus ergo potentia. Mat.ult. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. &.10. Eum timete, qui postq̄ occiderit, habet potestatē animā & corpus mittere in gehennam. Act.10. Præcepit nobis prædicare & testificari, quia ipse est qui constitutus est à deo iudex uiuorum & mortuorū. Clementia. Esa.16. Et præparabitur in misericordia solium eius. Ecci.2. Secūdum enim magnitudinem

illius, sic & misericordia illius cum ipso est. Sapientia. Coloss. 2. In quo sunt omnes thesauri sapiētiæ & scientiæ Dei absconditi. Gloria. Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriā quasi unigeniti à patre. & 17. Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideant claritatē meā quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante mundi cōstitutionem. Visitauit plebem suam, ut medicus ægrotum. Matt. 9. Nō est ualentibus opus medico, sed male hñtibus. Pastor ouem. Ezech. 34. Sicut uisitat pastor gregē suum, in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic uisitabo oues meas, & liberabo eas de oībus locis in qbus dispersæ fuerāt. Luc. 1. Benedictus dominus Deus Israel, qa uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Vtinam quotidie nos uisitare dignetur gratiæ suæ illustratione.

Luc. 7. *Et exijt hic sermo in uniuersam Iudæam de eo, & omnem circa regionem.*

De uolentibus sequi Christum.

Matth. VIII. Luc. IX.

ARTICVLVS XXX.

Matt. 8. *Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trās fretum Et accedens unus scriba, ait illi: Magister, sequar te quocunq; iens,*

I *Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, filius autem hominis nō habet ubi caput suum reclinet.*

Cupiens scriba in numerum discipulorum illius recipi, quē uiderat à turbis tanti fieri, ob potentiam in miraculis edendis, non ut illius doctrinā uitamq; sequeretur, sed ut ex eius miraculis sibi gloriam et quęstum compararet, uocem dignam futuro discipulo protulit, si uoci respondisset animus. Quocunq; (ait) ieris inseparabiliter, siue prospera sint, siue aduersa. At Iesus nec importunitatem hominis reppulit, nec animum insyncerū exprobrauit, sed nec illū sibi fore discipulum idoneum, nec se illi magistrū accōmodum, quod quisquis huius mundi cōmoda spectaret, stulte se illi adiungeret, qui nec opes, nec gloriam, nec regnum huius mundi uel haberet uel quęreret, sed summā paupertatem, ignominiam, summā afflictionem amplecteretur, adeo ut nec illa suppeterent, quæ uolucribus & bestijs nō deessent. Nam uolucres nidos habent, in quibus requiescūt & pullos suos enutriunt. Filius autem hoīs, hoc est, Adę, adeo destitutus est oībus huius mūdi præsidijs, ut nihil usquam habeat, ubi uel caput reclinet. Nō est ergo idoneus sectator, qui quicq; habet in hoc mundo, quo semet oblectet, aut in quo cōquiescat. Omnibus renunciet oportet, qui me sequi uolet. Sic filij Zebedæi gloriā regni postulantibus, amaritudinē & ignominiā pposuit passiōis. Mat. 20. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Sūmam tenuit paupertatē, quo se Messiam declararet, qm sic prophetę uenturum prædixere. Hiere. 14. Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi uiator declinans ad manendum? Zach. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem. Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator, ipse pauper. Secundo, ut ueras in cœlo diuitias quærendas ostenderet. Matth. 6. Thesaurizate uobis thesauros in cœlis. Tertio, ut nobis ęternas diuitias procuraret. 2. Corin. 8. Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, qm propter uos egenus factus est, cū esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis. Hic ergo qm integro animo, sed auaro, quemadmodū Simon Act. 8. sequi uoluit, reiectus est. 2

Alius autem de discipulis eius, ait illi: Domine, permitte me primum ire & sepelire patrem meū. Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permitte mihi primum ire & sepelire patrem meum. Dixitq; ei Iesus: Sine ut mortui sepeliant mortuos suos, tu autem uade & annuncia regnum Dei. Luc. 9.

Dominus uolentes sequi repellit, nolẽtes retinet. Nam Deus est, intus uidet & in cute seruos. Quos uidet esse aptos, retinet & eligit, non tam nolentes, q̃ uolũtate nutantes: quos autem ineptos, repellit non tam uolentes, q̃ sequi simulantes. Insinuans autem dominus, omnibus officijs carnalibus præponendum esse negotiũ salutis, inquit: Nihil tibi iam cũ patre mortuo, qui te dedicasti uitæ cœlesti. Non deerunt qui sepeliant. Sine ut terræ mãdent, qui terrena diligũt: mortuũ infodiãt terræ, qui uiui mortui sunt, atq; etiam sepulti. Vbi enim Christus non est, mors est, cum ipse sit uita nostra. Coloss. 3. Qui per fidẽ habitat in cordibus nostris. Ephes. 3. Anima. n. quæ peccauerit, morietur. Ezech. 18. Sic uidua quæ ĩ delitijs est, uiuens mortua est. 1. Timo. 5. Oportet sanè & parentes uenerari, sed magis uenerari Deum. Voluit ergo nos hinc discere, nihil eẽ utilius, magisq́; necessarium nobis doctrina cœlesti, ut etsi magna sint quę obire urgeant, incũbere tamen omni diligentia atq; uigilantia debemus. Quid. n. facilius quid'ue breuiori tpe peragi potest q̃ sepelire patrem? Quod si nunc tã breui tpe propter sepulturã abesse à spiritualibus uetitum est, perpẽde quo supplicio digni sunt, qui sempᵱ à doctrina Christi absunt, qui uilia nimiumq́; abiecta secularium negotia tẽpꝛ, necessarijs anteponunt. Ego aũt efficaciam doctrinæ illius uehemẽter admiror. Nam cum adolescẽtem sibi perpetuo affixerit, à mille ueluti immoderato fletu ac dolore, aliorumq́; quæ hinc oriri solent, eripuit. Erat. n. uerisimile, post parentis sepulturam ad testamenti legisq́; latoris considerationem deuenire, dein in aliud ex alio, quasi undarꝛ fluctibus districtus, procul à portu salutis iactaretur. Quæ ne illi accideret, secũ ipsum esse iubet, eumq́; suis uolentem affigit ac coniungit. Væ ergo ijs qui monasticen professi, ad mundana regrediũtur negotia. Vult enim dominus spiritualia transitorijs præponi: & quicquid impedimentum salutis potest afferre, relinqui.

Et alter uir: Sequar te domine, sed permitte mihi primum renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei. 3

Insinuabat is, quòd familiaritatẽ quandam adhuc habebat cum mundo, & nõ affectus sit ut apostoli, qui mox ut audierunt Christum, secuti sunt, nihil aliud curiosius perquirentes. Matth. 4. & 9. Luc. 5. Excluserat dominus excusationem illorum, qui prætextu pietatis differunt curam et studium salutis æternæ. Sed his deteriores sunt, qui causatione rerum domesticarum prorogant ac procrastinant salutis negotium, quod ad primam statim occasionem peragendũ est. Summum & arduum est hoc negotiũ, quod qui semel aggressus est, eum oportet perpetuo studio progredi ad perfectiora, nec deflectere animum ad curas sordidas rerum fluxarum. Est enim aratrum, quo cordis ager excolitur per uitiorum extirpationem, & spiritualium insertionem ac fœcundationem, quo bonorũ operum producat fructum. Nõ ergo cũ uxore Loth respiciendum Gene. 19. quæ in statuã uersa est salis. Matt. 5. Qđ si sal infatuatus fuerit, ad nihiũ ualet ultra, nec cum filijs Israel corde, nedum corpore, redeundum in Aegyptum. Exo. 16. Qui. n. perseuerauerit usq; in finẽ, saluus erit. Matt. 10. 2. Petr. 2. Melius. n. erat illis non cognoscere uiã iustitiæ, q̃ post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, qđ illis traditum est sancto mandato. Cõtingit. n. eis illud ueri puerbij: Canis reuersus ad suum uomitum, & sus lota in uolutabro luti. Prouer. 26.

De quietatione maris. Matth. 8. Marci. 4. Luca. 8.

ARTICVLVS XXXI.

Matth. 8. K *Et ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus. Ipse uero dormiebat, & accesserūt discipuli eius ad eum, & suscitauerūt eum, dicentes: Domine, salua nos, perimus. Et dixit eis Iesus: Modicæ fidei, quid timidi estis? Tunc surgens, imperauit uentis & mari, & facta est tranquillitas magna. Porrò homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia uenti & mare obediunt ei?*

Quàm potenter omnium necessitatibus dominus subuenire & possit & uelit, ostenditur. Origenes: Cum multa & magna & miranda ostēdisset in terra, transit ad mare, ut & ibidem adhuc excellentiora opera demonstret, quatenus terræ & maris se dñm esse cūctis demonstret. Mar. 4. In illa die cum sero esset factum, ait illis: Transeamus contra. Luc. 8. Trāsfretemus stagnum. Erat. n. lacus magnus, more Hebræorum mare dict⁹. Gene. 1. Congregationesq́ aquarum appellauit maria. Marci. 4. Et dimittentes turbam, assumunt eum ita ut erat, in nauim: & aliæ naues erant cum illo. Chrysost. Vbi miraculorum erat ostensio, iubet turbam adesse: ubi aūt tentationum & timorum insurrectio, athletas orbis terrarum, quos excitaturus erat, tātum assumit, quatenus eos doceret tanquam perfectos uiros in periculis non deficere, & in honoribus moderata de se sentire. Nō. n. potuit efficacius eos docere, nihil metuendum his qui fidunt Iesu. Sic. n. ad tentationes exercebantur, & in fide cōfirmabantur. Origenes: Secuti sunt nō dupli corde, sed simplici, mansueti, pñ, spernentes mundum. Secuti sunt autem, non tantum gressus eius sequentes, sed magis sanctitatem & iustitiā cōsectantes. Luc. 8. Et nauigantibus illis obdormiuit, & descendit procella uenti in stagnum, & compellebantur, & periclitabantur. Mar. 4. Et facta est pcella magna uenti, et fluctus mittebat in nauim, ita ut impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens. Non ignarus qd uenturum esset. Non. n. ex se orta est tempestas, sed eius īperio qui educit uentos de thesauris suis. Psal. 134. Qui posuit mari terminum suum arenā: dixit enim: Vsq; huc uenies, & nō procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Iob. 38. Magna tempestas magnum ostendit miraculum, quo suam ostēdit potentiam discipulis rogātibus. Vult. n. dñs rogari, quo occasionē habeat dādi cū largissimus sit, quāuis sciat qd opus sit nobis anteq; rogemus eum. Luc. 11. Petite, & accipietis. Dormiebat corpore, sicut ad puteum fatigatus de itinere lassus sedebat. Ioan. 4. corporis humani ueritatem demonstrans, sed uigilabat diuinitate. Psal. 120. Ecce nō dormitabit neq; dormiet, qui custodit Israel. Dormit nobis Christ⁹, qñ fide negligentius agimus. per fidem enim habitat in cordib⁹ nr̃is. Ephe. 3. quare nōnunq; tempestas oritur tribulationum, quo periculo agnito dominū excitemus. In fidei. n. naui, per mare huius mundi ad portum salutis tendimus. Sed. 2. Timo. 3. Qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Ioan. 15. Si mundus uos odit, scitote quia me priorē uobis odio habuit. Si me psecuti sūt, & uos persequentur. &. 16. Hæc locutus sum uobis, ut in me pacē habeatis. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, quia ego uici mūdum. 1. Ioan. 5. Hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides uestra. Dormit ergo tepidis, uigilat perfectis. Quod capite īnixus ceruicali, dormiebat, depinxit quodam ænigmate, quantum immineat periculi rebus humanis, quoties ĩ dormiunt, huius mundi cōmodis deliniti, qui uices Christi suscepe

runt. Ezech. 13. execratur eos qui consuunt puluillos sub omni cubito, & ceruicalia sub omni capite. Quod tum exhibuit Iesus, id hodie nobiscũ agitur. Quàm alte & periculose indormiunt hodie puluillis huiusmodi & ceruicalibus plati, qui uoluptatibus dediti, qui regnandi libidine temulenti, qui nummis congerendis affixi, nec gregis cõmissi curam ullam agunt, nec suæ salutis meminerunt, neq; tantulum cõmuni periculo cõmouenẽ, ut experrecti secum cogitent: Quid facio demens? Grex domini mihi cõcreditus est pascẽdus, ac propediem ueniendum erit ad tribunal æterni iudicis, qui pro his ouibus quas meæ curæ cõmisit, pretiosum sanguinem suum fudit. Quid illi rñsurus sum? Heu periclitaẽ populus, nec est qui
2 Christum excitet. Immo nolunt excitari, & habent qui somnum hunc pestilentissimum foueant, occinẽtes ad aurẽ blando susurro, euge euge. Marci. 4. Et excitant eum, & dicunt illi: Magister, nõ (est tibi curæ) ad te pertinet quia perim⁹? Luc. 8. Præceptor, perimus. Orige. O ueraces, ô benedicti Christi discipuli, saluatorem uobiscum habetis, & periculum timetis? uita uobiscum est, & de morte solliciti estis? Non credebãt se tutos, nisi ipso uigilante, nihil adhuc diuinitatis in illo suspicantes. Chrysost. Mirum certe, salutem ex eo petebant, & tamen eo pręsente perire timebãt. Cõfidere. n. oportet, & si magnæ insurgunt procellæ, qm̃ utiliter dispensat omnia. Proinde Iesus uolens eos aduersus omnes, quãuis atrocium malorũ insultus, intrepidos & inuictos reddere, tãtum illorũ formidinem increpauit. d. Mar. 4. Quid adeo timidi estis? Necdum habetis fidem? Obiurgantis, non interrogantis, est. Luc. 8. Vbi est fides uestra? De duob⁹ redarguit, q. pusillæ mẽtis, & modicę eẽnt fidei. Nam non solũ erat in eis timor naturalis & imĩnẽtia periculi, sed ex hæsitatione fidei. Chryso. Ecce prius eos increpat ꝙ mare. Hunc. n. timorẽ non operabatur tentationum inductio, sed mentis imbecillitas. Merito ergo eos non incredulos, sed pusillæ fidei arguit: quia ex mirabilibus quę iam fecerat, intelligere debuissent diuinitatẽ eius, & nihil timere ipso præsente, siue uigilare siue dormire uideretur, id quod neq; intellexere, neq; fecere. Quo aũt ostenderet se elementorũ oĩum dominum, increpauit uentos ac mare. Mar. 4. Exurgens, cõminatus est uento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessauit uentus, & facta est tranquillitas magna. Quo magis perspicuum esset hæc geri non uiribus humanis, sed uirtute diuina, quæ operatur in instanti, de magna turbatione facta est tranquillitas magna. Nihil. n. surdius aut impotẽtius mari cõmoto, quod naturaliter diu etiam post cõmotionem concutitur, & tamen ad domini iussum repente uersum est in summã tranquillitatẽ. Psal. 146. Magnus dñs & magna uirtus eius. Et. 88. Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuũ eius tu mitigas. Chrysost. Somnus hoĩem monstrauit, trãquillitas Deum: nam imperare creaturis, uirtus ipsius est creatoris: quia cui imperaẽ, imperantem sentit. Omnis. n. creatura sentit creatorem, & quæ apud nos insensibilia sunt. Nulla nauis mergitur quę sequitur Christum: quantũuis iactetur fluctib⁹, quantũuis periclitetẽ, incolumes perueniunt ad portum. Ad omne periculũ, uel tribulationẽ usq; ad animæ exitum, similiter & contra delitias & honores, quę non minimi aĩam submergentium fluctuũ, fortitudo animi tenenda, ut neq; in bono per superbiam erigamur, neq; in malo per impatientiã frãgamur. Et si ipse dñs dormiat, pio somno nostrã patientiam & tolerantiã expectans, uel

impiorum

impiorum pœnitentiam & cõuersio nem sustinens, alacriter accedamus ad eum orationibus instantes, atq; cum propheta dicẽtes. Psal. 43. Exurge, quare obdormis domine? exurge, & ne repellas in finem. Exurge domi ne, adiuua nos, & redime nos pter nomen tuum. Psal. 43. Et ipse surgẽs, imperabit aereis dæmonũ spiritib⁹, malos hoĩes in bonoꝝ persecutionẽ concitantibus, & compescens edicta regum iniquoꝝ ut uoluerit. Nõ enim est hoĩs uia, ut dirigant gressus eius.
3 Hiere. 19. Psal. 68. Saluum me fac domine, qm̃ intrauerunt aquæ usq; ad aĩam meam. Luc. 8. Qui timẽtes, mirati sunt, adinuicem dicẽtes: Quis putas hic est, quia & uentis & mari imperat, et obediũt ei? Mirati sunt Christum imperantẽ, & creaturã obedientem. Oĩno præfert quiddam hoĩe maius, quandoquidem non solũ morbi & dæmones, uerũetiam uenti & mare obediunt imperanti. Moses uirga pcutiens mare rubrũ, diuisit. Exo. 14. Helias & Helisęus precibus Iordanẽ diuisere. 4. Reg. 2. Hic imperat, & obediunt creaturæ, & non supergrediuntur iussionem eius: & solum hominũ genus, quod ad similitudinem Dei honorificatum est, cui uerbũ & prudentia data est, ĳ soli hoĩes resistũt', ĳ tantũmodo inobedĩẽtes sunt, ĳ soli contemnunt: ideóq; & ĳ soli iudicio damnabuntur, & a iustitia punientur uelut deteriores bestĳs, uel his quæ sine spiritu sunt & anima in hoc mundo. Ideóq; & ipsi omnis creatura inobediens facta est. Sapientię quinto. Etiam propria caro. Galatas quinto. Caro concupiscit aduersus spiritum.

De duobus dæmoniacis. Matth. 8: Marci. 5. Lucæ. 8.

ARTICVLVS XXXII.

Matth. 8. *Et cum uenisset Iesus trans fretum in regionẽ* L *Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeũtes, sæui nimis, ita ut nemo posset transire per uiam illam. Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis & tibi Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos.*

Cum uenisset trans fretum in terram Gerasenoꝝ, ab urbe celebri, quę est Arabiæ, contigua monti Galaad in tribu Manasse, haud procul à lacu dicto Tyberiadis, ecce maioris miraculi occasio. Mar. 5. Exeunti ei de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu ĩmundo, qui domicilium habebat in monumẽtis. (Luc. 8. occurrit illi uir qui habebat dæmonium iam tpibus multis, & uestimento non induebatur, neq; in domo manebat, sed in monumentis) & neq; catenis iam quisquã poterat eũ ligare, qm̃ sæpe compedibus & catenis uinctus, disrupisset catenas, & cõpedes cõminuisset, & nemo eum poterat domare, & semper die ac nocte in monumentis & mõtibus erat clamans, & cõcidens se lapidibus. Erãt duo, prout dicit Matthęus, sed unus sæuior, de quo Mar. & Luc. in quo erat legio. Nemo audebat illos ad Iesum adducere, sed hos adduxit inuitos tacita uirtus Iesu. Cum. n. ad strepitum hospitum processissent è latebris suis impetũ facturi in eos, quẽadmodum consuerunt, mox ut uiderũt Iesum eminus, ui cœlesti attracti subitóq; mutati, accurrerunt ad illũ. Mar. 5. Videns autem Iesum à longe, cucurrit, & adorauit eum, & clamãs uoce magna, dixit: Quid mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi? Adiuro te per Deũ ne me torqueas. Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine isto. Lucæ octauo. Obsecro te ne me torqueas. Bono suo uidit Iesum. Iesus enim misertus hominis, imperabat spiritui ut exiret. Inuitus autem ille relinquebat ueterem suam possessionem, quin & illud metuebat, iam adesse diem, quo forent æternis addicendi supplicĳs, malorum oĩum, quibus hic affligunt homines,

pœnas daturi, neq; posthac finerentur hoībus esse molesti. Tanta.n.eorum est malitia, ut grauissimus ipsis sit cruciatus, si non liceat lædere homines. Non uoluntatis ista confessio fuit, quam præmium sequitur confitentis, sed necessitatis extorsio quę cogit iuitos. Veluti si serui fugitiui post multum tpis dominum suũ uideant, & nil aliud, q̃ de uerberibus deprecentur. Sic cruciabantur impŋ spũs, nec ferebant uim diuinam, ut sibi mali conscŋ, sentirent nouum quendam & occultum cruciatum, etiã priusq̃ ille loqueretur. Ambro. Nõ nouerũt diuini consilŋ dispensationem. Si.n. cognouissent, nunq̃ dñm gloriæ crucifixissent.1. Cori.2. Hinc secundum Hilarium. Magis suspicati q̃ nosse credendi sunt dæmones dñm. Nunc autem cum tp̃s sit meriti & demeriti usq; ad iudiciũ, sicut angeli boni nobis adsunt in bonum. Psal.90. Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiant te in oĩbus uŋs tuis. Heb.1. Omnes.n.administratorŋ sunt spũs, missi in ministeriũ, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis, ita mali ad nostram exercitationem. Ephe.6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & ptãtes, aduersus mundi rectores tenebrarŋ harŋ, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus.1.Petri.5. Aduersarius uester diabolus tã quam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Hinc licet secum portent pœnam, non tamen consummatam, quam infernalibus flãmis alligati habebunt. Matt.25. Qui paratus est diabolo & angelis eius, qui nunc reseruantur.2.Pet.2. causantur se ante tempus cruciari, si ab hominũ cruciatu, nimio odio exagitati, arceanť. Sentiebant etiam Iesu uocem efficacem, & omnipotentem, cui uolentes nolentes parere cogerẽtur. Iesus, quo omnibus notior eẽt miraculi magnitudo. Marc.5. interrogauit eum: Qđ tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem. Nullum est magnum peccatum, sine magna caterua uitiorŋ. O peruersam dæmonis malitiam, nõ deprecatur ueniã, non aliud beneficiũ petit, ut ipsi sit melius: pro beneficio ducit, si liceat illic uiuere, ubi plurima sit nocendi occasio. Sapiẽ.2. Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarŋ. Sic uenit in paradisum, in serpente decipiẽs mulierem. Gene.3. Sic intrauit Iudam, ut domini perficeret traditionem. Ioan.13. Sic cõmouit Dauid ut numeraret populum.2.Reg.24. Quid plura? nusquã non cessat impugnare sanctos. Hinc cõtra Iob affuit iter filios Dei. Iob.1. Vnde Luc.22. ait dominus: Simon, ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Ecce unde uictoria. Iac.4. Resistite diabolo, et fugiet à uobis. Sed pręmisit. Appropinquate Deo.1.Pet.5. Cui resisti te fortes in fide. Non enim quantum uult. potest, sed quantum Deus pro nostra exercitatione permittit, ut patet Iob.1. & hic. Vnde sequitur.

Erat autem non multum ab eis grex multorum porcorum pascens: Dæmones autem rogabãt eum, dicentes: Si eŋcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos. Et ecce magno impetu abŋt totus grex per praceps in mare, & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt, & uenerunt in ciuitatem, & nunciauerunt hæc omnia, & de ŋs qui dæmonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exŋt obuiam Iesu, & uiso eo, rogauerunt eum, ut transiret à finibus eorum.

Dæmones ergo uidentes se uirtute diuina uehementer urgeri, ne sine noxa abirent, tanta erat malitia, hoc deprecabãtur, quo uel suffocatis porcis contristent dominos illorŋ, ut ne Christum susciperent. Dñs autẽ qui 2

nouit malis malorum conatibus uti in bonum, concedit, quo crudelitatem illorum erga hoies cõmõstret, nisi auerterentur per Deum, & miraculũ euidentius sederetur & famosius, ac Gerasenis occasionem præstaret cõuersionis, per impetum imaturæ mortis quam fugiunt omnes. Pestilẽte enim flagellato, stultus sapientior erit. Prouerbio. 19. Necnon ut hoĩs nobilitas declararetur, ob cuius salutem, cæterarum rerum quãuis grauis iactura est negligenda. Ambro. Dignior bestijs est homo, cũ pro duorum hominũ salute duo millia porcorum perierint. Mar. 5. Caueant hoĩes, ne porcorum similes inueniantᷓ, in luto uoluptatum uersantes: In tales. n. aĩos cõmigrant dæmones, mittentes illos præcipiti perditione in mare huius uitæ, ut suffocentur. Solicitudo. n. seculi & fallacia diuitiarum suffocant uerbũ. Matthæ. 13. Hiero. Erubescat Manichęus, si de eadem substantia, & eodem authore hoĩum bestiarũq; sunt animæ, quõ ob unius hoĩs salutẽ duo millia porcorum suffocantur? Ex hoc intelligimus, quod cum spiritus maligni intrant in hoĩes ĩmundos, non mittit eos Deus, sed permittit idipsum efflagitãtibus eisdem spiritibus: quodq; sine diuino permissu non possunt ne in porcum quidem uilissimũ animal intrare, tanto minus quæ bona sunt cõtingere. Non. n. possunt, nisi quantum permittuntur. Immo coarĩãtur ne tantum possint quantum uolunt. Iob. 1. Mar. 5. Qui autẽ pascebat eos, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in agros, & egressi sunt uidere quid esset factum, & uenerunt ad Iesum. Et uident illum qui à dæmonio uexabatur, sedẽtẽ, uestitũ, & sanę mẽtis. (Lu. 8. ad pedes eius) et timuerunt & narrauerũt illis qui uiderãt, qualiter factũ esset ei q dęmoniũ habuerat, & de porcis. Luc. 8. Et rogauit eum omnis multitudo Gerasenorum, ut discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur. Fugerunt pastores, tam insolito stupendoq; miraculo territi, & ne damnum ipsis imputaretur. Bonus ille pastor ouium, succurrit periclitanti gregi. Ioan. 10. Cæterum ubi deplorati perditiq; gregis pastores sunt similes, & internecione perit grex, & pastores territi nihil aliud q̃ fugiunt. Viderũt duos hoĩes ex nudis iã uestitos, ex phreneticis sanos, ex rabidis quietos, adeo ut sederent ad Iesu pedes, agnoscẽtes authorem suæ salutis: Sed qm̃ erant crassi maliq;, magis metuebant uirtutem Iesu, q̃ amabant bonitatem, ac pluris faciebant iacturam porcorum, q̃ salutem hoĩum tristitia affecti, timebant ne grauius quiddam essent passuri: rogabant ut discederet à finibus eorum. Qui si pernouissent eũ, obnixe rogassent, ut uenire dignaretur in fines eorum, hoc facturus in animis illorum, quod in duobus fecerat dæmoniacis. Erat. n. fuga pastorum occasio salutis, sed ipsi intelligere neglexerunt. Oportebat. n. mirari uirtutem seruatoris, & illi credere. Qualis. n. esset uita illorum, porci declarabant, quos dęmones hoĩum uicarios sibi postularũt. Disce ergo quod ubi uita est porcina, non manere Christum, sed diabolum. Lucæ. 8. Iesus aũt ascendens nauim, reuersus est, & rogauit eum uir à quo dæmonia exierant, ut cum eo esset. Dimisit aũt eũ Iesus, dicens: 3
Redi in domũ tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abijt per uniuersam ciuitatem, prædicans, quanta illi fecisset Iesus. Mar. 5. Vade in domũ tuam ad tuos, & annũcia illis, quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui. Rogabat ergo, ut liceret esse in illius comitatu, cui salutem debebat, & ne, si quando dæmones eum inuenissent solum, iterum se adirent. Dñs aũt illum sua uirtute saluum remisit, malens illũ habere præconem q̃ co-

mitem, quod id magis multorum expediret saluti. Vide quam alienus à fastu dominus: non.n.dixit, annuncia quæ ego tibi feci, sed Deus. Ipse tamen curatus, diuina illustratione edoctus, tanquam gratus, per oẽs ciuitates prædicabat, qualis fuisset, et qualis esset beneficio Iesu factus. Ea regio decem ciuitates complectitur, unde & decapolis dicta. Nec inanis fuit oĩno dæmoniaci prædicatio, credidere multi, & admirati sunt. Mar.5. Et cũ ascendissent Iesus in nauim, rursum trans fretum cõuenit turba multa ad eũ, & erat circa mare. Luc.8. Et factum est cum redisset Iesus, excepit illum turba. Erant autem omnes expectantes eum. Hac imagine nimirum docuit nos dominus Iesus, nullis quamlibet impijs, non esse non offerendam euangelij gratiam: Inuitis tamen & aspernantibus non esse obtrudendã, sed rursus ita discedẽdum ab illis, ut scintillam aliquam relinquamus ueræ pietatis, olim fortassis per occasionem emicaturam. Reuersus est itaque Iesus unde uenerat, uidelicet in Galilæam, ubi iam celebris erat & admirandus omnibus. Redeuntem excepit ingens multitudo, quæ magnis desiderijs expectarat Iesu reditum à Gerasenis.

De paralytico sanato. Matt.9 Mar.2. Luc.5.

ARTICVLVS XXXIII.

Matth.9. M *Et ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & uenit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacẽtem in lecto. Videns autem Iesus fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat.*

Ostendit diuinæ benignitatis magnitudinem oĩbus obuiam & paratam, quæ plus semper præstat quam postuletur. Cõscensa ergo naui traiecit, quo naturæ assumptæ declarat ueritatem, & nos informat, mare huius seculi non nisi per lignũ crucis transire, & ad salutis portum peruenire. Chrysost. Nauigio transit, qui pedes potuit: non sic mundani, qui ambulant in magnis & mirabilibus supra se, humilia de se nõ sentiẽtes. Mar.2. Et iterum intrauit Capernaum post dies octo, & auditum est, quod in domo esset, & conuenerunt multi, ita ut nõ caperent neque ad ianuam, et loquebatur eis uerbum. Luc.5. Et factum est in una dierum & ipse sedebat docẽs. Et erant pharisæi sedentes & legisdoctores, qui uenerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Hierusalem; & uirtus domini erat ad sanandum eos. Hinc hoĩem difficillimi morbi sanat, ut sanando tantum morbum, sanaret & mirabilem pharisæorum insaniam, qui non ad discendum, sed insidiandum aduenerant Iesu, cuius gloria suam obscurari tenebãt. Vere uirtus domini erat ad sanandũ, nõ tam corporaliter quam spiritualiter ĩ anima. Psal.102. Qui propitiatur oĩbus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. 1.Corin.1. Nos prędicamus Christum crucifixum, Iudęis quidem scandalum, gentibus autem stultitiã: ipsis aũt uocatis Iudęis atque Græcis, Christum Dei uirtutem, & Dei sapientiam. Verum uirtutẽ, quocunque fugias, sua sequitur gloria, nõ aliter quam umbra corpus. Quemadmodũ.n. dominus Bethleem cunis suis nobilitauit, Nazareth educatione celebrem reddidit, Aegyptum fuga sua felicem fecit, ita Capernaum frequenti cõmoratione, atque inibi pditis miraculis uelut adoptauit in patriam. Huc autẽ ueluti furtim reuersus est, prius abdens sese in domũ, quam aduentus ipsius innotesceret uulgo. Verum ut non potest latere sol, ita non potest esse clã dñs Iesus. Beata domus, in quã ĩmigrauit dominus Iesus, & à qua nunquam recedit. Ioan.4. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud

eum faciemus.I.Io.4.Deus charitas est,& qui manet in charitate, in deo manet,& deus in eo. Dominus ergo docens nos,ubiq; primam habēdam esse rationem animarum, posteriorē corporum,in primis impartiebat eis sermonem euangelicū,quo sanantur animorum morbi. Totus autem Iesus,quoniā fons erat omnis salutis, nihil aliud spirabat,q̄ uim quādam diuinam ad sanādos homines,cuius rei gratia uenerat in terras,Lu.6.Virtus de illo exibat,& sanabat omnes. Luc.5.Et ecce uiri portantes in lecto hominē.(Mar.2.qui à quatuor portabatur)qui erat paralyticus,& quærebāt eum inferre,& ponere ante eū: & non inuenientes qua parte illū inferrēt prę turba,ascenderunt super tectum,et per regulas summiserunt eū cū lecto in medium ante Iesum.Morbus erat insanabilis,iamq; inueteratus,aditus importunus,et tamen certam spē illis porrigebat domini bonitas cum pari potentia coniuncta. Tantum in hoc labor erat, ut miser ueniret sub oculos Iesu.Siquidem ille iam sanitati proximus est,qui relictis latebris peccandi, ut miserabilis semet offert cōnspectui Iesu, suam agnoscens calamitatem, & illius expectans benignitatem.Hieronymus: Paralysis,typus est corporis, quo piger iacet in mollitia carnis, habēs desiderium salutis:et corporis ignauia, & duplis cogitationibus, ac si eneruatus in membris,offendit:quē quatuor portant,quorum per fidem paralytico dimittuntur peccata,scilicet prudentia & fortitudo, temperantia & iustitia.Morbus erat nulli non miserandus, sed longe miserabilior erat animus uitijs obnoxius.Vnde dominus declarans morbum esse ex peccato,primum soluit peccatum.Turba ergo quæ in foribus nolebat locum dare misero, coacta est ex alto labenti cedere.Quid autem inter hęc mitissimus medicus?Non exprobrat impudentiam & importunitatē,non destomachatur abominando spectaculo irruptum sermonem suum, sed potius approbans ardorem fidei baiulorum,quāuis oportuit non minorem esse fidem ægroti,qui sic demitti se uel iusserit,uel passus sit, ostendēs simul,esse diuinius ac magis appetēdum liberari à morbis animorū,quā corporū,conuersus ad decumbentē, ut circūstantibus fidem etiam atque etiam commendaret, bono animo, inquit,esto fili,Hiere. O mira humilitas,despectum & debilem & totis membrorum compagibus dissolutum,filium uocat, quem sacerdotes tangere dedignabantur.Filius siquidem creatione.Deut.32. Non'ne ipse est pater tuus,qui possedit, fecit, & creauit te?Nunc autem fide & peccatorū remissione.Io.1. Dedit eis potestatem filios dei fieri,his qui credunt in nomine eius.Gal.3.Omnes uos filij estis per fidem quæ est in Christo Iesu.Sic & Zachæus quærēs uidere dn̄m quis esset,filius dictus est Abrahæ,Luc.19.Confide,ait,omnia enim possibilia sunt credēti,Mar.9. Sic cæcis ait,Mat.9.Creditis quia hoc possum facere uobis?Secundum fidē uestram fiat uobis,Luc.5.Homo,remittuntur tibi peccata tua.Augustinus: Hominem uocat,quia peccator:filiū quia peccata remittūtur. Glo.Tu homo peccator es,ego deus qui peccata dimitto.Amabilis iste medicus q purgat naturam,annihilat culpā, & præstat gratiam,Luc.5. Et cœperunt cogitare scribæ & pharisæi,dicentes: 2
Quis est hic qui loquitur blasphemias?Quis potest dimittere peccata nisi solus deus?Cum foris non auderent propter turbam, in corde murmurabant,deum non reuerentes,sed homines. Eruditio enim literarum sacrarum eos nihilo reddebat meliores,sed ad calumniandum propen-

ſiores. Non enim dixerat: Ego remitto, ſed remittuntur. Sed ipſi ad calũniandum nunquam non procliui, ſic acceperunt, cum diuinam quandam potentiam hæc uox ſonaret. Sacerdotes pro peccatis orabãt, Leuit. 5. &c. hic autem homo cum ſit, dei poteſtatẽ ſibi uſurpat, Eſa. 43. Ego ſum ego ſum qui deleo iniquitates tuas. Hinc morti ipſum obnoxium iudicabant, cum blaſphemus iubeatur lege occidi, Leui. 24. Iob. 14. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptũ ſemine? non'ne tu qui ſolus es? Hinc Pſ. 50. Cor mundum crea in me deus & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Sciendum quod authoritatiue & principaliter peccata remittit deus, miniſterialiter homo, Ioan. 20. Quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis, gratia formaliter, tanquã forma omne contrarium ſibi expellens. Quia ergo, ut dicit Beda, pro culpa animę corpus infirmatur, ideo prius aĩam oportuit curare, docẽs hoc medicos, uerus medicus animarum, ut cum ad corporum curã uocantur, ꝙ primũ & ante oĩa ingerant ægrotis, ut animarum medicos aduocent.

Et cum uidiſſet Ieſus cogitationes eorũ, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus ueſtris? Quid eſt facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, ſurge & ambula? Vt aũt ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata. tunc ait paralytico: Surge, tolle lectũ tuum, & uade in domum tuam. Et ſurrexit, & abijt in domum ſuam. Videntes autem turbæ, timuerunt, & glorificauerunt deum, qui dedit poteſtatem talem hominibus.

Ieſus autem qui diuinam poteſtatem ſuam remittendis peccatis ſubindicauerat ſcribis, etiã peculiari ſigno declarat eandem, declarans ſeſe non latere, quid quiſque cogitet. 1. Reg. 16. Homo uidet ea quæ parent, deus autem intuetur cor. Hiere 17. Prauũ eſt cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutans cor, & probans rhenes. Gloſſa: Volens dominus ſaluos facere peccatores, & occultorum ſe reuelationę deum demonſtrat. Q. d. Ea poteſtate qua cogitatiões ueſtras intueor, poſſum etiam hominibus peccata dimittere. Vt quid peruerſe iudicatis inuidia excæcati? Siquidem ex ſcripturis & operibus cognoſcere poterant, ipſum eſſe per quem ſalus promittebatur. Ioan. 5. Scrutamini ſcripturas, quia uos putatis in ipſis uitam æternam habere. Illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me. Si crederetis Moſi, crederetis utique & mihi, dę me enim ille ſcripſit. Ioan. 10. Opera quæ ego facio in nominę patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me. Hieronymus: Vtrum ſibi paralytico peccata dimiſſa fuerint, ipſe ſolus nouerat qui dimittebat. Surgere autem & ambulare, omnibus manifeſtum erat qui uidebant. Fit ergo uiſibile ſignum, ut probetur inuiſibile. Accipite ergo uiſibile documentum, quod filius hominis habeat in ſeſe perpetuam ac propriam potentiam in terris remittendi peccata cũctis, qui ſyncera fide quærunt ipſius opem. In terra, ait, quia in inferno nulla eſt redẽptio. Pſalm. In cœlo non eſt peccatũ. Matt. 16. Quodcunqȝ ſolueris ſuper terram, erit ſolutũ & in cœlis. Marc. 2. Tibi dico, ſurge. Ad hãc uocem alacer erexit ſeſe, quaſi nunquam ſenſiſſet aliquam paralyſim, ac ſublato in humeros lectulo, per confertam hominum multitudinem egreſſus eſt. Datus eſt locus exeunti, qui negatus eſt aduenienti: & qui prius decumbens geſtabatur à quatuor baiulis, nunc etiam lecto geſtando ſufficit. Chryſoſtomus: Id quod fuit ſignum infirmitatis, fit ſignũ ſanitatis. Gloſſa. Magna uirtus, ubi ſine mora ſalus imperium comitatur, Lucæ. 5. Et confeſtim conſurgens corã illis, tulit lectum ſuum in quo iacebat, &

abijt in domum suam magnificans deum. Quemadmodum in miserijs ad deum recurrimus auxilium petẽtes, Psalmo.6. Miserere mei domine quoniam infirmus sum.2.Parali.20. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Sic post acceptum beneficium gratias agere debemus, ne ingrati inueniamur. Psa.102. Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius.1.Thessa.5. In omnibus gratias agite. Lu.5. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant deum, & repleti sunt timore, dicẽtes:
3 Quia uidim⁹ mirabilia hodie, Marc. 2. Abijt inde corã omnibus, ita ut mirarentur omnes, & honorificarent deum, dicentes: Quia nunquam sic uidimus. Glossa: Merito qui aderãt, relictis blasphemijs, stupentes ad laudem conuertuntur tantæ maiestati. Ex tanto nanque prodigio, magnitudinem potentiæ, sanctitatemq́; domini Iesu pensantes, suam mox fragilitatem & culpam clarius aduertetunt. Immo quasi coacti sunt intueri, unde orta est formido ultionis diuinæ, & pauor reuerẽtialis ad autho rem miraculi, non intelligẽtes quod Christus in hoc uenerat, non ut perderet nocentes, sed ut redderet innocentes. Glorificauerunt deum, qui talem potestatem dedit hominibus, ut simplici uerbo & peccato condonaret, & morbum insanabilem adimeret. Dicebant autem inter sese: Conspeximus hodie mirabilia, quæ nec audiuimus unquam facta, neq; legimus. Scribis autem sic erat impositum silentium, ut magis etiam exacerbarentur inuidia, nimirum magis quærentibus suam gloriam quã dei, qua per Iesum indies illucescentem se uidebant obscurari. Quanto anima præstantior corpore, sic curatio animæ difficilior curatione corporis. Sicut autem dominus non solum morbos curat, sed & uirtutem dat, sic in morbis animæ curandis uirtutem infundit, ut operemur mandatum. Surgendum ergo à carnis illecebris, & caro spiritui subigenda, Galat.5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & cõcupiscentijs, & in domum interioris conscientiæ redeundum, ne peccemus, Psal.118. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Ac semper corde festinandum in domum non manufactam, æternam in cœlis.2. Cor.5. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futurã inquirimus, Hebræorũ.13.

De cõuiuio Matthæi, uide supra, ar.24.m.2

De ieiunio discipulorum Ioannis,

Mat.IX. Marc.II. Luc.V.

ARTICVLVS XXXIIII.

Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicentes: Quare nos & pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere quam diu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Nemo autem committit commissuram panni rudis in uestimentum uetus. Tollit enim plenitudinem eius à uestimento, & peior scissura fit. Neque mittunt uinum nouum in utres ueteres, alioquin rumpuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittunt, & ambo conseruantur. Matt 9. N

Discipuli Ioãnis qui quodam humano affectu subinuidebant Iesu, de magistro suo Ioanne ueluti de præstantiori gloriantes, iuncti pharisæis, adeunt Iesum: nec uerentur illum in os calumniari, quod nimis indulgenter haberet suos discipulos, minusq́; seuere institueret, q̃ Ioannes suos, cũ arctiorem quandam disciplinam uideretur polliceri. Ioannes enim cum esset confinium legis mox cessaturæ, quædam tradebat q̃ nõ prorsus horrebant ab institutis pharisæorũ, cum Christus, qui multorũ opinione Io-

anne uidebatur inferior, indulgẽtius ac mollius haberet suos, in his duntaxat quæ ad corporales obseruationes pertinent. Duabus autem rebus pharisæi potissimum capiebãt apud populum opinionem sanctimoniæ, ieiunijs & precationibus. Mar. 2. Et erant discipuli Ioannis & pharisæi ieiunantes, Luc. 5. Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæi, tui autem edunt & bibunt? Non est dubium quin præcepta legis ieiunia obseruarent. Peccarunt in hoc primo quia secundum Hieronymum iungebant se pharisæis, quos nouerant à magistro suo Ioanne condemnatos, Mat. 3. Secundo, quòd Christum calumniabantur, quem magistri sui uocibus sciebant prædicatum. Tertio, se de ieiunio iactando, Mat. 6. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuã laua, ne uidearis hominibus ieiunans, sed patri tuo qui uidet in abscondito. Ad hanc quæstio-
2 nem, quoniam ipsum petebant, nõ discipulos, dominus clementius respõdit, quã paulo ante fecerat, discipulis suis patrocinans, nos interim docẽs euangelicã charitatem, quæ lenis est malis proprijs, diligentiorem esse in propellẽdis malis alienis. Hinc respõsionem ab Ioãnis testimonio mutuatur. Is. n. apud eos qui ipsum Christum suspicabãtur, de Iesu testificãs, ait: Qui habet sponsam, sponsus est, Io. 3. quod cooptet sibi nouam sponsam, id est, ecclesiam, ueteri mortua, hoc est, synagoga, Iesum indicans sponsum, se autem amicum sponsi. Hinc sermonem eis ad memoriã dominus reuocauit, Psal. 18. Tanquam sponsus procedens de thalamo suo 2. Co. 11. Despondi uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Filij sunt, qui fidem habẽt per dilectionẽ operantem. Gala. 5. & 3. Omnes uos filij dei estis per fidem, Lu. 5. Nũquid potestis filios sponsi, dum cum illis est spõsus, facere ieiunare? In his quæ corporis sunt, & ad legis accedũt cęremonias, lenior est nostra institutio: sed in his quæ sunt animæ, lõge seuerior est. Teneri adhuc sunt, ac toti pẽdent à spõso. Huius non erit illis diuturna copia. Veniet aũt tempus cum orbabuntur sponso: tum hausto spiritu cœlesti facti firmiores, non solũ ieiunabunt, idq; sua spõte, uerumetiã fortiora magisq; mascula præstabũt uolẽtes & alacres. Nolite eis interim inuidere hanc lætitiam, nõ diu duraturã. Sinite illos hac indulgentia leniter duci ad perfectiora. Nã gaudij magnitudo non finit eos, quandiu cum ipsis est sponsus, meminisse tristium. 2
Mœstum autem quid est ieiuniũ, nõ natura sui, sed comparatiõe illorum qui adhuc infirmiores sunt. Nam pfectioribus qui ad sublimioris philosophiæ fastigium peruenire uolunt, iucunda quædam res est, & ualde amabilis. Discipuli mei, quoniam per me custodiuntur, ieiunio nõ indigent: cũ autem corporalem abduxero, per ascensionem, ipsis pręsentiam, Ioã. 16 Exiui à patre, et ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & uado ad patrem, diuinitate semper cum ipsis permansurus. Matth. 28. Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi, & missi fuerint ad prædicandum, tunc ieiunabunt & orabũt, utpote ad maiora se præparantes. Actu. 13. Ministrantibus autem illis & ieiunantibus. Marc. 2. Nemo assumentum panni rudis assuit uestimẽto ueteri: alioqui aufert supplemẽtũ nouum à ueteri, & maior scissura fit. Vetera ueteribus, noua nouis con- 3
gruũt: quæ si misceas, nõ solum inanem consumis operã, uerũetiam eos quos in melius mutare conaris, reddis deteriores. Donec renatus quis fuerit, & ueteri homine deposito per passionem meam, nouum hominem induerit,

induerit, non potest seuiora ieiunij & continentiæ sustinere præcepta, ne per austeritatem nimiam, etiam credulitatem quam nunc uidetur habere, amittat. Roma. 12. Rationabile obsequium uestrum. Eccl'es. 7. Noli esse iustus multum, neque plus sapias quàm necesse est, ne obstupescas. Vinum nouum in utres nouos mittendum est, & utraque conseruantur. Luc. 5. quia ferunt uim uini, nec dissiliunt feruescente uino. Ego meos totos nouos esse uolo, eosque mihi paulatim sic fingo, ut olim fortes ac firmi queant euangelicæ doctrinæ uim perferre. Ioannes ueteris utribus non est ausus aliud, quàm uetus uinum cõmittere. Nihil earum rerum meis præcipio, quæ quicquam habent confine cum carnali legis obseruatione, ne si uel paululum admisero, toti relabantur eò unde uolo eos totos esse alienissimos. Scio quod sit difficile nouam hanc & spiritualem doctrinam commendare ijs qui iam diu ueteribus assueuerunt. Vix enim placet quicquam diuersum cuiquã, ab eo cui diu assueuerit, protinus.n. offenditur ad gustum insolitatæ rei, Luc. 5. Et nemo bibens uetus, statim uult nouũ: dicit enim uetus melius est. Nam carnalibus spiritualia dulciter non sapiunt, quamuis in se dulcissima sint, 1. Co. 2. Animalis homo nõ percipit ea quę sunt spiritus dei Eph. 4. Deponite uos secundum pristinã conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secũdum desideria erroris. Renouamini aũt spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominẽ qui secũdum deum creatus est, in iustitia et sanctitate ueritatis. Suggillat seruator pharisæorum inueteratã in maiorum traditionibus mentem, & ob id minus idonei euangelio.

De puellæ suscitatione & de hæmorrhoissa, Matt. IX. Mar. V. Luc. VIII.

Matt. 9. ARTICVLVS. XXXV.

O *Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accessit & adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed ueni, impone manum tuã super eam, & uiuet. Et surgens Iesus, sequebatur eum & discipuli eius.*

Quã benigne dñs pijs supplicantium succurrat uotis, declarat, quo nobis fiduciam postulandi tribuit. 2. Cor. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Lucæ. 8. Et ecce uenit uir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum, ut descenderet in domum eius, quia unica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Marc. 5. deprecabatur eum multum, dicens: quoniam filia mea in extremis est. Quia enim proprium est rogãtium, propriam augere miseriam, ideo ut amplius prouocaret dominum, dixit eam mortuam prout Matthæus dicit. Illico ergo benignus Iesus, Marc. 5. abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. Ecce inter eundum alterius occasio miraculi.

Et ecce mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur annis duodecim, accessit retro & tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum uestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus, & uidens eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluã fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. 2

Mulier bis misera, postquam malæ ualetudini accesserat inopia. Mar. 5. quæ fuerat multa perpessa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat, cum audisset de Iesu, uenit in turba retro, & tetigit uestimẽtum eius. Dicebat enim &c. Postquam ergo cœpit diffidere medicis, cœpit esse saluti uicinior. Deus enim nulli libentius opitulatur, quàm quem humana destituere præsidia. Hæc cum summam fiduciam

de Iesu concepisset, cum immũda esser,ob pietatem non accessit manifeste,ne repulsam pateretur:& quãuis putabat se latere, sperabat tamen se sanitatẽ consecuturam si tangeret: & accessit retro,atq; tandem eluctata p collidentium se globos hominum,tetigit extremam oram uestis illius, q̃ in compressu multitudinis huc & illuc ferebatur.Lu.8.Accessit retro,& tetigit fimbriam uestimenti eius. Iudæi enim sicut religione,ita et uestitu erãt distincti ab alĳs nationibus.Nume.15.Loquere filĳs Israel,ut faciant sibi fimbrias p angulos quatuor palliorum,ponentes in eis uittas hyacinthinas:quas cũ uiderint,recordabuntur omnium mandatorum domini, nec sequentur cogitationes suas, & oculos per res uarias fornicãtes, sed magis memores preceptorum dñi faciant ea,sintq́; sancti deo suo.Mar.5. & confestim siccatus est fons sanguinis eius,et sensit corpore quia sanata esset à plaga.Rabanus:In desperatis causis magna ẽ gratia extrema necessitas.Vnde desperans hæc mulier ab omni humano auxilio,didicit ex uestimentis Christi habere salutẽ:& docuit nos,quãtum sit corpus in sacramento susceptum,quæ in fimbria tãtum mõstrauit salutis. Credidit, dixit,& tetigit:quia his trib9, fide,uerbo & opere,omnis salus acquiritur. Sanguinis patitur fluxũ, qui ingenti carnalium delectationũ fluxu pollutus fluit,atq; à cœtu iam fidelium segregat̃.Psal.50.Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ. Tãgat ergo manu fidei, quia uirtus de illo exit & sanat omnes.Luc.6.Iac.4.Appropinquate deo,et appropinquabit uobis.Mar.5.Et statim Iesus cognoscens in semetipso uirtutẽ quæ exierat de illo,conuersus ad turbam,aiebat:Quis tetigit uestimẽta mea?Glossa:Non querit ut doceatur,sed ut mulier confiteatur ad miraculi manifestationem,in dei laudem,& astantiũ ædificationem,ac archisynagogi con firmationẽ.Iesus enim pro suo beneficio nihil aliud præmĳ flagitat, nisi confessionẽ mali,& agnitionẽ clemẽtiæ diuinæ.Luc.8.Negãtibus autẽ oĩbus,dixit Petrus & qui cũ illo erãt: Præceptor, turbæ te cõprimunt & affligunt,& dicis,quis me tetigit? Etenim Iesum euntẽ in ædes archisynagogi densissima hominũ turba comitabatur,partim quia non poterat diuelli à Iesu, partim quo spectatores fierent rei gerẽdæ,& rogantis nobilitas acuebat spectãdi desideriũ. Et dixit Iesus Lu.8.Tetigit me aliquis.Nã & ego sensi uirtutem de me exisse. Subindicabat non se de uulgari contactu loqui,de quo sentiebant discipuli.Marc.5. Et circunspiciebat uidere eam quæ hoc fecerat.Luc. 8. Videns aũt mulier quia non latuit, tremens uenit et procidit ad pedes eius,& ob quam causam tetigerit eũ, indicauit corã omni populo,& quemadmodũ cõfestim sanata sit.Hæc dñs teste turba prædicari uoluit,non ut pudefaceret mulierculam,aut sibi laudẽ apud homines uindicaret,sed ut exẽplo doceret omnes,quãtum ualeret firma fiducia,ac mulieris exẽplo cõfirmaret fidem archisynagogi,quam intelligebat nonnihil uacillare,simulq́; pharisæis suam exprobraret incredulitatẽ. Hieronymus:Iuxta legem qui mulierem menstruatam & sanguine fluentem tetigerit,immundus est, Leui.15 hæc ideo tãgit dominum, ut ipsa sanguinis uitio curaretur.Mar.5.Ille autem dixit ei:Filia,fides tua te saluam fecit,uade in pace,& esto sana à plaga tua.Pius dominus mulierem trepidam ac metuentem, ne iratus dominus suum beneficiũ repeteret, cõsolatus est.Bono animo esto filia,fides tua te saluã fecit. Ideo filia, quia fides tua te saluam fecit. Nõ ait,Ego te saluam feci, quo uanam gloriam

uitandam ostenderet, & fidei meritũ extolleret. Vade cum pace, trãquillo ac securo animo. Volo enim ut hoc meum beneficium sit tibi perpetuũ. Matt.5. Adhuc eo loquente, ueniunt nunc ad archisynagogum, dicentes: quia filia tua mortua est, quid ultra uexas magistrum? Nam uiuæ saluẽ dare posse credebant, mortuę uero ui tam reddere non posse, & ideo non esse causam, ut pergat molestare Iesum. Luc.8. Iesus autem audito hoc uerbo, respondit patri puellæ: Noli ti mere, crede tantum, & salua erit. Vidit enim obstupuisse & consternatũ esse animum ipsius, quare blando ipsum subleuauit alloquio.

3 *Et cum uenisset Iesus ad domum principis, & uidisset tibicines, & turbã tumultuantẽ, dicebat. Recedite, non enim est mortua puella, sed dormit. Et deridebãt eũ Et cũ eiecta eẽt turba, intrauit et tenuit manũ eius, et dixit: Puella, surge. Et surrexit puella, et exijt fama hæc in uniuersam terrã.*

Lu.8. Et cum uenisset ad domum, non permisit intrare secum quenq̃, nisi Petrum, Iacobum & Ioannem, & patrem & matrem puellæ. Flebant autem omnes & plangebant illam. Solet enim uulgus hominum acerbius ferre mortem iuuenum quã senum, cum nihil sit optabilius quã tum emori, cum dulcissimum est uiuere, priusquam animus multis huius uitæ malis contaminatus est. Nõ enim refert quàm diu uixeris, sed q̃ bene. Sapientiæ.4. Senectus enim uenerabilis est, non diuturna, neq; annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ætas senectutis uita immaculata. Placens deo factus est dilectus, & uiuens inter peccatores, translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Consummatus in breui, ex-pleuit tempora multa. Placita enim erat deo anima illius. propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. Esa.65. Puer centum annorum morietur, & peccator cẽtum annorum maledictus. Quòd autem deriserunt eum, scientes quia mortua esset, Luc.8. testimonium amplius dederunt miraculo quod uere mortuam suscitarit. Erat quidem alijs mortua, à quibus excitari non potuit, sed non ipsi, qui facilius à morte posset excitare, quàm alius à somno. Deo enim omnia uiuunt. Sed ipse ob hoc non desistebat ab incepto, docens nos, non ob prauorum derisionem iter bonorum operum deserere inceptum. Sic Dauid à Michol derisus, ait. 2. Reg. 6. Ludam coràm domino, & uilior fiam plus quàm factus sum, & ero humilis in oculis meis. Hieronymus: Non erant digni ut uiderent mysterium resurgentis, qui resuscitantem deridebant, & ne gloriam affectare uideretur. Mar.5. Et tenens manum puellæ, ait: Thabita cumi, quod est interpretatum, Puella, tibi dico, surge. Syrorum lingua est. Et confestim surrexit pulla et ambulabat. Quo certior esset fides miraculi, non solum uitam reddidit, sed & uires & alacritatem. Si mortuus fueris peccatis, tunc surges quãdo apprehendet manum tuam, ita ut opereris. Psalm.143. Emitte manum de alto, libera me & erue me. & 72. Tenuisti manum dexteram meã, & in uoluntate tua deduxisti me, eiecta turba, & tumultuatione sedata. Beda: Nisi secularium curarum multitudo à corde eijciatur, anima quę intus iacet mortua, nõ suscitatur. Dum enim se per uniuersas cogitationes spargit, ad considerationem sui sese nullatenus colligit. Notãdum quòd mulierem saluauit fide propria, filiam mortuam fide aliena. Hinc admonet Ioannes. 1. Ioã.5. Qui scit fra-

trem suum peccare peccatum nō ad mortem, petat, & dabitur ei uita peccanti non ad mortem. Roma. 6. Stipendia peccati mors. Ideo Roma. 10. Fratres, uolūtas quidem cordis mei et obsecratio ad deum fit pro illis ad salutem. Quisquis ergo à morte animæ, Christo manum sibi confortante, resipiscit, nō modo resurgere à sordibus uitiorum, sed & in bonis continuo proficere debet operib⁹, ac tūc necesse habet pane uerbi satiari diuini. Eccl. 15. Cibauit illum pane uitę et intellectus. Mat. 4. Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. & sacrosancti altaris particeps effici. Luc. 8. Et iussit illi dare manducare. Mar. 5. Erat aūt annorum duodecim Et obstupuerūt stupore magno. Et præcepit illis uehementer, ut nemo id sciret. Quo mors fuerat flebilior ob teneram puellæ ætatem, hoc huberius erat gaudium de resuscitata. Iesus autem nec præmium exigens ab illis, nec gratiarum actionem, tantum mandauit ut darent illi cibum. Nam edere, non solum uitę, sed & prosperę ualetudinis indicium est. Promulgari autem prohibuit, simul ut ipse uitaret suspicionem affectatæ gloriæ. Hoc potissimū agendum erat apud synagogæ primores, qui nihil nō faciebant ad laudem humanam emerēdam, simul ut illi maiori cum fide prædicarēt quod gestum erat, etsi tacere iussit, tamen pharisæis suis, & synagogæ proceribus rem gestam quam uiderant, denarrarent. Virtus enim diuina occultari non potest. Marc. 6. Et egressus inde, abījt in patriam suam, & sequebantur eum discipuli eius.

De duobus cæcis, Matth. IX.

ARTICVLVS. XXXVI.

Matth. 9 P *Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes & dicentes: Miserere nostri fili Dauid. Cum autem uenisset domum, accesserunt ad eum cæci, & dicit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere uobis? Dicunt ei: Vtique domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem uestram fiat uobis Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est illis Iesus, dicens: Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa.*

Ex rumore miraculorum spem cōceperant adipiscendæ salutis, præsertim cum audissent illius beneficentiam nulli non patere, quantumuis humili. Sed cum eum nec cernere possent nec adire, ingenti clamore, quem sanitatis amor & ardor fiduciæ exprimebat, procul appellabant Iesum, ac precibus addentes blandimentum, filium Dauid nominant in salutem missum. Matth. 22. Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: (pharisæi interrogati) Dauid. Distulit dominus in uia beneficium, quo euidentius fieret miraculum, semper hoc agens, ut Iudæos ad credulitatem prouocaret, ac pharisæis suam incredulitatem multis modis & rebus exprobraret. Porrò 2 cum uentum esset ad ædes, admissi sunt, qui pertinaci spe fuerant secuti. Hieronymus: Primum eorum discutitur fides, ut sic ueræ fidei lumen accipiant. Omnia enim possibilia sunt credenti. Marci. 9. Dominus ex humilitate fugiens iactantiæ gloriam, prohibuit diuulgari: illi autem gestientes noua felicitate, tanto magis sparserunt famam Iesu per uniuersam illam regionem, non ut inobedientes, sed ut grati. Nam etsi gloria uana fugienda, beneficiatus tamen esse debet gratus. Et ob id dominus apud se manentes uult nihil dicere, narrare uero apud alios gloriam dei.

Egressis autem illis, ecce obtulerunt illi hominem mutum, dæmonium habentem: & eiecto dæmonio, locutus est mutus: & miratæ sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic in Israel, Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum eijcit dæmonia.

3 Longe miserrimus oblatus est, dęmonio obnoxius, quod linguę usum adimebat, ut homo nec mentis esset compos, ut salutem optaret: nec linguæ, ut postularet. Unde cum nō eēt morbus naturalis, per alios est adductus, neq; fides ab eo exacta, sed statim curatus. Hieronymus: Sicut cæci lumen recipiunt, sic et muti ad loquē dum lingua laxatur, ut cōfiteaē eum quē ante denegabāt. Turbæ ergo demirantes tantam celeritatem miraculorum, æque paratam in omni (quamlibet imedicabilium) genere, dicebant: Nullus unquam exortus est in gente Israelitica, qui tam multa pdigia tam facile patraret. Nam potestate, nō precatione curabat ut prophetæ. Ioā.15. Si opera nō fecissem in eis quæ alius nemo fecit, peccatum non haberent. Contra pharisæi iam indies gliscente liuore cæci, cum quę gerebanē in oculis omnium, inficiari non possent, tamen ut animos multitudinis illū suspicientis, ab eo alienarent, calūniantur illum eĳcere dæmonia non uirtute diuina, sed ope principis dæmoniorum Beelzebub. Hieronymus: In turba cōfessio nationum est: pharisæi autem quia uirtutem Dei negare nō poterant, opera calumniantur, de qbus Mich.3. Audite prícipes Iacob & duces domus Israel: Nunquid non uestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malū? Qui uiolenter tollitur pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossib9 eorum. Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, et ossa eorum confregerūt, & conciderūt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ, Summę stultitiæ sermones ipsorum. Esto quod dæmones eĳceret uti seruiens principi dæmonū, quod est impossibile: morbos igitur & peccata qūo soluebat, & regnum Dei prædicabat? Demon enim contra morbos auget, (ut patet Iob.1.) & à Deo separat.

De admiratione turbæ super doctrina Christi. Matthæi.13. Marci.6.

ARTICVLVS XXXVII.

Et facto sabbato, cœpit in synagoga docere: & multi uidentes, admirabantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia quæ data est illi? & uirtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Non'ne hic est faber filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? Non'ne & sorores eius hic apud nos sunt? Et scandalizabantur in illo. Marc 6. Q

Tam atrox malum inuidia, ut semper obscuret bona, nec illa ab iuidis uideri sinat. In synagogis publice & libere docuit, quare nō potuerunt calumniari à lege diuersa eum docuisse. Hic obfuit euangelico negotio, qđ tamē prodesse debuerat, nisi uulgus hominū notis ac familiaribus inuidere mallet q̄ fauere, cū exotica stulte miretur, hoc ipso pręclarum esse iudicans aliquid, quod è longinquo uenerit aliquid. Hinc cōprobantur inuidi & insipientes, existimātes ignobilitatem & obscuritatē in causa esse quo quis minus placeat Deo? Quid obstaret, magnum illum in miraculis? Oportebat sanè magis gloriari, q̄ tantum bonum patria illorum protulerit. Matt.13. Et ueniēs in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur & dicerent: Vnde huic sapietia hæc & uirtutes? Non'ne hic est fabri filius? Hiero. Mira stultitia Nazarenorum, mirātur unde habeat sapientiam sapientia, & uirtutem uirtus. 1. Corin.1. Nos prędicamus Christum Dei uirtutem & Dei sapiētiam. Suspicantur fabri filium, sed error Iudæorum, salus nostra est & hæreticorum condemnatio. In tantum enim cernebant hominē Iesum Christum, ut fabri putarent filium. Lucæ.3. Vt putabatur filius Ioseph. Ioan.7. Qūo hic literas scit cū nō didicerit? Hilarius: Vere fabri filius, sed qui fabricat corpus & animā & omnia nostra, æter-

næ uitæ reddit membrorum ministeria. Nam ipse fabricatus est auroram & solem. Matt.13. Non'ne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph, & Simon et Iudas? & sorores eius non'ne oēs apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Vnde iste subito factus alius, ad nos redit, docens ac miraculis pollens? An credit sese nobis ignotum esse? Docet Hierony. quatuor modis dici fratres. Natura, ut Esau & Iacob, Petrus & Andreas. Secundo gente, qua omnes Iudæi inter se fratres uocantur. Exo.21. Si emeris fratrem tuum qui est Hebræus. Et Aposto. ad Roma.9. Optabā. n. ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Tertio familia, cum ex una radice multa generis turba diffunditur. Gen.12. Abraham filium fratris sui Loth, fratrem nominauit. Ne sit iurgium, inquit, īter me & te, fratres enim sumus. Quarto, affectu. Psal.132. Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in unum. Istis ultimis duobus modis loquitur euangelium hic.

Fratres quot modis dicantur.

Et dicebat illis Iesus, quia non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Et non poterat ibi uirtutem ullā facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabatur pp incredulitatē illorū.

Chrysostomus: Quemadmodum in operibus atque signis non accusant quæ facta sunt, sed falsas confingunt causas, dicēs: In Beelzebub eijcit dęmonia, sic etiam hic non uilipendūt doctrinam, sed ignobilitatem generis respuunt. Ipse uero non conuiciatus est, sed mirabili mansuetudine respōdit, taxās illorum crassum ac nimis populare iudicium, qui hominem non ex ipsius uirtutibus, sed ex fortunæ generisque splendore ęstimarent. Nam Amos sycomoros uellicans & pastor, in pphetā electus, Amos.7. Hieremias puer spiritu pphetico illustratus. Hiere.1. Hieronymus: Propemodum naturale est ciues semper inuidere ciuibus. Solemus enim familiares homines cōtemnere, & externos in admiratione habere. Quemadmodum autem medicus non potest benefacere ægroto, qui nō recipit pharmacum, non quod ars medici sit inefficax, sed quod culpa sit in ægrotis, sic dominus ob incredulitatem illorum pauca signa fecit. Hiero. Nō quod dominus illis incredulis facere nō potuerit uirtutes multas, sed ne multas faciēs, ciues incredulos grauius condēnaret, pauca tamen fecit, ne excusationem haberent incredulitatis.

De operarijs in messem mittendis. Matth.9.

ARTICVLVS XXXVIII.

Et circuibat Iesus omnes ciuitates & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans omnem languorem & infirmitatem. Videns autem turbas, misertus est eis, quia erant uexati & iacentes, sicut oues non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Matth.9. R

Iesus itaque tanquā bonus pastor obambulabat, magnis & paruis euangelium prædicans, non considerādo potentiam nobilium, sed salutem credētium, animis simul & corporibus omnium mederi studens in synagogis, quò ad audiendum uerbum Dei solebant conuenire, docens euangelium regni cœlorū: per ipsum enim demonstratur, & ad ipsum ingressus habetur. 1. Corin.15. Notum uobis facio fratres euangelium quod prædicaui uobis, quod et accepistis, in quo & statis, per quod & saluamini. Vnde Roma.1. Non erubesco euangeliū. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti. Obiter etiam sanauit omne morbi genus, omneque speciem malæ ualetudinis, quo sermoni fidem faceret, & ipsos inexcusabiles ostēderet. 1. Ioan.15. Si opera nō fecissem in eis quæ alius nemo fecit, peccatum non

habebent. Nūc autem excusationem non habent de peccato suo. 1. Cor. 1. Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt. Sic Moses mittēdus in Aegyptū, ait Exo 4. Non credent mihi, neq; audient uocem meam, sed dicent, non apparuit tibi dominus. Tunc dominus dedit ei signum uirgæ, quæ proiecta, uersa fuit in serpentem. &c. Porrò cum Iesus uideret turbas undequaq; confluentes, & indies frequentiores, iam auidas salutis ac doctrinæ melioris, in pharisæis autem lupos agentibus, non pastores, nullam esse spem gregis, iamq́ populū miraculis utcūq; præparatum ad accipiendam euangelicam doctrinam, dixit: Excitatus est ardor plurimorum, qui maturi uidētur audiendæ euangelicæ doctrinæ. sed ubi sunt qui suscipiant prædicandi docendiq́; negotium? Vbi, qui pure syncereq́; doceant, neq; gloriā humanam neq; quæstū affectantes, sed ea synceritate tradentes, qua me uidetis tradere? Ezech. 34. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Non'ne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, et lanis cooperiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum nō pascebatis. Quod infirmum fuit, nō cōsolidastis: & quod ægrotum, non sanastis: quod confractum, non alligastis: & quod abiectum, non reduxistis: & quod perierat, non quæsistis. Sed cum austeritate imperabatis eis & cū potentia, & dispersæ sunt oues meæ, eo q nō est pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarū agri. Et dispersæ sunt, & errauerunt greges mei in cunctis montibus, & non erat qui requireret. Ecce ego ipse super pastores requirā gregē meū de manu eorum, & cessare faciam ut ultra non pascant gregem meū, nec pascant amplius pastores semetipsos: ecce ego ipse requiram oues meas, et uisitabo eas Et ego pascā oues meas, & ego eas accubare faciā, dicit dñs. Quod perierat, requiram: & quod abiectum erat, reducam: & qđ confractū fuerat, alligabo: & quod infirmū fuerat, consolidabo: & qđ pingue & forte, custodiam: & pascam illas in iudicio. Vos aūt greges mei, hęc dicit dñs Deus: Ecce ego iudico īter pecus & pecus arietū & hircorum. Non ergo oportet negligere tantam hominū multitudinem iam flagrantem studio cœlestis doctrinæ. Rogate ergo ut ipse mittat. Roma. 10. Qūo prædicabunt nisi mittantur? Non. n. parui est momēti, sanum habere pastorē. Eccl. 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector ciuitatis, tales & inhabitantes eam. Hinc Moses orabat. Nume. 27. Prouideat dñs Deus spirituū oīs carnis, hoīem qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, & educere eos et inducere, ne sit populus dñi sicut oues absq; pastore. Hiere. 3. Dabo uobis pastores iuxta cor meum, & pascent uos scientia & doctrina. 1. Pet. 5. Pascite qui in uobis est gregem Dei, prouidentes nō coacte, sed spontanee, secūdum Deum: neq; turpis lucri gratia, sed uoluntarie: neq; ut dominātes in cleris, sed forma facti gregis ex animo: & cum apparuerit princeps pastorum, percipietis īmarcessibilem gloriæ coronā. 1. Timo. 5. Qui. n. bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in uerbo & doctrina. Vnde. 1. Corint. 15. Plus omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia Dei mecū. Gr̄a Dei sum id qđ sum.

De missione apostolorum, Matt 10. Marc. 6. Luca 9.

ARTICVLVS XXXIX.

Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eijcerēt eos, & curarent omnem languorem & omnē infirmitatem. Hos duodecim misit Iesus, præcipiens Matt. 10.

S

eis & dicens: In uiam gẽtium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel.

Marc. 6. Et uocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos. Hactenus quidem dñs per se gessit euangelij negotium, duodecim apostolos iterum uarijs modis formans atq; instituẽs, uelut post acceptũ spũm sanctum in prędicandi munus successuros, eorũq; factorũ ac sermonũ suorũ perpetuos testes esse uoluit. Verum ut interim ipsi quoq; specimen aliquod sui darent in tanti muneris functionem, & uiuo adhuc domino, sui periculum facerent, quos ad hoc munus ut præstãtissimos selegerat, simul collectos omnes eodem ĩstruit sermone, ne q̃d inter se discreparent, ab eodem pręceptore missi, & ijsdem mandatis astricti, docendi munus cum authoritate delegat, ut ad exemplar quod in præceptore conspexerant, alibi docerent populum. Ab uno mittuntur omnes pari potestate, ne qua nasceretur ĩter eos æmulatio. Bini, ut fraternæ concordię meminissent, & frater fratrem subleuaret. Frater enim qui adiuuat à fratre, quasi ciuitas firma. Prouerbio. 18. Nunc operæpretium est audire quid illis mandauerit, quóue uiatico suos legatos ĩstruxerit. At primũ quidem præscribit eis prædicandi limites, nõ q̃ ullum hominum genus abominãdum duxerit, sed ne Iudæis daret ansam causandi, se spretos fuisse, sibiq; gentes ac Samaritanos fuisse p̃latos: simulq; q̃m sciebat Iudęos maxime rebellaturos euangelio, noluit illis quicq; excusationis esse reliquum, sed oĩbus esse perspicuũ, eos suapte puersitate submotos à regno Dei, & gentes sua simplici fide fuisse receptas. Actu. 13. Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & ĩdignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic. n. nobis præcepit dominus. Postq̃. n. resurrexit, & glorificatus est, daturus spũm sanctum, dixit Matt. 28. Euntes docete omnes gentes. Act. 1. Eritis mihi testes in omni Iudæa & Samaria, & usq; ad ultimum terræ. Sed ad oues, inquit, ite, ut resipiscant ad salutem. nec. n. oẽs pharisaica sunt malitia infecti, sunt enim & inter hos, oues, simpliciter per ignorantiam errantes, quæ doctę monitæq; resipiscent, ac uocẽ audiẽt boni pastoris. Sic Paulus. 1. Timo. 1. Qui prius blasphemus fui & p̃secutor & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.

Euntes autem prædicate, dicentes: Appropinquabit regnum cælorum. Infirmos curate, mortuos suscitate leprosos mundate, dæmones ejicite. Gratis accepistis, gratis date.

Sic auspicabimini prędicationem, quemadmodum à me factum uidetis. Primus. n. iustitiæ gradus est, abstinere à peccatis: & primus ad sanitatem gradus est, agnoscere morbũ. Eodem modo & Ioannes prędicauit quo & discipuli iussi sunt. Matth. 3. ut desinente lege, secundum Hieronymum euangelium oriatur. Secũdum Chrysostomum apostolis cõcessum est id prędicare. Nihil. n. quod ad corpus pertinet, nihil quod ad hos sensus, nec similia Mosi & prophetarũ, sed noua quædam & inaudita, qualia priores nõ docuerunt, qui terrena hęc bona promittebãt, sed regnũ cœlorum, & totam illam beatitudinem prædicare iubentur. Erat. n. regnum diaboli in hoc mundo. Matthę. 4. de quo nõ est regnum Christi. Ioan. 19. Regnum meum non est hinc. Sancti aũt per fidem uicerũt regna. Heb. 11. Euãgelicam autem fidem hæc sequitur gratia, quam comitatur collustratio animę: quo fit deinde regnum animæ, quo Christus in nobis regnat. Lucæ. 17. Regnum Dei intra uos est. Proinde ne desit fidęs, et obscuris do

ctoribus & noua docentibus, armat eos miraculis, quo sermoni fidem faciant. Nihil autem sic decet doctorē, ut humilitas & diuitiarum contemptus. Ne ergo superbirent ꝙ talia dona haberent, & darent, ait: Gratis accepistis, & ut diuitiarū essent cōtemptores, adiecit: Gratis date. 1. Cor. 4. Quid. n. habes quod non accepisti? Si aūt accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hinc. 1. Petr. 4. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrū illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. 1. Corin. 12. Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Hieronymus: Sicut ego sine pretio do uobis hanc potestem, & uos gratis date, ne euangelij gratia corrumpatur utilitate. Glos. Ne Iudas qui loculos habebat, de prædicta potestate pecuniā cōgregare uellet, (quēadmodū Simō Act. 8.) nequitiā eius reprimit dñs.

Nolite possidere aurum & argentum, neq; pecuniam in zonis uestris, non peram in uia, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neq; uirgam. Dignus est enim operarius cibo suo.

Volo uos expeditos hanc obire legationē, nullis onustos sarcinis, nulla solicitudine obstrictos, quo toti uacetis delegatæ functioni. Hisce tribus rebus solet cudi moneta, quæ primū ærea fuit ac ferrea: utrūq; n. significat dictio Græca, deinde argentea, postremo aurea, ut contra acciderit pecuniæ & moribus hominum, qui ex aureis degenerarunt in plus ꝙ̄ ferreos. Marc. 6. Et præcepit eis ne qd tollerent in uia, nisi uirgam tātum: non peram, non panem, neq; in zona æs, sed calceatos sandalijs, & ne induerētur duabus tunicis. Qui diuitias detruncarat, propemodum & necessaria uitæ amputat, ut apostoli doctores ueræ religionis, qui instituebant oīa prouidentia Dei gubernari, seipsos ostenderent nihil de crastino cogitare. Quicquid remoratur euangelij negotium, rejiciendum est. Virga subleuat ambulantem, nec remoratur iter, sed pmouet. Baculus aūt ut onerat, ita aduersus uim gestari solet: quare non tollendus in uia, neq; pera reponēdo cōmeatui, neq; zona reponendis numis, neq; binas tunicas. In duabus tunicis uidetur duplex uestimentum ostendere. Nō quo in locis Scythiæ & glaciali niue rigentibus, una quis tunica debeat esse contentus, sed quo in tunica uestimentum intelligamus, ne alio uestiti, aliud nobis futurorū timore seruemus. Sandalijs uero, ut plantas pedum aduersus saxorū aut ueprīū iniuriā defenderēt. Nec est ꝙ soliciti sint, cogitātes unde nudis suppeterēt necessaria. Pater. n. cœlestis cuius agunt negotium, non sinet oparios fraudari mercede sua. Dixit autem, cibo, non luxu. Neq;. n. deliciari oportet doctorem.

3 *In quancūq; autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis. Intrantes autem domum, salutate eā, dicētes: Pax huic domui. Et si quidē fuerit domus illa digna, ueniet pax uestra sup illā: si aūt non fuerit digna, pax uestra uertetur ad uos.*

Luc. 19. Et in quācunq; domū intraueritis, ibi manete, et inde ne exeatis. Nec opus est diuerti in diuersoria meritoria, sed primum interrogate, num quis sit illic probitate uitæ cōmendatus, & auidus regni cœlestis, in eius ædes diuertite, non mutantes hospitium, donec euāgelij negotium hortabitur in aliam demigrare ciuitatem. Hieronymus: Testimonio uicinorū eligendus est hospes, ne eius infamia prædicatio lædatur, qui dignus efficitur tam quod accipiat ꝙ̄ conferat. Ambrosius: Dat constantię mandatum generale, ut hospitalitatis ac necessitudinis iura custodiant: & ideo domus eligenda, ut mutandi hospitij necessitudinisq; uiolādę causa nō suppetat. Apostolica doctrina est. 1. Timo. 3. Oportet episcopum te-

ſtimoniũ habere ab ĳs q foris ſunt. Neq; diſcurrant, ut leues iudicentur aut uentri dediti. Domũ ingreſſi, priores ſalutate eam. nec. n. erit inanis ueſtra ſalutatio, benedictio ſiqdem ueſtra apud ſolos dignos manebit.

Et quicunq; non receperit uos, neq; audierit ſermones ueſtros, exeuntes foras de domo uel ciuitate, excutite puluerem de pedibus ueſtris Amen dico uobis, tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorræorum in die iudicij quam illi ciuitati.

Marci. 6. in teſtimonium illis. Lucæ. 9. Super illos. Nolo igiť adeo cuiquam uos eſſe ſupplices, aut adulantes ob res neceſſarias, ut ſi non receperint, puluerem excutiatis pedum in teſtimonium laboris ueſtri, q̃ prędicatio euangelica ad illos peruenerit. Sibi imputent exitium ſuum qui perire maluerint, cum licuerit ſanari: uos nihil aliud uenatos eſſe apud illos, niſi ſalutem proximorꝛ, ut ne pulueris quidem iactura uolueritis illos afficere. Tolerabilius. Ergo & inter pctõres diuerſa ſunt ſupplicia.

Matt 10. *Ecce ego mitto uos ſicut oues in medio luporũ. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes. & ſimplices ſicut columbæ.*

Armauerat eos miraculis, de cibis bonam fiduciam illis fecerat apertis dignorꝛ ianuis, inſtruit nunc de uera prudentia & iuncta patiẽtia, plenaq; in Deum fiducia, grauia quæ uentura erant prædicens, & ſuam prȩſcientiam manifeſtans. Conſolatur uero quod dicit, Ego mitto. Iſtos ergo puniendos Deo relinquite, uos aduerſus omnes iniurias ſeruate manſuetudinem: & ita uelitis omnibus prodeſſe, ut nec à malis laceſſiti referatis iniuriam. Nõ eſt quod metuatis, mittimini uelut oues inermes, ſimplices, innoxĳ, in medium luporꝛ, ſed à me mittimini. Nolim uos quoq; malis illorꝛ irritatos, uerti in lupos: ſed hoc modis omnibus agere, ut lupi ueſtra lenitate deliniti, uertantur in oues. Chryſoſtomus: Erubeſcant igiť qui contra facientes, quaſi lupi ſuos aduerſarios perſequuntur, cum uideãt innumeros lupos ab ouib⁹ uinci pauciſſimis. Et certe quouſq; oues ſum⁹, aduerſarios facile uincimus: cum uero in naturam luporꝛ tranſimus, tũc ſuperamur. nullum. n. tunc à paſtore nobis adeſt patrocinium, qui nõ lupos, ſed oues paſcit. Sola in ĳs erat mittentis uirtus. Vt ſciatis quõ conuerſandum in medio nationis prauę atq; peruerſę, præſtabit ſerpentina prudentia, nequam præbeatis anſam calumniandi doctrinã: columbina ſimplicitas, ut de omnibus bene mereri cupientes, neminem lædatis, ne prouocati quidem. Per prudẽtiam malum deuitandum, per ſimplicitatem nõ faciendum. Quemadmodum ſerpens colligit ſe in gyrum ac circulum, ne caput quo modo offendatur: ita nobis faciendum eſt, ut tueamur caput noſtrum Chriſtum, qui per fidem habitat in cordibus noſtris. Ephe. 3. reliqua eueniãt utcunq; fas eſt, & auris obturanda, ne uocẽ audiamus incantantis. Pſal. 57. Sit ergo prudẽtia ſimplex, non uulpina. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocãt iram Dei. Eccleſiaſti. 2. Væ duplici corde, et labĳs ſceleſtis, & manib⁹ malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus uĳs. Prou. 14. Vir uerſutus odioſus eſt. Sit & ſimplicitas non rudis aut indiſcreta. Prouer. 11. Simplicitas iuſtorꝛ diriget eos. Sapien. 1. Sẽtite de domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum. Hinc. 2. Corint. 11. Timeo ne ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ita & ſenſus ueſtri corrumpantur, & excidant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Cauete autem ab hominibus: Tradent enim uos in concilĳs, & in ſynagogis ſuis flagellabunt uos, & ad præſides & reges ducemini propter me in teſtimonium illis & gentibus. Cum autem tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. dabitur enim uobis in illa hora quid loqua

mini Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis.

2 Cauete ergo ab illis hoībus malis, ne detrimentum salutis & gratiæ inferant uobis terrendo uel blandiēdo. Hiere. 9. Vnusquisq; se à pximo suo custodiat, et in omni fratri suo nō habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, et omnis amicus fraudulenter incedet, & uir fratrem suum deridebit, & ueritatē non loquentur: docuerūt.n. linguā suam loqui mendacium ut inique agerent, laborauerūt. Mich. 7. Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui: quia filius cōtumeliam faciet patri, & filia consurget aduersus matrē suam, nurus aduersus socrum suam: et inimici hoīs, domestici ei⁹. Eccl. 32. A filijs tuis caue, et à domesticis tuis attende. Excitabit uestra doctrina magnos in orbe tumultus, ideo animus iam præparādus aduersus omne malorum genus, ne conturbent cum inciderint. Tradent.n. uos tanq̃ maleficos, in concilia et consessus iudicum & senatorum, flagellabūt ut scelerosos, quin etiam ut reipublicæ subuersores producemini ad prǽsides, non ob uestra demerita, sed mea causa. Atq; hæc omnia cum prohibere liceat, fieri patiar, ut oībus testatum sit ac perspicuum, illos suopte uitio perire, q tot miraculis, tot beneficijs, qui tam obuia doctrina, qui uestra simplicitate, lenitateq; prouocati, tam odiose reiecerint salutem oblatam. Cum igitur ad tam multos pauci, ad tam potentes infirmi & inermes, ad tam eruditos idiotę producemini, ne sitis anxij quō causam uestram sitis acturi, iudiciorum, legum, foriq; rudes & imperiti. Vt uictus uobis ubiq; citra uestram solicitudinem suppetet, ita suppeditabitur oratio. Non prohibet sagacem considerationem, cum. 1. Petri. dicatur, Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem de ea quæ in uobis est spe. sed ne in nobis simus prǽsumētes. Est. n. nostrū, confiteri: sapienter respondere, dei. Ne ergo suspiceris naturalem in respondendo esse idoneitatem, ait spiritum sanctum loqui in ipsis. Huius præsidio fretos, non oportet ullis malorum procellis turbari. Luc. 21. Ego dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & cōtradicere omnes aduersarij uestri. Actu. 6. Non poterant resistere & contradicere spiritui qui loquebatur.

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij in parentes, et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit.

Nullus enim inter eos pietatis affectus, quorum fides diuersa. Nam frater oblitus germanæ charitatis, pater oblitus pietatis naturalis, filius abiecta omni reuerentia, pios persequetur. Quid multis? Omnibus inuisi reddemini propter odium noīs mei. Non feret hic mundus superbia, ambitione, auaritia, cæterisq; uitijs & cupiditatibus undiq; corruptus, doctrinā cœlestem, nimirum aduersantem studijs suis. 1. Ioan. 3. Nolite mirari fratres, si odit uos mūdus. Ioan. 15. Si de mundo fuissetis, mūdus utiq; quod suū erat diligeret. Quia uero de mundo nō estis, sed ego elegi uos de mundo, ppterea odit uos mundus. Gal. 1. Si adhuc hoībus placerē, Christi seruus non essem, (scilicet in malo.) Nā Roma. 15. Vnusquisq; pximo suo placeat in bonum ad ædificationē. 1. Corinth. 10. Sine offensione estote Iudæis & gentibus & ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi utile est, sed qd multis, ut salui fiant. Qui perseuerauerit in fide per dilectionem operante, saluus erit. Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei Ezech. 33.

Cum recesserit iustus à iustitia sua, feceritq; iniquitates, morietur in eis: & cū recesserit ipius ab impietate sua, feceritq; iudicium & iustitiam, uiuet in eis.

Cum ergo persequentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico uobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec ueniat filius hominis.

Cum illa quæ plena horroris erāt absoluerit, ad feliciora rursus animū deducit. Non iussit cominus persecutores accedere, sed fugere, non solum quo incolumes pseuerent, uerūetiam ut hac occasione latius spargatur rumor euangelicæ doctrinę. Si fuga uergit in detrimentū fidei, iustitię, subditorum, nequaquam fugiendū. Bonus.n. pastor animā suam ponit pro ouibus suis. Ioan.10. Immo Ioan.3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis aīam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. O Deus meus, quid respōdebimus in extremo examine, qui non salutem tuorum, sed tua ad luxū quærimus? Sin autem personalis est aut uidetur persecutio, pro utilitate ecclesiæ fugiendū. Sic Christus quandoq; fugit. Matth.12. Io.8.10.11. & Paulus Actu.9. Helias, Iezabel.3.Reg.18. Nō peragetis omnes ciuitates Israel, antequam ueniat filius hoīs. Cæcitas.n. ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Roma.11.

Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos.

In hoc, exemplum uobis edetur, quanta toleranda sint euangelij præconibus. Quæ omnia qdem uel hoc nomine uobis debēt tolerabiliora uideri, q me uidistis nullum non probri & afflictionis genus esse perpessum. Non est discipulus supra magistrum, alioqui iam non discipulus, quia superior & potior. 1. Ioā.2. Qui dicit se ī Christo manere, debet sicut ille ambulauit, et ipse ambulare. Hortatur ergo ne timeant pter eum infamiæ maculis conspurcari, suā erga ipsos familiaritatem manifestās, domesticos uocans. Ephes.2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis, ciues sanctorum & domestici Dei. Hinc ecclesia, domus Dei dicitur. 1. Timot.3. Si ergo me patremfamilias tam īdignis conuicijs affecerunt, ut spurcissimo cōuicio Beelzebub appellarint, quid mirum, si idem audebunt in seruos familię? Scio graue malum uideri infamiam, ac morte propemodū acerbius. Prouer.22. Melius est nomē bonū quam diuitiæ multę, super argentū.n. & aurum gratia bona. Eccles.7. Melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa. Prouerb.15. Fama bona impinguat ossa, sed laus est, nō infamia, quæ ob euangelium infertur ab impijs. Diu pressa laus, maiori cum luce solet erumpere. Hinc.1. Corint.4. Per infamiam & bonam famam. &c. Quid.n. gloriosius quam pro Christo pati? Philip.1. Vobis donatum est pro Christo nō solum ut in eū credatis, sed ut etiam pro illo patiamini. Matt. 10. V

Nihil est enim opertum, quod non reueletur: et occultum, quod non sciatur. Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.

Ostendit libere euāgelicam doctrinam omnibus proponēdam, nec ob ullius aut gratiam aut metum ueritatem deferēdam, quæ finaliter triumphabit. Hieronymus: Nolite timere persecutorum sæuitiam & blasphemantiū rabiem: qa ueniet dies iudicij, in quo & uestra uirtus, & illorum nequitia demonstrabitur. Licet nunc traducant, postea tamen claros reddent uos. Sapien.5. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, et qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore

timore horribili & mirabuntur in su bitatione insperatę salutis, gementes præ angustia spiritus, dicentes intra se, pœnitentiā agentes, & præ angustia spirit⁹ gemẽtes: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: nos insensati uitam illorum æstimabamus insaniā, & finem illorū sine honore, Ecce quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorū est. Apoc. 22. Ecce uenio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuiq; secundum opera sua. Hinc. 1. Cor. 4. Itaq; nolite ante tẽp⁹ iudicare, quoadusq; ueniat dñs, qui illuminabit abscōdita tenebrarū, & manifestabit consilia cordiū, & tunc laus erit unicuiq; à deo. Hoc ergo agendū ut laude digna geramus, non ut laudem affectemus. Nihil habet pudendū aut celandum euangelica doctrina. fucos nescit. uult in lucem omnium proferri, nec cuiusquam ueretur consciẽtiā. Rom. 1. Non erubesco euāgelium. uirtus enim dei est in salutem omni credenti. 1. Co. 1. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scādalum, gentibus autẽ stultitiam: ipsis autem uocatis Iudæis & Gręcis, Christum dei uirtutem & dei sapientiā. Quod ergo in secreto uos docui. Matt. 13. Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum, illis autem non est datum. Marc. 4. Seorsum discipulis suis disserebat omnia. publice & libere prædicetis. Esai. 56. Clama, ne cesses. quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. & 40. Super montẽ excelsum ascẽde tu qui euāgelizas Siō, qui euangelizas Hierusalẽ, exalta in fortitudine uocem tuam. Nā etsi non omnes obediant euāgelio, Ro. 10. inueniet tamen in quibus fructificet. Esa. 55. Et quomodo descendit imber et nix de cœlo, & illuc ultra nō reuertitur, sed inebriat terrā & infundit eā & germinare eā facit, & dat semen serenti, & panem comedẽti: sic erit uerbum meum qđ egreditur de ore meo non reuertetur ad me uacuum: sed faciet quæcunque uolui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.

Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & corpus & animam perdere in gehennam.

Dicendi libertatem pericula sequūtur. Erunt fortasse qui contemnant infamiam, cæteraq́ mala, mortem uero quis posset contemnere? Sed breuibus uerbis de immortalitate animæ orationem fecit. Iure enim timendi, si totum hominẽ occiderent: Nūc autem etsi maxime uelint, non possunt: quare nō timendi inordinato & carnali timore. Prouer. 29. Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in domino, subleuabitur. Hinc Esai. 51. Quis tu ut timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnū ita arescet, et oblitus es domini factoris tui? Psal. 13. Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, ubi nō erat timor. Luc. 12. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hęc non habent amplius quid faciāt. Animæ enim uitam naturæ nec gratiæ auferre possunt, cum immortalis sit. Sap. 3. Iustorum animæ in manu dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Non excludit timorem naturalẽ. Cœpit enim Iesus pauere, Marc. 14. Hic tamen timor per rationem moderandus. Is uere metuendus, qui ut totū hominem condidit, ita potest totum hominem æterno damnatum exitio tradere gehennæ. Hiere. 10. Quis non timebit te ò rex gentium? Chrysostomus: Eum qui potest animam perdere, non timemus: eum qui non potest corpus perdere, sed interfi-

cere,timemus. Corpus enim quod tyrannus ad tempus extinguit, non perit omnino: reddetur enim in resur rectione lōge melius, sed idem. Quid autem refert, an persecutor auferat uitam, an morb⁹ alius'ue casus? Certe gloriosius est ob euangelium mortem oppetere quæ quanq̃ est uiolenta, non tamen ueniet ante diem. Quādocunque ueniet, non ueniet absque prouidentia diuina: nec patietur occidi nos deus, nisi cum maxime expediet nobis mori. Chrysostomus: Timidorum est mortē formidare. nunc enim munus est necessarium naturæ iam corruptæ, quæ non est fugienda, sed tāquam malorum terminus amplectenda. Fiat uoluntarium, quod futurum est necessarium: offeramus deo pro munere, quod pro delicto redditur. Stipendia enim peccati mors. Roma.6. & 5. Per unum hominem peccatum in mundum intrauit, & per peccatum mors. Hieronymus: Vallis nemorosa erat plenaq̃ delicijs, ut Hier.7. in qua lucus idolo consecratus, ubi filios suos dæmonijs initiabant, quæ gehennon appellabatur, id est, uallis filiorum Ennō, & comminatur dominus locum illum se impleturū cadaueribus mortuorum, ut nequaquam uocetur topheth & Baal, sed polyandrium, id est, tumulus mortuorum: quare futura supplicia huius loci uocabulo designantur. Duplicem autem esse gehē nā, nimĩ frigoris & ignis, in Iob.24. plenissime legimus.

Non'ne duo passeres asse ueneunt? & unus ex illis non cadet super terram sine patre uestro. Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis uos.

Hortatur consideratione diuinę dispositionis, oīa ordinantis & pręmiātis, cor nos habere securum et imperterritum. Pro.28. Iustus quasi leo cōfidēs, absq̃ terrore erit. Hieronymus: Si sine dei prouidentia parua aīalia non decidunt, quanto magis homo qui apostolica fultus est dignitate? Sap.8. Attingit à fine usq̃ ad finē fortiter, et disponis omnia suauiter. & 11 Omnia in mēsura & numero & pondere disposuisti. & 12. Tu aūt dominator uirtutis cū tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Subest.n. tibi cum uolueris, posse. Ne tanq̃ derelicti turbarētur, ait: An metuitis uos, quos ex omnibus delegit ad hoc negotium, ne passurus sit ante tempus interire, quod adeo non negligit, ut etiam oēs capitis uestri pilos habeat numeratos? Hieronymus: Immensam dei erga homines ostendit prouidentiā, & ineffabilē signat affectū, quod nihil nostrū lateat deum: etiā parua & ociose dicta, eius scientiā non effugiant. 1. Co. 15. Mortui resurgēt incorrupti. Hinc de martyribus in 2. Mac.7. legimus: Post hūc tertius illudi, & linguā postulatus, cito protulit, & manus constanter extēdit, & cū fiducia, ait: E cœlo ista possideo, sed propter dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero. Si ergo pluris estis patri passeribus innumeris, nō est quod metuatis, nequid in uos possint hoīes secus q̃ illi uisum est, qui uestri iugem agit curā. 1. Pet.5 Humiliamini sub potenti manu dei, ut uos exaltet in tēpore uisitationis, omnem solicitudinem proijciētes in eum, quoniam ipsi cura est de uobis. Heb.13. Sint mores sine auaritia, cōtēti pręsentibus. Ipse.n. dixit: Nō te deseram, neq̃ derelinquam, ita ut cōfidenter dicamus: Dn̄s mihi adiutor est, non timebo quid faciat mihi hō.

Omnis ergo qui confitebitur me corā hominibus, confitebor & ego eum corā patre meo qui in cælis est. Qui autem negauerit me corā hominibus, negabo & ego eum corām patre meo qui in cælis est.

Ostendit quanta sit merces, deum,

non homines, timentium. Actu.1. Eritis mihi testes in Hierusalē, & in omni Iudæa & Samaria usque ad ultimum terræ. Psal.118. Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum & non cōfundebar. Chrysostomus. Non solum ille proditor est ueritatis qui mendacium pro ueritate loquit, sed etiam qui non libere pronunciat ueritatem quam oportet, aut non libere defendit. Io.12. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eū pater me⁹ qui in cœlis est. Non est autē delicata hæc professio. non enim profitetur, nisi qui uita quoq; declarat se credere dictis meis. Abnegauit autem qui sic uiuit, ut quicquam anteponat mihi. Lu 6. Quid uocatis me, domine dñe, & nō facitis quæ dico? Titū.1. Confitentur se nosse deum, factis autē negant. Quid ergo timerēt, quandoquidem habituri sunt ante cœlestis patris conspectum, filium coęqualis dignitatis, potestatis & regni, confitentem eos, & negātem interfectores eorum, ac à consortio beatorum excludentem, & æternis supplicijs deputātem? Quid enim est confiteri, nisi in consortium beatorū admittere, et participes gloriæ æternæ, & regni cœlestis efficere? Luc.22. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis: & ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super mensam meā in regno meo.

Matth.10. X *Nolite arbitrari quia uenerim pacem mittere in terram: non ueni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurū aduersus socrum suam: & inimici hominis, domestici eius.*

Ostendit doctrinę euangelicę energiam, ab omni carnali affectu ac mūdano hominem separantis, quo firmius Christo hæreat. Non enim diluta res est, nec facilis euangelij professio: præmia quidem ingētia, sed ad hęc pertinacib⁹ animi studijs grassandum est, non contingent ociosis, ac oscitantibus & cessantibus. Violēta manu sunt asserēda. Omnes prophetæ pacem denunciāt affuturam tempore Messię. ut quid ergo ipse gladiū mittit? Psa.71. Orietur in diebus eius iustitia & abūdantia pacis, Esa.2. Cōflabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladiū, nec exercebuntur ultra ad prælium. Domus Iacob, uenite, ambulemus in lumine dei nostri, Sed non ubiq; bona est cōcordia, sed bonum quādoq; dissidiū. Psalm.72. Zelaui super iniquos, pacem peccatorū uidens. Sic dominus in turris Babel ædificatione dissidiū misit linguarum, Gene.11. Cum ergo euangelica doctrina plerisque sit inuisa, & hæc tam ardens sui studiū requirat, ut oporteat omnes humanos affectus quantuncunq; cedere, fieri non potest quin magna dissidia inter coniunctissimos etiam exoriantur: dum & ij qui mundum deamāt, citius sæuient in sibi charissimos, q̄ uitia quibus assueuerunt, relinquāt: & quos semel attigit ardor euangelicæ charitatis, nullis affectibus se patietur auelli ab eo quod cœperūt amplecti. Sed felix dissidium, quod syncera prouehit, putria resecat: felix gladius, qui noxias cupiditates ab animo recidit. Per se quidem res pacifica est euangelium, sed aliorum uitio concitatur seditio. Omnibus offert salutem, quam si amplecterentur omnes, nullum esset dissidium. Verū expedit resecari noxia, quo magis inter puros constet uera sanctaq; concordia, Ioan.14. Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis, non quomodo mundus dat, ego do uobis. Esai. 57. Non est pax impijs, dicit dominus, scilicet uera & interna, Psal.36. Mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis,

Ephe.2.Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unum, Actu.10. Verbum misit deus Israel, annuntians pacem per Iesum Christum. Hieronymus: Bellū missum est bonum, ut rumperetur pax mala. Sermo enim fidei, gladius est, nos auellens à consuetudine familiarium & cognatorum, ad pietatem impedientium, Ephe.6. Et gladium spiritus, quod est uerbum dei, Hebre.4. Viuus est sermo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usq; ad diuisionem animæ & spiritus. Sensualis enim appetitus, à spiritus gratia segregatur. Hinc de Christo Esa.49. dicitur: Posuit os meum ut gladium acutum. Vere acutum. Nullus est enim naturæ aut amicitię nexus tam tenax, quē hic gladius non queat dirumpere. Psalm.44. Obliuiscere populum tuū & domum patris tui. Gene.12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Chrysostomus: Non dicit, separare à patre; sed aduersus patrem: quia non corporalem, sed spiritualem ab eo separationem requirit. Non enim uerisimile est, quod corporaliter iubeat relinquere patrē, qui dicit: Honora patrem tuum, Exod.20. Luc.12. Putatis quia ueni pacem mittere in terram? Non dico uobis, sed separationem. Erunt enim quinq; in domo una diuisi, duo in tres, & tres in duos diuidentur. Sed hactenus constabit hoc bellum, ut qui stant à uobis, contemnant tantum hostes, non lædant autem, quod quidem in ipsis est: seruent etiam, si queant.

2 *Qui amat patrem aut matrem plus quàm me, non est me dignus: & qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus.*

Danda est opera, ne reipub. status turbetur. publicis magistratibus in oībus obtemperandū est, nisi præscribant impia. Aequum.n. est ut pręscripta dei, hominum pręscriptis pręponderēt. Si patris authoritas auocet ab euangelio, magis obtemperandū est patri cœlesti q̄ terreno. Ordo enim requirit, ut deus sup omnia toto corde diligatur, Matth.22. Deut.6. Hinc anima propria, inde proximus, dein de corpus proprium. Sed inter proximos maxime parentes, nec ob cuiusquā amorem, fauorem, seu intuitum recedendum est ab amore et cultu diuino. Impia.n. pietas est, sic indulgere parētibus hoībus, ut deum patrē offendas. Hinc.1.Reg.2. Magis honorasti filios tuos q̄ me. (ait dn̄s Heli.) Quicunq; honorificauerit me, glorificabo eū, qui aūt contēnunt me, erunt ignobiles. Gen.22. Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti unigenito tuo propter me, benedicēs benedicam tibi. Tunc ergo odiendi, quando uolūt à Christo auertere: alioqui obsequēs in talibus, non est Christo dignus, ut ipsius sit discipulus, et ut ipse sit merces eius. Gene.15. Ego ero merces tua magna nimis.

Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus. Qui inuenit animam suā, perdet illam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

Ne uideatur esse mirū, dei uoluntatem omnibus humanis præferre affectibus, cum nihil sit homini uita charius, nisi quis hanc quoq; contemnat euangelij gratia, & semper paratus ad omne mortis & supplicij genus, tollat crucem suam & sequatur me quotidie, nō est me pceptore dignus discipulus. Exeamus ergo ad eū extra castra, improperiū eius portātes, Heb.13.10.19. Et baiulans sibi crucē, exiuit in eum qui dicitur caluariæ locum.2.Co.4. Semper mortificationē Iesu Christi in corpore nostro circūferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Gal.5. Qui.n. Christi sunt, carnē suam crucifixerūt cū uitijs & cōcupiscētijs suis.1.Co.15. Sicut portauimus imaginem terreni,

reni, portemus & imaginē cœlestis. Quemadmodū autem præposterus amor parentum, aut filij, odium est uerius quam amor, cū utrique sit noxius, ita præpostera cura seruandæ uitæ, uerum est exitium uitæ. Qui uitam quæ in carne est custodire uolens, ab euangelio deficit, in æternum mittit supplicium. Eccl.18. Si pręstes animę tuæ concupiscentias suas, facict te in gaudium inimicis tuis. Lucæ.6. Væ uobis qui ridetis nunc, quia flebitis. Væ uobis diuitibus qui habetis hic consolationem uestram. 1. Corint.6. Esca uentri, & uenter escis. Deus autem hunc & has destruet. Iob.21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Hinc mali cō queruntur Sap.5. Lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambulauimus uias difficiles, uiam autem domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuncius præcurrens. Io.12. Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Nec enim perit anima cum ob euangelij professionem occiditur, sed in ęternum seruatur. uere autē perit, si breuem in corpore moram impietate depascitur, quanquam ne tum quidem uiuit in corpore, quæ uiuit inuisa deo. Apo.3. Nomen habes quod uiuas, & mortuus es.

Qui recipit uos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem
3 *iusti accipiet. Et quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, amen dico uobis non perdet mercedem suam.*

Non est periculum, ne, si contingat à parentibus, cognatis & affinibus ac amicis destitui, non sint qui tectum aut uictum suppeditent. Vt enim nūquā defuturi sunt qui aspernentur & persequantur, ita nunquā non erunt qui syncero refocillent affectu. Atque ut illos, uobis non ulciscētibus, sed bene precātibus, olim grauissime puniet deus, qui se spretum interpretatur, cum uos spernimini: ita his pro uobis, etiam si nihil referatis gratiæ, mercedem amplissimā reponet. Sibi enim deus uult imputari siquid suis impensum fuerit. 2. Co.5 Pro Christo legatione fungimur, tāquam deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Luc.10. Qui uos audit, me audit & qui uos spernit, me spernit. Chrysost. Quid est, mercedem prophetæ uel iusti accipiet? id est, qualem mercedem ille habet qui propter deū peregrinatur, talem habet & ille qui suscipit peregrinantem: & fiunt ambo æquales, & qui propter deum refrigerat, & qui propter deum laborat. Eccl 12. Benefac iusto, & inuenies retributionem magnā: & si non ab ipso, certe à domino. Hieronymus: In omni professione zizaniū mistū est tritico. Dicit ergo non personas esse suscipiendas, sed nomina, & mercedē non perdere suscipientes, licet indignus fuerit qui susceptus sit. Chrysostomus: Ne alia quidē causa seculari, neque propter has caducas moralesque res, sed solum quia propheta sit uel iustus. Hilarius: Qui prophetā recipit, habitantem in propheta recipit, isque dignus mercede prophetæ. Nō n. peccatis hominis, sed discipuli nomini honor præstitus est. Ab hoc lucro nec fortunę tenuitas quēquā arcebit. Hic enim affectus dantis æstimatur, in ratione præmij, nō doni pretium. Vt autem nō refert, quātum sit quod datur, sed quo affectu, cuius'ue nomine detur, ita non refert, quantus sit ille cui præstatur officium. hoc satis est, quod meus est discipulus, ut mihi possit imputari pro magno bene-

ficio. Chrysost. Qui aquę frigidę mercedem constituit, puto & quod sine opere bonæ uoluntati reddet mercedem. 2. Cor. 8. Quod si uoluntas prōpta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod nō habet. Hinc Heb. 13. Beneficentiæ, & communionis nolite obliuisci. talib⁹ enim hostijs promeretur deus. Rom. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes.

Y *Et factum est cum consummasset Iesus uerba hæc, præcipiens duodecim discipulis suis, (Mat. 11) Egressi circuibant castella, euāgelizantes et curātes ubiq;, (Luc 9.) prædicabant ut pœnitentiā agerent, & dæmonia multa eijciebant, & ungebant oleo multos ægros, & sanabantur, (Marc. 6)*

Cum finem fecisset mandandi, trā siit inde ut doceret & prędicaret in ciuitatibus eorum, Matt. 11. quo semoti à præceptore, sui periculum facerent, ut et ipse pro sua portione prędicaret euangeliū in ciuitatibus Iudæorum. Inuenerunt qui prędicationem pronis acciperēt auribus. Nec defuit miraculorum parata uis, quæ fidem conciliaret dictis hominum, quamlibet humilium & ignotorū. Non erat illud oleum pharmacū, (quis enim eodem pharmaco mederetur morbis omnibus?) sed sacramentū. Oleo uisibili inungebatur cutis, & sanabatur corpus: sed oleum euangelicum per unctum nostrum Iesum erat inungēdum animis, mox à morbis uitiorū curandis. Hinc natum apparet, q̄ hodie sacro oleo inunguntur periculose laborantes, non perinde ut conualescant, atq; ut tutius hinc emigrent. Iaco. 5. Infirmatur quis in uobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine domini. & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit illum dominus: & si in peccatis sit, remittenī ei.

Vnctionis extremæ us et usus

De interrogatione Ioannis. Mat. 11. Luc 7

Matt. 11. ARTICVLVS XL.

Z *Ioannes autem cum audisset in uinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es qui uenturus es, an alium expectamus?*

Cum passim editis miraculis, doctrinaq; mirabili, indies magis ac magis increbresceret fama Iesu per uniuersam Iudæam & in regionibus Iordani finitimis, ubi prius Ioannes prædicauerat ac baptizarat Iesum, discipuli Ioannis iam dudum subinuidentes gloriæ Iesu, de quo nihil adhuc eximium sentiebāt, tam ob paupertatem suam quàm suorum, de Ioanne uero magistro suo nescio quid homine maius suspicabantur. Luc. 7 Et nunciauerūt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Ioan. 3. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes ueniunt ad eum. q. d. icat, te deserto. Porrò Ioannes uir absolutæ sanctimoniæ, gaudens euenire iam quod ipse prædixerat, suam opinionem quæ maior erat decrescere, Iesu famam indies inclarescere, sentiensq; discipulorum suorum subinuidos affectus, ut illorum infirmitati mederetur, & ab se alienatos, Iesu uelut ad manum traderet, conuocauit duos de discipulis suis, qui suis uerbis hæc illi referrēt. Duos misit, ad ueritatis confirmationem. Deutero. 17. Matth. 18. In ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Vt ergo pluribus argumentis certiores eos redderet, mittit ad Iesum, ut uel uisis miraculis credant Christum Ioanne maiorem esse. Chrysostomus: Qui à spiritu sancto didicerat, Ioan. 1 Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto: & ego uidi et testimonium perhibui, quia hic est filius dei. qui uocem patris audierat, Matth. 3. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. qui cæteris prædicauerat Ioan. 1. Ecce agnus dei, ecce qui qui

tollit peccata mundi. qui testimoniũ perhibuerat, Ioan. 1. Non sum ego Christus, nunc dubitat? Absit. Non enim minus illuminatus fuit quàm prophetæ, qui Christum nedum nasciturum, sed & passurũ, resurrecturum, & ascensurum prædixerant. Esa.7. Ecce uirgo concipiet & pariet filium. &. 53. Oblatus est, quia ipse uoluit, & non aperuit os suum. Non ergo sibi, sed alijs consulere studuit, quos nimiũ sibi nouit affectos, quo se etiam Messiam negauit, et Christo maiorem. Hinc Ioan. 3. Qui de terra est, de terra loquitur: qui de cœlo uenit, super omnes est: & quod audiuit & uidit, hoc loquitur. Tu es ille uenturus in lege & prophetis promissus à patribus expectatus? Gene. 49 Ipse erit expectatio gentium. Ioan. 6. Hic est uere propheta qui uenturus est in mundum. Act. 19. Ioannes baptizabat baptismo pœnitentiæ populum, dicens in eum qui uẽturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in Iesum.

Et respondens Iesus, ait illis: Ite, renunciate Ioanni quæ audistis & uidistis. Cæci uident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.

2 Renuuciare iubet, ut ille accepta occasione hac, amplius de ipso testimonium perhiberet, unde & enumerat miraculorum opera, quæ per prophetas prænunciata fuerant. Luc. 7. Cum autem uenissent ad eum uiri, dixerunt: Ioannes baptista misit nos ad te, dicens: Tu es ille qui uenturus es, an alium expectamus? In ipsa autem hora multos curauit à languoribus suis & plagis & spiritibus malis. & cæcis multis donauit uisum. Nouerat enim certius esse testimonium quod de factis proficiscitur, quàm à uerbis, præsertim si quis ipsi sibi testis sit. Gloss. Cessent uerba, loquantur opera. Ioan. 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hęc testimonium perhibent de me. Esa. 35. Deus ipse ueniet, & saluabit nos. tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt: tũc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorũ. Esa. 42. Ecce dedi te in fœdus populi, in lucem gentium, ut aperires oculos cęcorũ. Denique iuxta Esaię uaticiniũ, pauperes & humiles amplectuntur lætum salutis ęternę nunciũ, quem feroces & arrogantes aspernãtur. Esa. 61. Euangelizare pauperibus misit me. Mat. 5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Iaco. 2. Non ne pauperes elegit deus in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Ne in personarum acceptione regnum dei consistere crederetur. Spiritualiter cæci sunt, qui infidelitate uel errore cæcatũ habent intellectũ. Sap. 2. Excæcauit illos malitia sua. Hinc Matt. 15. Cæci sunt & duces cæcorũ. Esaiæ. 42. Quis cæcus nisi seruus meus? & quis surdus nisi ad quem misi nuncios meos? Quos necesse habent à Christo illuminati, qui illuminat omnem hominem uenientẽ in hunc mundum, Io. 1. Nam lux est mundi. Ioan. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Qui ergo pręsentia, futuris neglectis, diligunt, diuitias in saccũ pertusum cõgregant, Aggei. 1. & nesciunt quis possessurus sit eas, Psal. 48. clament ad dominũ, Psal. 12. Illumina oculos meos ne unquã obdormiam in morte. Claudi qui obliquũ habent affectum, qui sciunt, & non faciunt, partim dominũ, partim mũdum sequentes. 3. Reg 18. Vsquequo claudicatis in duas partes? si domin⁹ est deus, sequimini eum. Quos rectificari habent per charitatem necesse. Augu. Pes animæ, amor est: si rectus, charitas: si curuus, cupiditas. Ps. 118. Gressus meos dirige secundum eloquium tuũ. Hebr. 12. Remissas manus & genua

dissoluta erigite,& gressus rectos facite pedibus uestris, ut nō claudicās quis erret,magis aūt sanetur.Leprosi sunt immunditiam carnalis cōcupiscentiæ sectantes.Hac laborant diuites & potentes.4.Reg.5.Naamā erat uir potēs & diues,sed leprosus.1.Co. 6.Qui fornicatur,in corpus suū peccat.ij per dominum necesse habent mundari.Psa.50.Cor mundum crea in me deus.Nam de corde exeunt cogitationes malæ,fornicationes, adulteria,furta,homicidia &c. hæc sunt quæ coinquinant hominem . Surdi, ad legem dei.Prouc.28.Qui declinat aurem suam ne audiat legem , oratio eius erit execrabilis.Item.21.Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis,& ipse clamabit, & non exaudietur.ij necesse habent per gratiam emolliri.Ezech.11.Auferam cor lapideum de carne eorū,& dabo eis cor carneum,ut in præceptis meis ambulent.Heb.3.Videte fratres ne forte sit in aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi à deo uiuo, sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies,donec hodie cognominatur ut non obduretur quis ex uobis fallacia peccati. Mortui per peccatum. Apo.3.Nomē habes quod uiuas,& mortuus es.Sap.16.Homo enim per malitiam occidit animam suam.ij nisi per gratiā Christi resurgere non possunt. Heb.9.Sanguis Iesu Christi emundabit conscientiam nostrā ab operibus mortuis.Io.5.Amen amē dico uobis, quia qui uerbum meum audit,et credit ei qui misit me, habet uitam æternam:& in iudiciū non uenit,sed transiet à morte ad uitam.Amen amen dico uobis,quia uenit hora & nunc est quando mortui audient uocem filij dei,& qui audierint,uiuent. Beatus autem est,cuius aīo successus tantus euangelij non præbuerit occasionem mali.Vt enim operū magnitudo non nullis mouebit inuidiam, ita corporis huius infirmitas nōnullis erit offendiculo.Hoc modeste taxauit inuidiam discipulorum Ioannis, sed sic, ut nec apud populū pudescerent, sed taciti secum agnoscerēt uitium suū, temperato modis omnibus respōso, ut & ipse fugeret arrogantiæ suspicionem,& maiorem fidem faceret discipulis,& illorū affectioni mederetur potius quam traduceret:simul subindicans futurum,ut ignominia crucis, qua maxime peragēdum erat mysterium regni cœlorum, multos alienaret à doctrina euangelica. Scandalizati fuerunt quidā in Christo ex infirmitate,sicut discipuli.Matt.26.Omnes uos scandalū patiemini in me in ista nocte. Ideo per Christum reuocati. Aliqui ex malignitate. In prædicatione.Matt.15.Scis(ait Petrus) quia pharisæi audito hoc uerbo, scandalizati sunt? At ille ait:Sinite illos,cæci sunt & duces cæcorum. Alij in operatione.Marc.6.Vnde huic hæc omnia?et scandalizabantur in illo. Quidam in corporis communione.Ioan.6. Multi audientes ex discipulis eius, dixerunt:Durus est hic sermo,& quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum quia murmurarēt de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc uos scandalizat?Quidam in crucifixione.1.Cor.1.Prædicamus Christū crucifixum,Iudæis quidem scandalum,gentibus autem stultitiam. Grego.Visis tot miraculis tantisque uirtutibus,non scādalizari quisque potuit, sed admirari:sed infidelium mēs graue in illo scandalum pertulit,cum eū & post tot miracula morientē uidit. Stultum quippe hominibus uisum est,ut pro hominibus author uitæ moreretur:et inde contra eum homo scādalum sumpsit,unde ei debitor fieri debuit ut honoraret.Nam tāto deus ab hominibus amplius honorandus est,quanto & pro hominibus indigna suscepit.

3 *Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum uidere? arundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere? hominem mollibus uestitum? Ecce qui mollibus uestiũtur, in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? Prophetam? etiam dico uobis, & plusquam prophetam. Hic est enim de quo scriptũ est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te.*

Ioãnis uitã ut cõstãtissimã collaudat, ne populus argueret Ioannẽ assentationis & leuitatis. Hiero. Quia enim turba circunstans interrogationis mysterium nesciebat, putãs Ioannem dubitare de Christo quem ante monstrauerat digito, ut intelligerent Ioannem non sibi interrogasse, sed discipulis, quærit. Amolit enim ab eo omnem inconstantiæ suspitionem, et illius de se testimonio fidem & pondus arrogat, sic extollens illius eximias uirtutes, ut Messiæ titulum nõ tribuat, quem aliquandiu illi tribuere conabantur. Ioan. 1. & Luc. 3. Existimante autem populo, & cogitantibus oĩbus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus. Expediebat. n. ut populus q̃ optime sentiret de Ioanne, qui tam præclare testificatus fuerat de Iesu, quod eẽt filius Dei, ꝙ esset agnus qui tolleret peccata mũdi, ꝙ esset is qui baptizaturus esset igni & spiritu sancto. Ne cui, inquit, obrepat suspitio leuitatis de Ioanne. Alioqui si talis uisus est uobis, qui leuium hominũ more mutet sententiã, ut quod prius affirmauit, post reuocet in dubium. Quid existis uidere? arundinẽ quæ agitatur, nec sibi constat? Sed ab hac suspitione facile illum uindicat perpetua uitæ totius austeritas. Sed agedum, quid existis uidere? Num hominẽ mollibus uestitum, ut delitijs & ambitione corrumpi potuerit? Luc. 7. Ecce qui in ueste ꝓtiosa sunt & delitijs, in domibus regũ sunt, q̃bus luxus uitæq́ delitiæ cõueniũt, atq; inter hos locus est inconstantiæ & adulationi. Illum adulari nescisse carcer indicat, uestis & uitæ austeritas. Matth. 3. Ipse aũt Ioannes habebat uestimentũ de pilis camelorꝝ, esca aũt eius erat locusta & mel syluestre. Grego. Nemo putet in luxu et gloria pretiosarꝝ uestium peccatum non esse: quia si hoc culpa nõ esset, nequaq̃ Ioannem dominus de uestimenti austeritate laudasset, nequaq̃ Petrus fœminas à pretiosarꝝ uestiũ appetitu cõpesceret. d. 1. Pet 3. Nõ in ueste pretiosa. Triplici ex causa hoĩes uestiuntur. Ob indigẽtiam. Gene. 3. Fecit dominus Adæ & Euæ tunicas pelliceas, & ĩduit eos, & emisit eum dominus de paradiso uoluptatis, ut operaret terrã de qua sumptus est. Secũdo, propter uanitatem & uoluptatem. Luc. 16. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & bysso. Esa. 3. Erit ꝓ suaui odore fœtor, & ꝓ zona funiculus, & pro crispanti crine caluitiũ, & pro fascia pectorali cilicium. Tertio, ꝓpter pœnitentiam ad domandam carnem, ut Helias. 4. Reg. 1. & Ioannes. Attende quid dixerit, In domibus regũ sunt, non põtificum aut sacerdotum. Non ergo probum decet Christianũ mollia gestare, ac rigidã uitam austeramq; prædicationem uitare aulas magnatum, & molliũ hominũ palatia declinate. Remota falsa opinione, cõmendando indicat quis sit. Magnum aliquod spectaculum fuerit oportet, q́d uos tam frequẽtes pertraxerit in desertum. Si prophetam, non estis frau dati spe uestra. Oĩno prophetam uidistis, & plusquam ꝓphetam. Ille se Messiam nõ esse, palàm testatus est. Luc. 1. Et tu puer propheta altissimi uocaberis. Nam uenturꝝ prænunciauit. Ioan. 1. Venisse digito demonstrauit. Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Legis & prophetarꝝ finis. Luc. 16. Lex & prophetæ usq; ad Ioãnem. Hinc de eo olim ua-

Vestiendi causæ quot.

ticinatus est Malach.3. ꝙ præcursor esset Messiæ iam aduentantis, ut non solum illum in lõgum oraculo promitteret, sed & de ꝓximo digito ostẽderet posset. Hierony. Quia ad priuilegium ꝓphetale Baptistę accessit præmium, ut dominum suum baptizaret, angelum eum dicit nõ naturę societate, sed officij dignitate. Ioã.1. Fuit homo missus à Deo, cui nomen Ioãnes. Ante faciem. Ioã.1. Vt manifestetur in Israel, ꝓpterea ego ueni ĩ aqua baptizans. Lucę.1. Præibis ante faciẽ domini parare uias eius. Marc.1. Lucæ.3. Vox clamantis in deserto, parate uiam domini, rectas facite semitas eius. Illud obseruãdum, quód digressis discipulis, Ioannem cõmendauit, ne adulari uidereť ipsis præsentibus magistro, & ne ipsi in elationem insurgerent tanta præconia audientes de suo magistro.

Matt.11. A *Amen dico uobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo. A diebus autem Ioannis Baptistæ usq; nunc, regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Omnes.n. prophetæ & lex usq; ad Ioannem prophetauerũt. Et si uultis recipere, ipse est Helias qui uenturus est. Qui habet aures audiendi, audiat.*

Lucæ.7. Maior inter natos mulierum propheta Ioãne Baptista nemo est. Non cæteris prophetis & patriarchis cunctisq́; hominibus Ioannem prætulit, sed cæteris ęquauit. Non.n. statim sequitur, ut si alij maiores eo nõ sint, ille maior alioꝶ sit. Qui ergo de Ioãne magnifice sentiũt, recte sentiunt. Est tamen unus eo maior uirtute & dignitate, qui tamen iuxta popularem æstimationem, minor est illo in regno Dei. Qm̃ multas Ioannis laudes dixerat, ut ne putent qđ & se maior sit ille, inqt: Ego minor & natu iunior, & iuxta uestram opinionẽ inferior, maior illo sum in regno Dei, hoc est, in spiritualibus et cœlestibus bonis. Ioan.3. Qui de cœlis uenit, super omnes est. Erat & minor angelorum, qui natura digniores & cõprehensores. Sic & modo sancti cũ Deo, maiores ijs qui sunt in prælio. Aliud est enim, coronam uictoriæ possidere: aliud, in acie adhuc pugnare. 3. Regum.20. Ne glorietur accinctus ęque ut discinctus. Hactenus expectabať doctrina cœlestis, quam patriarchaꝶ typi, quam uatum oracula ꝑ ęnigmata quędam ꝓmiserant: nunc Ioannes animos excitauit multoꝶ ad euangelicę doctrinæ studium, ut ab exordio prędicationis illius usq; ad hunc diẽ, ad hanc fidei uiolentia perrumpant, etiam peccatores & ethnici, & nolentibus uolentibus uobis ui diripiant. Hilarius: Itaq; regnũ cœloꝶ uim patitur, quia gloria Israel patribus debita, à prophetis promissa, à Christo oblata, fide gentium occupatur & rapitur. Grandis etiam uiolentia, in terra nos esse generatos, & cœloꝶ sedẽ quærere: possidere per uirtutẽ, quod non meruimus per naturã. Relinquere patrem & matrem, & animũ suũ contemnere, quanta uis? Matt.3. Pœnitentiam agite, appropinquat regnũ cœloꝶ. Gal.5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerũt cum uitijs & cõcupiscentijs suis. Oẽs typi quibus lex designarat Messiã uentuꝶ, simul atq; Ioannes uenit, omnia ꝓphetaꝶ uaticinia quæ ꝓmittebãt uentuꝶ, desierunt rem futuram promittere. Stulte enim expectatur quod adest. Ego ergo ille de quo locuti sunt. Nõ enim impleti fuissent, nisi ego uenissem. Nihil ergo expectetis ulterius. Hierony. Non excludit ꝓphetas post Ioannem futuros. Nam & Actu 11. & 21. Agabum ꝓphetasse legimus, & quatuor filias Philippi. Act.21. sed quod lex & prophetæ quos scriptos legimus, quicquid prophetauerunt, de domino uaticinati sunt uenturo, quẽ Ioannes uenisse monstrauit. Quo clarius constet, non aliumꝓphetam quã

Messiam annunciet, uenturum post hac, Ioannes est ille qui quem Malach.4. sub nomine Heliæ, quem uictus ac uestitus austeritate, quem libertate in arguendis regibus retulit, uenturū esse prædixit, anteq̃ ueniret Messias. Luc.1. Ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Heliæ. Sicut sunt aures, ut admittat ueritatem, audiat: si quis obturarit aures suas, sibi imputet exitium suum. Eccl.3. Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. Cōtra Deuterono.29. Non dedit uobis dominus cor intelligens, & oculos uidentes, & aures quæ possint audire usque in præsentem diem.

Luc.7. *Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioānis: pharisæi autem & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsis, nō baptizati ab eo. Ait autem dominus: Cui ergo similes dicam homines generationis huius? & cui similes sunt? similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem & dicentibus: Cantauimus uobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. Venit Ioannes Baptista neq; manducans panem, neq; bibens uinum: & dicitis, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, et dicitis: Ecce homo uorax, & potator uini, publicanorum & peccatorum amicus. & iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.*

Nihil omissum est quod ad mouēdos animos omnium facit: & tamen multi tam pertinaciter īcreduli sunt, ut nec austeritate Ioannis territi, nec domini ciuilitate beneficentiaq́ deliniti, recipiāt quod tot iam seculis ex fide prophetaꝝ expectarūt. Diuersis uijs tentatum est idem à nobis, neutra profectum est apud quosdam morosos & incredulos. Veteres diuersis harmoniarum modis uarios mouebant affectus. Venit Ioannes singulari austeritate uitæ pœnitentiam prædicans, & pœnitentiæ præbens exemplum, & dicunt, dæmonium habet, tantum abest ut imitetur. Matth.11. Venit ille filius hominis, manducās & bibens, & dicunt: Ecce homo uorax & potator uini, publicanorum & peccatorum amicus. Quia manducat & bibit cum eis. Matthæi.9. Erat uere amicus peccatorum, quos uenit quærere & saluum facere. Lucæ.19. Amans naturam, non uitia. Sapien.11. Diligis enim omnia quę sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Pro quibus & animam dedit. Matth.20. Hinc sua lenitate & comitate ipsos ad pœnitentiam prouocare studuit. His rebus adeo quidam non sunt cōmoti ad resipiscētiam, ut quod factū est ad emendandos uos, uerteritis ad calumniam. Qui non commouetur austeritate, solet comitate uinci. At ista natio ad omnem occasionem fit deterior. Sic & multi omnia facta & dicta aliorum, in peiorē interpretantur partem, facientes sibi de melle uenenum: & bona quæ uolunt uel non possunt imitari, malunt detrahendo uituperare, quam humiliter uenerari. Sed quo pluribus modis prouocata est ad salutem, hoc omnibus erit euidentius, eam suapte malitia perisse, ac Dei sapientia, cuius hæc omnia consilio geruntur, iustitiæ laudem ferret apud suos filios, cū uiderint eos qui magni iustiq́ uidebantur apud hoīes, ob incredulitatē suam repulsos à regno cœlorum: contrà, peccatores & publicanos ob fidei promptitudinem admissos ad æternam salutem. Hieronymus: Sapientia non quærit uocis testimonium, sed operum. Iustificata est ergo, id est, honorata non à pharisæis, sed à filijs suis, hoc est, ijs qui susceperunt Iesum & Ioannem. Prouer.18. Non recipit stultus uerba prudentiæ, nisi dixeris ea quæ uersantur in corde suo. 1. Cor.2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, nec potest intelligere quia spiritualiter examinatur.

De conuersione peccatricis. Luca.7.

ARTICVLVS XLI.

Luc.7. G *Rogauit autem illum quidam de pharisæis ut manducaret cum illo: & ingressus domum phari sæi, discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, ut cognouit quòd Iesus accubuit in domo pharisæi, attulit alabastrũ unguenti: & stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat.*

Ecce consecutum est quiddam, in quo res ipsa poneret ob oculos, qđ docuerat de iustis repellendis & peccatoribus recipiendis. Vnde exẽplar nobis uere pœnitentis ob oculos ponitur, in peccatrice illa infami, omnibus modis exibilãda, si pharisæo credimus: sin uero Christo, ut par est, nemo ea magis idoneus ad euangelium. Rogabat illum quidam pharisæus. quod genus præ cæteris cognitione legis et sanctitatis opiniõe turgebat. Act.23.26. Nec dedignatus est Iesus, qui nulli sui negabat copiam. O qualis hospes. Sapien.7. Venerunt mihi omnia bona pariter cũ illa. Vere gratiose inuitandus, imo affectuose suscipiendus qui seipsum inuitat. Luc.19. In domo tua oportet me manere, ait Zachæo, & Apoc.3. Ego sto ad ostium & pulso: siqs audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuã, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Inducitur mulier famosa ĩ ciuitate, quæ erat peccatrix, quo animemur ad pniam. Dicitur de Maria Magdalena, quòd septem dæmonia ab ea eiecta fuerint. Marc.16. Luc.8. Nihil autem peccato fœdius. Prouerb.14. Miseros facit populos peccatũ, nihil abominabilius, quandoquidem qui peccat, nõ tam à Deo se ablegat, ꝙ gratia priuat, stercoribus ĩquinat. Iohel.1. Computruerũt iumenta in stercore suo. Vt ergo cognouit quòd clementissimus Iesus, qui nullũ repellebat ab sese, qui malis omnium omnibus promptissime mederet, illic adesset, sibi tota displicens, sed ingenti fiducia de Iesu benignitate concepta, irrupit in ędes pharisæi, ardor animi omnem pudorem excusserat, cum nõ esset ignara quanto fastu soleat pharisaicũ genus auersari peccatores, cum ipsi intus graui bus maderent uitiis. Ioã.6. Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eũ. Omnis qui audiuit à patre, & didicit, uenit ad me. Roma.10. Ergo fides ex auditu. Sed non oẽs obediunt euãgelio. Chrysostomus: Corpore infirma non erat, nec corporis gratia accessit, sed animæ directione, cum tamen plurimi hodie plus corporꝫ, ꝙ animarꝫ quærant salutem, curiosius cibum corporis in mensa, ꝙ animę in altari. Est autem alabastrũ, ut dicit Beda, gen⁹ marmoris, in quo incorrupta seruãtur unguenta. Olim qui uoluptatibus carnis seruiebant, unguentis impendio delectabantur, præsertim in conuiuiis. Quod ergo tpe uanitatis ad uoluptatem, nũc ad pietatem uertit. Et qm̃ uerecũdia est, quasi principium pniæ, retro stetit: Sic publicanus à longe stans, non audebat oculos in cœlũ leuare. Luc.18. Ecclesiast.4. Pro anima tua ne confundaris dicere uerum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Vnde semetipsam intus erubescens, sua peccata melius factis ꝙ uerbis cõfessa est, plenius Christo ꝙ sibi cognita noscens. Psal.61. Effundite corãm illo corda uestra. Sed sunt qbus frons meretricis facta est, nolẽtes erubescere. Hiere.3. Qui lætantur cũ malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Prouer.2. De quibus dominus Luc.6. Væ uobis qui ridetis nũc, qa flebitis. Omnia ergo quondam inhonestæ uoluptatis instrumenta, uertit in obsequiũ illius, qui solus est amãdus. Oculos, quos olim spectaculis et scenicis ludis inquinauerat, stibio

Alabastrũ quid.

ad

ad turpitudinem depinxerat, salubri lachrymarum, imbre expurgauit. His enim consciẽtia mundatur. Psal.118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei quia non custodierunt legem tuam. Et.6.Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratũ meum rigabo. Hiere.2.Scito & uide, quia malum & amarũ est dereliquisse te dominum, & non esse timorem eius apud te. Capillis, quos antehac consueuerat ad carnis uoluptatẽ ungere, tingere, comere, auro intexere, pedes tersit. 1.Pet.3. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti uestimentorum cultus, sed qui abscõditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Sic ore, quo uana & lasciua protulerat, Iesu pedes osculabatur. Roma.6. Sicut exhibuistis membra uestra seruire ĩmunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete mẽbra uestra seruire iustitiæ in sanctificationẽ. Membra Christi superfluis refocillanda. Matt.25. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ecclesia bonorum operum odore inflãmanda. 2.Cor.2. Christi bonus odor sumus in omni loco. Sed Romano.2. Per uos nomen Dei blasphematur inter gentes.

2 *Videns autem pharisæus, qui uocauerat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset ꝓpheta, sciret utiq;, quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori, unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisq;. Quis ergo eum plus diligit? Respõdens Simon, dixit: Aestimo, quia is cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti.*

Pharisæus hæc conspicatus, cum fauere debuerit mulieri tanto affectu se ingerẽti, tãta modestia sese deijcienti, tot iudicijs testãti uitę prioris pœnitudinem, cum amare debuerit Iesu mansuetudinem, nullum hoĩem à se repellentis, ꝓuocatur ad utriusq; calumniam. Si esset ꝓpheta qualis habetur, sciret publicam esse peccatricem, nec se tangi permitteret. Existimabat enim sanctos hoĩes pollui, si cũ peccatore, uel colloquiũ habuissent. Hic erat fastus falsæ iustitiæ, qua sibi plã cebant, Deo displicentes. Quæ.n. sancta sunt, coinquinari non possunt, nisi uitiorum contagionẽ participent. Habitauit in Sodomis Loth. Gene.19. 2.Petri.2. Aspectu & auditu iustus erat, habitans inter eos qui de die in diem aĩam iusti iniquis opibus cruciabãt. Iob frater fuit Draconum & socius Struthionum. Iob.30. Sic sancti lucent in medio nationis prauę et peruersæ, sicut luminaria in mundo, uerbũ uitæ continentes. Phil.2. Glos. Pharisæus de falsa iustitia superbus, nulla compassione motus, suæ fragilitatis oblitus, ęgrum reprehendit de ægritudine, & medicum de subuentione. Grego. necesse est cum pctõres cõspicimus, nosmetipsos prius in illorum calamitate defleamus, quia in similib⁹ aut lapsi sumus, aut labi possumus. 1.Cor.10. Qui stat, uideat ne cadat. Gal.6. Fratres, si præoccupatus fuerit quis in aliquo delicto, uos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans temetipsum, ne & tu tenteris. Grego. Vera iustitia compassionẽ habet, falsa ĩdignationem. Rñdet dominus ad cogitationem, quo se plusq; prophetam, Deum ostẽdit. 1.Reg.16. Homo uidet ea quę patent, Deus aũt intuetur cor. Hiere.7. Prauum est cor hoĩs & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dñs scrutans cor, & probãs rhenes. Familiariter ipsum uocat ex nomine, ut reddat attentũ. Ne ergo proderet impiam illius cogitationem cõ uiuis cæteris, (nam & uiris euangelicis etiam ciuilitas debet esse curæ: ya

& si proximus sit arguendus oppor tune, importune, tamen in omni patientia & doctrina. 2. Timo. 4.) ppo- suit parabolam, qua eum arrogãtem ostendit, proximum iudicãdo, & insipientem, tot charitatis & pœnitudinis indicia non cõsiderando & fidei. Obserua hic tria: Primũ, Iudicẽ ęquissimum Deum, qui corda scrutatur & facta, tuaturq́ semper suos, ac recipit ad se confugientes. Secundum, peccatricem factis animi mœrorem declarantem, quæ multa quidem debuit, sed ueniam ac condonationem uera confessio meretur. Tertium, pharisæum iustitia externa turgidũ, alienæ famæ obtrectatorem. Debuit hic multa, nempe Christo fidem, sed nõ præstitit superbia inflatus, debuit & pro peccatis pœnam, sed soluẽdo nõ erat. Omnes debitores Deo creditori, qui dona sua ad usuram nobis col locauit. Matt. 25. Sed pauca rependimus, & utinam nõ beneficia magna ingratitudine repẽsaremus. Nec etiã quisquã ex se soluendo est. Augusti. Nec antiquorũ quicunq; iustorũ præter Christi fidem, salutem potuit ue nire. Act. 4. Non. n. est in aliquo alio salus. Nemo etiam uiribus suis, Dei exclusa pietate, soluẽdo est. 2. Cor. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis tanq; ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est. Quod autem dicit, debuisse quingentos & alterum quinquaginta significat quinq; sensibus nos debita contraxisse. Matt. 6. Remitte nobis debita nostra. Donauit ergo in solidum utriq; quod debebat. Vter igitur horum uehementius amare debet creditorem tam liberalem? Quo efficacius concluderet, & Simonis arrogãtiam humiliaret, rñsum exqrit. Sic Mat. 22. Cuius est imago hæc & supscriptio? Simon non intelligens quorsum tenderet hęc parabola, simpliciter rñdit. Existimo &c. Glos. Secundum hoĩes plus fortasse offendit, q plus debuit, sed misericordia domini causa mutatur, ut amplius diligat, qui plus debuit, si gratiam consequatur. Exigit enim gratitudo, ut eum uehementius ames, à quo tot beneficijs es affect⁹. Recte iudicasti. Hoc docemur, ueritatẽ à quocunq; prolatã, non cõtemnere ex odio uel personæ paruitate.

Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculũ mihi non dedisti, hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti, hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata remittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit. Vade in pace. 3

Conuersus aũt ad mulierem animi propensione, ut mœstam erigeret: uides, inquit, hanc, quam tu peccatricem uocas, toto corporis habitu præ se ferentem pœnitẽtis imaginem? Huius peccatricis pietas lõge uincit tuã iustitiam qua tibi places. Numerat officia charitatis. Aquã pedib⁹ meis non dedisti, quod est de consuetudine hospitalitatis. Gen. 18. 19. 24. Hinc Apostolus de uidua ait. 1. Timo. 5. Si hospitio recepit, si sanctorũ pedes lauit. Hæc lachrymis. Chrysosto. Sicut ubi uehemẽs imber prorumpit, fit serenitas, sic lachrymis effusis otiũ mẽtis tranquillitas, & perit caligo reatuum, & sicut per aquam & spiritũ, ita per lachrymas & confessionẽ denuo mundamur. Et capillis, qui pręcipuum sunt ornamentum mulierũ. 1. Corin. 11 Mulier si comam nutriat, gloria est illi. Osculum in signũ charitatis. Roma. 16. Salutate inuicem in osculo sancto. Ipsa pedes plus appretiata etiam unxit. Noli ergo perpen-

dere quantum peccarit, sed considera quantū amet. Charitas.n.operit multitudinem peccatorꝫ.1.Pet.4.Grego. Quid fratres mei dilectionē esse credimus, nisi ignem? quid culpam, nisi rubiginem? Tanto ergo peccatū consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne cōcrematur. Prouer.10. Vniuersa delicta operit charitas. Quo ergo grauius peccauit, hoc sibi magis displicet, ac me cuius gratuita clemētia liberata est à peccatis, uehementius amat. Vos uobis iusti uidemini ob legis obseruationē, neq multū habere quod uobis ignoscat Deus, & ideo frigidius amatis cōdonantem. Chryso. Opus est nobis feruenti animo, qa nihil impedit hoīem fieri spūaliter magnum. Nullus ergo in peccatis constitutus desperet, nemo uirtuosus dormitet, neq cōfidat, sæpe.n.meretrix præcedit eum, neq iniustus diffidat, possibile.n.est primos superare. Matt.20. Erunt primi nouissimi, & nouissimi primi. Nihil fuerat illa confessa uerbis, sed euidentius confessa est factis, efficacius precata est lachrymis. Psal.37. Dñe, ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Hinc audire meruit: Remittūtur tibi peccata tua. Psal.31. Beati quorꝫ remissæ sunt iniqtates, & quorꝫ tecta sunt peccata. Felix absolutio, sed non sine precibus, non sine lachrymis. Duo sunt in peccato: Culpa, quæ ex Dei liberalitate remittitur, cum nullū bonum meritorium possit esse in nobis sine gratia, quam ante culpę remissionem habere non possumus. Sapien.1. In maleuolam aīam nō introibit spiritus sapientiæ. Quæ.n.societas luci ad tenebras? 2.Corin.6. Sed dimissa culpa & habita gratia, remanet pœna, ut patet Exo.32. Et.2.Regū.2. Ad cuius remissionem facit opus nostrū charitate informatū. Obserua quod non dixit, ego remitto, causa docendæ humilitatis, & uitandæ scandalizationis, nec tñ potuit. Pharisęi enim scientes scriptū. Esa.43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas, Iob.14. Quis potest facere mundū de īmundo conceptum semine, nisi tu qui solus es? intra sese cogitabāt. Quis est hic qui tantum sibi sumit, ut authoritate sua remittat etiā peccata, qđ nemo prophetarꝫ, aut patriarcharꝫ usurpauit sibi? Ne sacerdotes quidem aliud sibi uindicant, ꝙ orare pro peccatis populi. Iesus ergo cognitis illorꝫ cogitationibus, quo magis confirmaret animum mulieris, ac pro mœsta lætam domum remitteret, ait illi: Fides tua te saluam fecit. Greg. Cœlestis medicus ægrotos respuit, quos de medicamine deteriores fieri uidet. Nō dixit, ego te saluam facio, quo inuidiam illorꝫ minueret, & illud ad credēdum induceret, discentes salutem ex fide esse. Beda: Quia quod petijt se posse accipe non dubitauit, iam.n.spem ab illo acceperat à quo salutem quærebat. Ostendit ergo fidem per dilectionem operantem salutem cōferre, quę aliquid est apud Deum. Gal.5. Vnde pręmisit remissa peccata multa, quia dilexit multum, ac indicia ipsa dilectionis subiunxit. Plenitudo.n.legis est dilectio. Roma.13. Et uinculū perfectionis. Colos.3. Vade, inquit, in pace. Beda: Ne à uia iustitiæ labaris in uiam scandali. Roma.5. Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum. Nā fructus spiritus est charitas, gaudiū, pax. Gala.5. Esa.57. Non est pax impijs, dicit dominus. Ioan.16. In mundo pressuram, in me pacem habebitis. Psal.4. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras. Ipsa.n. ad æternam perducit pacem. Luc.2. Nūc dimittis seruum tuum domine, secūdum uerbū tuum in pace. Quēcūq ergo sui pigere cœpit, ad Iesum properet: in hunc effundat, qđ prius

prodigere solitus est in impias uolu ptates. Huius obsequio cõsecret oĩa membra sua, quę prius seruiebãt fœdis cupiditatibus. Sibi patitur imputari, quicquid officij impẽsum fuerit proximis etiam infimis. Iam qualis est conuiuator, talis & conuiuæ.

De occisione Ioannis: Matth. 14. Marc. 6.

ARTICVLVS XLII.

Marci. 6. C *Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, tribunis, & primis Galilææ. Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulq; recumbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod uis, & dabo tibi. Et iurauit illi, quia quicquid petieris, dabo tibi, Licet dimidium regni mei. Quæ cum exisset, dixit matri suæ: Quid petã? At illa dixit: Caput Ioannis Baptistæ.*

Cum iuxta morem ethnicorũ celebraret diem Herodes natalẽ, in quo nihil uoluptatũ genialium non adhibebatur, quem diabolus ad impium facinus idoneum adinuenit. Raro.n. conuiuijs malorũ deest impietas. Vasthi regina repudiata. Esther. 1. Ammon occisus. 2. Reg. 13. Natalitiũ diẽ celebrauit & Pharao, sed Ioseph ẽ carcere liberauit. Gene. 41. Herodes uero, cui libido dominabaẽ, iustum in carcere decollauit. Prouer. 23. Noli eẽ in conuiuijs potatorũ, nec in comesationibus eorũ qui carnes ad uescẽdũ conferunt: quia uacantes potibus, & dantes symbola, consumentur. Magis lugẽda dies. Iob. 14. Homo natus de muliere, breui uiuens tpe, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunq̃ in eodem statu permanet. Cum ergo natalitijs suis cœnam faceret primaribus, tribunis, qui millenis præfecti sunt, lasciua gesticulatione saltauit in medio ad mensam filia Herodiadis & Philippi, indecora lasciuiáq; gesticulatione ut delectaret cõuiuas. Quo.n. turpius saltauit, hoc magis placuit regi iam bis insano, ut qui præter amorem incestę mulieris, & iam uino incaluerat, & conuiuis, quo plures haberet suæ crudelitatis testes. Ait ergo regali magnificentia. Et si dimidium usq; regni mei petieris, dabo tibi. Pollicer, haud inscius quid petitura sit, cum iuramento, ut intercedente iureiurando, non posset non interficere innocentem, quasi inuitus, sed legi adactus, lege contra legem aburens. Chrysost. Tu perspice quõ totum illud satanicum erat spectaculum. Nam primum temulentia & delitijs constabat, unde nihil unq̃ probe factum est. Deinde spectatores omnes erant corrupti, & ille qui conuiuio præerat, oĩum corruptissimus. Tertio uoluptas atq; licentia omnia dicendi, audiendi atq; faciendi maxima in ipsis erat. Quarto, puella (propter quam matrimonium fieri nõ poterat) quæ abdi & occultari propter conceptum matris debebat, ingreditur, omnia palàm faciens, & oẽs meretrices uirgo impudentia superans. Tpis quoq; ipsius importunitas, scelus Herodis mirum in modũ amplificat. Nam quãdo gratias agere Deo oportebat, qui eum eo die in lucem produxit, tũc nefandissimam cædem cõmittit: quando uinctum absoluere ex gaudio debuit, tũc ad uincula iniqĩssima iussu suo mors accessit. Puella ergo ne perderet tãtam occasionẽ, & mox hac regij pectoris abuteretur libidine, quemadmodum hanc fabulam matris instinctu cœperat agere, non audet illico petere, qd uellet: sed egressa ẽ conuiuio, cõsuluit matrem. At incesta mulier nihil cũctata, neq; quicquam habẽs charius morte sanctissimi uiri, uerita ne quando Ioanni reconciliatus regis animus dirimeret incestas nuptias, suasit filiæ, neqd peteret, nisi ut absq; mora sibi dareẽ in disco caput Ioannis Baptistæ. Digno operi saltationis, dignũ sanguinis pretium. Chrysost. Audiatis hæc uirgines, quæ tripudijs cõmunẽ fœminarum

minarum sexum & saltationibus deturpare non uetemini: audiatis uiri, qui magnifica conuiuia ebrietate plena consectamini. Vbi saltus lasciuus, ibi diabolus certe adest, Esaiæ tertio: Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant, decaluabit dominus uerticem filiarum Sion, & dominus crinem earum nudabit. Dina egressa ut uideret mulieres regionis illius, per Sichem filiū Emor oppressa fuit. Quare per Symeō & Leui fratres ipsius, ipse Sichem cum tota ciuitate interfectus fuit, Gene. 34. Filij Israel immolatis dījs hostījs, sederunt manducare & bibere, & postea surrexerunt ludere, Exo. 32. quare quasi. 23. millia hominum interfecta sunt.

2 *Cumq; introisset statim cū festinatione ad regem, petiuit, dicens: Volo ut protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est rex propter iusiurandum, & propter simul discumbentes noluit eam contristare: sed misso spiculatore, præcepit afferri caput eius in disco: Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit illud matri suæ. Quo audito, discipuli eius, uenerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.*

O docilem ad flagitium, & morigeram filiam. Caput, inquit, Ioannis: Velut hunc missum pluris factura, quàm dimidium regni. Hieronymus: Dissimulat mentis suæ malitiam artifex homicida cum tristitiam in facie, & lætitiam haberet in mente. Scelus excusat iuramento, ut sub occasione pietatis impius fieret. Vultu mœrorem simulans, iurisiurandi religionem prætexit, præsertim quod tot conuiuis testibus interposuisset. Hic mihi uide præposteram regis religionem, cum sit nihil illis familiarius, quàm omnia fœderum, ac religionum uincula dirumpere, hic irreligiosa religione stultissimi iurisiurandi constrictus est. Hieronym⁹: Vult omnes sceleris sui esse consortes, ut in luxurioso impuroq; conuiuio cruentæ epulæ deferrentur. Si propter iusiurandum fecit, si patris aut matris, uel certe ipsius Herodiadis postulasset interitum, facturus fuerat an non? Nulli dubiū quin illi dare ueraciter tristis abnueret. Quod in se ergo repudiaturus erat, contemnere debuit et in propheta. Incautum Dauid rescidit iuramentum rogatu Abigail. 1. Regum. 25. Hinc dominus admonet, Matth. 5. Ego autem dico uobis non iurare omnino. Condigni inuitatore suo cōuiuę, ubi nullus inuentus est, qui innocentis prophetæ, etiam inter festa mortem uetaret, præsertim cum rex assumpta specie tristitiæ se coactum hoc facere protestaretur, essetq; opportunum quo hortatu conuiuantiū à promisso scelere reuocari deberet, si nō intellexissent illum industria hæc præstruxisse, immo etiam ipsos quoque par eiusdem sceleris amor irretiret. Non ergo mirum, si reges aliquando audent nefaria, cum tales habeant animos incestis amoribus, & crapulæ deditos, conuictores, uel timidos, uel crudelitatis fautores. Ne ergo leuis aut periurus uideretur, iussit fieri qđ optarat puella. Ad matrem omnium malorū artificem ac fontem redit fera le præmium. Chrysostomus: O cōuiuium diabolicum, ò spectaculum satanę, ò iniquum tripudium, & mercedem tripudīj multo nequiorem. Cædes enim omnium scelestissima excogitatur, & qui coronari, et laudib⁹ in cœlum usq; efferri merebatur, percussus securi iacebat. Qui dæmones deuicit, eius caput post cædem ad mensam ferebatur. Nam talis res est luxuria, quod non petulantes solum, sed etiam homicidas facit. Beda: Sed qđ est quod electos suos dñs tot passio-

nibus & mortium generib⁹ patitur consumi, nisi ut nos his perspectis, in aduersis minus doleamus, ac potius discamus omne gaudium æstimare cum in uarias tentationes inciderimus. Iac. 1. Quem enim diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit, Hebræorū. 12. Non enim erat graue talibus, tormenta pro ueritate temporalia perpeti, quæ perpetuis nouerant remuneranda gaudijs. Optabilem habebant mortem, quæ naturæ necessitate ineuitabilis imminebat, confesso Christi nomine, cum palma uitæ perēnis excipere. Hinc Philip. 1. Vobis donatum est non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Et bene, quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, Ro. 8 Cum ergo tam eximios regni cœlestis hæredes, tanta in huius exilio mortalitatis pati uiderimus, quid nobis restat agendum, nisi ut tanto magis humiliemur in conspectu pij conditoris ac redemptoris nostri, quanto nos patenter aduertimus, eos nec uitæ imitatione sequi posse, nec mortis, Iacobi. 5. Exemplum accipite fratres exitus mali, & lōganimitatis, & laboris, & patientiæ, prophetas qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Discipuli honorifice dederūt sepulturæ. Glos. ord. Ioānes apud Sebasten occisus, apud Machęrunta sepultus. Sancti patres solicitā semper de honesta sepultura habuerūt curā. Sic Abraham p̄ sepultura Sarai agrū emit ab Ephron quadringentis siclis argenti probatæ monetæ. Et confirmatus est
3 ager, & antrū quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumēti à filijs Het, Gen. 23. Illic sepelierunt ipsum filij sui Isaac & Ismael. Gen. 25. Adiurauit Iacob filium suum Ioseph, ne in Aegypto, sed in terra promissionis cum patribus suis, sepeliretur, Gen. 47. Quod Ioseph maximis fecit expensis, Gen. 50. Sic Ioseph ossa sua in exitu filiorum Israel de Aegypto, ordinauit trasferenda in terram patribus promissam, Gene. 50. Id quod fecerunt Exo. 13. Hinc Tob. 4. Cum acceperit deus animam meam, corpus meum sepeli. Cum autem mater tua compleuerit tempus uitæ suæ, sepelies eam circa me, Ecci. 38. Fili, in mortuum produc lachrymas: & quasi dira passus, incipe plorare: & secundū iudicium contege corpus illius, et ne despicias sepulturam illius, Actu. 8. Curauerunt Stephanum uiri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum De domino prædixit Esa. 11 In illa die radix Iesse qui stat in signū populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum. Hoc claret Ioan. 19. cum Ioseph & Nicodemus more Iudæorū dominum sepelierunt.

Et uenientes nunciauerunt Iesu. Quod cū audisset Iesus, secessit inde in locum desertum. Mat. 14

Tam immane facinus renuntiantibus discipulis, secessit, speciem quidē præbens humani timoris reuera docens nos, aliquando principum furori cedendum esse, ne benefactis irritati, & lædant innoxios, & ipsi reddantur sceleratiores. Vitare enim licet impios ad facinus paratos, quo prodesse liceat bonis. Sed & nec omnes eadem constantia perseuerant in tormētis, qua se torquendos offerūt, quare non temere se offerendū tormentis. Hinc Mat. 10. Cum persequētur uos in ciuitate ista, fugite in aliam.

De probatica piscina, par. 1. Ar 9 p
De opinione Herodis de Christo, Matt. 14 Marc. 6. Luce. 9.

ARTICVLVS XLIII.

In illo tempore, audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis: Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo uirtutes operantur in eo. Mat 14 D

Luc. 9 *Audiuit autem & Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant, et hæsitabat, eo quod diceretur à quibusdam, quia Ioannes surrexit à mortuis, à quibusdam uero quia Helias apparuit, ab alijs autem quia propheta unus de antiquis surrexit. Et ait Herodes, Ioannem ego decollaui. Quis est autem ille de quo ego talia audio? & quærebat uidere eum.*

Herodes Antipas, tetrarcha Galilææ, filius eius qui pueros Bethleemiticos trucidauit, uarios hominum rumores de Iesu irridens, ait: Ioannem ego decollaui, & quomodo uos arbitramini ipsum uiuere, & miraculis pollere? Cum autem Iesu miracula essent tam crebra, tamque euidentia, ut nemo posset causari commentitia: tam salutifera, ut nullus calumniari posset ea per malos dæmones geri, dixit suis, Hic de quo tam mira narrant, non est Iesus, qui iampridem pe rijt interfectus à patre in turba puerorum Bethleemiticorum, sed est Ioannes qui surrexit à mortuis: & ideo iam factus diuinior clarescit miraculis. Quia enim in uita signum nullũ fecerat, Ioan. 10. Putauit per resurrectionem eum hoc donum à deo accepisse, ut miracula faceret. Omnium enim opinio futura resurrectionem credentium, fuit, hominem resurgere excellentioris uirtutis quàm antea, ut semen iactum in terra, maiores & fructus, & ramos producit. 1. Corin. 15. Seminatur in ĩfirmitate, surget in uirtute: seminatũ corpus animale, surget corpus spiritale. Tu hic aduerte, quòd ingentes habet uirtus uires. Nam hic Herodes adeo Ioãnem exhorruit, ut à nimia formidine, uel de resurrectione philosopharetur. Chrysostomus: Peccatores scientes nescientesque, quẽcunque strepitum pertimescunt, peccatum enim, nemine arguente, hominẽ prodit, nemine accusante condemnat, ac pigrum, & timidum reddit delinquentem, Sapiẽtiæ. 17. Frequenter enim præ occupant pessima, redarguente conscientia. Cum enim sit timida nequitia, data est in omnium condemnationem. Semper enim præsumit sæua perturbata conscientia. Hic iam intellige, quàm sint præpostera impiorũ iudicia. Ioannem qui nullis inclaruerat miraculis, credunt reuixisse: Iesum, cuius tot modis diuina uirtus declarata est, ptinacissime negãt reuixisse. Quin etiam regũ impiorum stoliditatem cõsidera: fatetur Herodes Ioannem reuixisse, fatetur illũ nunc demum plus ualere, quàm ualuerat uiuus: & tamen propemodum iactat quod illum occiderit. Proinde quærebat occasionem uidẽdi illum, non ut melior fieret, sed ut suæ satisfaceret curiositati: aut si uideretur, idẽ huic faceret quod fecerat Ioãni, Iesus autem cum hæc non ignoraret, non fecit illi sui copiam.

De reditu apostolorum, Luc. 9. Mar. 6.

ARTICVLVS. XLIIII.

Et reuersi apostoli, narrauerunt illi quæcunque fecerant.

Mar. 6. Et conuenientes ad Iesum, renunciauerunt ei omnia quæ egerãt & docuerant. & ait illis: Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui ueniebãt & redibant multi, & nec spatiũ manducandi habebant, Marc. 6. Luca. 9 E

Et assumptis illis, secessit seorsum in locum desertum qui est Bethsaida.

Redeũt peracta legatione, & simul sese congregant ad Iesum totius negocij caput. Ab eo mãdatis acceptis discesserant concorditer, ut in unius nomine agerent pariter, quicquid agerent: ad eundem redeunt concorditer, cupientes approbari quod gestum erat. Exponunt itaque totius legationis historiam, magna alacritate commemorantes singula, & quã res ex animi sentẽtia successisset. Dominus autem comprobata illorum syncera fide, sed coercita gloria, abduxit illos, in locum solitarium.

Quiescere facit eos, ut sciant prælati, laborantes in uerbo & doctrina dignos quibus detur sua quies, & non semper intendant laboribus.

De refectione turbæ, Matt.14. Mar.6. Lu.9

ARTICVLVS. XLV.

Ioan.6 *Post hæc abijt Iesus trans mare Galilææ, quod* F *est Tiberiadis. Et sequebatur eum multitudo magna, quia uidebant signa magna super his qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximũ pascha dies festus Iudæorum.*

Omnipotentiam suam dominus magnifice demonstrauit, doctrinã suam supernaturalẽ confirmando. Qui enim à communi hominum opinione aliena asseuerare uolunt, sua dicta signis quibusdam insolitis necessum est obfirment, modo suæ doctrinæ fidem haberi uelint. Marc.6. Et ascendentes in nauim, abierunt in desertũ locum seorsum, et uiderunt eos abeũtes, & cognouerunt multi. & pedestres de ciuitatibus cucurrerũt illuc, & præuenerunt eos. Redit Iesus ultra lacum, more Hebræorum mare dictũ. Gene.1. Congregationesq́ aquarum appellauit maria. qui ob ciuitatem Tiberiadẽ, in honore Tiberij sic dictam, Tiberiadis dicitur, in prouincia Galilææ. atq; huc proficiscentem secuta est ingens hominum multitudo, partim allecta multitudine miraculorum, quia uiderant eum insolita uirtute tollẽtem morbos hominum, partim ut ab eo sanarentur qui morbis immedicabilibus tenebãtur, partim illius inhiantes doctrinæ. Subijt in montem, uolens mystica quædam discipulis cõmunicare, id quod semper solebat facere: quia opus est ut ab omni tumultu liberetur, locumq́ quærat securum, & ab omni strepitu purum, siquis talia uelit loqui. Beda: Non simpliciter sedebat cum discipulis suis, sed diligenter loquens eis & instruens, ad seipsum conuertit. Miraculum editurus, ascendit in montem: nam quemadmodum à magnitudine pulchritudineq́ creaturarum creator laudatur & cognoscitur deus, Sap.13. sic à signis, deitatis potestas percipitur, & sequentium fides iure laudatur. Obserua quod festum fuerit Iudæorum, non Christi. Esa 1. Neomeniam & sabbatum & festiuitates alias non feram. iniqui sunt cœtus uestri. Calendas uestras, & solennitates uestras odiuit anima mea. facta sunt mihi molesta. Amos.5. Odi & proieci festiuitates uestras, & non capiam odorem cœtuum uestrorũ. Quid de nostris dicturus est festis? Marc.6. Et exiens, uidit turbam multam Iesus, & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cœpit eos docere multa. Lucæ. 9. Et excepit eos, & loquebatur illis de regno dei: & eos qui cura indigebant, sanabat. Pharisæi cum essent pestilentes & rapaces, non pascebant populum, sed deuorabant: propterea derelictis illis, ad Christum uerum pastorem turbæ congregantur. unde & ipse alimoniam eis suppeditat, & primum huberiorem et honestiorem, nempe uerbum dei, deinde & corporalem. Ezechiæ.34. Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos. Ecce ego ipse super pastores requiram gregem meũ de manu eorum, & cessare faciam ut non pascãt ultra gregem meum, nec pascant amplius semetipsos: ecce ego ipse requiram oues meas, & uisitabo eas, & pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terræ. Marc. 6. Et cum iam hora multa fieret. Lucæ. 9. Dies autem cœperat declinare. Matth.14. Vespere autem facto, accesserũt ad eum discipuli eius dicentes. Marc.6. Desertus est locus hic, & iam hora præterijt. dimitte illos, ut euntes in proximas uillas & uicos, emant sibi cibos quos manducent. Mat.14. Iesus autem

autem dixit eis: Non habent necesse ire, date uos illis manducare. Mar. 6. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare. Discipuli necdum perfecte sentientes de Iesu, (sic enim uisum est sapientiæ diuinæ, paulatim illos ad perfectionem fingere, quo firmior esset rerum gestarum fides, simulque ipsos doceret, quibus rationibus aliorum infirmitati mederentur) admonet præceptorem instare noctẽ. Iesus autem, ut ostenderet non defuturum cibum his, qui toto pectore uacarent euãgelicæ doctrinæ, simulque hoc agens, ut euidens esset miraculũ quod decreuerat edere, dixit non esse necesse.

Ioan. 6 *Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & uidisset*
2 *quia multitudo maxima uenit ad eum, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes ut mãducent hi? hoc autem dicebat, tentans eum. ipse enim sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes nõ sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis eius, Andreas frater Simõis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos?*

Beda: Quod subleuasse oculos Iesus, & uenientem ad se multitudinẽ uidisse perhibetur, diuinæ pietatis indicium est: quia cunctis ad se uenire cupientibus, gratia misericordiæ cœlestis occurrere consueuit: & ne quærendo errare possint, lucem sui spiritus aperire. Vbi ergo turbam doctrina pauit mente, mox cibo pauit corporali corpore. ostendens se esse qui dat escam omni carni, & spiritui & menti. Obserua quoniam oculi domini acutissimi sunt perspiciendo. Prou. 15. In omni loco oculi domini contẽplantur bonos & malos. Heb. 4. Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Benignissimi in miserando. Psal. 118. Aspice in me & miserere mei. 33. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Amorosissimi in attrahendo. Matth. 9. Vidit hominem sedentem in telonio, & ait illi: Sequere me. Et surgẽs, secutus est eum. Sic Petrus & Andreas, Ioãnes & Iacobus, Mat. 4. Terribilissimi in discutiendo. Deu. 32. Vidit dominus & ad iracundiam prouocatus est.

Oculi domini quales.

Marc. 6. Et dixit eis: Quot panes habetis? ite & uidete. Et cum cognouissent, dicunt: Quinque & duos pisces. Sic præparat animos discipulorum suorum ad certi miraculi fidem, ut primum uelit eis notam & animaduersam esse cibariorum penuriam, ac multitudinem quæ subiecta erat oculis, esse copiosam, & panes quos ipsi porrigerẽt suis manibus Iesu, ac populo distribuerẽt, esse perpaucos, postremo cophinos, quos ijdem è cõuiuij reliquijs collegerãt, esse multos ac plenos, nequid uel non intelligerent, uel non animaduerterent, uel post non meminissent. Nouerat enim rudes suorum adhuc & obliuiosos animos. Claret quod non soliciti fuerint discipuli Iesum sequentes de cõmeatu, quamque plebeio uilique cibo contẽti fuerint. Chrysost. Discamus nos qui uoluptati attendimus, quid comederint uiri isti uenerabiles, apostoli dominum sequẽtes, cum suo magistro. Cõfundimur utique intra nos, uidẽtes regem nostrum in tanta penuria, & paupertate. Est tentatio multiplex. Quædam ad malũ irritans, sic tentat diabolus & caro. Iac. 1. Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deus aũt intentator malorũ est. Ipse enim neminẽ tentat. Alia probans, & hoc tripliciter: Aut ut tentatus innotescat tentãti, nec sic deus tentat, sed homo: Aut alteri, sic deus tentauit Abraham Gene. 22. & Tob. 12. Quia acceptus eras deo, necesse erat ut tentatio probaret te. & 2. Hanc autem tentationem ideo permisit illi dominus euenire, ut posteris daretur exemplum patientiæ

Tentatio quotuplex

eius,sicut & sancti Iob. Aut sibĳpsi. Deut.8.Et reordaberis cũcti itineris, per quod adduxit te dñs deus tuus quadraginta annis,per desertum, ut affligeret te atq; tentaret,& nota fierent quæ in tuo animo uersabantur, utrum custodires mandata illius an non.Sic tentauit Philippum. Beda: Tentat Philippum,ut tarditatem suę fidei, quam magistro sciente ipse nesciebat,tentatus cognoscat, & facto miraculo castiget. Viderat enim miraculum conuersionis aquæ in uinum:sed magis expendit, quàm exiguum esset ipsis pecuniæ subsidium: ad hæc,quàm ingens hominum multitudo:quare respondit,ducentorum denariorum panes non posse sufficere,non ad saturandos istos, qui iam longa inedia famelici erãt, sed ut uel paululum gustantes, famis periculũ effugerent.Sic solet humana ratio solum carnalia spectare,nec longius q̃ ad præsentia prospicere,quæ nisi adsint,iam desperat, nescia quò se uertat.Contra solet fides. Hæc in spem contra spem credit,Ro.4. Philippus igitur in numos,non in dei uerbum respexit,quo ait Matth. 6. Quærite primum regnũ dei & iustitiam eius, & hæc omnia adĳciẽtur uobis. Hinc Mosi ait dominus Nume.11. Nunqd manus dñi inualida est? Nunc uidebis utrum sermo meus opere cõpleatur.&.20.Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me corã filĳs Israel, non introducetis hos populos in terram,quã dabo eis.Non ergo ignorãs quæsiuit,sed ut cognito defectu,appareat illum non inanis gloriæ studio,sed necessitate ad operandum miraculum procedere.Eodem ferè morbo quo Philippus,tenebatur & Andreas, nec enim oĩno diffidebat panes posse crescere,sed ad moderatam portionem,quemadmodum sub Heliseo.20. panes in.100.homines diuisi fuerunt,4.Reg.4.quare quinq; panes ad sufficientiam multiplicari tãtæ multitudinis, impossibile iudicauit.Non sic Dauid Psalm.36. Iunior fui,etenim senui,nec uidi iustum derelictum,nec semen eius quærens panem.& Iob.13.Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.

Dixit ergo Iesus:Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerũt ergo uiri numero quasi quinq; millia. Accepit ergo Iesus panes:et cũ gratias egisset,distribuit discumbentibus.Similiter & ex piscibus quãtũ uolebat. Vt autem impleti sunt,dixit discipulis suis:Colligite quæ superauerunt fragmenta,ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus hordeaceis, & duobus piscibus,quæ superfuerunt his qui manducauerant. Ioan.6

3 Chrysostomus: Considera quonam pacto ex omnibus mentes erigit, & differentiam demonstrat. Siquidem non uilis panibus, Marc.6. Præcepit illis ut accumbere facerent omnes secundum cõtubernia super uiride fœnum.Et discubuerũt in partes per centenos & quinquagenos. Vt intelligas quę non sunt,tanquam ea quę sunt,ei subdita esse.Ro.4.Qui uocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.Matth. 14. Qui ait eis:Afferte illos mihi huc.Paruerũt apostoli dño,populus paruit apostolis.tanta erat fiducia in pastore Iesu.Neque enim respõderunt:nos igitur enecas, si hoc pusillum quod habemus, das istis:sed attulerunt uniuersum commeatum.Luc.9.Acceptis autẽ quinque panibus & duobus piscibus,respexit in cœlum,& benedixit illis,& fregit,& distribuit discipulis suis,ut ponerent ante turbas. Matt.14.Et dedit discipulis panes, discipuli autem turbis,& manducauerunt omnes,& saturati sũt.Primo ergo sustulit oculos in cœlum,indicans à patre cœlesti proficisci quicquid opus est humanis usibus:gratias agẽs,quo ostẽdit ante cibum gratias deo agere Se-

cundo,benedixit. Grego. Benedictio dei aliud nihil est,nisi donorum diuinorum collatio,et eorum multiplicatio. Vnde in principio mundi creaturis benedixit,conferens eis naturalē uirtutem. & quia panum multiplicatio supernaturalis fuit,ideo singulari benedictione indiguit. Quia ergo diabolus nobis ꝑ ea quæ ad usum sunt, nocere studet,ut dicit Chrysost.ideo per orationem cibus benedicendus. 1.Timo.4. Omnis creatura dei bona est,& nihil reijciendum,quod cū gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim ꝑ uerbum & orationem. 1. Co.10. Siue ergo manducatis, siue bibitis,uel aliud quid facitis,omnia in gloriā dei facite. Coloss.3. Omne qđcunqꝫ facitis in uerbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu facite,gratias agentes. Tertio fregit & distribuit. Nam inter distribuētis manus, ipsius arbitratu crescebat, quantum sciebat omnibus saturandis suffecturum,etiam usqꝫ ad largā redundantiam,quo certior esset miraculi fides. Ipse enim satiat animā inanem, & animam esurientem implet bonis, Psal.106. Quemadmodum in nuptijs uinū fuit optimum, Ioā.2. sic cibus hic sapidissimus. Nec mirum, cum de manna dicatur Sap.16. Paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentū in se habentē,& omnis saporis suauitatē. Comederunt ergo omnes, nō ad luxū,sed ad saturitatē. Docuit ergo & nos,nō oportere parcam in pauperes esse beneficentiā. Prou.3. Honora dominū de tua substantia, & de primitijs omniū frugum tuarum da pauperibus,& implebuntur horrea tua saturitate,& uino torcularia redundabunt. &.11. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt:alij rapiunt non sua,& semper in egestate sunt. Alio quoque argumēto dn̄s procurauit certitudinē facti, nequis præstigium aut imaginationē esse causetur,iubēs colligi fragmenta. Chrysost. Non quidem ostentatio superflua fuit,sed ne putaretur phantasma quod factū erat,ꝓpter quod & ex subiecta materia miraculum fecit. Ego aūt nō solum miror multiplicationē panū,sed & certitudinem superfluoꝝ cophinorum, qui nec plus nec minus fecit esse superfluum,sed tantum quantum uolebat secundum numerum apostoloꝝ, ne & Iudas expers relinquatur, sed haberet etiā hoc miraculum, quod sibi deum monstret esse magistrū suū, ac inde utilitatem capiat,quāuis ipse ob suam malitiā in condemnationē uerterit. Nostra etiam hic negligētia redarguitur,qui per socordiam multa negligimus,multo labore parta, cum non minor sit uirtus quærere,ꝙ parta tueri. Docuit ergo exemplo, alimentoꝝ reliquias prudenter seruari, & utiliter expendi. Mat.14. Manducātium aūt fuit numerus quinqꝫ millia uirorum,exceptis mulieribus & paruulis. Virtutis magnitudo indicatur. Moses māna populum pascebat, sed pro singulorum usu dabatur. nā quod supererat,uermibus consumebatur. Exod.16. Helias uiduam pascens, suppeditabat quantum satis erat,3.Reg.17. Iesus autem ut dominus,residua facit. Beda: Qui signa ac mirabilia domini saluatoris nostri recte,cū legunt uel audiunt,accipiūt: non tam in his quid foris stupeant, attendunt,ꝙ quid hoꝝ exēplo intus agere,quid inde mysticum perpendere debeant,inspiciunt. Appropinquāte festo,dn̄s multitudinem sequentē uerbo salutis pariter & opere curationis erigebat. Pascha autē transitus dicitur:quo daī intelligi, ꝙ quoscunque dn̄s interna munerū suoꝝ suauitate recuperat,ad salubrem profecto transitū præparat,ut carnis uidelicet concupiscentias, mentis sublimitate transcendāt,infirma mūdi desideria, *Pascha quid.*

prospera pariter, & aduersa cœlesti spe & amore conculcent: & si necdũ anima uel carne ad superna ualeant pertingere, quia hoc nimirum in futuro promittitur, quicquid tamẽ carnale quasi altũ cõplecti conspiciunt, comparatione æternorũ quasi nihilũ despiciunt. 1. Io. 2. Nolite diligere mũdum, neq; ea quæ in mũdo sunt. Eos siquidem satiat, qui se in desertum secuti, uerbum salutis audierant, non qui in ciuitatibus, id est, mundi luxu gaudebãt. Oculi enim eius in pauperem respiciunt, Psal. 10. Oculos uero superborum humiliabit, Psa. 17. Mũdani enim siliquis pascuntur porcorũ, Luc. 15. Filij Israel non fuerunt pasti manna quandiu fuerunt in Aegypto, nec quandiu farinam habuerũt Aegypti secum, nec mare transierũt. Super fœnum discumbere, est carnales uoluptates frenare. Gene. 2. Formauit igitur dominus deus hominẽ de limo terræ. Esa. 40. Vox dicentis, Clama. Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, & flos eius decidit. Hinc Ecci. 10. Quid superbis terra & cinis? Cibat pane corporali. Gene. 3. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Psal. 144. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Lachrymarum, Psalm. 79. Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura. Psal. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Psalm. 118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Sed domino frangente dulcescunt. Psal. 93. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Verbi diuini, Mat. 4. Nõ in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Psal. 118. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Ecci. 15. Cibabit illum pane uitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum. Corporis dominici, Ioan. 6. Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Hordeaceus malis, Ioan. 6. Durus est hic sermo, quis potest eum audire? 1. Cor. 11. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Cœlesti, qui totus dulcis. Luc. 14. Beatus qui manducabit panem in regno dei. Luc. 22. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super mensam meã in regno meo. Secundum Bedam, quinq; panes, libri quinq; sunt Mosi, hordeacei propter austeriora legis edicta, & tegmina literæ, quibus interior sensus erat abditus: quem nemo nisi Christus, cæteriq; apostoli ab ipso illuminati, aperuerunt. Adduntur duo pisces, psalmi & prophetæ, quibus propius acceditur ad diuinitatis mysteria & humanitatis Christi, qui cibus animæ est. Sunt & duo pisces, piscatorũ libri: quia prędicatio Christi quæ per apostolos effulsit, euangelica & apostolica scriptura resplẽdet. Ita Saluator disciplina legis spiritalis, & noui testamenti mirabili doctrina, fidelium animas ad uitam alit æternam. Iubentur autem populis apponere. Cooperatores enim sumus dei, 1. Corinth. 3. Qui nos fecit idoneos ministros noui testamenti, ait Paulus, 2. Corinth. 3. Apostoli enim legis uelamen, & prophetarum abdita nobis referarunt. Deinde, & duodecim fidei articulos ex omnibus diuinis eloquijs, quasi catalogum quendam descripserunt, quo totus orbis terrarum cognoscit, colit, & ueneratur deum. Quibus succedunt pastores. Ephe. 4. Et ipse dedit quosdam quidẽ apostolos, quos-

Pane quo triplici cibemur.

dam autem pphetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores ad cõsummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. 1. Pet. 5. Pascite qui in uobis est gregẽ domini. Id autem maxime in nobis cauendum, ne diuina in nobis uerba pereant, ne dominicę passionis fragmenta intereãt. Fide colliguntur fragmẽta hæc, amoris q; affectu possidentur.

Illi ergo homines cum uidissent quod fecerat Iesus signum, dicebant: Quia hic est uere propheta, qui uenturus est in mundum.

Chrysost. Vide gulam uulgi: cum mirabiliora faceret, non admirabantur: & ecce propter cibum dicũt, Hic est uere propheta ille iandiu expectatus, qui uenturus erat in mundum. Deuter. 18. Prophetam de gẽte tua & de fratribus tuis suscitabit tibi dominus, ipsum sicut me audies. Ioan. 17. De turba autem multi crediderũt in eum, & dicebant: Christus cum uenerit, nunquid plura signa faciet quàm hic facit? Beda: Recte dicebant dominum prophetam magnum, magnũ salutis præconem in mundum futurũ. Ipse. n. se prophetã nominat. Luc. 13. Non capit prophetã perire extra Hierusalem. Qui diuinitate nobiscũ est usq; ad consummationem seculi, in qua uenturus per humanitatem, redditurus unicuiq; secundũ opera sua. Augustinus: Sic propheta dominus, ut dominus prophetarum: sicut angelus, domin⁹ angelorum. Magnificabãt ergo Christum, gratias agentes Deo. Ioan. 6. Nihil. n. dignum Deo pro immensis tribuere possumus beneficijs, nisi gratias agendo laudare, id quod à nobis requirit, nõ ob suum, sed nostrum profectum. Primo, qa bonorum nostrorum non eget. Psal. 15. Secũdo, qa omnia nostra, ipsius sunt dona. 1. Paral. 29. Tua domine sunt oĩa, & quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi. Tertio, quia nostram excedunt facultatem. Psal. 115. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.

Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, ut præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam, cum ipse dimitteret populum Et cum dimisisset eos, abijt in montem orare. Iesus autem cum cognouisset quia uenturi essent ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus Vespere autem facto, solus erat ibi. Marci. 6. Ioan. 6. Matth. 14.

His rebus peractis, Iesus docere cupiens, ubi satisfactum est necessitati uentris, nõ ad lasciuiam uel somnũ, sed ad precationem esse fugiendum, precationi uero solitudinem competere: compulit suos abire ad lacũ, & priores trãsmittere, se dimissa turba secuturum. Hiero. Quo sermone ostẽditur, eos inuitos à domino recessisse, dũ amore præceptoris, ne punctũ quidem tpis ab eo uolũt separari, ne illo absente naufragia sustinerẽt. Docuit eos orare. Nocte orãdum, et seorsum orãdũ, qa preces quiete et tranqlitate opus habẽt. Oportet. n. sine distractione orare. Orat solus patrẽ: id ad naturã humanã referas: nã opa ei⁹ inter Deum & hominem diuisa sunt. Subduxit autem sese solus clanculũ, sic, ut non sentiretur aufugisse. Ad regnum uocantibus furtim subduxit sese, ad crucem rapientibus ultro occurrit. Ioan. 18. euidẽs exemplar exhibẽs his qui uices ipsius essent gesturi. Vidẽtes. n. ipsum pium, liberalem & compassiuũ, secundo in omnibus sapiẽtem, tertio potentem etiã supra naturam, dignum arbitrati sunt regẽ ipsum fore, inuitis etiam qbuscunq;. Ipse uero re ipsa docet nos, parua esse quæ maxima putantur in hoc mundo. Quærentibus gloriam in cœlis, mundi gloria fugienda est. Humilitatis ergo decor amplectendus. Phil. 2. Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu. Reges gentium dominantur eorum. Luc. 22. Matt. 20. Gene. 10.

Ipse cœpit esse potẽs in terra. (scilicet Nemroth.) Ab hoc exiuit prouerbiũ, Quasi Nemroth robustus uenator coràm domino. Fuit aũt principium regni eius Babylon. Osee. 4. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes extiterunt, & non cognouit. Iob. 34. Qui regnare facit hypocritam ꝓpter peccata populi. Hinc Psal. 78. Effunde iram tuam in regna quæ te nõ nouerunt. Eccl. 10. Sedes ducum superboꝝ destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbaꝝ arefecit Deus, & plãtauit humiles ex ipsis gentibus. Regnum à regno transfertur ꝓpter iniustitias, & iniurias, & contumelias, ac diuersos dolos. Christus autem rex humilis nũc, olim erectus & magnus. Psal. 71. Deus, iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Zacha. 9 Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator, ipse pauper. Sed Hierem̃. 23. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Lucę. 1. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Apoc. 19. Et habet in uestimẽto suo, et in femore suo scriptum Rex regum & dñs dominantium.

De ambulatione Christi supra mare.
Matth 14. Marci. 6. Luca 6.

ARTICVLVS XLVI.

Mar. 6. H *Cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et uidens eos laborantes in remigando, erat enim uentus contrarius eis. Et circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos ambulans supra mare, & uolebat præterire eos. At illi ut uiderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt. Omnes enim uidebant eum, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit eis: Confidite, ego sum, nolite timere.*

Vbi non est Iesus, nox est, periculum est, turbatio est. Glos. ord. Vespere fluctuat nauis, dum sol iustitiæ occidit. Voluit aũt absentia sua magis accendere desiderium suoꝝ, atq; interim maiori miraculo parabatur argumentum. Abest ille nonnunq̃, sed non destituit suos in finem. Ad tempus uidetur interdum destituere, ut exerceat rebus aduersis, ut instituat ad firmã de se fiduciam. Circa quartam uigiliã noctis, hoc est, sub diluculum uenit. Hierony. Quo ostendit tota nocte periclitatos, & extremo noctis atq; in consummatione mundi, eis auxilium præbituꝝ. Ista tria aggrauabãt periculum, quia nox, quia in medio maris, & quia iactabaẽ magnis fluctibus. Matt. 14. Nauicula autem in medio mari iactabaẽ magnis fluctibus. Viderũt ambulantẽ perinde quasi solidam terram calcaret, ut se non terræ solum, sed omnium elementoꝝ dominum declararet: ac prę se ferebat, ac si uellet eos ꝑterire. Sic enim patitur aliqñ suos hęrere in malis, quasi negligat, cum nunq̃ deponat curam illoꝝ. Sic post resurrectionem finxit se lõgius ire. Luc. 24. quo imperfectionem fidei suoꝝ ostẽderet, & desiderium magis accẽderet. Matthę. 14. Vidẽtes eum supra mare ambulantem, turbati sunt, dicẽtes: quia phantasma est. & præ timore clamauerunt. Nam ꝓpter noctem & timorem, ipsum non cognoscebãt, ideo uelut impotentes facti, quia spectrum credebãt, exclamauerunt. Ille autem non passus diutius suos exanimari metu, protinus uoce nota compellebat eos, significans nullam quãlibet atrocem mundi tempestatem, formidabilem esse his, quibus adest dominus. Vbiq; ergo exigit fidẽ. Ego sum, non spectrum. Ad hanc uocem illico redditus est illis animus. At Petrus qui semp singulari amore flagrabat ad Iesum, nihil omnino credens difficile quod ille iuberet, dixit Matt. 14. Domine, si tu es, iube me ad te ueni-

2 ee sup aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat supra aquam, ut ueniret ad Iesum. Videns uero uentum ualidum, timuit: & cum cœpisset mergi, clamauit, dicēs: Domine saluum me fac. & continuo Iesus extendens manū suā, apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? Non dixit, iube me ire super aquas, sed uenire ad te. Nam illud ostentationis est, hoc autem amoris ad Christum. Hierony. In omnibus locis ardentissimæ fidei inuenitur Petrus: qua ipsum confitetur filium Dei. Matth. 16. eadem uadit ad ipsum. Ardebat. n. fides, sed humana fragilitas titubabat. paululum autem relinquitur tētationi, ut fides augeatur, & intelligat se non facilitate postulationis, sed potentia domini cōseruatum. Chrysosto. Non potuit alios expectare, sed feruore uictus, alios præcurrit, nō charitatem suam solum, sed & fidem ostēdens, qa non credebat solum Christum supra mare ambulare, uerū etiam aliis id posse cōcedere, ausus est id petere, ut cum eo citius eē possit. Vnde ait: Iube me uenire: non, ora ut ueniam. Ob imbecillitatem uero fidei fluctuat. Naturę enim humanæ hæc est cōditio, ut difficilioribus nonnunq̃ superatis, fluctuet ac succumbat minorib⁹: quod Helias, Moses ac Dauid passi sunt. Ad magnitudinem miraculi confert, q̃ non supra tranquillum, sed turbulentum mare ambulauerit. Non suffi cit autem habere fidem uehemētem, ac temporariam, sed oportet habere perpetuam ac constantem, neq̃ despicere quātum sit periculi, aut quid nostræ possint uires, sed quid ipse fidenti possit præstare. Hierony. Quid nobis dicendum, qui huius fidei modicæ ne minimam quidem habemus portiunculam?

3 *Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit uentus, & plus magis intra se stupebant.*

Beda: Stupebant quidem carnales adhuc discipuli uirtutū magnitudinem, necdum tamen in eo ueritatē diuinæ maiestatis cognoscere ualebāt.

Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum.

Matth. 14. Qui autem in nauicula erant, uenerunt ad eum, dicentes: Vere filius Dei es. Conspecto. n. tam admirabili signo, sentiebāt in illo quiddā homine maius esse. Sic electis suis subuenit, quos licet ad tempus sinat aduersitatibus agitari, tñ cum p̄spicit, quod mox perituri sint, nisi ipse succurrat, man⁹ porrigit adiutrices. Psal. 22. Nam et si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Esa. 43. Noli timere, quia redemi te, & uocaui te nomine tuo, meus es tu. Cum p̄transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te: quia ego dominus Deus tuus, sanctus Israel, saluator tuus. Hinc Psal. 36. Cū ceciderit, non collidetur: quia dominus supponit manum suam. Psal. 117. Impulsus uersus sum ut caderem, & dominus suscepit me. Cæterū ut dominus demōstraret suis, uirtute diuina geri totum quod gerebatur, nec eam tempestatem casu fuisse sedatam. Ioā. 6. statim nauis fuit ad terram, in quā ibāt, quę paulo ante hinc atq̃ inde procul aberat à littore.

Et cum transfretasset, uenerunt in terram Genesareth, & applicuerunt. Cūq; egressi fuissent de naui, statim cognouerunt eū, et percurrentes uniuersam regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui male habebant, transferre, ubi eum audiebāt esse. Et quocunq; introibat in uicos, uel in uillas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos: & deprecabantur eum, ut uel fimbriam uestimenti eius tangerent: et quotquot tangebant eū, salui fiebāt.

Iam enim ex superioribus miraculis fides illorũ sumpserat īcremētū: quare postq̃ agnouerunt eum prius

uisum, miserũt qui per uniuersam illam regionem diuulgarent adesse Iesum. Obseruabatur.n.à multis, quocunq; se conferret: & aderat semp importuna, turba, magis solicita de tollendis morbis corpoꝝ q̃ animoꝝ.

De prædicatione Eucharistiæ par.2.art.12.V. De missione discipulorum. Luc.10.

ARTICVLVS XLVII

Luc.10. I *Post hæc autem designauit dominus, & alios septuagintaduos, & misit illos binos ante faciem suam, in omnem ciuitatem et locum quò erat ipse uenturus, & dicebat illis: Messis quidem multa, operarij autem pauci Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suã. Ite, ecce ego mitto uos, sicut agnos inter lupos.*

Ostendit quanta diligentia euãgelicum semen spargendum sit & suscipiendum. Hinc enim præter apostolos è numero discipuloꝝ, & alios septuaginta designauit, qui sua prædicatione præpararent animos audientium in aduentum domini, quemadmodum ante duodecim selegerat apostolos. In cuius figura, filij israel uenerunt in Elim, ubi fuerunt duodecim fontes & septuaginta palmæ. Binos misit in mutuę charitatis cõmendationem. Ioan.15. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicẽ. Mutuã consolationem. Eccles.4. Melius est duos esse simul q̃ unum. Habent enim emolumentũ societatis. Si unus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem. Prouer.18. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. Veritatis confirmationem. Deterono.17. Matth.18. In ore duoꝝ uel trium testium stat omne uerbum. Et qa duos populos in unum ouile congregaturi erant. Semper dominus sicut in primo aduentu, & in secũdo ad iudiciũ, sic & ad cor hoĩs ueniens, præmittit sibi uiam præparantes. Hinc de Ioanne Luc.1. Præibis ante faciem domini parare uias eius. Instruxit autẽ ad munus euangelicę p̃dicationis, quẽadmodum prius instruxerat Apostolos duodecim, reddens causam quare auxisset numerum. Late spargitur euangelij rumor, & plures accenduntur auiditate doctrinæ cœlestis, aptĩ congregari in horreum Christi ecclesiam militantem per fidem & spem, ac post in triumphantem per gloriæ susceptionem. Nec in uno tantũ agro circũcisionis, sed & in omni regione pręputij. Ioã.4. Videte regiones, quoniam iam albæ sunt ad messem. Sed qui syncere doceant & uerbo & exẽplo, pauci. Beda: Sicut messis multa, est omnis turba credentium: ita operarij pauci, apostoli & imitatores eorum. Grego. Ecce mundus totus sacerdotibus plenus est, & tñ in messe domini rarus operarius iuenitur: qa officium quidem sacerdotale suscipimus, sed opus officij non implemus. Rogãdus dominus, ut ipse extrudat celeriter uel iuitos, qui idoneos facit ministros noui testamẽti. 2. Corin.3. Et Ioan.15. Sine me nihil potestis facere. Ipse.n. dominus messis qui dicit: Ecce ego mitto uos. Et Ioan.20. Sicut misit me pater uiuens, & ego mitto uos. Videat quisq; qualem se operarium exhibeat: quia Matth.13. In tpe messis dicam messoribus. Colligite primum zizania in fasciculos ad cõburendum, triticum autem meũ congregate in horreum. Hinc. 2. Timo.2. Solicite cura teipsum probabilẽ exhibere Deo, operarium incõfusibilem, recte tractantem uerbum ueritatis. Veri.n. operarij dicẽdi sunt qui quærunt opus & onus, sataguntq; p̃desse, non qui quærunt ocium ac honorem, & optant præesse. Sed heus sunt operarij subdoli. 2. Corin.11. Ite, ingr, non segniter iniunctũ implentes munus. Ego, qui potens sum in aduersis succurrere, mitto uos, sicut agnos, pios, innocentes & obedientes: inter lupos, ob crudelitatẽ, persecutionem

atq;

atque duritiam. Ioan.10. Lupus rapit atque dispergit. Frement potentes & mali aduersus doctrinam uestrã. Nõ mitto uos ut quenque lædatis, sed ut simplices & innoxij, studeatis omnibus pdesse, & ex lupis facere agnos. Esa.11. Habitabit lupus cum agno.

2 *Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta, & neminem per uiam salutaueritis. In quãcunque domum intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax uestra: sin autem, ad uos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes, quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum.*

De uictu ne quidem soliciti sitis, nunquam uobis deerit quod naturæ necessitati satis est. Expediti ite ad negotium euangelicum. Omnem illorum usum suppeditabunt hi, qui à uobis docentur. Quid ergo uobis necessarius sacculus, uel pera? Luc 22. Quãdo misi uos sine sacculo uel pera & calceamentis, nũquid aliquid defuit uobis? At illi dixerũt: Nihil. Ambro. Tanta prædicatori debet esse cũ Deo fiducia, ut præsentis uitæ sumptus. etsi non prouideat, sibi tamen certissime nõ defuturos sciat, ne, dum mens occupatur ad tpalia, minus prędicet æterna. Nam cũ nullus sit dominus, qui operarium suum cibo diurno dignum nõ æstimet, ne putes dominũ cœlestem & superbonum, suum operarium dignũ cibo, sua indies ad necessaria quæcunque prouidentia, non existimaturũ. Ne occupemini in hominum salutationibus & curiositatibus, quibus à prædicatione impediamini. Nõ prohibet offerri salutẽ, cum domum præcipiat salutandam, & ipse fœminas salutauerit. Matt.28. sic Maria Elisabeth. Luc.1. sed ne occasione salutationis, remoraretur prędicationis negotiũ. Sic Heliseus pręcepit Giezi. 4. Reg. 4. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiam non respondeas ei. Ac ne de tecto quidem sitis soliciti, erunt qui uos excipient, tantum præstate uos puros & incorruptos euangelicæ prędicationis ministros. Intrãtes domum, primum precemini pacẽ toti familię, pacem inquam pectoris, quæ est trãquillitas mentis ex remissione peccatorum & reconciliatione ad Deum. Roma. 5. Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deũ. Ephes. 2. Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum. Hinc angeli cecinerũt. Luc. 2. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax. Psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam. Hæc perducit ad ęternã pacem in cœlis. Esa. 32. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, i requie opulenta. Quòd si fuerit homo mitis, audusque mansuetæ doctrinę, proderit illi uestra precatio, & amplectetur hospitem bene ominantẽ: si minus, non pœniteat bene precatos fuisse. Non enim peribit uobis merces oblati officij. Esa. 26. Dñe, dabis pacẽ nobis: pacem, quoniã in te sperauimus. Nõ paruum donum, Dei percipere pacẽ, quæ exuperat omnem sensum. Phi. 4 Quicunque libenter receperit uos ac prompte, apud illum manete, non affectantes delitias, edentes quæ ab illis offeruntur, sine delectu nulloque fastidio. Erant qui dicerent, quasdam creaturas suapte natura malas, quod improbat Apostolus. 1. Timo. 4. Oĩs creatura Dei bona est, & nihil rejiciẽdũm quod cũ gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per uerbum Dei & orationem. Alij ob legis phibitionem ĩmunda reputabant, quæ per Christum fuit abolita. Actu. 10. Quod Deus purificauit, tu ne ĩmundum dixeris. Hinc. 1. Cor. 10. Siquis infidelium uocat uos ad cœnam, & uultis ire, omne quod uobis apponitur, manducate, nihil interrogantes ppter cõscientiam. Vbi de idolothy-

tis loquitur. Sic Rom. 14. Non tñ excludit ordinationē ecclesiæ, quæ per spiritum sanctū regitur, qui omnem docet ueritatem. Ioan. 16. de delectu ciborꝝ certis tpibus habendo, quemadmodum apostoli ordinarunt, ut fideles abstinerent ab imolatis simulachrorꝝ, & sanguine et suffocato et fornicatione. Actu. 15. Væ ergo his qui præter necessitatem (quæ legem non habet) in scādalum proximorꝝ, ecclesiæ ordinationem cōtemnunt. Romano. 14. Si propter cibum frater tuus contristatur, iam non secūdum charitatem ambulas, noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Bonum est non manducare carnem, neqꝫ bibere uinum, neqꝫ in quo frater tuus scandalizatur, aut offenditur, aut infirmatur. Matt. 18. Vę homini per quē scādalum uenit. Aequū est autem, ut qui laborat in euangelico negotio, uiuat ex eorꝝ liberalitate quibus laborat, si aliunde non suppetat unde uiuat. Nā laborantē agricolam oportet primo de fructu suo edere. 2. Timo. 2. Sic dominus ordinauit his qui euangeliū annunciāt, de euangelio uiuere. Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est si uestra carnalia metamus. 1. Cor. 9. Illud itē cauendum, ne ex illis ędibus in alias demigretis: quasi fastidito priori hospitio, lautius & instructius q̄ratis.

Et in quamcunqꝫ ciuitatem intraueritis, & susceperint uos, manducate quæ apponuntur uobis, & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquabit in uos regnum Dei.

Quo gratiores sitis hospites, maioriqꝫ cum fide prędicetis regnū Dei, curate ęgros, idqꝫ gratis & prompte, neminem reijcientes. Nō terrena, sed cœlestia promittite. 2. Corin. 6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Videtis argumēta uirtutis diuinę, præparate animos uestros ad innocentiæ studium. Pelluntur morbi corporꝝ, profligabūtur, & animorum morbi peccata. Cū enim in anima quis sanatus fuerit, tunc uenit in eum regnum Dei. Ab ægrotāte enim longe est, qn̄quidem peccata in eo regnāt. Quo cōtra Roma. 6. Peccatum non regnet in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius. Lucæ. 17. Regnum Dei intra uos est.

In quamcunqꝫ autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint uos, exeuntes in plateas eius, dicite: Etiam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate uestra extergimus in uos. Tamen hoc scitote, quia appropinquabit regnū Dei. Dico uobis. quia Sodomis remissius erit in illa die, quā illi ciuitati. 3

Si nemo fuerit uos dignatus hospitio, nolite illic supplices ambire hospitiū: sed publice palāqꝫ dicite. Gratis obtulimus uobis nūcium salutis æternæ: quoniam autem spernitis officium nostrum, nihil uolumus à uobis beneficij: etiam puluerem extergimus, in testimonium à nobis oblati, & à uobis spreti felicissimi nūcij, qui nolentibus ingeri non debet. Illud tamē scitote, ꝙ siue receperitis, siue nō receperitis, in proximo est uobis regnū Dei. Si receperitis, ueniet uestro bono: sin minus, ueniet uestro malo. Hac uindicta uos eritis cōtēti, sicubi spreuerint uos. Veniet illis ultio suo tpe. Nam illud affirmo uobis, qđ in illo die supremi iudicij mitius agetur cum Sodomis, q̄ cū illa ciuitate, quę tantam benignitatē Dei gratis oblatam spreuerit. Oēs mirantur sæuerā Dei uindictā in Sodomis: sed hoc illos subleuat, ꝙ nō fuerint tot modis prouocati ad resipiscentiam.

De maledictionibus ciuitatū. Matt. 11. Luc. 10.

ARTICVLVS XLVIII.

Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes, quia nō egissent pœnitentiam. Væ tibi CoroZaim, uæ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent uirtutes, quæ factæ sunt in uobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Verūtamen dico uobis: Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm uobis. Et tu Capernaum, nunquid in cœlum exal Matth. 11. K

taberis? Vsq; in infernum descendes: quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent usq; in hunc diem. Verũtamen dico uobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quàm tibi.

Dominus ueluti admiratus quorundam inuincibilem malitiã, ad aliorum terrorem cœpit exprobrare ciuitatibus: quæ, cum in his plura miracula prodidisset, et homines sanasset, & tam multa docuisset, tamẽ ad pœnitentiam uitæ prioris cõpunctæ nõ sunt. Itaq; non naturæ, sed uolũtatis malitia fuit. Nam si naturæ fuisset, & Petrus & Andreas mali fuissent, qua de Bethsaida. Tyrus & Sidon, gentiles erãt ciuitates: Bethsaida autem & Corozaim, Iudeæ. Dicit ergo Iudeos deteriores Sidonijs, hoc est, gentibus: quia illi naturalem legem transgressi sunt, ipsi autem cũ hoc & Mosaicã, ac beneficia, & documenta dñi spreuerunt, sibi placentes q Israelitici generis essent. Luc. 12. Seruus sciens uoluntatem domini, & non faciens, plagis uapulabit multis. Luce. 10. Olim in cinere & cilicio sedẽtes pœniterẽt, sicut Niniuitæ ad prædicationem. Ionæ. 3. Hierony. Cur ergo eis non prædicauit acturis pniam? Facilis responsio. Nam ignoramus Dei iudicia, & singularum dispensationum eius sacramẽta nescimus. Psal. 65. Venite & uidete opera domini, terribilis in cõsilijs super filios hominum. Hinc exclamat Apostolus Roma. 11. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & sciẽtiæ Dei, quàm incõprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uie illius. Propositum fuerat domino, Iudææ fines non excederet, ne iustam pharisęis et sacerdotibus persecutionis occasionem daret. Vnde apostolis ante passionem præcepit. Matth. 10. In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierũt domus Israel. Bethsaida & Corozaim damnantur, q præsenti domino nõ crediderunt. Tyrus & Sidon iustificatur, q apostolis illius crediderunt. Non quæras tempora, cum credẽtium intuearis salutem. Luc. 10. Et tu Capernaum in cœlum exaltata, usq; ad infernum demergeris, eo q talem sortita inhabitatorem, nõ sis emendatior facta Christus enim eam inhabitatione sua exaltauit, sed nihil profuit nõ credendo: quia opibus tumens, delitijs affluens, animo & elatione cœlo appropinquare uidebat. Psal. 72. Posuerunt in cœlum os suum, & lingua eorũ transiuit in terra. Abdi. 1. Si exaltatus fueris ut aquila, & inter sydera posueris nidum tuũ, inde detraham te, dicit dominus. Iob. 20. Laus impiorũ breuis, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit usq; in cœlũ superbia eius, & caput eius nubes attigerit, quasi sterquiliniũ in fine perdetur: & qui eum uiderant, dicẽt, ubi est? Ideo Ecci. 7. Humilia ualde spũm tuum, quoniã uindicta carnis impij, ignis & uermis. Huiusmodi exprobramina per Esa. 1. traijcit filijs Israel. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus prę sepe domini sui. Israel autem me non cognouit, & populus meus nõ intellexit. Vę genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequã filijs sceleratis. Dereliquerũt dominũ, blasphemauerunt sanctũ Israel, alienati sunt retrorsum. Hierony. Ideo exprobrat, quia post factas uirtutes & signa q plurima, non egerũt pniam. Ioan. 15. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum nõ haberẽt. 2
Lucæ. 10. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Qui autẽ me spernit, spernit eum qui misit me. Quanq; estis legati, tamen qm̃ meo noĩe uenietis, & inæstimabile donũ Dei annunciabitis, non erit leuis cõdemnatio spernentium. Ne sitis ani-

mo tristi,nō est iniuria uestra, sed trā sit in Deum. Consolatio igitur sit uobis, ꝙ hæc Dei sit iniuria, sicut cōtra ne gloriemini, uel sapite sublime, qđ quidam uos audiunt. Non enim uestrum est opus, sed meū. Ezech.3. Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. 1. Thessa.4. Itaq; qui hæc spernit, non hominē spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritū suum sanctum in nobis. Marc.3. Et ueniūt ad domum, & cōuenit iterum turba, ita non possent neq; panem manducare. Et cum audissent sui, exierūt te-
3 nere eum. Dicebāt.n. quoniam in furorem uersus est. Vbi descensum est ad humiliora in domum tāta importunitate instabat turba, ut audirēt Iesum, & sanarentur à morbis, ut non esset ocium apostolis sumendi cibi. Hæc oīa quæ gerebantur, ubi rumor pertulisset ad cognatos Iesu, quibus nota erat carnis īfirmitas, cum de diuina potentia nihil suspicari possent hoīes crassi. Iesum cum humili sodalitio sursum deorsumq; uagari, trahere post se cateruas hoīum, noua quędam inaudita docere, profligare morbos, eijcere dæmones: furori tribuebant, ꝙ offensi corporis imbecillitate, non poterant ascribere diuinæ potentiæ. Itaq; qm̄ erant cognati, iuxta leges humanas putabant esse sui officij, ut mētis impotē, & à spiritu quopiam arreptum, uinculis coercerent. Sic qui contēptis rebus terrenis omnibus, atq; ipsa etiam uita, cœlestem philosophiā toto pectore amplectuntur, insani uidentur his, quibus nil sapit, nisi terrenum & caducū. Et hoc iam impium iudicium à suis propinquis tulit dominus, nequid offendantur sui discipuli, si similia contingat audire à suis.

De dæmoniaco curato Matth 12. Luca. 11.

ARTICVLVS XLIX.

Luca.11. *Et erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum, & cum eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cælo quærebant ab eo.*

Quemadmodū gratia, ut fons scaturiens in uitam æternam. Ioā.4. semper proficere facit in melius. Psal.83. Ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus deorū in Sion, sic peccatum de malo ruere facit in peius, & tandem impius cum in profundum peccatorum uenerit contēnit. Prouer.18. Hoc claret hic. Chrysos. Magna & miranda nequitia dæmonis, utrūq; ingressum oppilauerat, per quę illis crediturus erat, auditum & uisum, & tertiū linguam, ne confiteretur. Matt.12. Tūc oblatus est ei dæmonium habens cæcus et mutus. Ecce qd malus dęmon agit in animis spiritui sancto reluctātium. Audire.n. non possunt sermonem Dei, multo minus eloqui ualēt, nisi dominus effugarit omnes dæmoniacas affectiones. Mat.15. Filia mea male à dæmonio uexatur. Vere male peccatrix anima uexatur. Nam excæcatur, ne cœlestia, terrenis contēptis, contempletur, sed ut talpa in terra uiuat. Psal.105. Pro nihilo habuerūt terram desiderabilem. Sapien.2. Excæcauit.n. eos malitia sua. 2. Corint.4. In quibus Deus huius seculi excęcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Ioan.3. Lux uenit in mundum, & dilexerunt hoīes magis tenebras, ꝙ̄ lucem. Redditur mutus à laude Dei. Eccles.15. Nō est speciosa laus in ore peccatoris. Contra Ecci.51. Dedit mihi dominus linguā mercedem meam, & in ipsa laudabo eum. A pximi ædificatione. 1. Ioan.4. ipsi de mundo sunt, & ideo de mūdo loquunt, et mūdus eos audit. A proprij delicti confessione. Sic Adam in mulierem, mulier in serpentem pręcepti transgressionem retorsit. Gene.3. Sed Prouer.18. Iustus in pīcipio accusator

cusator est sui. Sic Dauid. 2. Re. 12. Peccaui domino. Et ait Nathã: Dominus quoq; peccatum tuum trãstulit à te. Mat. 12. Et curauit eum ita, ut loqueretur & uideret: & stupebant omnes turbæ, & dicebant: Nunquid hic est filius Dauid? Hieronym⁹: Tria signa ĩ uno homine facta sunt: cęcus uidet, mutus loquitur, obsessus à dęmonio liberatur. Quod tunc quidem carnaliter factum est, sed & quotidie completur in conuersione gentium, ut expulso dæmone, primum fidei lumen aspiciant, deinde in laudes dei prius tacentia ora laxentur. Pharisæi cum audissent uocem populi dicentis: Nũ hic est ille filius Dauid, quem promittunt prophetæ? Iesum quidem ipsum non aggrediũtur, à quo semper discedebant inferiores, sed multitudinis animos conantur ab illius admiratione diuertere. Marc. 3. Scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant: quoniam Beelzebub habet. Mat. 12. Pharisæi autem dicebãt: Hic non eijcit dæmones, nisi in Beelzebub principe dęmoniorum. Quasi. d. Non potest hic esse filius ille Dauid, ut uos suspicamini: siquidem ille ueniet suffultus potestate diuina. Remigius: Odio solo agitati, nihil sordidius inuenientes qđ domino obijcerent, sustinere non ualentes ut turbæ ipsum laudarent, & Christum prædicarent. Chrysostomus: Inuidia non considerat quid, sed tantum ut dicat. Nulla. n. peior malitia inuidia. Adulter breui complet delectationem suã, inuidus autem nũquam quiescit: sed sicut scarabæus nutritur stercore, ita inuidus infortunijs aliorum. Signũ quærebant tentantes, ut si non ostenderet, causarentur cętera facta præsidio Belzebub: si ostẽderet, tum aliud in eo reperirent quod calumniarentur. Signa petebant, sed credere noluerunt, immo impugnauerunt. 1. Cor. 1 Iudæi signa petunt. Ioã. 4. Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Signanter è cœlo petebant, quo plane constaret, illum cum deo habere cõmercium qui in cœlis est: & cum dæmonibus immundis quorum præstigia nasci solent è terra, nullum. Quẽadmodum Iosue solis fecit stationẽ Iosu. 10. Esaias solis retrogressionem. Esa. 38. 4. Reg. 20. Helias ignis descensionem qui consumpsit holocaustũ. 3. Reg. 18. Item duos uiros quinquagenarios cum suis. 4. Reg. 1. Sed semper paratam habebant calumniam. Si enim quę oculis uidebant, & manu contrectabant, calumniabantur: respondissent, utiq; & Magos in Aegypto è cœlo signa ostendisse.

2 *Ipse autem ut uidit cogitationes eorum, dicit eis: Omne regnum in se diuisum, desolabitur, & domus supra domũ cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia? Si autem in Beelzebub ego eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices uestri erunt. Porrò, si in digito dei eijcio dæmonia, profecto peruenit in uos regnum dei.*

Dominus cognita, etsi non audita, nequitia illorũ, conuersus ad pharisæos, sic temperat respõsum suum, ut illorum insanum conuicium manifestissima ratione refellat: nec tamẽ in illos regerat contumeliam, sed potius amanter inuitet ad salutem amplectendam. Sicut enim ostẽdit opus potentiæ, dæmonem expellendo: sic & sapientiæ, ipsos rationabiliter conuincendo. Marc. 3. Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis. Quo rem omnium sensibus redderet euidentẽ, exemplis quibus contradici non potest, aggreditur. Primo, ostendendo se deum qui potest, & hoc cogitationes eorum, ut sibi probe notas, prodendo. Beda: Non ad dicta, sed cogitata respondet, ut uel sic cogerentur credere potentiæ. 1. Reg. 16. Homo uidet ea quæ patent, deus autem intuetur cor. Hiere. 17. Prauum est cor ho-

Q

minis et inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutãs corda & rhenes. Secũdo, ex parte communitatis, quæ siue politica sit ut regnum, siue œconomica, ut domus familias, diuisa stare non potest. Nam sicut cõcordia paruæ res crescunt, sic discordia maximæ dilabũtur. Mat. 12. Omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas uel domus diuisa contra se, non stabit. Eccl. 26. A tribus timuit cor meum, et in quarto facies mea metuit: delaturam ciuitatis, collectionẽ populi, calumniã mẽdacem, super mortem oĩa grauia. Dolor cordis & luct⁹, mulier zelotypa. Pro. 29. Hoĩes pestilentes dissipant ciuitatẽ, sapientes uero auertunt furorẽ. Eccl. 28. Susurro & bilinguis maledictus. Multos. n. turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres uiratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illã, non habebit requiẽ, nec habebit amicum, in quo requiescet. Ideo Eccl. 25. In tribus beneplacitũ est spiritui meo, quæ sunt probata corã deo, & hoĩbus: cõcordia fratrũ, amor proximorũ, & uir et mulier sibi bene cõsentientes. Quomodo ergo consentaneũ est, ut cum omnes dæmones sint hostes hominum, nec aliud sitiant q̃ illorũ exitium, quorum saluti misere inuident, nunc adeo eorũ faueant saluti ut hac de causa dæmon pugnet cum dæmone? Certũ est ergo argumentũ, illius regnum in breui casurũ: ac destructo illius regno, quid supereſt, nisi ut existat regnum dei? Mar. 3. Si satanas cõsurrexerit in semetipsum, dispertitus est, non poterit stare, sed finem habet. Tertio, ex parte aliorũ eiicientium, ne dicerent quod esset obedientia in principem suum. Quod si hoc persuadet uobis odium mei, me præsidio Beelzebub eiicere dæmonia, isti iuuenes filii uestri, quos uidistis idem facientes, in quo eiiciunt? Sola fiducia in deũ faciunt qcquid faciũt. Hieronymus: Coartat eos dominus interrogatione prudenti, ut confiteãtur spiritus sancti opus. Q. d. Quod si expulsio dæmonũ in filiis uestris, deo, non dæmonibus, deputatur: quare idem opus in me non eandem habeat causam, qui non longo exorcismo, sed unico uerbo eiicio potẽti? Discipuli itidem mei simplices & idiotæ, nescientes artes malitiosas magicorũ, in meo nomine, sola fiducia ad deum, faciunt quicquid faciunt. Ideo ipsorũ simplex credulitas, uestrã condemnabit incredulitatem, quę gloriã dei oppugnat, qui calũniari mauultis q̃ imitari. Lucæ. 10. Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnẽ uirtutẽ inimici, & nihil uobis nocebit. Immo & non sequentes ipsum, in nomine ipsius eiiciebant. Luc. 9. Præceptor, uidimus quendam in nomine tuo eiicientẽ dæmonia, & prohibuimus eum, quia nõ sequitur nobiscũ. Et ait ad illos Iesus: Nolite ꝓhibere. Qui enim nõ est aduersum nos, pro nobis est. Sic Mat. 7. Multi dicẽt mihi in illa die, domine, domine, non'ne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, et in nomine tuo uirtutes multas fecim⁹? Et tunc confitebor illis, quia nunq̃ noui uos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Si ergo illi in nomine meo eiiciunt dæmonia, manifestum est, mihi opus nõ esse alterius uirtute. Matt. 12. Si autem ego in spiritu dei eiicio dæmones, igitur peruenit in uos regnum dei. Quod Ioannes instare dicebat, destructo regno diaboli. Lucæ. 1. Fecit potentiã in brachio suo, dispersit superbos mẽ

te cordis sui. Obserua quod sicut digitus eiusdem substãtiæ est cum alio corpore, ita & spirit⁹ sanctus est eiusdem substantiæ cum patre & filio. Nam & filius brachium dicitur. Esa. 53. Et brachium domini cui reuelatũ est? Sic Exo. 8. Digit⁹ dei est hic. Huic ergo regno æquum est uosmetipsos adiungere, & satanæ regno mox interituro abducere. Ioan. 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi ejicietur foras. Non ergo cedit uolens, neque ex pacto. Hieronymus: Peruenit regnum dei. de quo Lucæ. 17. Regnum dei intra uos est. Et Ioan. 1. Medius uestrum stetit, quẽ uos nescitis. Vel certe, quod Ioannes prædicauit, Matth. 3. Pœnitentiam agite, appropinquauit regnum cœlorum. Est tertium regnum scripturæ sanctæ, quod auferetur à Iudæis, & dabitur genti facienti fructus eius, Matth. 21.

Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens, uicerit eum, uniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, et spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit.

Irreuocabile bellũ est satanæ cum deo, res nullis conditionibus componenda. Aut uincet, aut ui expelletur. Quarto ostendit ex parte potestatis. Matth. 12. Quomodo potest quisquã intrare in domum fortis, et uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortẽ? Fortis armatus, diabolus. Iob 41. Nõ est potestas super terram quæ ei cõparetur. Armat⁹ est multiformi astutia, longa experientia, naturali industria, & scientia. Iob. 1. Circuiui terram & perambulaui eam. Hinc Euã seduxit astutia sua, 2. Corinth. 11. Hiero. Non debemus esse securi. aduersarius noster, fortis uictoris quoque uocibus comprobatur. Atrium, mũdus qui totus in maligno est positus 1. Ioan. 5. in quo usque ad domini aduentum, male parto potiebatur imperio, quia in cordibus infidelium sine ulla contradictione quiescebat. Vnde & princeps mundi dicitur Ioan. 12. Nam captiui tenebantur ab eo ad ipsius uoluntatem. 2. Tim. 2. quia falsam & malam habẽt pacem, cum domino suo damnabiliter concordãtes. Psal. 72. Zelaui super iniquos, pacem peccatorum uidens. Hanc dominus uenit tollere, Matth. 10. cum sit mortifera. Esa. 57. Nõ est pax impijs, dicit dominus. Superuenit fortior, quia de cœlo. Ioan. 3. Qui de cœlo uenit, super omnes est. 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christũ crucifixũ, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem uocatis Iudæis atq; Græcis, Christum dei uirtutem & dei sapientiam. Iob. 9. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Sapiens corde est et fortis robore, qs restitit ei & pacem habuit? Vicit, tentationem uiriliter refellendo, passionem patienter tolerando, infernũ potenter spoliãdo. Ose. 13. Ero mors tua ô mors, morsus tuus ero iferne. Apo. 5. Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid. Per quem & nos uincimus. Hilarius: Contusam à se in tentatione prima omnem zabuli indicat potestatem: quia nemo domum fortis intrauit, eiusq; uasa diripuit, nisi fortẽ alligauerit. Iaco. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit uobis: resistite autem diabolo, & fugiet à uobis. 1. Pet. 5 Cui resistite fortes in fide. Chrysostomus: Non solum dæmones uasa diaboli sunt, sed uniuersi homines qui male uiuunt, illi adhærent. Hactenus Beelzebub tyrannidem exercuit in homines peccatis obnoxios, malisq; cupiditatibus addictos. Christus sublatis hominũ peccatis, Beelzebub cum suo satellitio protriuit: & quos ille per iniustitiam possidebat, per innocentiam deo uindicauit, & angelo tradidit fido custodi. Ro. 6

Nūc uero liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitam æternam. Ephe. 4. Ascendēs in altum, captiuam duxit captiuitatem. Esa. 8. Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina pdari. Qui ergo nō est in parte mea, aduersarius est mihi. & hoc ipso lædit, quia cum fauere debeat, nō fauet. Hieronymus: Opera diaboli operibus saluatoris comparari non possunt: ille cupit animas tenere captiuas, Christus liberare: ille prædicat idola, iste unius dei notitiā: ille trahit ad uitia, iste ad uirtutem reuocat. Quomodo ergo possunt habere concordiam inter se, quorum opera sunt diuersa?

3 *Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa quærens requiem, & nō inueniens, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Et cum uenerit, inuenit eam scopis mundatam. Tunc uadit & assumit septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.*

Ostenso rationabiliter se non dæmonis, sed dei uirtute miracula operari, declarat causam quare tantam sibi imponebant calumniam, quod nunquam uel pattes ipsorum alicui fecerunt, simulq́ ænigmate signans grauius dānandos eos qui aliquousque progressi ad iustitiam, relaberentur ad pristina uitia, quā qui nunquam cognita luce ueritatis euangelicę perseuerassent in caligine uitiorū. Matt. 12. Ideo dico uobis, omne peccatum & blasphemia remittetur hoībus: spiritus autem blasphemię, non remittetur. Et quicunq; dixerit uerbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Marc. 3. Qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. Hiero. Qui scandalizatus carne mea, me hominem tantum arbitratur, quòd filius sim fabri, Marc. 6. & fratres habeam, homo uorator & potator uini, Mat. 11. talis opinio absq; blasphemia, quanquam culpa nō careat erroris, tamē habet ueniam propter corporis uilitatem. Qui autem manifeste intelligens opera dei, cum de uirtute negare non possit, eadem stimulatus inuidia calumniatur, & Christum deiq́ uerbum, operaq́ spiritus sancti dicit esse Beelzebub, isti non dimittetur, neq; in presenti seculo, neq; in futuro. Error et ignorantia ueniam meretur: destinata malitia aduersus bonitatem dei, prouocantis, quomodo ueniā impetrabit? Omne itaq; peccatum et blasphemia in proximū, deum, uel sanctos, proueniens ex ignorantia uel infirmitate, remissibile est: sed procedens ex certa malitia, impugnatione agnitæ ueritatis, uel inuidentia fraternę gratiæ, ex se irremissibile est crimē, quoniā obuiat principio quo fit remissio, hoc est, bonitati diuinæ. Ioan. 8. Non'ne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Matth. 12. Aut facite arborem bonam, et fructū eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Siquidē ex fructu arbor cognoscitur. Hiero. Syllogismus hic est ineuitabilis, q utroque cornu premit. Si, inquit, diabolus malus est, bona opera facere non potest: si autem bona sunt quæ facta sunt & cernitis, sequitur ut nō sit diabolus qui ea facit. Neq; enim fieri potest, ut ex bonis malum, & ex malis bonum oriatur. Omnino sicut ex fructu arbor, ita & ego ex miraculis agnoscor. Io. 5. Ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me. Ioan. 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Sed uos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Matthæi. 12. Progenies

nies uiperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro ꝓfert bona, et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem dico, quoniã omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddent ratione᷑ de eo in die iudicij. Ex uerbis enim tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Quoniam in Abraham, gloriabantur, ostendit quod non sint ex Abraham, sed ex progenitoribus se dignis, dolosis & inuidis. Q.d. Ex uobisipsis coniecturam facite: nam uos, quales estis talia loquimini, & opera uestra declarant quem habeatis spiritum. Vt enim ex succo radicis fructus trahit saporem, ita ex eo quod reconditum est in corde, nascitur oratio. Mala cogitatio soli cogitanti pestifera est: at oratio mala, cordis uenenum fundit in multos. Obscœne loquens, plura habet in corde: quia ibi thesaurus absconditus. Paruam enim partem declarat, sic & qui bona. Ociosum uerbum onus est arboris, non fructus, qui nulli est usui: & hoc ipso noxius est, quia sine fructu audientis, tempus & aures occupat, cum in hoc data sit lingua, ut ea prosimus nobis & proximis, ut hoc organo celebremus gloriã dei. Hieronymus: Ociosum uerbum est, quod sine utilitate loquentis dicitur & audietis. Si omissis serijs rebus, de friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterũ qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid ꝓfert turpitudinis, hic nõ ociosi uerbi, sed criminosi tenebitur reus. Ex uerbis tuis aut iustus pronunciaberis, si bona prodierint ex bono corde: aut iniustus cõdẽnaberis, si mala ex malo corde prodierint. Pro.12. De fructu oris sui unusquisq; satiabitur bonis, et iuxta opera manuũ suarum retribuetur ei. Eccles.12. Cuncta quę fiunt, adducet dominus in iudicium; & pro omni errato, siue bonum siue malum sit. Hinc Eccl.14. Beatus uir qui non est lapsus uerbo ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Hinc Pro.13. Qui custodit os suũ, custodit animam suam: qui aute᷑ inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala. Iac.3. Ecce lingua ignis est, uniuersitas iniquitatis. In ipsa benedicimus deum & patrem, & in ipsa maledicimus homines qui ad imaginem dei facti sunt. Siquis in uerbo nõ offendit, hic perfectus est uir. Ideo Psal.38. Dixi, custodiã uias meas, ut nõ delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cũ cõsisteret peccator aduersum me. Ephe.4. Omnis sermo malus ex ore uestro nõ procedat: sed siquis bonus ad ædificatione᷑ fidei, ut det gratiam audientibus. Cũ immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca arida. Matth.12 quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meã unde exiui. & ueniens, inuenit eam uacantem, scopis mundatam, & ornatam. Beda Timendus, non expone᷑dus est hic uersiculus, ne culpa quã in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos uacando opprimat. Quemcunq; enim post baptisma siue prauitas hæretica, siue cupiditas mundana arripuerit, mox omnium prosternit in ima uitiorum. Exul enim ueteri hospitio, obãbulat corda sanctorum, ab omni mollitie fluxarum cogitationũ & humore libidinis immunia, callidus tentator explorans, siquos ibi nequitiæ suæ gressus figere possit: sed quiete᷑ non inuenit, quia animæ fortes & nequaq; molles, suis machinationibus uiriliter resistunt. In solo enim prauorum corde diabolus gratam sibi inuenit requiem, qui à uitijs pristinis in baptismo per gratiam Christi mundati, à bonis operibus uacant, simulatis tãtum ornati,

ſti, quoniam perficientur in te quæ dicta ſunt tibi à domino. Auguſ. Beatior fuit Maria cōcipiendo fide Christum, quàm carne. Secundo, à uirginitatis puritate. Non enim dixit, beati parentes, ſed uěter, in quo ſpiritus ſancti operatione conceptus. Lucæ. 1 Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoq́; & quod naſcetur ex te ſanctū uocabitur filius dei. Matth. 1. Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natū eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Fuit ergo uirgo ſancta corpore & ſpiritu, cogitans quæ domini ſunt. 1. Corinthi. 7. Nam tanta prole promiſſa, de uirginitate ſeruanda ſolicita, ait Lucæ. 1. Quomodo fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco? Gaudet ergo hoc priuilegio ſola, ut unica unici ſit mater filij, quem cum patre habet cœleſti unigenitum. Quis ad tantam
2 uirginis dignitatem nō obſtupeſcat? Immo ad tātam dei humilitatem, ut ſeſe in unius corpuſculi anguſtias includeret? Philip. 2. Exinaniuit ſemetipſum, formā ſerui accipiens. Galat. 4. At ubi uenit plenitudo temporis, miſit deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Ecce quātum bonū nobis per matrem domini prouenit. Hinc enim gloriamur in ſpe gloriæ filiorum dei, Rom. 8. Ipſa autem in ſpe gloriæ matris dei. Vnde Eliſabeth admirabunda ait Lucæ. 1. Vnde hoc mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? Hinc ipſa ait: Fecit mihi magna qui potens eſt, et ſanctū nomen eius. Vere magna, immo maxima ipſe fecit. Apoſtolus ait 2. Co. 3 Qui nos idoneos fecit miniſtros noui teſtamenti. An non matrem? Reſpexit, inquit, humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Hieremiā in gentibus prophetam futurum, in utero ſanctificauit, Hiere. 1. Ioannem præcurſorem ſpiritu ſancto repleuit, Luc. 1. cuius natiuitas plurimis cauſa gaudij fuit. Quid de matre dicendum? Apoſtolo teſte. 1. Co. 6. Qui adhæret deo, unus ſpiritus eſt cum eo. Ipſa & corpore & mente deo coniuncta. Habuit quatuor conditiones matrum ad filios ſolitas, ut claret ex euāgelijs. Authoritas iubendi. Pro. 1. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Lucæ. 2. Fili, quid feciſti nobis ſic? Deſcendit cum illis Nazareth, & erat ſubditus illis. Neceſſitas diligendi. Eſaiæ. 49. Nunquid poteſt obliuiſci mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? Sic probauit Salomon uerā infantis matrem 3. Reg. 3. Luc. 2. Dolentes quærebamus te. Facilitas impetrandi. 3. Reg. 2. Pete à me (ait Salomon) mater mea. Neque enim fas eſt ut auertam faciem tuam. Vnde Ioā. 2 defectum uini dominus ad petitionē matris suppleuit. Ioan. 2. Fili, inquit, uinum non habent. Intimitas compatiendi. Lucæ. 2. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius, Ioan. 19 Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius. Tertio, à ſeruitutis ſedulitate, quia ubere de cœlo pleno lactauit, haud dubium quin, & cætera quām diligentiſſime miniſtrauit. Nam deduxit in Aegyptum & reduxit, Matthæ. 2. Subſecuta fuit prædicantem, aſtitit morienti. Quare dominus ipſam ſingulariter, in extrema mortis ſuæ anxietate diſcipulo commendauit, non dubium quin in cœlis honorifice in throno gloriæ iuxta ſe collocarit. Ioan. 12. Siquis mihi miniſtrauerit, honorificabit eum pater meus qui eſt in cœlis. In cuius figura de Salomone dicitur. 3. Regum. 2. Surrexit rex in occurſum eius, adorauitq́; eā, & ſedit ſuper thronum ſuum. Poſitusq́; eſt thronus matri regis, quę ſe-

dit ad dexteram eius. In domo enim patris mansiones multæ sunt, Ioan. 14. Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem, 1. Corinth. 3. Sed quoniam Christi matrem esse, unicum est & singularissimum donum, non renuit, sed perficit mulieris prædicationem, adijciens uniuersale præconium, ad quod omnes ualẽt pertingere. Quin immo sic est, nec tãtũ hoc, sed & beati qui audiunt uerbum dei. Psal. 118. Beati qui scrutãtur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Psalm. 48. Audiam quid loquatur in me dominus deus, Nec hoc satis, sed & custodiunt illud. Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Sic ergo custodiendum in corde per iugem meditationem. Psalm. 102. Et memores sunt mãdatorum ipsius ad faciendum ea. In ore per deuotam collationem. Deuter. 6. Erunt uerba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens. In opere per debitã executionem. Iacobi. 1. Estote factores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uosmetipsos. Roma. 2. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. 1. Ioan. 3. Non diligamus uerbo neque lingua, sed opere & ueritate. Seruandum ergo sic in animo ne effluat, ne diabolus tollat, nec solicitudine suffocetur, ut aliquando producat fructum æternę salutis. Sed quis tam ardenter audiuit, tam diligenter custodiuit ut Maria? Lucæ. 2. Maria autem conseruabat omnia uerba hęc conferens in corde suo. Hanc igitur tantæ dignitatis, eminentiæ uirginem nullo dignabimur honore? Indigni certe habebimur æternæ hæreditatis, cũ benedicta hac matre participatione in cœlis, si nullum ei uolumus deferre honorem in terris, quę nimirum omni laude est dignissima. Non'ne ipsa angelico mirifice prædicata est præconio, & gratia plena, in honoratissima salutatione quæ è cœlo allata est? Lucæ. 1. Non'ne à sancta Elisabeth spiritu sancto plena, benedicta esse inter mulieres, sicut & prius ab angelo est pronunciata? Nõ'ne & de illa acclamauit filio eius benedictio in secula, mulier illa synceræ fidei & deuotionis, uoces blasphemantium scribarum & pharisæorum hac laudatoria confessione retundens? Beatus uenter qui te portauit, quam quidem egregiam matris laudem, & ipse filius responsione sua approbauit. Nos igitur ab angelo tantopere laudatam, & à spiritu sancto in beata Elisabeth, & in illa muliere de turba extollente uocem suam, tantis laudum titulis honoratam, nequaquam honorabimus, nec ulla laude celebrabimus? Absit, quoniam teste Damasceno, honor ad ipsam matrem, in illum qui ex ipsa natus est, reuocatur. Quare contra dei matris inhonoratio, etiã Christi ex ea nati inhonoratio est, quemadmodum in euangelio de patre testatur Ioan. 5, Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum.

De matre & fratribus Iesu, Mat. 12 Marc. 3. Luc. 8.

ARTICVLVS L.

Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea? & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Quicunque enim fecerit uoluntatẽ patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est. Matth. 12. N

Aduenerunt cognati Iesu, comitantes matrem ipsius, cupientes illum conuenire de rebus aliquibus

familiaribus, qui more Hebræo fratres dicuntur. Sic Abraham filiũ fratris sui Loth, fratrem nũcupauit. Gene.13. Ne sit iurgium quæso inter me & te, fratres.n.sumus. Dñs docere uolens minimum esse tribuendum talibus affectibus, quoties negotiũ agitur euãgelicum, pluris autem faciendam cognationem animorũ quã corporum, quę uirtute, non sanguinis propinquitate, conciliatur, quæq; longe patet latius, nuncianti rñdit. Hiero. Nõ quòd negaret matrem et fratres, exire cõtemplit, sed quòd rñderet insidianti. Lucæ.8. Non poterant adire eum præ turba. Marc.3. & foris stantes, miserunt ad eum, uocantes eum, & sedebat circa eum turba, et dicunt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quærũt te. Et rñdens, ait: Quæ est mater mea & fratres mei? Et circunspiciẽs eos qui in circuitu eius sedebãt, ait: Ecce mater mea & fratres mei. Si uere, inquit, cognatos nosse uultis, quiq; mihi sunt charissimi, spirituũ affinitatem magnifico, nõn corporũ. Hãc sibi quisq; parare potest. Vt per euãgelium noua natiuitas est, ita est & cognatio. Non agnosco cognationem cuiusquam, nisi per fidem renascatur ex patre cœlesti, itaq; ut filius germanus patri cœlesti ad ęterna uocanti obtemperet. Hiero. Isti sunt mater mea, qui me quotidie in credentiũ animis generant. Gala.4. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. 1. Corin.4. In Christo.n. Iesu per euãgeliũ ego uos genui. Isti fratres mei, qui faciũt opa patris mei. Fratres ergo sciamus nos eius esse & matrẽ, si uoluntatem patris eius implemus, ut & cohæredes simus eius qui non in sexibus, sed in factis discernit.

De petentibus signũ de cœlo. Matt.12. Luc.11.

ARTICVLVS LI.

Matth.12. *Tunc respõderunt ei quidam de scribis & pharisæis, dicentes: Magister, uolumus à te signum uidere. Qui respondens, ait illis: Generatio mala & adultera signum quærit; & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.*

Pharisęi, dissimulato furore animi, blandioribus uerbis aggrediũtur Iesum ueluti iam illi credituri, si in gratiam suam miraculum aliquod ederet ipsis, sęq; dignum, qui sibi uindicaret spiritum Dei, & qui semper in ore haberet patrem cœlestem. Hiero. Sic signa postulant, quasi quæ uiderant, signa non fuerint: & hoc de cœlo proficiscens, quod declaret ipsum Deo charum esse, & illius uirtute facere quę facit. At dominus sciẽs subdolam illorũ cogitationem & obstinatam malitiam, qui non in aliud poscerent signum, nisi ut hic quoq; nouam calumniandi sumerent occasionem, præsertim cũ facilius sit calumniari quæ de cœlo ostenduntur, quã ea quæ coràm cernũtur oculis, audiuntur auribus, tanguntur manibus. Non ferens tantam peruersitatem, respondit uelut auersus ab eis, et apud se indignatus. Luc.11. Turbis aũt cõcurrẽtibus cœpit dicere: Generatio hæc, generatio nequam est. signũ quærit, & signum nõ dabitur ei nisi signum Ionæ prophetę. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, sic erit & filius hominis generationi isti. Generationẽ nequam uocat, quia dolose tentabãt, cum ob signa præcedentia credere & obedire illos oporteret, tunc signum petunt. Adulteram, quia dimiserat uirum, hoc est, Deũ, & iuxta Ezech.16. multis se amatoribus copulauerat, hoc est, dæmonibus adhærendo. Malam, siue prauã. Nam ut dicit Chrysostomus, beneficijs semper peiores reddebantur, ut qui tanq; ingrati, nõ conuertebant Christi lenitate & mãsuetudine. Sic Moses Deute.32. Generatio praua atq; puersa, hæccine red-

dis domino popule stulte et insipiẽs? Nunquid nõ ipse est pater tuus qui possedit te, et fecit & creauit te? Gens absq; consilio est & sine prudentia, utinã saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Sequitur: Mea est ultio, & ego retribuam in tpe, ut labatur pes eorũ. Iuxta est dies perditionis, & adest, festinãt tẽpora. Hinc Psal. 77. Ne fiant sicut patres eorũ, generatio praua & exasperans. Hiero. Moderatio Dei ac pietas, solum nostrum reditum quærit, ac cupit lõga sua bonitate saluare. Si non conuertimur, si duri colli sumus, si in peccatis usq; ad mortem illicite perseuerãmus, assidue peccantium non miserebitur Deus. Roma. 2. An ignoras quõ benignitas Dei ad pñiam te adducit? secundum aũt duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuiq; secũdũ opera sua. Generationi ergo huic malæ minimeq; simplici, quæ gloriatur patrem habere Deum, iactãs se de progenitore Abraham, sed lõge alios habet, nempe uiperas. Matt. 3. & 12. fatetur signi, quẽ sua malitia occidetũt, uideant uirtute diuina reuiuiscere.

2 *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerũt in prædicatione Ionæ. Et ecce plusquam Ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plusquam Salomon hic.*

Niniuitæ, quos præ uobis ut ethnicos & idololatras contemnitis, Hiero. Iudicabunt non potestate, sed cõparatione. Ionas triduo prædicauit, ego tanto tpe: ille Assyrijs, ego Iudæis populo Dei: ille peregrinis, ego ciuibus, imo nihil signorũ faciẽs, ego tanta faciens signa. Beezebub calũniam sustineo. Causam ergo iustissimã dãnationis ostendit. Sic & Sodomorũ damnationem prius Abrahæ exposuit, quòd nec decem uiros iustos offenderit. Gene. 18. 19. Sic Hiere. 7. dicitur: Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & nõ obsistas mihi, quia non exaudiam te. Non'ne uides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalem? Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas reginæ cœli, & libent dijs alienis, & me ad iracũdiam prouocant. Ad prophetæ ignoti uocem de uentre ceti redeuntis expauefacti, crediderunt, deiecerunt q; sese ad pœnitentiam: mihi autem, cum resurrexero, non credet generatio hæc: quare condemnabit, q neq; Niniuitas sunt imitati; quãuis maior nunc hic assit q̃ Ionas. Sic regina Saba, ad rumorẽ è lõginquo allatum, relicto regno patriaq; sua, tam longo itinere profecta est ad regem Salomonem, non metu aliquo cõmota, sed auiditate sapientiæ, quæ fuit à legis doctrina aliena. Et tamẽ in hoc loco quiddam est Salomone maius: & qd adest contẽnit.

Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neq; sub modio: sed supra candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen uideãt. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totũ corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totũ. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Luc. 11.

Ostendit doctrinæ suę sapientiam, toti mundo fore conspicuam, non in gente Iudæorũ tãtum. Esa. 49. Parum est, ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & faces Israel cõuertendas. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usq; ad extremum terræ. Nec. n. incredulorũ obstinata malitia bonis obesse debet. Itaq; proferenda est in publicum ueritas, in malorum atrociorem perniciẽ, in bonorũ salu-

tem. Hierem. 26. Noli subtrahere uerbum, si forte audiant, & conuertant, unusquisque à uia sua mala, & pœniteat me mali, qđ cogitaui facere eis ꝓpter malitiã studiorum eorum. Hinc. 23. Si stetissent in cõsilio meo, & nota fecissent uerba mea populo meo, auertissem utique eos à uia sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. 2. Timo. 4. Testificor coràm Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos & mortuos, & per aduentum ipsius & regnum eius, prædica uerbum, insta opportune, importune. erit. n. cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabũt sibi magistros, prurientes auribus: & à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Psal. 118. Lucerna pedibus meis uerbum tuũ, & lumen semitis meis. Hinc Ioan. 5. dicitur, Ioannes lucerna ardens & lucens. Eccl. 48. Surrexit Helias ꝓpheta quasi ignis, et uerbum ipsius quasi facula ardebat. Qđ est domus sine lucerna, quod est corpus sine oculis, hoc est animus sine cogitatione ueritatis, quæ per fidem simplicem contingit. Esa. 7. Nisi credideritis, nõ intelligetis. Sapien. 13. Vani sunt omnes homines quibus non subest scientia Dei, & de his quæ uident bona, non potuerunt intelligere eũ qui est. neque operibus attendentes, cognouerunt quis esset artifex. Vnde. 2. Corint. 4. Quod si opertum est euangelium nostrum, in his qui pereunt, est operũ, in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio euãgelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Sicut ergo oculus corporalis dirigit corpus nostrũ, sic intentio nostri intellectus, corpus operum nostrorum. Si ergo oculus fuerit simplex, nullis huius mundi cupiditatibus uitiatus, accipiet lumen æternæ ueritatis, ac totũ corpus fruetur hoc lumine, necubi impingat, sed recta tendat ad Deum, solum ipsum spectans. Sic dominus unguenti effusionem in corpus suum, quã discipuli culparunt, propter bonam mulieris intentionẽ cõmendauit. Matt. 26. Sin fuerit uitiatus, opus sequitur uitiosum, quãuis foris iustum appeat, ut claret in hypocritis. Matt. 6. & 23. à foris iusti apparere cupiẽtib⁹, orando, ieiunando, eleemosynas dando, minima decimãdo, &c. Oculus ergo nequam est, qui declinat & diuertit ad creaturas, derelicto Deo. Vnde Helias. 3. Reg. 18. ait: Vsquequo claudicatis in duas partes? si dñs est Deus, sequimini eum. Ostẽdit aũt dominus, quod pharisæi inuidia excæcati, miracula domini calumniabantur. Sũma ergo diligentia curandum, ne lumen tenebræ sint. Psal. 4. Multi dicũt, quis ostẽdit nobis bona? Signatum est super nos lumẽ uultus tui dñe. Ephe. 4. Hoc igitur dico & testificor in domino, ut iam nõ ambuletis, sicut & gentes ambulant in uanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à uia Dei per ignorãtiam, quæ est in illis, propter cæcitatem cordis illorum: qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitię, in operationẽ ĩmunditiæ omnis, in auaritiam. Vos autem non ita didicistis Christũ, si tñ illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est ueritas ĩ Iesu. Ephe. 5. Videte ergo quõ caute ambuletis, nõ quasi insipientes, sed ut sapiẽtes, redimẽtes tp̃s, qm̃ dies mali sunt. Si uero nihil admistũ habuerit tenebrarum, totum lucidum erit. Qui. n. offenderit in uno, factus est oĩum reus. Iaco. 2. Eccles. 9. Qui in uno peccauerit, multa bona perdet. Hinc admonet Ap̃s. 1. Thessa. 5. Ab omni specie mala abstinete uos. Nam ꝓuidemus bona non solũ coràm Deo, sed etiam coràm omnibus hoĩbus. 2. Corint. 8. Nec. n. aliter corpus erit lucidũ oculo puro, quàm domus lucida est tibi

Ephes.5. Eratis aliqn̄ tenebræ, nunc aut' lux in domino. ut filij lucis ambulate. Fructus.n.lucis, est in omni bonitate & iustitia & ueritate. Igitur bonis ac puris cogitatiōibus, sanctis affectionibus, utilibusq; sermonibus ac uirtuosis operibus nosipsos iugiter ornare studeamus. Philip.4. De cætero fratres, quæcunq; sunt uera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcūq; amabilia, quæcunq; bonæ famæ, siqua uirtus, siqua laus disciplinæ, hæc cogitate, quæ & didicistis & accepistis, & audistis & uidistis in me. Vnde Prouerbio.4. Iustorum semita quasi lux splendescens, pcedit & crescit usq; ad perfectum diem: uia aūt impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corruāt. Quod.n.est lucerna oculo purgato, hoc sermo diuinus est animo à prauis cupiditatibus per fidei simplicitatem purgato.

De reuersione discipulorū. Matt.11. Luc.10.

ARTICVLVS LII.

Luc.10. *Reuersi sunt autem septuagintaduo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbā satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi uobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, et super omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit. Verūtamen in hoc nolite gaudere, quòd spiritus uobis subijciuntur. Gaudete autem quòd nomina uestra scripta sunt in cælis.*

Ostendit dominus qd' non in temporalium successu prospero, sed æternorum desiderio feruido uerum sit gaudium constituendum. Præmunierat ipsos consolatione singulari, ne animo forent deiecto, siqui ipsos nō audirent, cum talis iniuria non esset ipsorum, sed transiret in Deū. Sic & Apl's 1.Thess.4. Itaq; qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiā dedit spiritum sanctum suum in nobis. Sic & ne glorientur, si qui ipsos audiunt, neq; sublime sapiant, cum non sit opus eorum, sed Dei. Sic & hic cum res mire successisset, reuersi sunt cum gaudio, nōnihil uanæ gloriæ cōcepto. Dn̄e, inquiunt, qui non solum terræ et mari dominaris, sed et dæmonibus: nam & nobis tua gratia subijciūtur. Iesus aūt quo muniret suorum animos aduersus morbū inanis gloriæ, qui sanctis etiam solet obrepere, pponit illis exemplum luciferi, qui ob superbiam à tanta felicitate subito deiectus esset. Videbam satanā, humani generis inimicum, sicut fulgur celeriter & terribiliter cadentem. Insi 2
gnis erat illius dignitas in cœlis, & tamē ob animi tumorem, subito deiectus est à summis ad ima. Esa.14. Quō cecidisti lucifer q mane oriebaris? Corruisti in terram, qui uulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo, In cœlum conscendā, supra astra Dei exaltabo solium meū, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubiū, similis ero altissimo. Verūtamen ad infernum detraheris, in pfundum laci. 2.Petri.2. Si Deus angelis peccantibus nō pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari, & originali mundo non pepercit, sed octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens, & ciuitates Sodomorum & Gomorræorum in cinerem redigens euersione dānauit, exēplum eorum qui impie acturi sunt ponens, et iustū Loth oppressum à nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit. (Aspectu.n.& auditu iustus erat, habitās inter eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Nouit Deus pios de tentatione eripere, iniquos uero in diem iudicij reseruare cruciandos.) Magis autem eos, qui post carnem in cōcupiscentia inmunditiæ ambulant, dominationēq; contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes. Sic Adam eiectus est ob superbiam

superbiam è paradiso. Gene.2. Ecclesiasti.10. Initiũ omnis peccati superbia. Hinc Sauli dicitur.1.Reg.15. Cũ paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Pro eo quod abiecisti sermonẽ domini, abiecit te dominus ne sis rex. Mea uirtute, nõ uestra potestate spiritus uobis subijciuntur. Iob.41. Nõ est potestas super terram quæ ei comparari possit. Factus est.n. ut nullum timeret. Nec serpentes nocebunt. Marc.16. Signa eos qui in me credunt, hæc sequẽtur: linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Actu.28. Paulus uiperam adhærentem manui suę, excussit in ignem. Sed quod spiritus uobis subijciũtur, nolite gaudere, fiet ista etiã per reprobos. Matt.7. Multi dicent mihi in illa die, domine domine, non nę in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomĩe tuo uirtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquã noui uos. Discedite à me
3 omnes qui operamini iniquitatẽ. Verum aũt gaudium est, in cœlis scribi, & esse in memoria Dei. Nam eo uos subuehet uestra modestia, ueraq́ simplicitas, unde corruit per arrogantiã lucifer, si perstiteritis in eo quod cœpistis. Nouit enim dominus qui sũt eius: & discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomẽ domini. 2.Timo.2. Hinc Mosi ait Exod.33. Inuenisti gratiã coràm me, & teipsum noui ex nomine. Diabolus decidit è cœlo, homines autem qui infra sunt, scribuntur supra. Ideo admonet Ap̃ls Philip.4. Gaudete in domino semper: iterũ dico, Gaudete. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus, dominus prope est. Nam ipse ait Exo.32. Qui peccauerit mihi, delebo eũ de libro meo. Psal.68. Deleantur de libro uiuentiũ, & cum iustis non scribantur. Vbi ergo? Hiere.17. Dñe, omnes qui te derelinquunt, cõfundentur: recedentes à te, in terra scribentur: quoniam dereliquerunt uenam aquarũ uiuentium dominum. Sed quo fine? Apoc.20. Vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni. & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est liber uitæ: & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta sunt in libris secũdum opera eorũ: & dedit mare mortuos suos, qui in eo erãt: & mors & infernus dederũt mortuos suos, qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorũ. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secũda. & qui nõ inuẽtus est in libro uitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

In illo tempore respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi domine pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic placitum fuit ante te. Matth.11.

Q

Quantum Deo placeat humilis simplicitas, ac supba displiceat prudentia, ostendit. Christus.n. hominũ amator integerrimus, de multiplici dono p ipsum à patre hominib᷒ collato electis, uehementer gauisus est. Luc.10. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto. Quo exemplo nos instituit, siquid feliciter cesserit nobis conantibus, exultemus nõ humano affectu, sed gaudio spirituali: nõ nobis arrogantes ullam gloriam, sed gaudentes illustrari gloriã Dei, gaudentes de profectu pximi. Fructus enim spũs, gaudium, pax, charitas. 3.Ioã.1. Maiorem horũ nõ habeo gratiam, quã ut audiã filios meos in ueritate ambulare. & Ap̃ls.2.Corin.9. Grãs ago Deo sup inenarrabili dono eius. Charitas siqdem cõgaudet ueritati.1.Corin.13. Quàm sępius legimus sanctos super uictorijs inimicorũ dominum collaudasse, quemadmodum Exo.15. Tunc cecinit Moses & filij Israel carmen hoc domino. Sic Delbora & Ba

rach super occisione Sisaræ. Iudic.5. Item Iudith de occisione Holofernis. Iudith.16. Quanto magis hic sup potestate fidelibus data supra inimicũ & eorꝫ profectu? Maxime igitur nobis ad hoc conãdum, ut in omnibus quæ nobis diuina misericordia impartitur donis, ipsum authorẽ agnoscamus & benemerentem, ne ingratitudinis arguamur. Videmꝰ id in creaturis natura duce præstari. uolucres cœli suum creatorem agnoscunt, col laudant. Hiere.8. Miluus in cœlo cognouit tempus suũ, turtur & hirundo & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium dñi. Esaiæ.1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel aũt non cognouit me, & populus meus non intellexit. Sed ingrati spes tanq̃ hybernalis glacies tabescet, & dispe riet tanq̃ aqua superuacua. Sapiẽ.16. Ideo Psal.102. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Ecci.32. Sup his oĩbus benedicito dominum qui fecit te, & inebriantem te omnibus bonis suis. Ephe.5. Impleamini spiritu sancto, loquentes uobismetipsis in psalmis, hymnis, & cãticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus uestris domino, gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo & patri. Col.3. Omne quodcũq; facitis in uerbo aut in ope, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agẽtes Deo & patri per ipsum. Sic Christus in patrem regerit oĩa. Ioan.11. Pater, gratias ago tibi, quoniã audisti me. &.8. Ego honorifico patrem meum, & uos inhonorastis me. Sic hic. Est confessio fidei. Roma.10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutẽ. Matt.10. Omnis qui confitebitur me, coràm hominibus, confitebor et ego eum coràm patre meo. Peccati. Psal.31. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Iosue.7. Fili mi, da gloriam domino Deo Israel, & cõfitere, atq; indica mihi quid feceris, ne abscõdas. Iac.5. Confitemini alterutrum peccata uestra. Beneficÿ. Psal.117. Confitemini dño quoniam bonus, qm̃ in seculum misericordia eius. &.110. Cõfitebor tibi dñe in toto corde meo. Item.33. Benedicã dominum in omni tpe, semper laus eius in ore meo. In omni tpe dicit, siue prosperitatis, siue aduersitatis, ne simus de ÿs, Psal.48. Cõfitebitur tibi cum benefeceris ei. Hinc. Roma.5. Gloriamur in spe gloriæ filiorꝫ Dei. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, sciẽtes q; tribulatio patiẽtiam operatur, patientia autem ꝓbationem, ꝓbatio uero spem: spes autem non cõfundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nr̃is per spm̃ sanctum, qui datus est nobis. Sic Iob.1. Dñs dedit, dominus abstulit, sicut dño placuit, ita factũ est, sit nomen domini benedictũ. Ecci.51. Confitebor tibi domine rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum. Gratias ago tibi, cui omnis laus, honor & gloria. 1. Timo.6. Soli Deo honor & gloria. Pater, per æternam generationem, qua me incõmutabiliter genuisti in identitate naturę ex tua substantia. Psal.109. Ex utero ante luciferum genui. &.2 Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Ioan.1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre. Per ipsum autẽ nos adoptionis filÿ. Galat.4. Qñ uenit plenitudo tpis, misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorꝫ reciperemus. Hinc non confundit fratres eos uocare. Heb.2. Ioã.20. Ascendo ad patrem meũ & patrẽ uestrũ. Quare nos orate docuit Mat.6.

Pater noster q es in cœlis.et 23.Vnus est pater uester qui est in cœlis. Vnde sequitur: Qui dominus es cœli et terræ,cuiusq; sapientia reguntur uniuersa.Psal.88. Tui sũt cœli,& tua est terra: orbem terrę & plenitudinem eius tu fundasti. Esa.66. Cœlum mihi sedes est, terra scabellum pedũ meorũ. Hiere.23. Cœlum & terram ego impleo.Psal.138.Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam? si ascendero in cœlum,tu illic es: si descendero in infernum,ades.Si sumpsero pēnas meas diluculo , & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducit me.Sapiē.11. Quõ autem posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses,aut quod à te uocatum non esset, conseruaretur? Parcis aũt omnibus, quoniam tua sunt domine,qui amas animas.&.12.Cũ ergo sis iustus, iuste oĩa disponis.Hinc oramus Matt.6. Fiat uoluntas tua.Nam idem dominus omnium,diues in omnes qui inuocant illum. Roma.10.Hiero.Grãs agit & exultat in prē,q apl'is sui aduētus aperuerit sacramēta,quæ ignorauerunt scribæ & pharisæi, qui sibi sapientes uidenť, & in conspectu suo prudentes. Abscondit autem,non ut inuidens aut ut author imperitiæ,sed quia digni non erant , confidentes in sua sapientia,& ideo nec Deum inuocantes:& misericordia,ne magis puniātur,ppter gratiæ collatę abusum. Iaco.4.Scienti.n.bonũ facere & non facienti,peccatũ est illi.Esa.5.Væ qui sapientes estis in oculis uestris,& corã uobismetipsis prudentes.Hiere.4. Sapientes sunt ut faciant malum,bene autem facere nescierunt. De qbus Iob.5. Qui apprehendit sapientes in astutia eorũ, & consilium prauorũ dissipat.1.Corint.1. Perdam sapientiam sapientium, & prudētiam prudentiũ reprobabo.Hinc Iaco.3.Quis sapiēs inter uos & disciplinatus? ostēdat ex bona cõuersatione operationem suã in mansuetudine sapientiæ.Quod si zelum amarũ habetis,& cõtentiones sunt in cordibus uestris , nolite gloriari & mendaces esse aduersus ueritatem. non est.n.ista sapientia desursum, descendens à patre luminũ, sed terrena,animalis,diabolica.Terrena. Luc.16.Filij huius seculi prudentiores filijs lucis sunt in generationibus suis.Sed.1.Corint.3. Sapientia huius mũdi,stultitia est apud Deum. Nam spiritu Dei caret.Ioan.14. Ego rogabo patrem,& alium paracletum dabit uobis,spiritũ ueritatis,quem mũdus non potest accipere,quia non uidet eum,nec scit eum.Animalis. Roma.8.Prudentia carnis,mors est:prudentia spiritus,uita et pax.Qm̃ sapiētia carnis inimica est Deo:legi.n.Dei non est subiecta,nec.n.potest.Gal.5. Caro.n.cõcupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnē.Hinc Roma.13.Carnis curã ne feceritis in desiderijs,quia Sapien.1.In maleuolam aĩam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Dæmoniaca, cum spũm Christi non habeat.1.Corin.2. Nos aũt non spiritum huius mũdi accepimus,sed spiritum qui ex Deo est,ut sciamus quę à Deo donata sunt nobis.Gene.3.Serpens callidior erat cunctis animantibus. Sed non est proprie sapiētia,sed astutia , sciens iuenire accõmoda media in malum finem.Roma.1. Dicentes se esse sapientes , stulti facti sunt. Ideo admonet Prouer.3.Ne sis sapiēs apud temetipsum.Sic Iudæorũ sacerdotes & scribæ,occidentem sequētes literam.uelamen habent sup cor suũ. 2.Cor.3. quanq̃ se uidētes iactitēt. Ioan.9.Nunquid & nos cęci sumus? Sed cæci & duces cæcorũ . Matth.15. Ideo admonet Hiere.9. Nõ glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua , nec diues in diuitijs suis,sed in hoc glorietur qui gloriať, scire nosse me,q̃a ego sum dominus,

qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam. Eccl.32. Qui timet Deũ, accipiet doctrinam eius. Iob.28. Dixit homini, ecce timor domini ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligentia. Eccl.1. Radix sapientiæ est timere Deum. Hoc est quod admonet Apost. Roma.16. Volo uos sapientes esse in bono, & simplices in malo. Gaudebat aũt & gratias agebat non de sapientum excæcatione de qua cõtristabatur. Marc.3. Circunspiciens eos in ira, contristatus est super cæcitate cordis eoꝶ. sed de paruuloꝶ illuminatione. Sic Apost. Roma.6. Grãs Deo, quia fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formã doctrinæ, in quam traditi estis. Augu. Non dixit, stultis & imprudentibus, sed paruulis. Paruuli dicuntur ætate. Esa.9. Paruulus natus est nobis. Imperfectione. Prouer.1. Vsquequo paruuli diligitis infantiam? Hebr.5. Oĩs enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. Paruulus, n. est. Esa.65. Puer centum annoꝶ morieť, & peccator centum annoꝶ maledictus. Innocẽtia & simplicitate. 1. Corin.14. Nolite pueri effici sensibꝰ, sed malitia paruuli estote. Chrysost. Docet nos per oĩa flatum superbiæ esse fugiendum, & simplicitatem admirãdam. 1. Corint.3. Siquis uidetur inter uos sapiẽs esse in hoc seculo, stultus fiat ut sit sapiens. 1. Corin.1. Quæ. n. stulta sunt mundi, elegit Deus, ut cõfundat sapientes. Beda: Non ait hebetibus & stultis, ut ꝓbet se tumorem damnasse, non acumen. Est. n. humilitas clauis scientiæ Iaco.4. 1. Petr.5. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Psal.18. Sapientiam præstans paruulis. Esa.28. Quem docebit sciẽtiam? & quem intelligere faciet auditũ? Ablactatos à lacte, auulsos ab huberibus. Qui. n. recedunt à malo concupiscentiæ, carnis, superbiæ, auaritiæ, ĳ uere sapientes sunt. Chrysost. Sapientia est, non eloquia Dei scire, sed secundum eloquia Dei uiuere. Sensus. n. uerboꝶ, maxime ad imitationem euangelicę refertur perfectionis, non modo cognitionẽ, qua etiam multi pseudoprophetæ & hæretici multis catholicis doctiores fuere. Verum non habuerunt eam reuelationem qua benefacerẽt, creatorem agnoscerent agnitumq́ colerent. Igiť absċondita sunt ab eis, quia se nõ accõmodauerunt: & qđ scribæ & pharisæi quotidie in lege uersantes nõ inuenerunt, simplices & piscatores inuenire meruerunt. Matt.13. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei. Roma.10. Finis. n. legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Luc.11. Væ uobis legisperitis, qui tulistis clauẽ scientię: ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Ideo Iaco.1. Siquis indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Aug. Facti huius æquitatem dominus paternæ uoluntatis iudicio confirmat, ut qui didignãtur paruuli in Deum fieri, stulti deinceps in sua sapientia fiant. Sic. n. diuino placuit cõsilio, humanam damnare sapientiam, & per humilitatem euangelicæ doctrinę bonos ad se trahere. Grego. His uerbis Christi exemplum humilitatis accipimus, ne temere discutere supna cõsilia de alioꝶ uocatione, aliorum'ue repulsione præsumamus. Iniustum esse non potest, quod placuit iusto. In cunctis ergo quæ exterius disponuntur, aperta causa rationis, est occultæ iustitia uolũtatis. Hinc Augu. Quem trahat, quem non trahat, cur istum trahat, & illum non, noli diiudicare, si non uis errare. Prouer.25. Sicut qui mel multum comedit, nõ est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Chrysost. Nunq̃ discutias consilia Dei in operibus eius, quid fecit, qua ratione sic fecit:

fecit: sed quomodocunque rem suã uoluit ordinare, gratias agens, sufficiat tibi ad testimonium ipsa dei natura: quia deus sine ratione, sine iustitia nihil facit. Nõ.n. iudicem te esse uoluit actuum suorum, sed seruum præceptorum suorum. Boni enim dñi est, omnia prouidere quæ ad utilitatem pertinẽt serui: boni autẽ serui est fideliter operari, et nõ discutere domini sui actus Ecci.3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quę p̄cepit tibi deus, illa cogita semper: & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Est enim humiliter reuerenda, quia insuperabilis. Psal.134. Omnia quæcunque uoluit dominus, fecit in cœlo & in terra, in mari & omnibus abyssis Ro.9. Volũtati eius quis resistit? Esa.46. Consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet. Diligenter adimplenda, quia utilis. Mat. 7. Qui facit uolũtatem patris mei, ipse intrabit in regnum cœlorũ. Chrysostomus: Hęc est uia salutis optima ut qui respuunt quę dicuntur, nullo pacto cogantur: ut quoniam uocati non obtemperarũt, nec meliores hinc facti sunt, sed spreuerũt salutem, quoniam eiecti sunt, resipiscere cogantur & sic diligentiores fiant qui crediderunt. Si ergo arrogantia illis obfuit, (nam ignorantes dei iustitiam, et suã uolentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti, Ro.10.) uos formidate, ut paruulorum statum conseruetis, non ignorãtes illud esse quod uobis hæc reuelari effecit, cuius cõtrarium illos reuelatione priuauit. Non enim quando dicitur, abscondisti hæc à sapiẽtibus &c. rem totam deo tribuit, sed sicut cum dicit Apostolus Ro.1. quia tradidit illos deus in reprobum sensum, & excæcauit, non operatum hæc deum fuisse asserit, sed illos qui causam præbuerunt. Reuelatur enim paruulis, quia per tumorem mentis obstaculum non ponunt ueritati, qđ superbis ĩ propriꝭ cordis oculis denegatur. Ioan.1. Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Ioan.3. Lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Suo ergo uitio excæcantur. Sic ergo excæcat & indurat iusto suo iudicio gratiã subtrahẽdo, sicut sol causa est congelationis suo recessu. Ipse enim ait Ezec.18. Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & uiuat. Vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, 1. Timoth.2. Hinc dedit nobis potestatem filios dei fieri, Ioã.1. Bene ergo dicit p Ose. 13. Perditio tua ô Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Quid est ergo quod dominus ait Exod. 33. Roma. 9. Miserebor cui uoluero, & clemens ero in quem mihi placuerit? Sed audi ipsum Ezech.18. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, uita uiuet & nõ morietur. Omnium iniquitatem eius quas operatus est, non recordabor. Hiere.18. Ecce sicut lutum in manu figuli, sic uos in manu mea domus Israel. Repente loquar aduersus gentem & aduersus regnum, ut eradicẽ, & destruam & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eã, agam et ego pœnitentiam super malo quod cogitaui ut facerem ei, & subito loquar de gente & regno, ut ędificem, & plantem illud. Vnde.26. Noli subtrahere uerbum, si forte audiant & conuertantur, unusquisque à uia sua mala, & pœniteat me mali, quod cogitaui facere eis propter malitiam studiorum eorum. Audi rursus & obserua 4. Regum.17. Et testificatus est dominus in Israel & in Iuda, per manum omniũ prophetarum & uidentium, dicens; Reuertimini

a uijs uestris pessimis, & custodite præcepta mea & cæremonias iuxta omnem legem quam præcepi patribus uestris, sicut misi ad uos in manu seruorum meorum prophetarũ. Qui nõ audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam iuxta ceruicẽ patrum suorum, qui noluerunt obedire dño deo suo. Hie. 2. Quare dixit populus meus, recessimus, non ueniemus ultra ad te? Zach. 7. Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauarunt ne audirent, & cor suum posuerũt, ut adamantem, ne audirent legem et uerba, quæ misit dominus exercituũ in spiritu suo sancto per manũ prophetarum priorum. Quare admonet Apostolus Heb. 13. Videte fratres, ne forte sit in aliquo uestrum cor malũ incredulitatis discẽdẽdi à deo uiuo, sed adhortamini uosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut nõ obduretur quis fallacia peccati. Quid clarius dici potest? Hinc Act. 7 ait Stephanus: Dura ceruice & incircuncisi cordibus et auribus, uos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres uestri, ita & uos. Obserua quod dicit Apostolus Ro. 9. deũ sustinuisse uasa iræ apta in interitum, non dicit quod fecerit apta in interitum. Sic. 2. Tim. 2. Cognouit dñs qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomẽ dñi. In magna autem domo non solum sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea ac fictilia: & q̃dam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Siquis autẽ emũdauerit se ab istis, erit uas in honorem, sanctificatũ & utile domino, ad omne opus bonum paratũ. 2. Pet. 3. Dñs patienter agit propter uos, nolẽs aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Sed Rom. 2. Ignoras quoniam benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelatiõis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera sua. Potest & eo referri, ut intelligamus beneplacitum patri, per stultitiam crucis, perq; abiectos homines subijcere sibi mundum, ne quid humana sapiẽtia turgeat, ne etiam qui abiecti sunt mundo, desperent. 1. Corinth. 1. Nam quia in dei sapientia non cognouit mũdus per sapiẽtiam deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Hæc est illa uoluntas, de qua Rom. 12. Probetis quę sit uoluntas dei bona, beneplacens et perfecta.

Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare.

Horũ omnium bonorũ pater est author, à quo mihi tradita sunt omnia. Chrysostomus: Tradita sunt ei oïa, secũdum quod minoratus est ab angelis, Psal. 8. Heb. 2. Nam secundum illud quod non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, Phili. 2. unus cum in eo deus & æqualis est. Hiero. Non cœlum & terram quæ cõdidit Heb. 1. ipse, sed hi qui per filium accessum habent ad patrem, & ante rebelles, postea deum sentire cœperũt. Ps. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Antea Iaccob inhabitabat. Eccl. 24. Et dixit mihi, in Iacob inhabita, & in Israel hæreditare, Nunc aũt dedit eum caput super omnẽ ecclesiã, quæ est corpus ipsius, Eph. 1. Hinc influit membris uitam. Ioan. 5. Sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. 10. 6. Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet. & Ioan. 17. Nunc cognouerunt quia omnia quę dedisti mihi, abs te sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Nihil ergo timendum cum talem habeamus dominum. Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

Secundũ quod natus est à patre, omnia tradita sunt ei, non tanquam seruo, sed sicut filio. Nulli sit mirum me omnium esse dominũ, cum & aliud maius possim, scire & nosse patrem, sic, ut & alijs reuelare possim. Reuelat pater mysteria paruulis, reuelat filius patrem. Hieronymus: Aliud est naturæ æqualitate nosse quod noueris: aliud, reuelãtis dignatione. 1. Co. 13. Ex parte cognoscimus. Ioã. 17. Pater iuste, mũdus te nõ cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerunt quia tu me misisti: & notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio quia dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Io. 15. Iam nõ dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos aũt dixi amicos, quia omnia quęcunq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Sicut ergo de reuelatione qua filius reuelat patrem, testimonium habemus. Ioan. 17. Pater, manifestaui nomẽ tuum hominibus quos dedisti mihi. ita & de reuelatione qua pater reuelat filiũ. Matt. 16. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Non nouerunt quis esset filius, qui dicebant Marc. 6. Non'ne hic est faber, filius Mariæ? Io. 17. Hæc est uita æterna, ut cognoscãt te solum deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. Non remouet personam, sed naturam. spiritus enim sanctus deus, et cognoscit quemadmodum, & pater & filius. Nam hi tres unum sunt. 1. Io. 5. Nosse ergo patrem, est metuere ut deũ, diligere ut patrem, & affici. Malac. 1. Filius honorat patrem, & seruus dominũ suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? & si dominus ego sum, ubi est timor meus. Filiũ nosse, est imitari. Nam ut filius imago est patris, sic & nos imaginem filij debemus portare. Ro. 8. Nam quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. 1. Co. 15. igitur sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginem cœlestis.

Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meũ leue. 3

Hic Iesus animo cõtẽplans, quanta esset generis humani calamitas; misericordia motus, inuitat omnes ad se, omnibus solatium ac remediũ pollicens ultro, si modo simplici syncerocq; pectore sese adeant, et excusso iugo mundi longe miserrimo molestissimoq;, iugum euangelicæ doctrinæ recipiant. Ob id enim indicat se uenisse proprie, ut leuet, quotquot ex ipso sperant peccati, uel conscientiæ, uel cuiuscunq; mali remediũ. Chrysostomus: Nõ hic uel ille, sed omnes qui curis, doloribus, peccatis laboratis: non quia glorificari me à uobis opus est mihi, sed quia salutẽ uestrã sitio. Hiere. 9. Vt inique agerent, laborauerunt. Sap. 5. Lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis ambulauimus uias difficiles, uiam aũt domini ignorauimus. Ps. 13. Contritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum. Possunt per laborantes, Iudæi in operatione mandatorum: per oneratos, gẽtes onere peccatorũ oppressæ intelligi, quos Christus quiescere facit. Credere enim & confiteri quis labor, & baptizari? Quomodo autem non quies, quãdo quidem et hic nihil solicitũ esse oportet, de ijs quæ ante baptismum facta sunt, & alibi quies suscepturа est? Laborabant Iudæi sub pædagogia illa & exactore lege innumeris cæremonijs, pondus diei & æstus portantes, Mat. 20. quam pharisæi suis constitutiunculis aggrauarunt. Matth. 23. Alligant onera grauia & importabi-

lia, & ponunt ea in humeros hominum, digito autem suo nolũt ea mouere. Vnde Petrus act.15. Quid tentatis deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuerũt? Gal.3. Christus nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est Deut.21. Maledictus omnis qui pendet in ligno, ut in gentibus benedictio Abrahę fieret in Christo Iesu, ut pollicitationẽ spiritus accipiamus per fidem. De onere peccatorum ait Psalm.37. Qm̃ iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatę sunt super me. Esa.58. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Io.1. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. 1. Pet.2. Qui peccata nostra ipse ptulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus, cuius liuore sanati sumus. Hinc ait Ioã.10. Ego ueni ut uitam habeant, & abũdãtius habeant. Hierony. Grauia onera peccata testatur. Zach.5. Hæc est iniquitas eorum in omni terra, & ecce talẽtum plũbi. Nullo onere grauius premitur animus, nil tã uehementer restringit oculos, nihil magis deijcit atque prosternit, q̃ malæ actæ uitæ ac peccatorum conscientia: nihil contra sublimiorem mentẽ hominis reddit, sicut iustitiæ & uirtutis possessio. Ps. 22. Dñs regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Vnde admonet Osee.6. Venite & reuertamur ad dñm. Esa.21. Conuertimini & uenite. Chrysostomus: Nõ illos uocat, qui omnino non concupiscunt facere iustitiam, sed qui festinabant & laborabant, sed non præualebant. Iac. 4. Appropinquate deo, & appropinquabit uobis. Ioã.7. Qui sitit, ueniat ad me, & bibat. Io.4. Qui biberit ex hac aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitã æternam. Luc.22. Ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super mensam meã in regno meo. Nec enim opes, nec honores, nec uoluptates huius mundi præstant ueram animi tranquillitatem. Habet mũdus iugum suum prima specie blandum, sed reuera molestum & asperũ. Illud excutite, & alacres iugo meo colla uestra submittite. 2. Co.6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Thre.1. Vigilauit iugũ iniquitatum mearum ĩ manu eius. s. inimici. Hoc Christ⁹ uenit auferre. Esa. 9. Iugũ oneris eius, & uirgã humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti. Esa.10. Et erit in die illa, auferet onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, et cõputrescet iugũ à facie olei. Thre. 3. Bonũ est uiro cũ portauerit iugũ domini ab adolescentia sua. Sed dominus cõqueritur Hie. 2. A seculo confregisti iugum meum, cõfregisti uincula mea, & dixisti: Nõ seruiam. Iugum euangelicum duos connectit populos. Ephe.2. Veniens euangelizauit pacem uobis qui lõge fuistis, & pacem his qui propè: qm̃ p̃ ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Super uos, dicit, non sicut scribę & pharisęi, qui dicebant & nõ faciebant. Mat.23. Luc. 11. Væ uobis legisperitis, qui oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi uno digito uestro nõ tangitis sarcinas. Chrysost. Seipsum exemplum uobis posuit, quo acceptior hæc doctrina sua, gratiorq; esset. Quid possim, miraculis declaraui: & tamen nec opes nec honorem affecto neq; quicquã omnino ambio, quod apud mundum magnũ & præclarũ uidetur. Neminẽ, quãuis humilẽ, & peccatorem, fastidio. Mitis ac mãsuetus animus, fons est omnis tranquillitatis humanæ. Ipse autẽ tanq̃ ouis

ad

ad occisionem ductus est, & quasi agnus corã tondente se obmutuit,& non aperuit os suum.Ps 144.Suauis dñs uniuersis,et miserationes eius su per omnia opera eius.Exinaniuit au tem semetipsum,formam serui acci piens,factus obediens usq; ad mor tem,mortem autẽ crucis.Phil.2.Ob serua quod ait,humilis corde.Est.n. qui nequiter se humiliat,& interiora eius plena sunt dolo.Eccl.19.Humili tas & mititas requiem inueniunt, & imperturbata manẽt,sicut uana glo ria nunquam quieta,nolens humilia ri,& semper quęrẽs sublimari. Chry sost.Humilitas uirt⁹ est,& sublimio ris philosophię mater atq; origo:pro pterea etiam cum nobis diuina tra deret instituta,ab humilitate initium fecit.Matth.5.Beati pauperes spiritu & hic magnam pollicetur mercedẽ. Non enim alijs solum accommodus atq; utilis fueris,sed tibi ipsi firmam stabilemq; requiem compræstabis. Hiere.6.State super uias,& uidete & interrogate de semitis antiquis, quæ sit uia bona,& ambulate in ea,& in uenietis requiem animabus uestris. Animabus dicit.Nam si carni mole sta uidentur,spiritui tamẽ super mel dulcia.Ioã.16.In mundo pressuram, in me pacem habebitis. Quemadmo dum Christus refrigerat suscipien tes iugum ipsius,sic satan suos dece ptorĳs seducit oblectamẽtis,ne à ma lis desistant.Docuit hactenus quę ex ipso discere debeamus, nimirum mã suetudinem & humilitatem: docuit tollendum iugum,ut requiem conse quamur conscientię,pergit iam ratio nem dicti assignare. Non est,inquit, quod metuatis.iugum meum durũ & graue uidetur incredulis,sed ĳs q toto pectore fidunt bonitati diuinæ, qui conceperunt ignẽ charitatis euã gelicę,molle et commodum,leuis est sarcina mea.Chryso.Considera quo modo his oĩbus,ut humilitatẽ præci pue colãt,ipsis persuadet. Primo his quę ipse peregit:Discite,inquit,à me: deinde magnitudine retributionis, quia inuenietis requiem.Præterea ĳs quæ ipse gratis offert, Ego reficiam uos.Ad hæc,quia facile & suaue.No lite,inquit,onus pertimescere. suauita tis enim eximiæ plenũ est,& magni tudine præmiorũ leue.August. Mira res,quomodo suaue,cũ eos qui intre pida ceruice subierint sarcinam hanc mãsuetissimis humeris,tantis cerna mus agitari procellis mundi,ut nõ à laborib⁹ ad quietem,sed à quiete ad laborem uocati uideãtur?2.Ti.3.Om nes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu,persecutionem patientur.Quare non magis ait,uenite qui uacatis?Nã & uacantes cõducit in uineam, ut fe rant æstum diei,Mat.20.Vnde Apo stolus 2.Cor.6.In omnibus exhibea mus nos sicut dei ministros,in mul ta patientia &c.Sed spiritus sanctus qui ex interioris hominis corruptio ne,interiorem renouat de die in diem 2.Cor.4.& gustata requies spiritua lis,in affluentia diliciarum dei,in spe futuræ beatitudinis,omnia pręsentia delinit,& aspera omnia & grauia re leuat.Rom.8.Non sunt cõdignæ pas siones huius temporis ad futurã glo riam,quæ reuelabitur in nobis.2.Co rin.4.Id enim quod in præsenti mo mentaneum est leue tribulationis no stræ,supra modũ in sublimitate ęter num põdus gloriæ operabitur in no bis,non cõtemplantibus nobis quæ uidentur,sed quæ non uidentur.Quę enim uidentur,temporalia sunt:quæ autem non uidentur,ęterna. Quot pe ricula & labores in terra, & in ma ri mercatores subeunt spe lucri tem poralis? Secari & uri homines su stinent,ut dolores,non æterni,sed ali quanto diuturniores, hulceris repri mantur.Augu.Omnia enim sæua & ĩmania,prorsus facilia & propè nul la facit amor. Romano.8.Quis nos

separabit à charitate dei quæ est in Christo Iesu? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Sicut scriptum est Psal.43. Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eũ qui dilexit nos. Gene.29. Videbantur (Iacob in seruiẽdo & aliis septem annis pro Rachel) dies pauci præ amoris magnitudine. Duo coniunxit, suauitatem, & leuitatem, quo alliceretur uoluntas. Proinde & apud ueteres promissionibus carnis allexit plurimos, promittens terram lacte & melle manantẽ, Exo.3. Deut.8. Verum iis deliciis carnalib⁹ crassus ille delectabatur populus, Deu.28. Qui uero spirituales sunt, has contemnunt, quin etiam asperitatibus gaudent, penuria & miseriis deliciantur, idq́ꝫ cœlestiũ amore. Quęcunque enim uere iustus ille cœlestium occupauerit, huic nausea erit oĩs transitoria uoluptas, huic facile ferre iugũ domini. Exẽplo sunt Dauid, Iob, Esaias, Hieremias &c. exemplo sunt, qui gaudentes ibant à conspectu cõcilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati, Act.5. Esa.12. Haurietis aquas in gaudio de fontib⁹ saluatoris. Hinc Ecci.23. Nihil dulcius q̃ respicere in mãdatis domini. 1.Ioan. 5. Mandata eius grauia non sunt. Immo dulciora super mel & fauum, Ps.118. Hierony. In lege multa pręcepta sunt, quę apostolus impleri non posse plenissime docet, Actuũ.15. In lege opera requiruntur, quæ qui fecerit, uiuet in eis, Deut.4. In euangelio uoluntas quæritur, quæ etiam si effectũ non habeat, præmiũ tamen nõ amittit. Chrysost. Si post hæc omnia, ardua difficilisq́ꝫ uirtus uidetur, uide quanto difficilior uitiositas est: quod ipse occultius significauit, cum antequam de iugo suo diceret, ꝑmisit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, uolens ostendere quãtum laborem, quantumq́ꝫ grauamen peccatum hominibus afferat. Ad hæc iugo mortalitatis omnes premimur. Ecci.40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de uentre matris eorum, usque in diem sepulturæ in matrem omnium.

Et cõuersus ad discipulos suos, dixit: Beati oculi qui uidẽt quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quòd multi prophetæ et reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Ioan.10 R

Ostendit dominus ꝙ ad salutem necessaria sit fides per dilectionẽ operans. Solatur autem suos, qui omnia propter ipsum reliquerãt, & multa perpessuri erant: conuersusq́ꝫ ad eos, gratulatur illis eam felicitatem, quæ negata esset summis uiris. Beatos ipsos dicit, & omnes quoque, qui cum fide ipsum in carne ambulantem uident & miracula operantem. Baruc. 3. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. 1.Ioan.1. Quod fuit ab initio, quod audiuim⁹, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ. Hinc Symeon gratulabundus ait: Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuũ. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Sed sunt qui oculos suos statuerunt declinare in terram, Psal. 16. qui terrena sapiunt, Philip.3. Nec omnium oculi beati qui ipsum uiderũt in carne. Io.15. Nunc autem uiderunt & oderunt & me & patrem meum. Sed & uidebunt in quem transfixerunt, Ioan.19. Zach.12. & Apo.1. Et uidebit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Sed qui uidẽt sicut apostoli, etiam per fidem. Immo Ioan.20 Beati qui non uiderunt et crediderũt

1.Cor.13.Videmus nunc per speculũ in ænigmate,tunc autem facie ad faciem.Ioã.6.Hæc est uoluntas patris mei qui misit me,ut omnis qui uidet filiũ,& credit in eum,non pereat,sed habeat uitam æternam.&.14. Qui diligit me,diligetur à patre meo:& ego diligam eum,& manifestabo ei meipsum.Cum constet,deum à priscis(sicut Abraham,Gen.18.Mosi,Exo.32. qui facie ad faciem domino loquebatur,& Esa.6.qui uidit dominũ sedentem super soliũ excelsum,& alijs patribus)uisum temporibus, quid sibi uult quod dicit,Multi reges &c? Sed aliud est,uidere per fidem: aliud, per speciẽ. Viderunt præmemorati p speculum in ęnigmate et imagines in subiecta creatura.Omnes enim manifestationes patribus factæ,per angelos peractæ sunt.Act. 7. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Synai,& cum patribus uestris.Viderunt ergo oculis fidei & in figuris uenturum, quem nos uenisse credimus. Ioan.8. Abrahã pater uester exultauit ut uideret diem meũ:uidit, & gauisus est. Iacob Gene.28.Vidit in somnis scalam stantẽ super terram,& cacumen illius tangens cœlũ,angelos quoque dei ascendentes et descendẽtes per eã, & dñm innixum scalæ.Item.32.Vidi dñm facie ad faciẽ, & salua facta est aĩa mea.Sed non uiderunt uerbũ carnem factũ oculis carnis,quod maxime affectabãt.Esa.64. Vtinam dirũperes cœlos & descenderes. Abac.2. Videbo eũ,sed nõ modo:quia adhuc uisus procul,& apparebit in finem, & non mentietur.Si morã fecerit,expecta illum:quia ueniens ueniet, & nõ tardabit.Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso.Iustus autẽ in fide sua uiuet. Apostoli uiderunt benigne conuersantẽ, ipsum præsentẽ habentes,cũ omni familiaritate & conuictu illi familiarissime adhærentes,quicquid cognoscere uoluissent(nõ per speculũ in ænigmate,nec p angelos uel uarias uisionum species)dñm interrogãdo discebant,quare merito alijs lege beatitudinis præferuntur. Virtuose operantem.Io.10.Opera quę ego facio in nomine patris mei,hæc testimonium phibẽt de me.& 14. Alioquin propter opera ipsa credite.Miraculose trãsfigurantem.Matt.17. Transfiguratus est ante eos.2.Pet.1. Non indoctas fabulas secuti,notã uobis fecimus dñi nostri Iesu Christi uirtutem & psciẽtiam,sed speculatores facti illius magnitudinis.Gaudiose resurgentẽ.Ioã. 20.Gauisi sunt discipuli uiso domino.Gloriose ascendentem. Act.1.Videntib⁹ illis,eleuatus est.Si ergo ęnigma beatificat,(cum diuinitatẽ Christi non nisi fide uidere possent)& regibus & prophetis imprimebat sui desiderium,q̃ optabile nunc est uidere & audire ipsum dominum,in ipsa glorię & maiestatis suæ ueritate,quã beati amplius non habent in spe, sed in uera iã specie,& secura totius boni fruitione? Esa.33.Regem in decore suo uidebunt.

De Samaritano, Luc.10.

ARTICVLVS. LIII.

Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum & dicens: Magister, quid faciendo uitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum? Quomodo legis? Ille respondens, dixit: Diliges dominum deũ tuum ex toto corde tuo, Luc. 10 *& ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. Dixitq; illi: Recte respondisti. Hoc fac, & uiues.*

Arrogans fuit legisperitus iste, superb⁹ ac dolosus. Opinabatur enim q ex responsis supplantare dominũ posset. Hinc surrexit ut ab omnibus uideretur & audiretur, ac doctus haberetur, ac uelut ex intima legis cognitione quęstionem propositurus. Ambrosius: Erat uerba legis tenens, 2

sed uim legis ignorans. Magistrum nominat, quo facilius decipiat. Chrysost. Significat sanctorũ laudatores, non imitatores, uel curiosos doctores, qui ore quidem magna prædicãt, & opere nec minima seruant. Quid faciendo, ait, quia nõ auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur, Rom.2. In possessione autem uitæ æternæ uera consistit beatitudo, quæ omnem perfectionem includit, & imperfectionẽ excludit, Ap.21. Solus aũt beatus qui uitã æternam possidet, cum securitate nõ amittendi, quare angeli ante cõfirmationem non fuerunt beati. Dñs tentatorem legis ad legem reducit, in qua mire gloriabat, ut suis uerbis sibijpsi satisfaceret. Quod quæris ex me, inquit, hoc alij debebant ex te discere, siquidem tu legis scientiã profiteris. In ea quid scriptum est? Respondit q̃ legerat, non quæ fecerat. Duo fontes emanant ex anima hominis, alter scaturit in deum, alter in proximum: in utroq; plenitudo legis & pfectio hominis Christiani. Ro.5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris p spiritum sanctũ qui datus est nobis. Est aũt deus super oĩa diligendus, nec satis diligi potest Bernardus: Modus diligendi deum, est sine modo. Quia creator ad esse. Mala.2. Nunquid nõ pater unus omniũ nostrum? Nũquid non deus unus creauit nos? Quia cõseruator. Sap.11. Quomodo aũt posset aliquid pmanere, nisi tu uoluisses? aut quod à te uocatũ non esset, cõseruaretur? Quia recreator ad bene esse. Iaco.1. Voluntarie enim nos genuit uerbo ueritatis, ut simus initium aliquod creaturæ eius. Io.1. Qui non ex sanguinib⁹, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. &.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Quia glorificator in optimo esse. Psal.83. Gratiã & gloriam dabit dominus. In toto corde, id est, diligenter, ut omnis affectio & cogitatio tua tẽdat in ipsum. Pro. 3. In omnibus uijs tuis cogita illũ. & 23. Fili, præbe mihi cor tuum. Sed. Ps. 77. Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autẽ eorũ non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius. Tota anima, ardenter, ut uegetatiua & intellectiua uis in ipsum ordinet. Cãt.5 Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Psal.37. Domine, ante te omne desiderium meum. Tota mente incessanter, ut oratio secundũ quã ad similitudinem dei creati sumus, cuius tres sunt uires, memoria, intellectus & uoluntas, in idipsum tẽdat, ut sic cogitationes sint mundæ, affectiones sanctæ, intentiones in omnibus rectæ. 1. Co.10. Siue ergo manducatis siue bibitis, uel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Coloss. 3. Omne quodcunque facitis in uerbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes deo & patri per ipsum. Omnibus uiribus constanter. Cãt.8. Fortis est ut mors dilectio. Non ergo remisse, sed uiriliter ex omnibus uiribus tam animæ q̃ corporis diligendus, tam intensiue q̃ extensiue super omnia. Deut.8. Caue ne unquã obliuiscaris domini dei tui, & negligas mandata eius. Minus ergo eum diligit, qui quicquam cum ipso diligit, quod nõ propter ipsum diligit. Hinc sequitur: Et proximũ tuum sicut teipsum. In dilectione dei modus non ponitur, sed proximi, quem eodẽ affectu diligere, quo nos, iubemur. Aug. Beatus qui amat te, & amicos in te, & inimicos propter te. Solus enim nullum charum amittit, cui omnes chari sunt in illo, qui non amittitur. Sic ad eundem finem, id est, ad gratiã in præsenti, & gloriam in futuro. Isidorus: Duo circa dilectionem proxi-

mi sunt obseruanda, ut beneficiꝫ impensione foueatur, & malitia nulla lędatur. Matt. 7. Omnia quęcunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis. Hæc est.n. lex & prophetæ. Tob. 4. Quod ab alio oderis fieri tibi: uide ne tu aliquando alteri facias. Et merito, nā omnes fratres sumus. Matth. 23. Omnes aūt uos fratres estis. Malach. 2. Nunquid nō pater unus omniū nostrū? Quare ergo unusquisq; despicit fratrem suū, uiolans pactum patrum nostrorꝫ? Hinc orare nos docuit Matth. 6. Pater noster qui es in cœlis. Nō sunt ergo Dei filiꝫ inuidi, sed diaboli. Ioā. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria pris uestri uultis perficere. Sapien. 2. Inuidia diaboli mors ītrauit in orbem terrarꝫ, imitantur aūt illum qui sunt ex parte illius. Eodem fonte regenerati. Ioan. 3 Eodē pretio redempti. 1. Corin. 6. Empti estis pretio magno, glorificate & portate Deū in corpore uestro. 1. Petri. 1. Non .n. corruptibilibus auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternę traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni ímaculati Christi & incōtaminati. Eodē pabulo recreati. 1. Corin. 10. Qm̄ unus panis & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. Eodē pręmio remunerandi. Matt. 20. Acceperunt singulos denarios. Iesus responsum approbans ait: Tenes qd sit optimū, nihil superest, nisi ut præstes quod ītelligis. Id si feceris, uiues. 1. Ioan. 3. Non diligamus uerbo neq; lingua, sed ope & ueritate. Neq;.n. cognitio legis dat uitā, sed obseruatio.

3 *Ille autem uolens iustificare seipsum, dixit ad Iesum. Et quis est meus proximus? Suspiciens autem Iesus, dixit: Homo quidā descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis, abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem, ut sacerdos quidam descenderet eadē uia: & uiso illo, præteriit. Similiter & Leuita, cum esset secus locū, & uideret illum pertransijt. Samaritanus autē quidam iter faciens, uenit secus eum: & uidens eum, misericordia motus est: & appropians, alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum: & imponens illum in iumentum suum, duxit in stabulum, & curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curā illius habe, et quodcunq; supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horū trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.*

Dñi rñso tactus pharisæus, qm̄ tumebat inani glīa, perinde quasi abūde præstitisset præceptum de diligendo Deo, quæstionem mouet de proximo, quasi Deum diligeret, qui in proximum īmitis ac maleficus esset. Iudæi uero pximum neminem ferinè interpretabantur, nisi de suę gentis hominib⁹, existimātes sibi fas esse odisse exteros, nec in hos quicquam conferre beneficiꝫ. Vnde rñsum domini, quod erat detectio captiosæ interrogationis suæ, in sui laudem & gloriā (prout moris est superborꝫ) conuertens quod recte rñdisset, uolens doctior et iustior apparere maioris fauoris factus est auidus. Saluator uero, qm̄ conditor ipse erat, sciens nos omnes unam creaturā, non opibus neq; dignitatibus, sed natura definit proximum. Ne igitur putes, inquit, quia iustus es, quód nullus tibi similis sit. Omnes.n. qui eiusdem naturæ sunt, proximi tui sunt. Sis igitur uicissim tu illis proximus, non loco, sed affectione. Locuturus dominus de primi hominis casu, suspexit in cœlum. Ambro. Hiericho, figura huius mundi est, qui ut luna mutatur, in quam de paradiso, hoc est, beatitudine cœlestis Hierusalem eiectus Adam, pręuaricationis prolapsione descendit ad miserias & defectum huius uitæ mutabilis & erroneæ cum intumescere cœpit, cui non loci, sed morum muta

tio,naturæ suę fecit exilium.Psal.48. Homo cum in honore esset,nō intellexit:cōparatus est iumentis insipientibus,et similis factus est illis.Et per hoc incidit in latrones (potestatē diaboli transfigurantis se in angelū lucis.2.Cor.11. cū sit angelus noctis.) in quos non incidisset,nisi ijs,mandati cœlestis deuius,se fecisset obnoxiū. Qui etiam indumenta gratiæ spiritalis, īmortalitatis scilicet & innocētię hoc est,iustitiā originalem,auferunt. Vnde ꝓtinus hac spoliatus erubuit, faciēs sibi perizomata, cui dominus postea tunicas fecit pelliceas.Gen.3. emittens de paradiso uoluptatis. Et plagis,hoc est,naturalibus uulneratis,per culpam,qua humanę naturæ integritas uiolatur,et mors quasi fossis uisceribus īducitur,impositis.Romanorum.7. Scio ꝙ non est in me, hoc est, in carne mea bonum: nam uelle mihi adiacet,perficere autē non inuenio. Non.n.quod uolo bonum, hoc facio, sed quod odi malum, hoc ago. Si autē qđ nolo,illud facio:iam non ego operor illud,sed quod habitat in me peccatum.Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum, qm̄ mihi malum adiacet. Cōdelector.n. legi Dei secundum interiorem hominem. Video aūt aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati,quod est in membris meis.Infelix ego homo,qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum.Igitur ego ipse mente seruio legi Dei, carne aūt legi peccati. Galat.5. Caro.n.cōcupiscit aduersus spiritum,et spiritus aduersus carnem. Hæc.n.sibi inuicem aduersanī, ut non quæcunq; uultis,illa faciatis. Abierunt semimortuo relicto, illico perituro,si nemo succurrisset. Nā immortalitatem eruere,sed rationis sensum abolere non poterant, quin homo Deum sapere & cognoscere posset,quia(secundum Boetium(mentibus hominum īserta est cognitio ueri & amor boni.Psal.4.Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo.Habebat aūt & ante lapsum, in intellectu lympiditatem,in affectu rectitudinē, in memoria firmitatē, in effectu seu operatiua uirtute fortitudinē, in sensu obedientiæ promptitudinem. At per peccatum, intellectus factus est umbratilis,uoluntas uertibilis, memoria labilis,uirtus ad standum debilis, sensus rebellis. O deploranda commutatio conditionis humanæ. Abierunt aūt non ab insidijs cessando,sed occultando. Mulierem in serpēte aggressus est uisibiliter.Gene.3. nunc autem nos aggreditur inuisibiliter. Psal.141. In uia hac qua ambulabam, absconderūt superbi laqueū mihi.Circuit.n.terram & perambulat eam.Iob.1.Tanq̄ leo rugiens circuit quærens quem deuoret.1.Pet.5. Sacerdos uero & leuita eadē uia descenderunt,quia una,qua & omnes, mortis conditione, præuaricationis & peccati descēderunt:sed nec sacerdos, qui ob religionis professionem potissimū præstare debuerit Dei præceptum, nec leuita, à quo merito qs expectasset obseruationem præcepti diuini, quicquam opis attulit fratri ac populari suo. Lex.n.& prophetæ uulnera ostendere,non autem curare potuerunt.Roma.3.Per legem.n.cognitio peccati. Sed nihil ad perfectū adduxit lex.Heb.7.&.10. Impossibile est sanguīe tauroꝝ & hircoꝝ auferri peccata. Ideo ingrediens mūdū,dicit:Hostiā & oblationē noluisti,corpus autem aptasti mihi:holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt.Tunc dixi,ecce uenio.In capite libri scriptū est de me, ut faciā Deus uoluntatē tuā. In qua uoluntate sanctificati sumus, per oblationē corporis Christi Iesu semel. Samaritanus

quidam, uere quidam, quia singularis, qui potuit & uoluit. Nam dominus qui uenit seruādis omnibus. Lucæ.19. Venit.n.filius hominis quærere & saluum facere quod perierat, aliquando Iudæis probri gratia dictus est Samaritanus. Sed nō offendit uniuersas orbis nationes ignominia uocabuli, cum rem nominis experiātur salutarem. Nam Syris sonat custos. Psal.114. Custodiens paruulos dñs. &.144. Custodit dominus omnes diligentes se. Erat nimirū uerus pastor, qui nihil é suis perire patiebatur. Iter faciens. Ioan.16. Exiui à patre, & ueni in mundum. Grego. Propter nos homo factus, iter præsentis uitæ arripuit. Nō autem descendit eadem uia. Quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1.Pet.2. Descendens è cœlo, uisere sauciū dignatus est, quóque facilius opitulari posset, assumpta hominis natura accessit proxime ad hominem, uidens ac uisus, ac misertus nostræ calamitatis. Hebr.2. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret & fidelis pontifex ad Deū, ut repropitiaret delicta populi. Alligauit uulnera. Matt.9. Non est ualentib⁹ opus medico, sed male habentibus. Col.2. Et uos cum mortui essetis in delictis, conuiuificauit cum illo, donans uobis omnia delicta, delēs quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrariū nobis. Et ipsum tulit de medio, affigēs illud cruci. Alligat et quotidie præceptis suis, infundens uinum compunctionis terrore iudicij. Psal.59. Potasti nos uino cōpunctionis. Matth.3. Oīs arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, et oleum consolationis, spem ueniæ pœnitentibus pmittendo. Matt.3. Pniam agite, appropinquabit regnum cœlorū. Iumento saucium imposuit. Nam ouem perditam humeris imposuit, & gaudēs domum reportauit. Luc.15. 1.Pet.2. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Tunc aūt quilibet super iumentum imponitur domini, & in stabulum ducitur, cum ad baptismum ueniens, fidem sanctæ trinitatis percipit, & in societatem sanctæ ecclesiæ collocatur. Est.n. stabulum, diuersorū meritorium, ubi uiatores suas deponunt sarcinas, & animalia reficiunt. Sic in ecclesia peccatorū deponuntur onera, & reficiuntur, lassi pabulo uerbi diuini, quō nullus ingredit nisi ductu Christi, ut dicit Beda. Curam egit personaliter, qui nullum peccatorem quāuis humilem et abiectum auersatus est, fidem suam, fideiq́ dogmata dando, ne æger præcepta quæ acceperat, dimitteret. Sed non uacat Samaritano nostro diu in terra manere, redeūdum erat unde uenerat. Itaq; altera die.i. post resurrectionem suam, qn̄ amplior æternę lucis splendor, q̄ ante passionem effulsit in mundo. (Prima.n. dies incarnationis erat, qn̄ sedentibus in regione umbrę mortis, lux orta est eis. Esa.9.) protulit duos denarios.i. duo testamēta. Vnius.n. regis imaginē utraq; tenēt, nēpe q eloqa Dei sint Matt.13. Omnis scriba doctus in regno cœlorū, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Hinc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Luc.24. Habet.n. hospites suos quibus ipse proficiscēs in cœlum, saucium curandū cōmittit, promisso in cœlis præmio, siquid ex abūdantia charitatis supra q̄ præceptum erat, impēderint sanando misero. Ioan.21. Pasce oues meas. 1.Petr.5. Pascite qui in uobis est gregem domini. 1.Corint.3. Vnusquisq; aūt propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Reddet aūt qn̄ dicet illud Matt.25. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te cōstituam, intra in

gaudium domini tui. Adaptat aūt dominus parabolam, dicens: Vade, & tu fac similiter, alludens quęstioni factæ: Quid faciendo? Vtrunq; præceptū impleuit, qui in Christo & Deū diligit super omnia, & hominē optime meritum ut seipsum. Diligitur autem in membris suis, in quibus & offendit, & afficit ignominia. Matt. 25. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Docet itaq; nos, ut parati simus ad misericordiam, & conemur esse proximi ijs, qui indigent nostro subsidio.

De ministerio Marthæ. Luc 10.

ARTICVLVS LIIII.

Luce. 10. *Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suā, & huic erat soror nomine Maria. Quæ etiam sedens secus pedes domini, audiebat uerbum illius. Martha aūt satagebat circa frequens ministerium.*

Ostēdit dominus q; in primis animarū cura habēda sit, sicq; naturæ necessitas curanda, ne salus negligatur æterna. Ibat dominus omniū pedes, ouem quęrens perditam. August. Sic susceptus est domin9 tanq; hospes, qui in sua ppria uenit, & sui eū non receperūt: sed quotquot receperunt, ex alienigenis licet, dedit eis potestatem filios Dei fieri. Ioan. 1. adoptans seruos, & fratres faciens: redimēs captiuos, & cohæredes faciens. Felices qui dominum in carne suscipere meruerunt: nec minus felices, qui nunc in membris suscipiunt. Matt. 25. Hospes fui, & suscepistis me. Felicissimi qui per fidem, qm̄ in fine ab ipso in æterna suscipiētur tabernacula. Matthę 25. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnū à cōstitutione mundi. Ephe. 3. Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, ut det uobis secundum diuitias gloriæ suę, uirtutem corroborati per spūm eius in interiore homine, Christum habitare per fidē in cordibus uestris. Nā uita si aliqn̄ fuerat iniqua, ipso intrāte aufugit, & remanent duæ uitæ innocentes, laboriosa & ociosa, inter eas medius est fons uitæ. Intrauit castellum, hoc est, Bethaniam. Ioan. 11. Erat quidam languēs Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthę sororū eius. Diligebat aūt Iesus Martham, & sororem eius Mariā & Lazarùm. Par ergo erat utriq; pietas in dominum, sed diuersa uitæ ratio, diuersa pietatis functio: quemadmodū in uno corpore sunt usus membrorū uarij: Ita & in corpore Iesu, quod est ecclesia, uaria sunt dona spiritus. Nā Maria feriata à negotijs domesticis, assidebat ad pedes domini Iesu humiliter, audiens sermones illius diligenter, quibus adeo rapiebatur, ut oblita cæterorū, non posset auelli. Psal. 72. Mihi aūt adhærere Deo bonū est, ponere in dño Deo spem meam. Et. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus meus, quoniam loquet̄ pacem in plebem suam. Lucæ 11. Beati qui audiunt uerbū Dei & custodiūt illud. Contra, Martha solicita de apparatu conuiuij, sursum ac deorsum cursitabat, tumultuabatur, neqd omnium deesset, quę ad suauiter excipiēdum dominū eiusq; discipulos pertinebāt. Eadē charitas habebat utrāq;, ambæ dilectæ à domino. Prouerb. 8. Ego diligentes me, diligo. Martha solicita qūo dominum pasceret, Maria uero qūo à domino pasceret̄. Psal. 33. Gustate & uidete qm̄ suauis est dominus. Et. 118. Quàm dulcia faucib9 meis eloquia tua super melori meo. Hinc sponsa Canti. 5. anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Nam Hier. 23. Nūqd non uerba mea quasi ignis, dicit dominus, & quasi malleus conterens petras? Si tantæ uirtutis in ore seruorum, quid in ore domini?

Quæ

2 *Quæ stetit & ait: Domine, non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solã ministrare? Dic ergo illi, ut me adiuuet. Et respondens, dixit illi dominus: Martha Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò, unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ nõ auferetur ab ea.*

Martha ergo cum ægre sufficeret omnibus obeundis quę pertinebant ad apparatum, & uideret sororem feriatam assidentem ad pedes Iesu, nõ expostulat cum sorore, quã sciebat auelli non posse, sed Iesum subincusat, qui illam suis sermonib⁹ à necessaria functione remoraret. Ex persona illorum loquitur, qui adhuc diuinæ contemplationis ignari, solum quod didicere fraternæ dilectionis opus, Deo placitum ducunt: ideoq; cũctos qui Deo deuoti esse uolunt, huic mãcipandos autumant. Maria aũt causam suam iudici Christo cõmittit, tacens, interna dulcedine alloquiũ Christi refecta. Qui in ocio uiuunt cõtemplationis, à solo Deo pendere debẽt, sedentes secus pedes eius. quo ad stabilitatem & profundam humilitatẽ. Threno.2. Sedebit solitarius, & tacebit, & leuabit se super se. Osee.2. Et ducam eam in solitudinẽ, loquar ad cor eius. Quanto humilius sedet, tanto amplius capit. Aqua.n. cõfluit de montibus & collibus ad conualles. sic Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.1.Petr.5. Eccl.3. Quãto magnus es, humiliate in omnibus, & coràm Deo inuenies grãm. Qui in negotio actionis multum rebus occupati terrenis, impliciti & distracti uiuunt, piis tamẽ, ut sunt opera misericordiæ, iustitiæ, rei familiaris, honeste occupationis, & similia, Marthæ negotium agũt. Dñs autem delectatus utriusq; fœminæ affectu, Marthæ sedulitatem non improbat, nec obiurgat obmurmurantem sorori, sed Mariã subleuat. Martha Martha, inquit, solicita es. Augu. Repetitio nominis, indicium est dilectiõis, aut forte mouendæ attentionis, Cæterum unum est necessarium, qđ semper agendum erat, si liceret. Augusti. Vnum illud supernum, ubi pater & filius & spiritus sanctus sunt unum, ipsa trinitas unus Deus.1.Ioan.5. Et hi tres unum sunt. Ad hoc unũ nos non perducit, nisi multi habeam⁹ cor unum, & aĩam unam. Actu.4. Multitudinis credentium erat cor unum et anima una. Et dominus Ioan.17. Pater sancte, serua eos in noĩe tuo quos dedisti mihi, ut sint unũ sicut & nos. 1.Corint.10. Qm̃ unus panis & unũ corpus multi sumus, omnes qui de uno pane, & de uno calice participamus. Roma.12. Multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Ideo.1. Corin.1. Obsecro aũt uos fratres, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Philip.2. Vnanimes, idipsum sentientes, nihil per contentionem, uel inanẽ gloriam. Qui aũt adhæret Deo, unus spiritus est cum illo.1.Corin.6.1.Ioã.4. Deus charitas est: & q manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Martha ergo turbabaẽ circa tpalia & corporalia administranda, quę occupatio licet fuerit bona, & act⁹ prudentiæ, misericordiæ, & liberalitatis, ex charitate imperialiter procedens, nihilominus tamen frequenter stabilitatem & pacem mentis in Deo perturbat, diminuit, & interrũpit. Optimam uero partem Maria elegit, quæ oblita eorum quæ sũt corporis, tota est in his quæ sunt animi. Quæ non auferetur ab ea, sed augebitur in hac uita, & perficietur in alia uita 1.Cor.13. Cum uenerit quod pfectum est, euacuabitur qđ ex parte est. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tũc autem facie ad faciem. Apoc.14. Beati mortui, qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus, ut requie-

scant a laboribus suis. Opera.n.illorum sequuntur illos. Nam absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quae prima abierunt. Et dixit qui sedebat i throno, ecce noua facio oia. Apoc.21. Ecce pars Marthae quae aufertur. Non aut dominus hospitalitatem prohibet, sed distractione & turbatione. Magna.n.hospitalitatis uirtus, id quod Martha ostedit, & non reijcienda: maior autem, attedere uerbis magis spiritualibus. Per illam.n. corpus pascitur, per hoc anima, uiuificatur. Eatenus ergo hospitalitas in ueneratione est, quatenus non abstrahit nos a magis necessarijs. Sic Iob.31. Foris non mansit peregrinus, ostium meum uiatori patuit. Sic Abraha in foribus tabernaculi aduetum hospitum obseruans, ad manendum inuitabat. Gene.18. Sic & Loth Gene.19. Hebr.13. Hospitalitatem nolite obliuisci, per hac.n. placuerunt quidam, angelis hospitio receptis. 1.Pet.4. Hospitales inuice sine murmuratione. Et merito. Matt.18. Qui susceperit unum paruulum talem in nomine meo, me suscipit. Matt.10 Quicunque potu dederit uni ex minimis istis, calice aquae frigidae tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suam.
3 Cum ordinatione ecclesiae (quae spiritu sancto regitur. Ioan.14. Ego rogabo patrem, & aliu paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscu in aeternum spiritum ueritatis. Vnde & columna dicitur & firmametum ueritatis. 1.Timo.3.) hoc euangelium in assumptionis gloriosae uirginis matris domini Mariae festo in ecclesia legatur, hinc non inconuenienter ipsi aptari potest, quae utriusque uitae energia summe habuit. Vnde Anselmus: castellum dicitur quaelibet turris & murus in circuitu eius, quae duo inuicem ita se defendunt, ut hostes per murum ab arce, et a muro per arcem arceantur. Sic Maria turrim habens humilitatis, & murum uirginitatis, nec superbia habuit uirginitatis, nec inquinatione humilitatis, sed semper in ea mansit & humilis uirginitas, & uirginalis humilitas. Nam angelo filium promittenti, de uirginitate sollicita, ait Luc.1. Quo fiet istud, qm uirum non cognosco? Sic audito, quod filium Dei salua uirginitate paritura esset, rndit: Ecce ancilla domini. Et, quia respexit humilitate ancillae suae. O sublimis uirgo, mater Dei. O humilis mater, ancilla Dei. Quid sublimius esse potest? Quid humilius de se sentire potuit? Porta per quam intrauit Iesus, fides est. Luce.1. Beata quae credidisti, qm perficientur in te quae dicta sunt tibi a domino. Nec qa intrauit castellum hoc Iesus, uiolatum est. Iesus.n. saluat, non uiolat: confracta solidat, non cofringit solida. Eze chi.44. Porta haec clausa erit, & non aperietur, & uir non trasiet per eam, qm dominus Deus Israel ingressus est per ea. Nihil ergo iuris inimicus unquam habuit in hoc castello. Nam fomes radicatur in carne, & ascendit usque ad mentem, sicut conqueritur Apostolus. Roma.7. Scio quod non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam uelle mihi adiacet, perficere aut non inuenio. Hinc omnes natura eramus filij irae. Ephe.2. sicut & caeteri. Omnes.n. peccauerunt, & egent gloria Dei. Roma.3. Legimus aute Hiere.1. Priusque te formarem in utero, noui te: & antequam exires de uulua, sanctificaui te, & prophetam in getibus dedi te. De Ioanne Gabriel angelus ait Lucae.1. Et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suae. Nam nemo mudus a sorde, nec infans cuius est unius diei uita super terra Iob.15. Rationem Dauid assignat Psal.50. Ecce.n. in iniquitatibus coceptus sum, et in peccatis cocepit me mater mea.

Si ergo Hieremias propheta in gentibus futurus, in uulua sanctificatus, Ioánes præcursor domini spiritu sancto in utero repletus, quid de castello in quod receptus dominus, immo de quo suscepit, quod pro salute omnium in cruce dependit? Psal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei, sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non cōmouebitur, adiuuabit eam Deus mane diluculo. Vere mane diluculo. In prima .n. eius sanctificatione, collata est ei tanta gratia perfectionis, ut eā præseruaret ab omni peccato, & redūdaret in eius sensualitatem in tanta abundātia, ut fomitem adeo reprimeret, q̄ nullum effectum ad incitandum ad malum haberet. In secunda in qua spiritus sanctus non tantū descendit in mētem, sed etiam in carnē, cum de carne operatus est carnem sine macula, reliquam ipsius carnē reddens īmaculatam, extirpando fomitem, & omnem concupiscentiam. Videamus nunc in ea partem Marthæ. Non .n. erat in ipsa gratia Dei uacua. 1. Corint. 15. Dei gratia sum, ait Ap̄ls ibidem. Nec erat domus uacās & superficietenus ornata. Matt. 12. Siquidem in utero concepit & fouit. Hiere. 31. Nouum creauit dominus super terram, fœmina circundabit uirum. Esa. 7. Ecce uirgo concipiet, & pariet filiū, & uocabitur nomen eius Emanuel. Vnde dicere potuit illud Ecclesiast. 24. Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Lactauit infantem. Hinc sp̄ūs sanctus per os mulieris Lucę. 11. Beatus uenter qui te portauit, & hubera quæ suxisti. Pannis inuoluit. Luc. 2. Duxit & reduxit angelo monente in Aegyptum. Matt. 2. Dolorose triduo quæsiuit absentem. Luc. 2. Subsecuta est prædicantē. Vidit morientem Ioan. 19. Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Hic fuit gladius de quo sanctus ille Symeon Lucæ. 2. Et tuam ipsius aīam pertransibit gladius. Sicut ergo compassa ita et cōglorificata. Ro. 8. 2. Tim. 2. Nā et si cōmortui sumus, & cōuiuemus: si sustinebim⁹, & cōregnabim⁹. Vos estis (ait dn̄s discipulis) qui permansistis mecū in tentationibus meis: & ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus, regnū, ut edatis & bibatis super mensam meā in regno meo. Lucæ. 22. Ipsa nunq̄ defuit patienti. Qualis autē Mariæ pars in ea? O q̄ magna multitudo dulcedinis Dei fuit in ea, q̄n spiritu sancto superueniente, & uirtute altissimi obumbrāte, ipsum Dei filium cōcepit. Quid de Deo nō sapiebat, in qua sapiētia Dei latebat, & in cuius utero sibi corpus aptabat? Christus .n. Dei sapientia, & Dei uirtus. 1. Corin. 1. In quo sunt oēs thesauri sapientiæ & scientiæ Dei reconditi. Coloss. 2. Hæc conseruabat omnia uerba, angelorum, pastorum, magorum aliorumq́ iustorum, necnō ipsius filij, conferens in corde suo. Lucæ. 2. 1. Corin. 7. Mulier innupta & uirgo cogitat quę domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Quis unquam gustauit et uidit q̄ suauis est dominus? Psal. 33. Inebriabatur .n. ab hubertate domus Dei, & torrente uoluptatis eius potabatur. Psal. 35. Nec mirum, q̄m apud eam, īmo in ea erat fons uitæ, de quo manabat tanta perfectio utriusq̄ uitæ. Pars aūt ei aufert Marthæ, sed bono suo: q̄a pars Mariæ in ea perficitur, quæ non auferetur. Est enim contemplatio per fidem, q̄dam cōtemplationis inchoatio per speciē habendæ in patria. Matt. 5. Beati mūdo corde, q̄m ipsi Deum uidebunt. O felix uisio, uidere nō solum corporis Christi claritatem, (qua cōspecta, Petrus, omnium quæ in cœlis siue in terris sunt oblitus, ait Matt. 17. Dn̄e, bonum est nos hic esse.) sed & deitatis. 1. Ioan. 3. Videbimus eū sicuti est. Vere oculus non uidit, nec auris au-

diuit, nec in cor hominis ascēdit, quę prępárauit Deus diligētibus se 1.Co.2. Quid ergo gignenti, & quod certū est sup oēs diligentis Ioā. 14 In domo patris mei, ait dñs, mansiones multæ sunt. 1.Co 15. Stella differt à stella in claritate. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarꝝ. Et domino teste. Matthæ. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorꝝ. Qua ergo gloria in cœlis ista uirgo colit, quę domino cœli præbuit hospitium sui sanctissimi corporis? Exaltata est super choros angelorꝝ. In bonis repletum est desiderium suum, à filio suscepta comitantibus angelis. Lazarum legimus ab angelis deportatū in sinum Abrahæ. Lucę. 16. Adfuere angeli domino nato. Lucæ. 2. Mulieribus ipso rediuiuo. Matth. 28. Discipulis ascendente ipso. Actu. 1. Quis hæsitet quin arcam fœderis, domini tēplum, sacrarium spūs sancti, cum iubilo in domum deduxerint Dauid? 2. Reg. 6. Quin & filius festiuis illam amplexibus, ut matrem, & talem matrē decuit, iuxta se in throno collocauit. 3. Reg. 2. Famulo de ergastulo carnis egressuro cōspicuū se prębuit. Act. 7. Ecce uideo cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris uirtutis Dei. Hinc promisit Ioan. 14. Iterum ueniam, & assumā uos ad meipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis. Ioan. 12. Siquis mihi ministrat, me sequat: & ubi ego sum, illic & minister meus erit. Siqs mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Quo honore? Ioā. 17. Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideāt claritatem meam, quam dedisti mihi. Videt ergo Deum facie ad faciem, gaudet cum filio in æternum.

De doctrina orationis. Lucæ. 11.

ARTICVLVS LV.

Luc. 11. V *Et factum est, cum esset in quodam loco orans, ut cessauit, dixit unus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos. Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuū. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem.*

Est precatio ueluti purissima uictima religionis euangelicæ, ad quā dominus frequēter secessit, suosq́ discipulos consuefecit. Est. n. precatio secretus ille congressus, qua mens humana, discussis oībus curis & phantasmatibus rerū terrenarꝝ, ueluti subuecta in cœlum, cum Deo miscet colloquium. Quòd post orationem discipulum dominus instruxit, petentem formam & modum orādi, ostendit orationem non interrumpēdam. Quem autem Ioānes suis discipulis modum dederit orādi, scriptum non est, quemadmodum & alia. Lucæ. 3. Multa qdem & alia exhortans euangelizabat populo. Potuit aūt fieri, ut diuersis locis & tpibus, & diuersis personis eandem orationis proponeret formam sicut & alia. Cum ergo multis uerbis docuisset suos, Christianorꝝ precationē nec oportere ad ostētationem paratam esse, nec de rebus quibuslibet, pręscripsit huiusmodi formam, quomodo & quid petendum sit ostendens.

Vide supra. 2 art. 26. V. 3.

Luca. 11. X *Et ait ad illos: Quis uestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus uenit de uia ad me, & non habeo quòd ponā ante illū, & ille deintus respondens, dicat: Noli mihi molestus esse, iam enim ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubiculo, non possum surgere, et dare tibi. Et ille si perseuerauerit pulsans, dico uobis, & si non dabit illi surgēs eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.*

Pijssimus Deus preces constanter & indesinenter ac feruide factas non despicit. Vnde quo magis excitaret suos ad instantiam orandi, & impetrandi

trādi fiduciam adderet, adiecit huiusmodi parabolam. Quā exorabilis, inquit, sit deus, natura beneficus erga filios suos, ex uobisipsis coniecturam facite. Amicum, uerum, non fictum. Ecci. 6. Est amicus secūdum tempus suum, & nō permanebit in die tribulationis. Est enim amicus socius mēsa, & non pmanebit in die necessitatis. Ecci. 37. Sodalis amico condolet causa uentris. Nullus aūt sic amicus ut Christus, qui est primus in aduentu, & ultimus in recessu. Ineffabili. n. modo deus creaturis rōnalibus praeueniendo factus est amicus. Omnia enim diligit, & nihil odit eorū quae fecit. Sap. 11. Ideo repēdēdo uelimus esse fidi amici eius, utpote à quo utriusq; uitae necessaria emolumenta poterimus sortiri. Est. n. amicus liberalissimus nō solū sua, sed & seipsum dando. 10. 15. Maiorem hac dilectionē nemo habet, ut aīam suam ponat quis pro amicis suis. Ephe. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum ꝓ nobis oblationē & hostiam deo in odorem suauitatis. Fidelissimus, Ecci. 6. Amicus fidelis protectio fortis, q inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio. & non est digna ponderatio auri & argenti, cōtra bonitatē fidei illius. Amicus fidelis medicamentū uitae & immortalitatis, qui metuunt dnm, inuenient illum. Hie. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Pijssimus, Ecci. 22. Mittens lapidem in uolatilia, deijciet illa: sic qui cōuiciatur amico, dissoluit amicitiā. Ad amicū si produxeris gladiū, non desperes. Est enim regressus ad amicū. Si aperuerit os triste, nō timeas. Est enim cōcordatio, excepto conuicio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa. In his oībus effugiet amicus. Ipse autē omnem offensam condonat, qm̄ non sumus soluendo. Luc. 7. Non habentibus unde redderent, donauit utrisq;. Hunc ergo accedere debemus affectu fideli. Heb. 4. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae eius, ut misericordiā consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Psal. 33. Accedite ad eum & illuminamini, & facies uestrae non confundentur. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eū, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum. Iaco. 1. Omne datū optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Vnde Psa. 83. Gratiam & gloriam dabit dn̄s. Esa 45. Ego dominus & non alter, formans lucem, & creās tenebras: faciens pacem, & creās malum. Ego dominus faciens oīa haec. Deus iustus & saluans non est absq; me. Cōuertimini ad me omnes fines terrae, & salui eritis, quia ego deus & non alius. Hinc Hier. 17. Sana me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. Ideo admonet Apostolus Ro. 5. Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad deum, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem accessum habemus per fidem in gratiam istā, in qua stamus. Eph. 2. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Sed heu quoties nobis aditum obcludimus? Esa. 59. Ecce non est abbreuiata manus domini, ut saluare nequeat: neq; aggrauata est auris eius, ut non exaudiat: sed iniquitates uestrę diuiserunt inter uos & deum uestrum, & peccata uestra absconderunt faciem eius à uobis ne exaudiret, manus. n. uestrae pollutae sunt sanguine, & digiti uestri iniquitate: labia uestra locuta sunt mendaciū, & lingua uestra iniquitatē fatur, nō est qui inuocet iustitiā, neq; est qui iudicet uere. Threñ. 3. Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio. Ps. 65. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Esa. 1. Cū extēderitis manus uestras,

auertam faciem meam à uobis: & cũ multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiam. Manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Quid ergo? Nunquid desperandum? Nequaquam. Nam iubet ut amicos faciamus de mammona iniquitatis, ut cũ defecerimus, recipiant nos in æterna tabernacula Lu. 16. Iussit & pro inimicis orare. Mat. 5. Orate pro persequentibus & calũniantibus uos. Sic Gen. 20. Dixit dñs Abimelech regi Geraræ: Redde uiro suo uxorẽ, & orabit pro te, quia propheta est, & uiues. Num. 16. Stetit Aaron inter uiuos & mortuos, deprecans pro populo, & plaga cessauit. Fuerunt autem qui percussi. 14700. absque his, qui perierunt in seditione Chore. Sed & amicis Iob dñs ait Iob. 42 Sumite uobis septem tauros, & septẽ arietes, & ite ad seruum meũ Iob, & offeret holocaustum pro uobis. Iob aũt seruus meus orabit pro uobis, faciẽ eius suscipiam, ut nõ imputetur uobis stultitia. Sic Apostolus Rom. 10. Fratres, uoluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad deum, fit pro illis ad salutem. Hoc est, Iudęis adhuc ĩcredulis. Quemadmodum ergo ex charitate pro aliis orare tenemur, ita ex humilitate aliorum suffragia postulare possumus. Ro. 15. Obsecro ergo uos fratres, per dñm nostrum Iesum Christũ, & per charitatẽ sancti spũs, ut adiuuetis me in orationib⁹ uestris pro me ad deũ, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequii mei oblatio accepta fiat in Hierlm sanctis, ut ueniam ad uos in gaudio, per uoluntatẽ dei, ut refrigerer uobiscum. Phil. 1. Scio. n. quod hoc mihi proueniet ad salutem per uestram orationem. Col. 4. Orationi instate, uigilãtes in eo in gratiarũ actione, orãtes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysteriũ Christi. Et Act. 12. Petrus quidem seruabatur in carcere, oratio autẽ fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Legimus sanctorum patrũ meritis defunctorũ, uiuis beneficia præstitisse. Pœnam relaxando. Exo. 33. Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, faciamque te in gentem magnam. Moses aũt orabat dñm deũ suum, dicens: Recordare dñe Abrahã, Isaac & Iacob seruorum tuorũ, quibus iurasti per temetipsum. Placatusque est dñs, ne faceret malũ, quod locutus fuit aduersus populũ suum. Deu. 9. Idẽ. 3. Reg. 11. Factum est igitur in tpe illo ut Hieroboam egrederetur de Hierusalẽ, & inueniret eũ Ahias Silonites propheta in uia opertus pallio nouo. Erant autẽ duo tantum in agro. Apprehendensque Ahias pallium suum nouum quo erat coopertus, scidit in duodecim partes, et ait ad Hieroboam: Tolle tibi decem scissuras. Hæc. n. dicit dñs deus Israel: Ego scindam regnũ de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Porrò, una tribus remanebit ei propter seruum Dauid, quẽ elegi, qui custodiuit mandata mea, et præcepta mea. Sic & bonum conferẽdo. Gen. 26 Apparuit dominus Isaac in Bersabee, d. Benedicã tibi, & multiplicabo semen tuum, propter seruũ meum Abrahã. Iacob benedicẽs filiis Ioseph, ait, Gen. 48. Deus, in cuius cõspectu ambulauerũt patres mei Abraham & Isaac, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meũ, nomina quoque patrum meorũ, Abraham & Isaac. Legimus nihilominus, & pro nobis orare. 2. Mach. 15. dictũ fuit Iudæ Machabæo: Hic est fratrũ amator, & populi Israel, hic est qui multum orat pro populo & uniuersa sancta ciuitate, Hieremias propheta dei. Sic angeli nedũ preces nostras domino offerunt, Tob. 12. Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam domino, sed & pro nobis interpellant, Zacha. 1. Respon-

dit angelus domini,et dixit:Domine exercituum,usquequo tu non miserebéris Hierusalem,& urbium Iuda quibus iratus es?Et respondit dominus angelo qui loquebatur in me, uerba bona,uerba consolatoria. Iob.33. Si fuerit pro eo angelus loquens unus de millibus, ut annunciet hominis æquitatem,miserebitur eius,et dicet, libera eum,ut non descendat in corruptionem,inueni in quo ei ꝓpicier. Claret igitur,diuorum implorare suffragia,diuinæ non derogare maiestati,à qua habent siquid præstant. Nō enim ut dominos,sed ut domini famulos & amicos ipsos inuocamus. Quid est media nocte?Tribulatione, tentatione,& multiplici peccati ruina.Esa.28.Tantummodo sola uexatio intellectum dabit auditui.Osee.6 In tribulatione sua mane consurgent ad me.Esa. 26. Anima mea desiderauit te in nocte,sed et spiritus meus in præcordijs meis.Notantur hic conditiones bonę orationis.Prima, ut sit fidelis.Nam Iaco.4.dicitur: Petitis,& non accipitis,eo ꝙ male petatis.Vnde hic dicitur:Ibit ad eū, fiducialiter scilicet.Heb.11. Accedentē ad deum, oportet credere quia est,& ꝙ inquirētibus se remunerator sit.Iac.1.Siquis indiget sapiētia,postulet à deo,q dat omnibus affluenter,& non improperat,& dabitur ei.Postulet. aūt in fide nihil hæsitans.Qui enim hęsitat,similis est fluctui maris,qui à uento mouetur, & circunfertur.Nō ergo æstimet homo ille, ꝙ accipiat aliquid à dño,Marc.11.Quæcunq; orantes,petitis,credite,qa accipietis, & eueniet uobis.Sic cæcis ait Matt.9.Secundū fidē uestrā fiat uobis. Et aperti sunt oculi eorum.Secunda,Cordialis. & dicet illi.Phi.4.Nihil soliciti sitis,sed in omni oratione & obsecratione,cū gratiarum actione,petitiones uestræ innotescant apud deū. Psal.9.Desiderium pauperum exaudiuit dñs,præparationem cordis eoꝝ audiuit auris tua.Sic Mosi tacenti,& in terra iacēti ait dñs Exo. 14. Quid clamas ad me? Vocalis.n.oratio,ad mentalem excitandā & inflammandam ordinatur:& inquantū iuuat,usitāda, nisi ꝓcepta fuerit.1.Co.14. Orabo spū,orabo & mente:psallā spiritu, psallā & mēte. Alioqui dicitur de nobis,Mat. 15. Populus hic labijs me honorat, cor aūt eorū lōge est à me. Osee.7.Et non clamauerūt ad me in corde suo, sed ululabāt in cubilibus suis. Ideo orat Psal.140. Dirigatur dñe orat o mea sicut incensum in cōspectu tuo. Tertia,Virtualis,Amice.Augustinus: Amor est primum donū, in quo oīa bona donanť.Ideo in exordio precis nomē amici præmittit, cum charitas ratio sit impetrādi.Amice qui nunq̃ deseris.1.Io.4.In hoc est charitas dei, non quasi nos dilexerimus deū, sed quoniam ipse prior dilexit nos.Hinc Iudæ ait Mat.26.Amice,ad quid uenisti? Curandum ergo ut nos amici simus per uitā uirtuosam.Io.15. Vos amici mei estis,si feceritis quæ præcipio uobis.Luc.6.Quid autem uocatis me,dñe dñe,& non facitis quę dico?Tob.12.Bona est oratio cum ieiunio.Ecci.7.Exorare & facere eleemosynam ne despicias.Contra Prou.21 Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis,& ipse clamabit,& nō exaudietur.Prou.28.Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.Patet in Antiocho.2. Macha.9,Orabat hic scelestus dñm, à quo non esset misericordiam consecuturus.Et dominus ait Hiere.7 Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudē quia nō exaudiam te.Et.11.Tu ergo noli orare pro populo hoc,nec assumas pro eis laudem & orationem, quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me,in tempore afflictionis. Et. 14. Noli orare pro populo isto in bono.

Suffragia diuorum approbantur.

Orationis bonæ conditiones.

2

Cum ieiunauerint, non exaudiā preces eorum: & si obtulerint holocaustomata, & uictimas, non suscipiam ea. Manasses qui multis malis irritauit dominum, ut impleret etiam Hierusalem sanguine prophetarum usq; ad os, postq; coāgustatus est, orauit dn̄m deum suum, & egit pœnitentiā ualde corā deo patrum suorū. Deprecatusq; est eū, & obsecrauit & exaudiuit orationem eius, reduxitq; eum dn̄s in Hierusalem in regnum suum, & cognouit Manasses q dn̄s ipse esset deus. Sic Niniuitæ pœnitentes & orantes, misericordia dei nō sunt subuersi, Ionæ. 3. Quarta, Humilis. Nam indigentiam suā manifestare nō erubuit. Commoda, ait, mihi. Hęc defuit pharisæo Lu. 18. Hic Iudith. 9. Nec superbi tibi placuerunt ab initio, humilium, ac mansuetorum tibi semp placuit deprecatio. Psa. 36. Subditus esto deo & ora eū. Vnde nos docuit Mat. 6. Fiat uoluntas tua. Sic ipse Lucę. 22 positis genubus orabat: Pater, si uis, transfer calicem istum à me. Verunta men non mea uoluntas, sed tua fiat. Sic Magi procidentes, puerum adorauerunt, Mat. 2. Ecci. 35 Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & donec propinquet, non consolabitur: & non discedet, donec altissimus aspiciat. Quīta, Vtilis, Tres panes. Filij Israel in malum suū petierūt carnes. Nume. 11. Adhuc carnes erāt in dentibus eorū, nec defecerat huiusmodi cibus, & ecce furor dn̄i concitatus in populū, percussit eum plaga magna. Confessum regni petentes filij Zebedęi, reprehensi audierunt: Nescitis quid petatis, Mat. 20 August. Tria sunt genera bonorū. Infima quæ sunt temporalia, hęc sub conditione & moderamine petenda. Pro. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantū uictui meo necessaria, ne forte satiat⁹ illiciar ad negandum, & dicam, quis est dn̄s: aut egestate compulsus, furer & periurem nomē dei mei. August. Cum à deo petis temporalia, cū modo pete et timore: illi cōmitte, ut si psint, det: si sciat obesse, non det. Quid enim prosit uel obsit, nouit medicus, non ægrotus. Media sunt spiritualia, ut uirtutes et dona spiritus sancti. Suprema, æterna sunt, hæc absq; cōditione petenda. Bonū ergo temporale petendū in subsidium, spirituale in meritum, cœleste in præmium. Chryso. Illa pete à deo, q̄ tibi magis expediūt & deū magis decet pstare, & te accipere. Si aūt semper petis terrena, aut difficile impetras, aut forte non impetras. Quomodo enim illa pręstabit libenter, quæ si habes, admonet ut contemnas: Panes ergo petit, non corporales quibus corpus, sed spirituales, quibus pascitur anima. Intelligentiā trinitatis, qua præsentis uitæ consolantur labores. Vel fides qua intellectus, spes qua irascibilis, charitas q̄ concupiscibilis pascitur, ut intelligā, diligam, & faciam. Ecci. 15. Cibauit illum pane uitæ & intellectus. Ioā. 4 Meus (inquit Seruator) cib⁹ est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Hoc cibo reficitur corpus, anima & spiritus, ne pereant. Necessitatis insinuat causam. Bernar. Ego quidē amicum ad me uenietem, non alium existimo, q̄ meipsum: quippe cum charior mihi nemo, nemo mihi germanior q̄ ego mihiipsi. Sed hic quoties ad terrena quærenda et mundana tractāda uagatur, toties à nobis recedit animus. Hiere. 31. Vsquequo delicijs dissolueris filia uaga: Mat. 6. Vbi thesaurus tuus est, ibi & cor tuum erit. Reducitur autem tribulatione. Osee. 2. Ecce ego sepiam uiam tuam spinis, sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos & nō apprehendet eos, & quæret eos, & nō inueniet, & dicet: Reuertar ad uirum meū priorē, quia bene mihi erat tūc magis q̄ nunc, & hæc nesciui.

Bona quotuplicia.

nesciui. Aut Inedia. Luc. 15. Et cũ cœpisset egere, in se reuersus, dixit: Quãti mercenarij ĩ domo patris mei abũdant panibus, & ego hic fame pereo? Surgam & ibo ad patrem meum. Sic animus uiam uitiorꝫ secutus ac uolũtatis propriæ, non satiatus uolitis, neque refectus obtẽtis, ad animi ianuã et rationis conuertitur, cœlesti alimonia refici desiderans, cum in se reuersus, superna cœperit atq; cœlestia meditari, ac spiritualia. Esa. 46. Redite p̃uaricatores ad cor. Non aũt uenit de uia quæ Christus est, direxisset enim eũ in uiam salutis & pacis, Lu. 1. sed de uia perditionis. Sap. 5. Ergo errauimus à uia ueritatis, & iustitiæ lumẽ non luxit nobis, & sol intelligentiæ nõ est ortus nobis. Lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambulauimus uias difficiles, uiam autẽ dñi ignorauimus. Quid nobis ꝓfuit supbia nostra? diuitiarũ iactantia qd contulit nobis? Trãsierunt oĩa illa tãquã umbra, & tanq̃ nuncius præcurrens. Et nõ habeo. 1. Co. 4. Quid enim habes quod nõ accepisti? 2. Co. 3. Nõ q̃ sufficiẽtes simus cogitare aliquid à nobis tanq̃ ex nobis, sed omnis nostra sufficientia ex deo est. Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Hinc Apo. 3. Dicis qa diues sum, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser et miserabilis & pauper, & cæcus & nudus. Ex nobisipsis neq; tentationibus obsistere, neq; curare q̃ dei sunt possumus. Deus autem oĩa implens, animabus nostris illabitur, intusq; eas occulta inspiratione alloquitur. Psal. 84. Audiã quid loquatur in me dñs deus. Christus intus, nos deforis: sed exibit, ut introducat nos ad nuptias, Mat. 25. Noli mihi molestus esse. More loquitur humano dñs ĩ scripturis, intelligẽtiæ nostræ debilitati cõdescendens. Sic Esa. 1. Laboraui sustinẽs, facta sunt mihi molesta. Esa. 7. Nũquid parũ est molestos uos esse hominib⁹ quia molesti estis & deo meo? Difficulter exaudit, qa minus sumus idonei. Matt. 15. Non est bonum sumere panem filiorꝫ et dare canibus. Augu. Differt dare, ut ampli⁹ desideres dilatum, nec uilescat cito datum. Clauditur ostium per peccatum. Io. 10. Ego sum ostium. Threñ. 3. Nos iniq; egimus, ꝑpterea inexorabilis factus es. Sed pœnitẽtiæ humilitate apitur. Act. 10. Angelus ait Cornelio: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascẽderũt in memoriã in conspectu dei. Attamen erat gẽtilis, sed timens deũ, faciẽs eleemosynas, & deprecans deũ semper. Pueri sunt, qui ꝑ uirtutẽ facti sunt filij dei, & recũbũt & qescũt cũ Abrahã, imo ĩ deo. Apo. 14. Amodo iã dicit spũs, ut requiescãt à loboribus suis. He. 2. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi deus. De quib⁹ Mat. 18. Nisi efficiamini sicut paruuli, nõ ĩtrabitis in regnũ cœlorꝫ. Nã. 1. Cor. 14. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Quia puer centũ annorũ morietur, & peccator cẽtũ annorum maledictus. Sexta, ut sit stabilis. Si. n. ꝑseuerauerit, nec pudore uictus, nec tædio fatigatus, nec desperatione fractus, tametsi non surgat eo q̃ amicus est. Virtus. n. amicitiæ quãdoq; torpescit in amicis. 1. Io. 3. Filioli, nõ diligamus uerbo & lingua, sed ope & ueritate. ĩprobitate tñ uictus, dabit quot quot habet necessarios, nõ ad uoluptatẽ, sed necessitatẽ. Quod amicus ergo egens faceret apud amicũ hominẽ, hoc multo magis unusquisq; audeat facere apud benignũ deũ patrẽ, cui grata est talis importunitas, & q dando exhauriri non potest. Eccl. 18. Nõ impediaris orare semper, et ne uerearis usq; ad mortẽ iustificari, quoniã merces dei manet in æternũ. Lu. 18. Oportet semper orare et nunq̃ deficere. Rationẽ adijcit Petrus, 1. Pet. 5. Sobrij estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo

go in domino, & dabit tibi petitiões cordis tui. Psal 36. Desiderium enim suum iustis dabitur, Prouer. 10. Desiderium uero peccatorum peribit, Ps. 111. Quærenti. Psal. 9. Quoniam non dereliquisti quærentes te domine. Quid quęrendum, dominus insinuat Matth. 6. Quærite primum regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia (ad uictum & uestitum pertinentia) adijcientur uobis. Regnum autem dei & iustitiam eius quærere, est patriæ cœlestis dona desiderare, & quibus iustitiæ meritis ad hęc perueniatur, indesinenter perquirere. Hiere. 29 Cum quęsieritis me in toto corde uestro, inueniar à uobis, dicit dominus. Psal. 68. Quærite dominum, & uiuet anima uestra. Pulsanti, ostium gratię aperietur. Apoc. 3. Qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Veniet autẽ tẽpus quãdo nemini aperietur. Mat. 25. Quæ paratę erant, intrauerunt cũ eo ad nuptias: et clausa est ianua. Nouissime uero ueniunt & reliquę uirgines, dicentes: Domine domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico uobis, nescio uos. Luc. 13. Cum autẽ intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ad ostium, dicentes: domine dñe, aperi nobis. Et respondens, dicet uobis: Nescio uos unde sitis. Hinc. 2. Cor. 6. Hortamur ne in uacuum gratiam dei recipiatis. ait enim. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Quod si per errorẽ rogaretur noxia, pro beneficio duceret negare quod male peteretur, sed pro optatis daret salutaria. Sicut enim panis, piscis & ouum sunt hominis cibus, ita & petitiones nostræ utiles esse debent nobis, alioqui non dabitur nobis. Si ergo quis à patre cœlesti petierit panem charitatis, piscẽ perfectæ fidei, ouum spei, dabit ei non contraria, sed remouebit ab eo lapidem obdurationis, serpentem infidelitatis, & scorpionem desperationis. Beda: Quia in comparatione diuinæ bonitatis, omnis creatura esse mala probatur, dicente domino Marc. 10. Nemo bonus nisi solus deus. Est enim in nobis malum pœnæ, est & culpæ: quia ab infantia sensus, & cogitatio ad malum prona sunt, Gene. 8. & Iob. 25. Ecce stellę nõ sunt mundæ in conspectu eius, quanto magis homo putredo, & filius hominis uermis? Si ergo pater carnalis non dat malum petenti bonum, multo minus pater cœlestis, qui essentialiter bonus est, et à quo omne bonũ, Iaco. 1. Et quia summe bonus, ideo summe communicatiuus: & quia pater, habet ad filios beneuolentiã: quia uester, habet de uobis dilig ẽtiã: quia in cœlis, habet in dando sufficientiã. Beda: Spiritum bonum petentibus, dandum à patre pollicetur: quia siue fidem, spem, charitatẽ, siue quæ libet bona cœlestia desideramus adipisci, non aliter nobis hęc quàm per spiritus sancti donum tribuuntur. Psa. 50 Cor mũdum crea in me deus, & spiritũ rectũ innoua in uisceribus meis. Quia si non interiora spiritus dñi rectus impleuerit, cor in nobis mundũ unde est non habebit. Petamus ergo deũ patrem, ut spiritus sui gratia nos in uiã rectę fidei, quę per dilectionem operatur, inducat: et ut optata mereamur percipere, taliter uiuere studeamus, ne tãto patre simus indigni. Ps. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Sap. 7. Inuocaui, & uenit in me spiritus sapientiæ. Est. n. deus in omni opere suo summe misericors & iustus: & quia misericors, ideo libentissime condescendit humanæ miseriæ per infusionem suæ gratiæ: quia uero simul cum hoc iustus est, ideo donum perfectum non dat nisi desideranti, non dat gratiam nisi

Regnũ dei quærere, quid.

regratianti, non impendit misericordiam nisi miseriam suam recognoscẽti. ut salua sit libertas arbitrij, & non uilescat nobilitas doni, & integer ꝑseueret cultus honoris dei.

De traditionibus pharisæorum, Luc. 11.

ARTICVLVS. LVI.

Luc. 11 *Et cum loqueretur, rogauit eum quidam phari*
Y *saus, ut pranderet apud se Et ingressus, recubuit. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait dominus ad illum: Nunc uos pharisæi quod deforis est calicis & catini, mundatis: quod autem intus est uestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, non'ne qui fecit quod deforis est, etiam quod intus est fecit? Veruntamen quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis.*

Seruator qui peccatores uenit sanare & informare, non recusauit, quã quam pharisæorum non ignoraret liuorem, propter istucipsum ꝙ mali erãt & correctionis indigebãt. Cum ergo dominus accubuisset illotus præter morem pharisæorum, Marc. 7. Pharisæi enim & omnes Iudæi nisi crebro lauerint manus, non manducant, male habuit pharisæum. Stulti enim putabant, quòd cum corpore quando baptizabatur & lauabatur, simul & anima purgaretur. Dominus non ad uerba, sed cogitata respondit, quo se deum, cordis secreta rimantem ostendit. Prouer. 24. Qui inspector est cordis, ipse intelligit. Atque exemplo persuadet eis, quòd sicut nulla quidem utilitas, extrinsecus mundum esse poculum, intrinsecus autem plenum sordibus: sic neq; si corpus baptizetur, anima autem plena sit omni immunditia. Vera puritas in animi sita est innocentia. Vos lauatis res extrarias, & nihil ad ueram pietatem facientes, atque interior & potior uestri pars illota, scatet sordibus deo abominandis. Insinuat duplici eos laborare morbo, auaritia per rapinam, inuidia, & quæ ex inuidia proueniunt per malitiam, & sic uitijs contra deum, & proximum. O stulti peruersiq́ iudicij. Non'ne qui cõdidit corpus, quod multa cura dignaris, idem condidit & animã? Itaq; si puritas usque adeo cordi est, oportebat totum hominem purum facere. 2. Cor. 7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore dei. Vt sapientissimus medicus, post increpationem rigorosam adiungit informationem benignam, infundens oleum & uinum. Insinuauerat duplici eos laborare morbo, auaritia per rapinam, inuidia aũt per malitiã, uno remedio eleemosynæ utrunq; sanat, quæ prima est filia charitatis deificantis. Si enim adfuerit dilectio, ubi manebit auaritia & inuidia? Vel exprobratiue accipi potest, ut sit sensus: Sed interim uobi sipsis blandimini quasi abũde puris, si corpus & uasa subinde lauetis aq̃, & animum fraudibus, rapinis, odio, liuore, ambitione, cæterisq́ uitijs inquinatum, purgetis eleemosyna, quã cum ad ostentationem faciatis, tamẽ arbitramini sufficere ad summã animi munditiem.

De confricatione spicarum, Matt. 12. Marc. 2. Luce 6.

ARTICVLVS LVII.

In illo tempore abijt Iesus per sata sabbate. discipuli autem eius esurientes, cœperunt uellere spicas, & manducare. Pharisæi autem uidentes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt, quod nõ licet eis sabbatis. At ille dixit eis: Non legistis quid fecerit Dauid, quando esurijt & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neq; his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in tẽplo sabbatum uiolant, & sine crimine sunt? Dico autem uobis, quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est, misericordiam uolo & non sacrificiũ, nunquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est, filius hominis, & sabbati. Mat. 12. Z

Lucę.6. Factum est aũt in sabbato secundo primo. Iudæi omne festum, sabbatum nominabant. Sabbatũ.n. quies dicitur. Sæpe aũt occurrebat festum in parasceue, & uocabant parasceue sabbatum, propter festum: deinde quod proprie est sabbatum, nominabant secundo primum, eo quod sequatur festum & sabbatũ quod præcesserat. Hieronymus: Discipuli ob nimiam populi importunitatem, nec uescendi locum habebant, ideo quasi homines esuriebant. Quod autẽ spicas segetum uellicabant ut inediã cõsolarentur, uitæ austerioris indicium est, non præparatas epulas, sed cibos
2 simpliciores quærentiũ. Pharisęi undiq; captãtes calumniãdi materiam, naturalem passionem arguũt, cũ ipsi grauius peccent. Luc.6. Quidam autem pharisæorũ dicebãt illis: Quid facitis quod nõ licet in sabbatis? Quẽadmodum autẽ discipulorũ probitas cõmendat præceptorem, ita malefacta solent his imputari qui instituerũt. hinc & dominum aggrediũtur, uolentes culpam in ipsum retorquere. Dñs uero sic patrocinatus est suis discipulis, ut legis Mosaicæ peritos ex ipsa lege refelleret, pro sua mãsuetudine docens, qui reprehẽdi meruerant, obijciens exemplum ex lege nõ cuiuslibet, sed eius quẽ ipsi habebãt in primis probatum & inculpatum Dauid, qui nihil cõmotus, neq; templi religione, neq; legis interdicto, ueritus quenq; attingere panes illos, p̃ter sacerdotes, idq; tantisper donec in templo uersantes sacris operarentur. Hieron. Non dubitauit panes dari, si mundi essent, melius arbitratus, propheta dicẽte Osee 6. misericordiã uolo, & non sacrificium, de famis periculo homines liberare, q̃ Deo offerre sacrificiũ. Obserua quod.1.Reg.21. dicitur, non habeo laicos panes, sed sanctos: si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus, manducent. Quia alienus non comedit ex eis, cum & cibum desiderabilium Christus cum apostolis manducat. Luc.22. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum. Mundos ergo esse congruit sacros à mulieribus, q̃ peccata carnis maioris sint infamiæ & imunditiæ. 1.Corin.6. Qui fornicat, in corpus suum peccat. 1.Thess.4. Hæc est uoluntas Dei, sanctificatio uestra, ut sciat unusquisq; uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore. Non de spicarũ confricatione, qđ 3
licebat. Deutero.23. Si intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres, falce autem non metes. sed sabbati uiolatione accusabãt. Sed præcepta talia dispensationẽ recipiebãt & interpretationem. Bernardus: Nõ sum tã rudis, ut ignorẽ uos dispẽsatores esse positos, sed in ædificationẽ nõ in destructionẽ. 2. Cor.10. Vbi ergo urget necessitas, excusabilis est dispẽsatio: ubi utilitas p̃uocat, laudabilis est: utilitas inq; cõmunis, nõ p̃pria. Ait ergo: Hoc si nescitis esse scriptum, aut si nõ meministis, qua fronte profitemini scientiam legis? Si scitis ac meministis, cur in simili causa Abiathar et Dauid absoluitis, atq; ẽt p̃batis, meos ut nefarij sceleris reos defertis? Si tantũ tribuitur sacrificio, ut qui illi seruit, impune uiolet sabbatum, operãdo manualiter, cur non & illum habetis excusatũ, qui necessitati consulit naturæ, necessario beneficio subleuans proximũ die sabbati, quãdoquidem hoc sacrificium Deus sibi fatetur pluris esse, q̃ siquis immolet pecudem? Vos legis peritiã profitemini, & tamen in lege scriptũ est, quod si uere intelligeretis, nunq; ob rem leuem & nulli noxiã, culpassetis innocentes. Hilarius: Opus salutis nostræ non in sacrificio, sed in misericordia est: & lege cessante, in misericordia saluamur: cuius rei donum si intellexissent, nunq; cõdemnassent

apostolos, quos insimulaturi erant transgressæ legis. Marc.2. Et dicebat eis: Sabbatũ ꝑpter hominem factum est, non homo ꝑpter sabbatum. Illud ergo scitote, & habetote pro certo, qđ filius hoĩs, qui dominus est omnium. Apo.19. Habet in uestimẽto & in femore suo scriptum, Rex regum et dominus dominantium, dominus est etiam sabbati. Etenim qui condidit sabbatum, abrogare potest sabbatum. Doctrinam habemus non iudicandi alios.

De sanatione manus aridæ. Matt.12. Marci.3. Lucæ.6.

ARTICVLVS LVIII.

Matth. 12. A *Et cum inde transisset, uenit in synagogam eorum. Et ecce homo manum habens aridam. et interrogabãt eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? Vt accusarẽt eum. Ipse autem dixit illis: Quis erit ex uobis homo qui habet ouem unam, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, non'ne tenebit & leuabit eam? Quanto magis melior est homo oue? Itaq; licet sabbatis benefacere.*

Lucæ.6. Factũ est autem & in alio sabbato, ut intraret in synagogam, et doceret, obtulit se rursum, et domino benefaciendi, & pharisæis calũniandi occasio. O malitiam pharisæorũ, oculatam ad calumniandum benefacta Christi: cęcam, ad intelligendum doctrinã cœlestem. Luc.6. Et erat ibi homo, et manus eius dextera erat arida. Obseruabant autem eum scribæ & pharisæi, si in sabbato curaret, ut inuenirent unde accusarent eum. Hierony. Quia destructionẽ sabbati quã pharisæi in discipulis arguebãt, probabili exẽplo excusauerat, ipsum calumniari uolunt: ut si nõ curaret, crudelitatis aut imbecillitatis: si curauerit, trãsgressionis accusarent, cum facti testem haberent multitudinẽ. Lucæ.6. Ipse uero sciebat cogitationes eorꝝ. Et ait homini qui habebat manum aridam: Surge et sta in medium. & surgens, stetit. Nihil quidem rogabat miser, uerũ hoc ipsum erat rogare in miserabili, uenire in cõspectum misericordis Iesu. Compellat ergo hominem cui manus erat mãca, quo palàm faceret oĩbus, pharisæorꝝ calumniam nõ ex religione proficisci, sed ex inuidia: et quo uitium esset omnibus conspicuum, iussit stare in medium. Luc.6. Ait aũt ad illos Iesus: Interrogo uos, si licet sabbatis benefacere, an male? aĩam saluam facere, an perdere? Hic dominus nõ prodidit quidem populo malitiosas ipsorꝝ cogitationes, sed interrogatione perculit illorꝝ conscientias, dicens: Libens à uobis didicerim, qui ꝓfitemini legis scientiam, utrum liceat sabbato iuuare proximum, an potius deserere ꝓximum in calamitate, cui possis subuenire? Hierony. Sic soluit quęstionem, ut interrogantes auaritiæ condemnaret. Marc.6. At illi tacebant. Non.n. fallebat illos, quò tẽderet hæc cornuta quæstio. Tacẽtibus illis, Iesus ipse collato exẽplo soluebat nodũ quæstionis. Si tãtum apud uos ualet auaritia, ut malitis uiolare sabbatum, quàm unam pecudem interire, rebus uestris cõsulentes: quãto magis hoc debet impetrare charitas, ut ꝓximũ qui longe melior est oue, subleuetis die sabbati? Palàm est igitur, etiã uobis iudicibus, fas esse beneficio iuuare proximum sabbato. Ostẽdit itaq; ex auaritia dissoluere ipsos sabbatũ, sed ꝓpter inuidiam non ferre ut curaretur homo. Marc.3. Et circunspiciẽs eos in ira, contristatus est super cæcitate cordis eorum.

Tunc ait homini: Extende manum tuam. & extendit, & restituta est sanitati sicut altera. 2

Igitur dominus, cum expectato responso, uideret omnes pharisæos nõ ignoratione ueri, sed obstinata malitia ueluti cõiuratos obmutescere, ne his quidem uerbis sentiret illorꝝ inuidiam mitescere, nec homines miserãdi conspectu, nec ratione tam euidenti commoueri, circũtulit oculos in il

los, ipso uultu præ se ferens, quanta cum ira, quantoq; dolore ferret illorum insanabilem malitiam. Nulla.n. cæcitas imedicabilior, quam cum quis sciens & uolens cæcus est. dicto hominem curauit. Simul.n. cum dicto, protendit manum sanam et agilem non minus quam erat altera. Erant nobis olim manus sanæ, hoc est, efficax uirtus ad operandum: ubi aūt extenta est ad fructū prohibitū, arescere cœpit manus ad operationem boni: sed per Christum restituitur, si in medio steterimus uir tutum. Et hoc in sabbato: quia prius cessandum à malo, & post faciēdum bonum. Psal.36. Multi & nunc manus aridas habent, imisericordes? & quando sermone euangelico tangun tur, extendunt ad cōmunicandū. Hieronymus: Auaros signat, qui nolentes dare, uolunt accipere: prædari, non largiri, quibus dicitur ut extendant manus. Ephe.4. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti.

Exeuntes autem pharisæi, consilium faciebant aduersus eum, quō perderent eum. Iesus aūt sciens, recessit inde, & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes. Et præcepit eis ne manifestum eum facerent, ut adimpleretur quod dictū est per Esaiam

Esa.42. *prophetam, dicentem: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene cōplacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & iudiciū gentibus nūciabit. Non contendet neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. Arundinem quassatam non confringet, et linum fumigans nō extinguet, donec eijciat ad uictoriam iudicium, et in nomine eius gentes sperabunt*

3 Cum ex his factis debuerint agnoscere uirtutem diuinā & legis authorem, uertuntur in amentiā. Luc.6. Ipsi aūt repleti sunt insipientia, & colloquebantur ad inuicem quidnam facerent de Iesu. Hiero. Quod moliunt insidias, liuor in causa est: nam et ipsi calicem porrigunt in sabbato. Quem enim illæ rationes nō abduxissent ab errore? Quem tam euidens miraculū non excitasset ad glorificandū Deū? Sed hoc tam insigni facto in rabiem acti pharisæi, cum uiderent hanc ansam sibi ereptam calumniādi Iesum & accusandi, digressi à synagoga, relictaq; turba, quam intelligebāt esse propensiori studio in Iesum, ascitis Herodianis, quo firmior esset conspiratio, clancularijs inter se consilijs agitabant, quō Iesum extinguerent, quē ut uidebant potentibus factis longe superiorem, ita nec dictis refelli posse sentiebant. Marc.3. Exeuntes autē pharisæi, statim cum Herodianis cōsilium faciebant aduersus eum, quō eum perderent. Inuidi quando beneficijs afficiunt, insaniunt. Vt ergo egressi sunt à Deo, tunc perdere moliūtur Iesum, sicut Iudas. Psal.63. Firmauerunt sibi sermonem nequam. narrauerunt ut absconderent laqueos. dixerunt, quis uidebit eos? Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes, scrutinio. Iesus non ignarus quid molirētur, cessit: non uti sibi consuleret, sed ut illis subtraheret occasionem impij facinoris: simulq; moneret, euangelicam doctrinam non terroribus, non conuitijs aut contentionibus esse defendendam aduersus rebelles, sed mā suetudine: necnon exemplo nos docens suo, nōnunquā ad tempus cedendum imedicabili malorum peruicaciæ, ne prouocati reddātur sceleratiores. Temere.n. se periculis inijcere. Deo gratum non est. Et quia necdum uenerat hora eius, & quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. Lucæ.13. Præluditur etiam ad cōgregandam gentium ecclesiam, quādo synagoga per incredulitatem repellebat euangelium Dei. Dans humilitatis exemplum & uanæ gloriæ fugiendæ, præcepit turbæ ne se manifestum facerent. Neq; casu hoc factum est, sed ita futurum, prædictum erat per Esa.42.

Vbi pater filij uictoriam mãsuetudine partam, ac salutem euangelicam, ob satis omnibus spectatam Iudęorum pertinaciam, ad gẽtes delatam describit, quanquam Matthæus aliquanto diuersius citat, quam uel apud Septuaginta uel apud Hebræos legatur. Nam Hebręa Hieronymus reddidit in hũc modum: Ecce seruus meus suscipiã eum: electus meus, cõplacuit sibi anima mea in illo. Matt.3.&.17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui. Ioan.8. Quę placita sunt ei, facio semper. Dedi spiritum meum super eum. Ioan.3. Non. n. ad mẽsuram dat Deus spiritum. Luc.4. Iesus aũt plenus spiritu sancto. Spiritum mansuetum & lenem ac humilem. Iudicium gentibus proferet. Non solum Israelitico populo. Gene.49. Ipse erit expectatio gentium. Aggæi.2. Veniet desideratus cũctis gentibus. Iudiciũ discretionis, inter bonum & malum, & discussionis in fine. Nõ clamabit, neque accipiet personam, nec audietur foris uox eius. Non aget per tumultum & uim, nec litigabit, nec uociferabitur aduersus contentiosos. Dabit locum inuincibili malitiæ, sed omnes conabitur ad salutem adducere. Non enim in medio fori, ut gl'iæ cupidus, quemadmodum pharisęi, qui omnia opera sua faciebant, ut uiderentur ab hominibus. Matt.23. Sed in templo, synagogis, in monte, & littore docebat. Nõ ergo inordinate & impatienter clamabat. Ephe.4. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à uobis, cum omni malitia. Sed bene ex charitate. Ioan.7. Stabat Iesus & clamabat, dicens: Siquis sitit, ueniat ad me, & bibat. Luc.8. Hæc dicẽs, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Sic in cruce. Luc.23. Hebr.5. Cum clamore ualido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Calamum quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet. Non aspernabitur infirmos, in quibus erit aliqd bonæ spei reliquum: hos fouebit potius quam opprimet. Hiero. Qui peccatori non porrigit manum, & non portat onus fratris sui, iste calamũ quassatum confringit: & qui modicã scintillam fidei cõtemnit in paruulis, hic linũ extinguit fumigans, quorum Christus neutrum fecit. Ad hoc. n. uenit, ut saluum faceret quod perierat. Lucæ.19.1. Thessa.5. Rogamus uos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Galat.6. Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Sed heu Ezechie.34. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Quod infirmum fuit, non consolidastis: & quod ægrotum, non sanastis: & quod confractum, non alligastis: & quod abiectum est, non reduxistis: & quod perierat, non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. In ueritate educet iudicium. Poterat Iudæos ut calamum contritum cõfringere, & iram eorum ut linum fumigans. i. ardens extinguere, sed noluit quoad dispensationis mysterium adimpleret, & per omnia uincit eos. Ne. n. haberent qd' prætexerent, omnia sustinuit, donec successu tpis per se uincat ueritas, eoque sua culpa proruperit uesania impiorum, ut omnes intelligant illos merito repulsos & abiectos. Non erit tristis neque turbulẽtus, donec ponat in terra iudicium. Istud secundum Hieronymum uitio scriptorum uidetur omissum. Sequitur: Et legem eius insulæ expectabunt.

Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare, & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eum, & ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trãs Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo Marc.3.

titudo magna, audientes quæ faciebat, uenerũt ad eum. Et dixit Ieſus diſcipulis ſuis, ut nauicula ſibi deſeruiret propter turbam, ne eum comprimerent. Multos enim ſanabat, ita ut irruerent in eum, ut illum tãgerent, quotquot habebant plagas. Et ſpiritus immundi cum illum uidebant, procidebãt ei, & clamabant, dicentes: Tu es filius Dei. Et uehementer comminabatur eis, ne manifeſtarent illũ.

Dominus dans locũ iræ. Roma. 12. ſeceſſit iuxta mare, quo ingens turba hominum ad ipſum confluxit, adeo ut ob tumultum turbæ ſeſe protrudentis cogeretur ſcapham conſcendere, ut ſibi deſeruiret. Procidebant ſpiritus non ſponte, ſed coacti reuerentiam exhibẽdo, & filium Dei clamãt coniecturaliter, non cum certitudine conſtanti & abſoluta, quorũ teſtimonium, tametſi uerũ, dominus renuit, ne ueris falſa miſcerent.

De quatuor parabolis in mari.

Matth. 13. Marc. 4. Luc 8.

ARTICVLVS LIX.

Luca. 8. *Et factum eſt deinceps, & ipſe iter faciebat per*
B *ciuitates & caſtella, prædicans, & euangelizans regnum Dei: et duodecim cum illo. Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus, Maria quæ uocatur Magdalene: de qua ſeptem dæmonia exierant, & Ioanna uxor Chuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multa, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.*

Regnum cœleſte, Dei dicitur regnũ à regnante, & à dante: ſed cœlorũ, à loco & ciuibus ibi regnantib9 cũ Deo. Hieron. Conſuetudinis fuit Iudaicæ, ut mulieres deuotę de ſua ſubſtantia uitus ac ueſtitus neceſſaria prædicatoribus uerbi diuini miniſtrarẽt: ſed quia in gentibus hoc ſcãdalum erat, ideo Paulus non fecit. 1. Corint. 9. Si nos uobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt, ſi carnalia ueſtra metamus? Nunquid nõ habemus poteſtatem ſororem mulierculam circundu cendi, ſicut cæteri apoſtoli, & fratres domini, & Cephas? Sed non uſi ſumus hac poteſtate, ſed omnia ſuſtinemus, nequod offendiculum demus euangelio Chriſti.

Cum autem turba plurima conueniret, & de 10
ciuitatibus properarent ad Ieſum, dixit per ſimilitudinem: Exijt qui ſeminat, ſeminare ſemẽ ſuum: & dum ſeminat, aliud cecidit ſecus uiam, & conculcatum eſt, & uolucres cœli comederũt illud. Et aliud cecidit ſupra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit ſuper ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ, ſuffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, et ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicẽs, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat.

Oſtẽdit dominus hominum uitio euenire, quod ſemen uerbi diuini in quibuſdam non fructificat. Quãuis aũt diuerſo dominum turbæ ſequerẽtur affectu, ipſe tamen omnibus ſua beneficia cõmunicabat, docẽdo, alendo, ſanãdo. Matt. 13. In illa die, exiẽs Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare. Et congregatæ ſunt ad eũ turbæ multæ, ita ut in nauiculam aſcendens ſederet, & omnis turba ſtabat in littore. Sedit in naui, ut omnes auditores haberet in faciem ſpectantes, & oẽs cõmodius audirent. Matt. 13. Et locutus eſt eis multa in parabolis. Qñ in ea multitudine nõ erat eadem mens omnibus, multa propoſuit per ſimilitudinis inuolucra, ſiue qđ hoc orationis genus familiare ſit prophetis, ſiue quod accõmodatiſſimum eſt ad docendum, & ad flectendos animos populi, qđ collatio ſumpta à rebus, omnium etiam idiotarũ ſenſibus notiſſima, ſtatim pmoueat unumquẽlibet. Romano. 1. Inuiſibilia. n. ipſius à creatura mũdi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Siue qđ hac illecebra & iucũdius irrepunt in animos hominum quæ dicuntur, & hęrent tenacius, ſiue quod hæc admonitio nullum traducens, ſed tacite per imaginem taxans cuiuſq; conſcientiam, minus offendere ſolet, ſuperbis myſteria abſcõdit, ſimplicibus uero anſam inquirendi præbet & calcar. Matt. 7. Nolite ſanctũ dare canibus,

neq; mittatis margaritas ante porcos. Hierony. Turba non unius sniæ est, sed diuersarum in singulis uoluntatum, unde loquitur eis multa in parabolis, ut iuxta uarias uoluntates, diuersas reciperet disciplinas. Est autem parabola, natura discrepantium rerum, sub aliqua similitudine facta comparatio, more prouidentiæ diuinæ, ut qui cœlestia capere non poterant, per similitudines terrenas, audita percipere potuissent. Non aūt oīa, sed multa loqtur in parabolis: aliās absq; emolumēto populi recessissent. Perspicua miscet obscuris, ut per ea quæ intelligunt, prouocentur ad eorum notitiam, quæ non intelligunt, & requirant: & per apostolos, quos contemptos habebant, discant mysteriū regni, qđ ipsi nō habebant. Marc. 4. Et dicebat illis in doctrina sua: Audite, exijt seminans. Qui ubiq; est. Hiere. 23. Nunquid nō cœlum & terram ego impleo, dicit dominus? Exijt, nō localiter mutatus, sed per amictum carnis appropinquans. Ioan. 16. Exiui à patre (quò non erat creaturæ accessus. Lucem. n. habitat inaccessibilem. 1. Timo. 6.) & ueni in mūdum. Augusti. Exijt à patre, quia de patre est: in mundum uenit, quia mundo suum corpus ostendit. Nam in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Ioā. 1. Dicitur etiam Deus exire cum in actum procedit, sicut dicitur inter hoīes ambulare, & habitare. Deuterono. 23. Dn̄s Deus tuus ambulat in medio castrorum, ut eruat te, & tradat tibi inimicos tuos. Abacuc. 3. Egressus es in salutem populi tui. Seminās dicit, nunq;. n. cessat, pluens super iustos & peccatores. Matt. 5. Hebr. 1. Multifarie multisq; modis olim loquens Deus patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Sed quid? Semen suū, qđ habebat egregium, non alienū. Dicebant prophetæ, hæc dicit dominus. Ioan. 19. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimoniū perhibeam ueritati. Sūma ergo attentione audiendum, & diligentia obseruandum. Iaco. 1. In mansuetudine suscipite insitum uerbum, quod potest saluare animas uestras. Chrysosto. Quia nos ad eum uenire non poteramus, maceria īgressum & aditū prohibente, ipse ad nos egredi: nō ut terram ueprbus plenam, aut ignaros agricolas perderet, sed ut optimo cultu terram arandi fertilem faceret religionis ac pietatis seminibus diligentius iactis. 1. Corin. 3. Dei agricultura estis. Nūq; cessat seminare in animabus nostris, per ea quę docet & facit, sed dum ille nusquā non iacit semen suum, cupiens prouentum huberrimū, non æque felici solo excepta sunt semina, quare non in omnibus gignit fructum, non docentis uitio, sed audientium. Nec parē in omnibus qui audiūt, sed ut quisq; adfert animum à mundanis curis, & cupiditatibus uacuū, ita sermonis auditi maximus est fructus. Hierony. Nō dicit se proiecisse in uiam, sed cecidisse. Nam qui seminat, ceu in terram bonam proijcit: Illa autem si inuenta fuerit mala, semen corrumpit. Sic sermo cadit in audientes Hebr. 6. Terra. n. sæpe super se uenientem bibens imbrem, & germinās herbam opportunā his à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem spinas & tribulos, reproba est & maledicto proxima, cuius cōsummatio in combustionē. Non ergo satis est audisse, nisi quod auditum est, cōferatur in usum pietatis. Hierony. Tres ordines sunt, in quibus uerbum perdit. Secus uiā, ubi partim cōculcatur pedibus uiatorum & conteritur: reliquum, qm̄ non opertum est terra, uolucres cœli comedunt. Tales sunt, parum attenti, ignaui & desides, q nun. ꝑ suscipiunt

Ordines quidā tres.

uerbum, latam uiam ambulantes. Matt.7. quæ ducit ad perditionẽ. Hiere.10. Iuxta uias gentium nolite ambulare. Est.n. uia, cor sedulo malarũ cogitationum transitu attritũ & arefactum, ne semen uerbi possit accipere uel germinare. Supra petrã Mat.13. Alia ceciderunt in petrosa, ubi nõ habebant terram multam, & continuo exorta sunt, quia non habebant terræ altitudinẽ. Sole aũt orto æstuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. Qm̃ non suberat terra, quæ suppeditaret humorem ad iustam maturitatem, ad solis ardorem exaruit. Sic pusillanimes. Spinæ, delicati sũt. Marci.4. Et aliud cecidit in spinas, & ascẽderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructum non dedit. Nam celerius & densius proueniunt, atq; altius sese spargunt. Ecce primum semen nõ germinat, sed cõculcatum à uolucribus tollitur. Secundum germinat, sed nõ multum erigitur, carẽs humore. Tertium eleuatur in stipitem, sed nõ fructificat, suffocatum à spinis. Quartũ fructificat. Mar.4. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructũ ascendentem & crescentẽ, & afferebat unũ tricesimum, & unum sexagesimum, & unum centesimũ. Non.n. erat omnino irritus seminantis labor. Nam fuit semen quod incideret in terram bonam & frugiferam, & feliciter enatum produxit fructum. Erat.n. terra bene culta, à lapidibus & spinis mũdata. Sciens autem dominus non ab omnibus intelligi quod dixerat, uolẽs tamen eos in posterum meminisse parabolæ, quæ pertineret ad salutẽ omnium, & apud se quisq; scrutaretur quid sibi uellet hæc parabola, clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat. Nimirum indicans, nõ omnes audisse qui audierunt. Manifestat.n. qđ hæc spiritualiter intelligenda sint ab his, qui spirituales habent aures animæ, tum quidem nõ explicans inuolucrum ænigmatis, sed suo cuiq; animo relinquens inuestigandum. Gregorius: Omnes qui illic aderant, aures corporis habebant, unde procul dubio aures cordis requirebat. Vnde est audit⁹ naturæ: sic multi audierũt. Est & intelligentiæ: sic pauci, quia similes statuis, quæ habẽt aures, & nõ audiunt. Psal.113. Est tertio obediẽtiæ. Psalmo.17. In auditu auris obediuit mihi. Tunc.n. proprie dicimur præcepta audire, dũ obedimus. Quo contra Prouerbio.28. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Hieron. Prouocamur ad dictorũ ĩtelligentiam, quoties his sermonibus cõmonemur. Bed. Vbicũq; hæc admonitio ĩterponitur, mysticũ esse quod dicitur, & spiritualiter ac attentius quærendũ ostendit, & ideo spũales aures reqrit. Neem.8. Aures omnis ppl̃i erant erectæ ad librum.

Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola: Quibus ipse dixit: Vobis datũ est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ut uidentes non uideant, & audientes non intelligant.

Porrò cum ne duodecim quidem illi, quos dñs selegerat rudes adhuc, satis intelligerẽt quid sentiret hæc similitudo, non ausi sunt palàm interrogare. Mar.4. Et cum esset singularis, interrogauerunt eum hi, qui cum eo erãt duodecim, parabolã. Matt.13. Accedentes discipuli, dixerunt: Quare in parabolis loqueris eis? Tum Iesus admonens nos, nõ omnibus oĩa proferenda, sed pro ratione temporũ, proq; captu auditorũ, dispensandam esse doctrinam euangelicam, ait: Vobis, qui quod datur, simpliciter auidéq; accipitis, digni estis quibus secretiora quædam cõmunicentur. Matt.13. Quia uobis datum est nosse mysterium regni cœlorũ, illis autem nõ est datũ. Mar.4. Illis aũt qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt. Quales illi adferũt animos ad audiendum, tales

illis propono sermones. Illi sunt qui manifestissima nolunt itelligere, ego tenebris iuoluo sermonem, ut uel sic puocem ad discendi uestigandiq; studium. Vobis ergo, quia habetis studium & alacritatem, datum est: illis autem non adhibētibus studiū, non est datum. Diuinorū enim intelligentia mysteriorū, Dei donū est. Psal. 118. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuā. Qui purificatos habēt oculos. Actu. 15. Fide purificās corda eorum. Esa. 7. Nisi credideritis, nō intelligetis. Mysterium regni, hoc est, statum regni, uel sacras scripturas, quæ ostendunt, promittunt, & ad ipsum perducunt, quod aufertur à malis. Matt. 21. Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Chrysosto. Secreta diuina indignis non sunt cōmunicanda. Nō.n. decet panem filiorū mittere canibus. Matt. 15. Neq; sanctum dare canibus Matt. 7. Si.n. sanctum canibus dederis, aut porcis margaritas, nec sanctum canes sanctificāt, nec margaritæ nutriunt porcos: sed econuerso canes sanctū coinquināt, & porci margaritas sordidant, uel confringunt. Matthę. 15. Ideo in parabolis loquor eis, quia uidentes non uident, & audientes non audiunt, neq; intelligūt, & adimpletur in eis prophetia Esaię, dicentis: Auditu audietis, & nō intelligetis: & uidentes uidebitis, & non uidebitis. Incrassatum est.n. cor populi huius, & aurib9 grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quando uideant oculis, & aurib9 audiant, & corde intelligant, & conuertātur, & sanem eos. Hac de causa loquor illis per inuolucra parabolarū, utpote ueritatem apertam, aut nullo fructu, aut suo etiā malo audituris. Quod.n. audiunt, non credūt: quod uident, calumniātur. Nam uidentes natura, hoc est, à Deo sic facti, ut itelligere possunt, quantū opus est Ioā. 1. Illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, non uidēt, uoluntarie. Voluntas.n. nostra excęcat nos. Esa. 42. Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quem nuncios misi? An non uidebant miracula Christi? Profecto, sed faciebant seipsos cęcos, & taxabant eū. Ioan. 15. Nunc aūt uiderunt & oderūt, & me & patrem meum. Psal. 35. Noluit intelligere ut bene ageret. Nimirum in istis completur, qd' dixit Esa. 6. Non autem ideo loquebat̄ parabolice, ut illi excæcarentur, sed ad suam prædicationem illorū secuta est excæcatio, & iusto Dei iudicio intelligētia illis negata tanq; indignis. Nam philosophi iactitabant se uidentes. Roma. 1. Dicentes se sapientes, sed stulti facti sunt. Sic & Iudęi. Roma. 2. Cōfidens teipsum esse ducē cæcorū, lumen eorū qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientię & ueritatis in lege. Hinc pharisæi domino dixerunt Ioan. 9. Nunquid & nos cęci sumus? Sed cæci erant, & duces cęcorū. Matt. 15. & 23. Duces cæci. Hierony. Propheta causam reddit quare uidētes non uident: quia incrassatum est cor, quod ante subtile creaueram. At ne forte arbitremur crassitudinē cordis, & grauitatem aurium, esse naturæ, non uoluntatis, subiungit culpā arbitrij. Et oculos suos clauserūt. In parabolis ergo audiunt & ænigmate, qui clausis oculis nolunt cernere ueritatem. Quanq;.n. parabola proponatur, ut simplices melius capiāt, & tenacius retineant, indigni tamen ex hoc, tanq; lippos & debiles habētes oculos, ex lucis claritate offendūtur. Sua.n. malitia operam dāt, ut ad conuersionem essent inepti, & incurabiles, & corporaliter uidendo, & spiritualiter intelligēdo diuina. 1. Corin. 2. Animalis homo nō percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Matth. 13. Vestri

ſtri autem beati oculi, quia uident: & aures ueſtræ, quia audiũt. Amẽ qppe dico uobis, quia multi ꝓphetæ & iuſti, cupierũt uidere quæ uidetis, & nõ uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Veſtri beati oculi, qa uident quæ facimus, & aures, quia audiunt quæ loquimur, & beata corda, quia intelligunt uoluntatem patris mei. Non eſt uulgaris felicitas. In duobus pręcellebant prophetas apoſtoli. & corporaliter uidendo, & ſpiritualiter intelligendo diuina. Hieronymus: Abraham uidit, & gauiſus eſt. Io. 8. ſed in ænigmate, non ſpecie. Vos aũt impræſentiarũ tenetis, & habetis dominum ueſtrum, & ad uoluntatẽ interrogatis, et conueſcimini ei.

Eſt aũt hac parabola: Semen eſt uerbum dei. Quod autem ſecus uiam, hi ſunt qui audiũt: deinde uenit diabolus, & tollit uerbum de corde eorũ ne credentes ſalui fiant. Nam quod ſupra petram, ij ſunt qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt uerbum: & ij radices non habent, quia ad tẽpus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in ſpinas cecidit, ij ſunt, qui audierunt, & à ſolicitudinibus, & diuitijs, et uoluptatibus uitæ euntes ſuffocantur, & non referunt fructũ: Quod autem in terram bonã, ij ſunt, qui in corde bono & optimo audientes uerbum, retinent, & fructũ afferunt in patientia.

Hieronymus: Cauendum, ubicunque dominus rogatus à diſcipulis, intrinſecus ſermones ſuos differit, ne plus uel minus, aut aliud intelligere uelimus, q̃ ab eo expoſitum eſt. Ideo hanc per ſeipſum dignatus eſt exponere, ut oſtenderet ſe figurate loqui, & rerum ſignificationes etiam in his quæ exponere noluit, quærendas eſſe doceret. Marc. 4. Et ait illis: Neſcitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoſcetis? Matth. 13 Vos ergo audite parabolam ſeminãtis. Quandoquidem hoc promeretur ueſtra ſimplicitas, auiditasq́ cognoſcendi, exponam hanc, ut aſſueſcatis & ipſi in cæteris ſcrutari retruſioris ſenſus arcanum. Marc. 4. Qui ſeminat, uerbum ſeminat. Eſt ergo ſemen non terrenum, ſed cœleſte: nec ab homine profectum, ſed à deo, ſermo ſcilicet euangelicus, per quem annũciatur hominibus uoluntas dei. Nam mentem fœcundat, opus meritorium inchoat, fructum uirtutis producit, animam reficit, & inſtar ſeminis in audientium cordibus ſpargitur. Eſa. 55. Et quomodo deſcendit imber, & nix de cœlo, & illuc ultra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti, ſic erit uerbum meum quod egreditur de ore meo. Non reuertetur ad me uacuum, ſed faciet quæcunq; uolui, & proſperabitur in his ad q̃ miſi illud. Mat. 13. Omnis q audit uerbũ regni, & non intelligit, uenit malus et rapit quod ſeminatũ eſt in corde eius: hic eſt qui ſecus uiam ſeminatus eſt. Nõ intelligunt, & hoc in illorum bonũ: ne enim magis condemnentur, q̃ cognita myſteria ſpreuerint, ideo ab illis abſconduntur. Nã leuiter & oſcitanter audiunt, quare mox uenit ſatanas (Marc. 4.) priuſq̃ inſideat animis illorum, non eſſentiæ illabendo, ſed immiſſis diuerſis cogitationibus tollit quod audierunt, inuidens illorum ſaluti. Sapiẽ. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarũ. Initium aũt ſalutis, fides. Heb. 11. Accedentem ad deum, oportet credere qa eſt, & q̃ inquirentium ſe remunerator fit. Iac. 4. Reſiſtite diabolo, & fugiet à uobis. Sed quomodo? Iaco. 1. Eſtote factores uerbi, & non auditores tantũ, fallentes uoſmetipſos: qa ſi quis auditor eſt uerbi, & non factor, hic cõparabitur uiro conſideranti uultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Cõſiderauit enim ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Tales. n. audiũt, tanquam audirent humanam quandam fabulam. nec demittunt in aĩum

suum,nec cogitationi insigunt, ut illic radices agat,sed ad quamlibet occasionem sinunt, proteri & conculcari quod seminatum est.Id sentiens ille malus, qui insidiatur, & inuidet exordijs melioribus,protinus immittit in animum curas aliquas uolaticas,quæ perdant semen priusquam herbescat,aut radices agat, ut nihilo meliores sint,quàm si non audierint Matt.13.Qui autem super petrosa seminatus est,hic est qui uerbum audit,& continuo cum gaudio accipit illud:non habet autem in se radicem sed est temporalis.Facta autem tribulatione & persecutione propter uerbum,continuo scandalizatur.Hilariter suscipit,ipsa ueritate delectatus: & iustitiam synderesi approbans,ad illius regulam instituere uitam suam secum meditans.Sed quoniam nō penitus insigit animi medullis, sed hominum more temporario quodā affectu,leuiter agit quod agit, abstinens à magnis uitijs,ac mediocrib9 uirtutibus enitescēs,radices nō habet,hoc est,firmum & stabile propositum ac fundamentum,ex quibus bona oriūtur opera,ueluti ex radice uirgulta. Audiunt enim,& utilitatem uerbi ꝓbant,& desiderium gustant. Osee.9. Radix eorum exiccata, fructum nequaꝗ facient.1.Ioā.3.Omnis qui natus est ex deo,non peccat,quoniā semē ipsius in eo manet.Facile est enim rebus prosperis seruare doctrinā euāgelicam,cæterum nisi penitus imbiberis affectum ueræ pietatis,ubi res aduersæ robur illud euangelici pectoris desiderant,tum euanescit temporaria illa sanctimoniæ species.Claruit in Petro.Heb.13.Optimum est gratia stabilire cor.1.Co.15.itaqꝫ fratres mei dilecti,stabiles estote, & immobiles, abundantes in omni opere dñi semper,scientes,ꝙ labor uester nō est inanis in dño.Ecci.5.Non te uentiles in omnem uentum,& non eas in omnē

Experimētum ueri Christiani.

uiam.Si omnis peccator probatur in duplici lingua.Esto firmus in uia domini,& in ueritate sensus tui & scientia,& prosequatur te uerbum pacis & iustitiæ.Sol oriens,tentatio est,quę ostendit homines,& quales sint, declarat,sicut sol manifestat abscondita.Marc.4. Et alij sunt qui in spinis seminantur,ij sunt, qui uerbum audiunt,& ærumnæ seculi, & deceptio diuitiarum,& circa reliqua concupiscentiæ introeuntes,suffocant uerbū et sine fructu efficitur.Tria ergo sunt uerbum dei suffocantia. Solicitudo, non quæcunqꝫ,sed seculi.Matthæ.13. Solicitudo seculi istius,& fallacia diuitiarum,suffocat uerbum.Prouerb. 11.Expectatio solicitorum peribit. Hinc admonet Apostolus Philippē. 4.Nihil soliciti sitis,sed in omni oratione & obsecratione petitiones uestræ innotescant apud deum.Secundum diuitiæ.Matthæi.13 Fallacia diuitiarum.Hieronymus:Blandæ sunt diuitiæ, aliud agentes, & aliud pollicentes. Lubrica est earum possessio, dum huc illuc'que circunferuntur,& instabili gradu uel habentes deserunt,uel non habentes resarciūt. Vnde & dominus asserit diuites difficulter intrare in regnum dei. Matthæi. 19. Suffocantibus diuitijs uerbum dei,& rigorem uirtutum emollientibus. Spinæ dicuntur, quia latibulum sunt serpentium infernalium,& materia ignis infernalis: & quia sub flore mundanæ gloriæ pungunt labore acquirendi, timore conseruandi, & dolore perdendi. Gregorius: Diuitiæ, ueræ spinæ sunt: quia cogitationum suarum punctionibus mentem lacerant,& cum usqꝫ ad peccatum pertrahunt,quasi inflicto uulnere cruentant. Tertium,uolupias uitæ. Marc.4. quæ opulentiam sequi solet.Dies enim currit ad libitum,labitur ad illicitum. Hiere. 5.Saturaui eos, & mœchati sunt, &

Suffocantia uerbū dei,quot.

in domo meretricis luxuriabantur: equi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt. Vnusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat. Ecclesiasti. 18. Post concupiscentias tuas non eas, & à uoluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Diuitiæ ergo in se non suffocant uerbum, sed fructum faciunt uerbi, in pauperes distributæ: sed si ipsis iungitur solicitudo seculi, & uoluptas uitæ, quia suis importunis cogitationibus guttur mentis, ne bonum desiderium ad cor possit intrare, quasi aditum uitalis flatus strangulant. Diues enim, licet bonum quoddam uideatur opus facere, at non crescens, neque proficiens, solicitudinibus præfocatur. Chrysostomus: Si seminator terrenus sic seminaret, utique incusandus esset, quia non potest facere de petra non petrã. Christus uero percutit petram, & fluent aquæ. Suffocant autem, non ex impotentia seminis boni, sed malitia uoluntatis, quæ cum sit libera, semen extinguit, quia uoluntarie spinis se immiscet. Prouerbio. 24. Per agrum hominis pigri transiui, & per uineam uiri stulti. Et ecce totum repleuerunt urticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat. Auferenda ergo uitia & passiones à corde, ut uerbum domini conualescat in nobis. Hieremi. 4. Nouate nouale, & nolite serere super spinas. Circuncidimini domino, & auferte præputia cordiũ uestrorum. Gregorius: Nihil quietius, quàm nihil huius mundi appetere, nihil inquietius quàm summo bono relicto, uanis & transitorijs inhærere. Matthæi. 13. Qui uero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit uerbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem cẽtesimum, aliud autem sexagesimum, aliud uero tricesimum. Qui sic transfigũt in affectũ animi sui, ut nec morte uelint ab eo deficere, quique semet explicant ab affectibus & sordidis curis diuitiarum, quæ non sinũt animum esse liberum, sed se totos præbent auræ cœlesti. Hieronymus: Primum, oportet nos audire sermonem & intelligere, ne simus iuxta uiam. Deinde firmiter retinere quod auditum est, ne simus supra petram. Præterea, non esse amatores opum, sed post intelligentiam fructus reddere doctrinarum. Quid enim prodet, si audiero & retinuero, si diuitiarum amore suffocor? Psalmo. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. Habet ergo terra bona tres bonas conditiones, oppositas malis terræ malæ. Quia retinet, contra primos: fructum facit, contra tertios: in patientia, contra temporarios. Et in illa & in ista non mutatur substantia, sed uoluntas: & tam incredulorum quàm credentium corda sunt, quæ semen recipiunt. Vide autem bonitatem dei, quomodo omnes suscipit, & magna, & mediocria, & parua colentes. Variæ enim species uirtutum sunt, uarij & qui proficiunt. Sicut ergo tres ordines sunt, in quibus uerbum perditur, sic & eorum qui proficiunt. Nam qui fructum centuplum afferunt, sunt qui perfectam & summam uitam agunt. Qui sexagecuplum, hi mediocrem. Qui trigecuplum, qui parui sunt quidem, afferunt tamen & ipsi pro suis uiribus fructum. Hieronymus: Possumus centesimum uirginibus tribuere, de quibus Apostolus. 1. Corinth. 7. Mulier innupta & uirgo, cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta & corpore & spiritu. Sexagesimum, uiduis, quæ uere uiduæ sunt. 1. Timoth. 5. Tricesimum, casto matrimonio. Hebr. 13. Honorabile connubiũ in omnibus, & thorus immacula-

Necessaria audienti-bus uerbũ dei quot & quæ.

Terræ bonæ cõditiones tres.

Chrysostomus: Cum enim quispiã magno studio atq; cura uirtutem desiderat ac quærit, tunc ei ex deo cuncta præstabuntur: cum autem nullo studio atq; uoluntate ad recte uiuendum pronus est, tunc ei diuinum auxilium non conceditur: & quod habet, etiam auferetur ab eo. Nõ aufert certe deus, sed non præbet indignis seruorem, & patrocinium suum. Sapiæ.1. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & aufert se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Hoc & ipsi facimus, dum negligentẽ adhortamur & admonemus: si persuadere non possumus, silentio utimur, præsertim si ex hoc ad maiorem desidiam deuoluatur. Nam etsi paruam scintillam quandam boni habeat, & eam non excitet & accendat per spiritum & spiritualia opera, extinguitur.

Matt.13 *Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile est regnum cælorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum aũt dormirent homines, uenit inimicus eius, & superseminauit Zizania in medio tritici, & abijt. Cũ aũt creuisset herba, & fructũ fecisset, tũc apparuerũt & Zizania.*

E

Proponit aliam parabolam, quasi diues paterfamilias, inuitatos diuersis reficit cibis, ut unusquisq; secundum naturam stomachi sui, uaria alimenta susciperet, ostendens & aliam pestem esse cauendam, siquis triticũ purum uelit ac syncerum reponere in horreum. Nam priori parabola dixit quartam partẽ seminis cadere in terram bonam: in hac ostendit, quòd neque hæc ipsa semina in terram bonã cadentia, sinat hostis incorrupta, dũ dormimus & ignaui sumus. Ostendit ergo q; omne bonum à deo proficiscitur, malum autem ab inimico. Hieronymus: Quæ exposita sunt à domino, his debemus accommodare fidem: quæ autem tacita, & nostræ intelligentiæ derelicta, breuiter pstrin genda. Ipse autem infra interrogatus à discipulis ĩ domo, ait: Qui seminat bonum semẽ, est filius hominis: ager, mundus. Bonum uero semen, hi sunt filij regni: zizania uero, filij sunt nequam. Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus. Dominus ergo cum bonus sit, non potest seminare nisi bonũ. Esa.53. Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longæuum Gene.1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Viditq; deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem rectum, & reliquit eum in manu cõsilij sui: adiecit illi mandata atq; præcepta sua. si uolueris ea conseruare, conseruabunt te. Hinc Psal.4. Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Quod manifestius Apostolus indicat Rom.2. Cum enim gẽtes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium, in die cum iudicabit dominus occulta hominum, secundum euangelium meum, per Iesum Christum. Sed quoniam ratio per peccatum obnubilata, adiecit legem scriptam, à malis retrahentem, & ad bonum instigantem Roma.7. Itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustũ & bonum. 1. Timothe.1. Scimus autem quia bona est lex, siquis ea legitime utatur. Nouissime uero (nam nihil ad perfectũ adduxit lex, Heb.7.) euangelicam addidit legem, uirtutib⁹ tanq; pretiosissimis margaritis plenam, Matt.7. Sed quemadmodũ nunquam aliquis tam purum granum & bonum seminat, quin malæ herbæ

ſimul oriantur:ſic diabolus, qui deo tam male uult, ut etiam nullo ſuo bono hominem gaudeat lædere, superſeminat zizania optimis dñici ſeminis granis. Huius ſaluator duas aſſignat rationes. Prima, Prælati negligentia. Auguſt. Cum negligenter ſe gererent præpoſiti eccleſiarum, non attendentes ſuper grege ſuo, neq; uigilantes. Hiero. Homines qui dormiunt, magiſtros eccleſiarum intellige: ſeruos patrisfamilias, angelos qui ſemp uident faciem patris, Mat. 18. Quamobrem non dormiat qui eccleſiæ prælatus eſt, ne per illius negligentiam, inimicus homo ſuperſeminet zizania, hoc eſt, hæreticorum dogmata. 2. Ti. 4. Tu uero uigila, in omnibus labora, opus fac euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto. Secũda, Inimici fraudulentia, qui male uult patrifamilias. Luc. 11. Qui non eſt mecum, contra me eſt. Gregorius: Inter malos & eorum caput, id eſt, diabolum, tanta eſt unitas atq; conformitas, q aliquãdo membra nomine capitis nominantur. Io. 6. Non'ne duodecim uos elegi, & un9 ex uobis diabolus eſt? Aliquando caput nomine mẽbrorũ, ut hic nominatur inimicus homo. Sic inter bonos & Chriſtum. Pſ. 104. Nolite tãgere Chriſtos meos. Actu. 9. Saule Saule, quid me pſequeris? Vide autem aſtutiã inimici, quid, quando, & ubi ſeminet. Quid, quia zizania, id eſt filios nequam. Cum enim omnes homines à deo ſint ſecũdum ſubſtantiam, ſuperſeminatio filiorum nequã, neceſſe eſt intelligatur quantum ad culpæ malitiam. Eſa. 1. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis. 1. Io. 4. Qui peccat, ex diabolo eſt. Io. 8. Vos ex patre diabolo eſtis, nam deſideria patris ueſtri uultis perficere. Vnde in cœlo ſuperſeminauit ſuperbiam. Eſa. 14. In cœlum conſcendam, ſuper aſtra dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamẽti, in lateribus aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo. Veruntamẽ ad infernum detraheris in profundum laci. Sed non ſolus, quia angeli eius cũ eo miſſi ſunt, Apoca. 12. In paradiſo inobedientiã, cum Adam neglecto deo dormiuit, nolens cõtriſtare delicias ſuas: & mulier uidens lignũ quod pulchrũ eſſet uiſu, & ad ueſcendũ ſuaue, Ge. 3. qua ſi tædio ferens dñi præceptum. Pſ. 118 Dormitauit anima mea præ tædio. Hinc dñi mandatum tanquam moleſtum aggrauauit, d. Gen. 3. De fructu ligni quod eſt in medio paradiſi, præcepit nobis deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Nõ. n. dixit dñs, ne tangerẽt, ſed ne comederent, et diffinitiuam dederat mortis ſenteniam. Gene. 2. Ex oĩ ligno paradiſi comede, de ligno autem ſciẽtiæ boni et mali ne comedas: in quocunq;. n. die comederis ex eo, morte morieris. Hinc in anima uitia ſeminauit: in rationali ignorantiam, iraſcibili infirmitatem, concupiſcibili concupiſcentiam malam. Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Hinc Roma. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum. Quando? Cum dormirent hoĩes, & per ignauiam ſuam locũ darent hæreticis uel malis cogitationibus. Vigilantibus nocere non poteſt. Hinc ocioſam ingreditur animã, tametſi ſuperficietenus ornatã. Matt. 12. Et ſe transfigurat in angelũ lucis, 2. Cor. 11. 1. Theſſ. 5. Igitur non dormiamus, ſicut cęteri, ſed uigilem9 & ſobrij ſimus. 1. Petr. 5. Sobrij eſtote & uigilate, qa aduerſarius ueſter diabolus, tanquã leo rugiẽs circuit, quęrens quem deuoret, cui reſiſtite for-

tes in fide. Vbi? In medio tritici. Cũ enim non haberet agrum proprium, superseminauit in agrum dominicũ. Semper enim quærit malos miscere bonis, quorũ moribus & uita corrũpantur. 1. Cor. 5. Modicum fermenti totam massam corrũpit. Bernardus: Bonum esse inter malos, tantæ est uirtutis, quantæ difficultatis. Quale nẽpe est illud, picem tangere, & non inquinari? in igne uersari, & non lædi? Cum ergo creuisset herba per affectũ fidei, & fructum fecisset. Colos. 1. Ambuletis digne deo per omnia placentes, in omni opere bono fructificãtes, & crescentes in scientia dei, in omni uirtute confortati. Apparuerunt & zizania. Heronymus: Non apparet differentia in herba zizaniæ & tritici, quia similem quasi herbam habẽt: ita quantum ad exteriorem apparentiam, frequenter non est differentia inter semen dei & diaboli, sed in fructu deprehenditur. Matth. 7. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Crescit herba seminis Christi, irrigatione gratiæ & pluuia spiritus sancti, dum profectus sit uerus, in intellectu, scripturarum: in anima, uirtutum: in ecclesia, spiritualium uirorum. Cum ergo creuisset herba, hoc ẽ, bonæ spei opera monstrasset, manifestarunt se & hæreticorum dogmata. Chrysostomus: Error non habet principium nisi à uero, quod rerum euentus ostendit, quoniam post prophetas pseudo prophetę, post apostolos pseudo apostoli, post Christũ antichristus. Postquam fraus innotuit, serui demirantes unde id accidisset, dominũ adeũt. Sic sancti, malorum tam hominum quam errorum multiplicationem considerantes, per deuotas deum accedũt preces, mirando eorum, per diuinam patientiam, multiplicationẽ. Ideo & illuminanẽ. Ps. 33. Accedite ad eũ, et illuminamini, et facies uestrę nõ cõfundenẽ. Ps. 118. Intellectũ dat paruulis.

3 *Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerũt ei: Domine, non'ne bonum semẽ seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet Zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: Vis imus et colligimus ea? Et ait, non. Ne forte colligẽtes Zizania, eradicetis simul cum eis & triticũ. Sinite utraque crescere usq; ad messem. & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburẽdum, triticum autem congregate in horreum meum.*

Inimicus, inquit, homo, tam seminis quam seminantis. Mali enim nec bona agunt, nec ab alijs fieri gaudent. Vis igitur abeamus & colligamus ea? Tanquam boni serui parati euellere, domini quærunt uolũtatẽ. Tali zelo moti Iacobus et Ioannes contra non suscipientes ipsos, dixerunt Lucæ. 9. Dñe, uis dicamus ut descendat ignis de cœlo & consumat eos? Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus sitis. Filius hominis nõ uenit animas perdere, sed saluare. Vide hic patientiam nobis in exemplum monstratam. Non enim audita fraude statim in iram exarsit, sed ait: Non, nequando imprudentes, dum euellitis zizania, euellatis & triticũ. Ecce discretio. Hieronymus: Datur locus pœnitentiæ, & monemur ne cito amputemus fratrem: quia fieri potest ut ille qui hodie noxio deprauatus est dogmate, cras resipiscat, & defendere incipiat ueritatem. Sinite pariter crescere ambo. Ecce longanimitas, quæ necessaria est usque ad finẽ. Interim mali bonis admisti, sunt ferendi, quando minore pernicie tolerantur, quam tollerentur. Si non sunt notorij, neque pertinaces, ac cõuicti. Sic dominus tolerauit iudam. Et si non per ipsos imminet periculum uel dãnum ecclesiæ. Alioqui. 1. Cor. 5. Auferte malum ex uobisipsis. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Tolerat enim dominus ut conuertantur, Glossa. Forte triticum fu-

Mali quãdo & cur uel ferẽdi uel non ferendi.

turum.Luc.13 Dimitte illam hoc anno,usq; dum fodiam circa illam, & mittam stercora,& si quidem fecerit fructum:sin autem,in futurum succides eam.Itē ut boni per eos exerceantur.Augustinus:Omnis malus ideo est,aut ut conuertatur,aut ut bonus per eum exerceatur.Hinc dñs ait Iudic.2.Nolui delere eos à facie uestra, ut habeatis hostes.Tunc ergo tollentur,cum non est iam commutandæ uitæ tempus,& proficiendi aliĳs: tūc non ab hominib⁹ sed ab angelis fiet. Matt.13.Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala,& eos qui faciūt iniquitatem,& mittent eos in caminū ignis.Ibi erit fletus & stridor dentiū. Malæ herbæ quandoq; celerius huberiusq; crescunt quā bonæ.Sic mali in superbia,auaritia,mundanis concupiscentiĳs & honoribus. Boni contra in humilitate,largitate, castitate, proficiendo de uirtute in uirtutem. Apoc.22. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc:& iustus iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc.Ecce uenio cito,& merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.Porrò cum uenerit illud tempus cum separabūtur boni à malis, cum cuiq; pro factis suis dabuntur præmia,tunc filius hominis omnium iudex mittet angelos,neque quicquam offendiculi sinent illic residere in regno suo,quandoquidem iam nec boni malis prodesse poterunt, nec mali sinentur amplius bonis negocium facessere,sed separatos ab aliĳs congregabit,ac tradet illos incendio gehennæ.O misera separatio, sed non totum.Nam alligabuntur. In hac uita non est alligatio,alioqui non tot ab errore resipiscerent.Glos.Non in uno fasce.pro modulo enim peruersitatis suæ unusquisque punietur. Apo.18 Quātum glorificauit se & in deliĳs fuit,tantum date illi tormentum & luctum.Isidorus:Similis culpæ reos, similis pœna constringet.Gregorius: Sicut in domo patris mãsiones multæ sunt pro diuersitate meritorum & uirtutum,sic damnatos diuerso supplicio gehennæ ignibus subĳcit disparitas criminum.Ibi pro momentaneis falsisq; uoluptatibus, suppliciĳs nunquam finiendis afficientur, submoti ex area ecclesiæ, & coniecti in specum tartareum, hoc est, regnū patris sui,ubi iam sera & inutilis pœnitentia,fletum,eiulatum ac dentium stridorē extorquebit à miseris Esa.66 Vermis eorꝶ nō morietur,& ignis eorum non extinguetur. Apo.14. Cruciabitur igne & sulfure in conspectu angelorum sanctorꝶ,& ante cōspectū agni.Et fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum.Nō habebunt requiem die ac nocte.Triticū autem,hoc est,electos hic bene trituratos,congregate in cœlestes mansiones.Hiere.31.Quid paleis ad triticū? Luc.3.Cuius uentilabrum in manu eius,& purgabit aream suam,& congregabit triticum in horreum suum, paleas aūt comburet igni inextinguibili.Porrò q ex bono semine prognati,perseuerauerunt usq; in finem,quāquam interim hic humiles uidentur, & ab improbis affliguntur, tunc deposita omni mortalitatis humilitate, fulgebunt ut sol.Mat.13. Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorū.Qm̄ sol omnibus stellis prælucet, & uidetur fulgentior,ideo comparatur soli iustorum claritatē.Mali itaq; primo de mundo tollentur, & ad uaria gehennæ tormenta(ligatis manibus & pedibus,q hic à bonis operibus ligatæ erāt)secernētur destinabūturq;, ut patet hic & Mat.25.Et ibunt hi in suppliciū æternū,iusti uero in uitam æternā.Sententia tamen primo dabitur pro iustis.Obserua ergo diligenter,quid semines,qa de malo semine *Seminanti obseruan-*

da quæ & quot. nunquam bonum fructum colliges. Galat. 6. Quæ. n. seminauerit homo, hęc & metet. Qui. n. seminat in carne, de carne metet corruptionē, qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Ose. 10. Seminate uobis in iustitia. Quantum. 2. Corin. 9. Qui parce seminat, parce & metet. Hilarem enim datorem diligit Deus. Quando. Eccles. 11. Mane semina semen tuum, & uespere non cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc an illud; & si utrūque melius erit. Psal. 125. Euntes ibant & flebāt, mittentes semina sua. Venientes aūt uenient cum exultatione, portantes manipulos suos. Marc. 4.

Marc. 4. F *Et dicebat illis: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terrā, & dormiat, & exurgat nocte ac die, ac semen germinet & increscat dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicā, deinde plenum frumentū in spica. Et cum ex se produxerit fructū, statim mittet falcem, quoniā adest messis.*

Adiecit dominus aliam parabolā, qua doceret suos, nihil ipsis aliud curandū, nisi ut totis uiribus studerent euāgelio per uniuersum orbem profundendo: tempus messis olim uētu rum, cū ipsi domino uideretur. Hierony. Scripturas nouimus diuinas p similitudines terrenas plerūque cœlestia sacramenta monstrare, sicut totum corpus constat euangeliorum. Regnum Dei, ecclesia est, quæ à Deo regitur, & ipsa regit homines in quibus regnat Christus per fidem & gratiā. Ephes. 3. Quorum conuersatio in cœlis est. Philip. 3. Hoc aūt ænigmate docet recte euāgelij exordium, progressum et consummationem: quarum primam et postremam partē ipse palā uisibili corpore peracturus eēt: mediū, hoc ē progressum, inuisibili spiritus sancti gratia administraret. Siquidem ipse princeps per uniuersam Iudęā sparsit sementem euangelicam. Mox eo peracto obdormijt, moriens primo, deinde resurgens in quietem ęternā. Atque hactenus germinat semen euangelicum, illo, qui primus iecit, uelut dormiente: ac secretis auctibus increscit die ac nocte, hoc est, in prosperis pariter & aduersis, per omnem occasionem & promouentiū & reluctantium. Non. n. potest nō prouenire quod ille iecit, cuius uoluntati nemo resistit. Esther. 13. Roma. 9. Volūtati eius quis resistit? Esa. 46. Consiliū meum stabit, & omnis uolūtas mea fiet. Videmus ex quam paruis initijs exortum est euangelij regnum, si rem æstimes iuxta mundi speciem. Hęc erat uelut herba prouenientis euangelici seminis, nec desinit succrescere usque ad cōsummationem mundi, donec maturuerit uniuersa seges. Tum mittetur falx ineuitabilis iudicij, quæ succisis omnib⁹, zizania tradat igni, purum triticum seponat in tutum. Id semen in singulis etiam Christianis suā habet herbam, suam spicam, suam messem. Catechumeni rudis est seges, nuper per baptismum in Christum renati: herba est, innocentiæ uirore lętā spem de se prębens. Vbi iam excelsiores facti, adoleuerint euangelicę pietatis profectu, spicas habent: ubi pro suo quisque mō maturuerit, falce succiditur. Dormit, sinens hominem libero uti arbitrio, siue in bonum, siue in malum. Psal. 43. Exurge, quare obdormis domine? Nihilominus tamē die ac nocte uisitat ecclesiam suam. Hiero. Dū nescit, hoc est, nescire nos fecit, quis fructum in finem afferat, dum dicit Matt. 10. Qui perseuerauerit usque in finē, hic saluus erit. Vltro terra fructificat, quia Deus uoluntatem nostrā expectat, dicens Matt. 19. Si uis ad uitam ingredi, serua mādata. Herbam, hoc est, timorē. Psal. 110. Initium sapientiæ timor domini. Spicam, pnīam lachrymosam. Plenū fructum charitatem. Roma. 13. Plenitudo legis est dilectio. Falx, mors est, uel

iudicium quod secat oīa. Nam post triticum neq; crescit, neq; decrescit, neq; deterius fit, neque melius. Qm̄ adest messis, consummatio seculi, in qua iusti gaudebunt, qui seminarūt in lachrymis. Psal.125: reportātes prę mium laborum. Marc.4.

2 *Et dicebat: Cui assimilabimus regnū Dei? aut cui parabole comparabimus illud? Sicut granum sinapis, quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra: & cum natum fuerit, ascendit in arborem, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra eius aues cœli habitare.*

Rursum uolens significare euangelicam doctrinam, primum in speciem contemptam & humilem per ignominiam crucis, per paucos idiotas quasi plantatam ui ueritatis, sic paulatim inualituram, ut totum orbē occuparet, nullūq; genus hoīum non cōplecteretur, quo magis redderet auditores dociles atq; attentos, uelut hæsitans cui rei potissimū possit conferre regnum cœlorū, ait: Cui rei assimilabimus? Sed ut ex re nulli uestrum non notissima, intelligatis quale sit regnum, Matt.13. Aliam parabolam proposuit eis: Simile est regnum cœlorū grano sinapis, quod accipiēs homo, seminauit in agro suo: quod minimū quidem est oībus oleribus, & fit arbor, ita ut ueniant uolucres cœli, & habitēt in ramis eius. Quandiu integrum est, ut minurissimum est, ita uilissimum, nec colore nec odore blandiens: & siquid habet uigoris, intus habet. Sic uerbum crucis pereuntibus quidem stultitia est, his autem qui salui fiunt, hoc est, nobis, Dei uirtus. Hoc homo prudens nactus, nō cōtempsit sed seuit in horto suo. Enatum est autem istud contemptissimum granum, & pro uno multa produxit & magna, adeo ut auibus etiam præbeat umbrā, ac nidiculandi locum. Ad euangeliū oēs confugiunt. Ibi requiescunt, & nidiculant animæ deuotæ cœli incolæ. Nam & in omnē terrā exiuit sonus eorū. Psal.18 Malac.1. Ab ortu.n. solis usq; ad occasum, magnum nomē meum in gentibus. Hierony. Minimū in timore, maximum in charitate. 1. Ioan.4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Deus.n. charitas est. Omnis autem caro fœnum. Esa.40. Fert ramos misericordię & cōpassionis, sub cuius umbra pauperes regescūt, qui animalia sunt cœli, cum ipsorum sit regnum cœlorum. Matt.5. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Aliam parabolam locutus est eis: Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Matth. 13. 3

Subsignificat quo pacto uis euangelicæ doctrinę clanculum irrepens, et per pauculos apostolos admista, totum orbem transformatura foret in suam naturā, tum maxime exeret uim suam. Oportet nos oīno fermentari & transformari in diuina. Hieronymus: Mulier, ecclesia uel apostolorum prędicatio: fermentum, intelligētia scripturarū: Tria farinæ sata, spiritus, anima, corpus, in unum redacta. Non discrepent inter se, sed ubi cum duobus uel tribus conuenerint, postulent à Deo, qui cōgregatis dabit. Matth.18. Si duo ex uobis consenserint sup terrā de omni re quācunq; perierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vel, tria sata, rationalis, irascibilis, cōcupiscibilis: quarū primū dixit Plato in cerebro, secundum in felle, tertiū in iecore requiescere. Possideamus ergo per doctrinam euangelicam in anima prudentiam, in ira odium contra uitia, in desiderio cupiditatem uirtutū. Significant & hęc tria sata, patrem & filium & spiritū sanctum, qui non diuersę naturæ, sed unius existunt. Vel fides, spes, charitas, quæ debent esse coniuncta. Nā

Tria sata mystica quid.

hic una sine altera non ualet, nec esse uere potest. Scdm Hieronymũ, Satũ mẽsura est Palæstinę, unũ modiũ cũ dimidio capiẽs. Sunt uero duo in fermento, humorꝝ corruptio, sic compa-
Fermento quæ duo insint. rator peccato. 1. Corint. 5. Modicum fermenti, totam massam corrumpit. Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio. Calor inclusus seu uirtus intus latens, sic capitur hic.

Hęc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, et sine parabolis non loquebatur eis, ut impleretur quod dictum erat per prophetam dicentẽ: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.

Non autem docuit ut implerentur scripturæ, sed quia ipse docuit, impleta est scriptura. Locutus est in parabolis, quo simul & animos illorꝝ obscuritate sermonis ad discẽdi studiũ excitaret, nec ansam tamen daret, occasionem uenantibus calumniandi. Eructabo inquit. Ipse. n. manifestauit nobis mysteria quę in cœlis sũnt. Lucę. 10. Multi prophetę & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderũt: & audire quæ auditis, & nõ audierunt. Mar. 4. Et talibus multis parabolis loquebaẽ eis uerbũ, prout poterãt audire: sine parabola autem non loquebatur eis. Qm̃ turba indocta erat & imperita, ideo mentionem facit grani sinapis, herbæ & seminis, ut cognatis & consuetis nominibus doceat eos utile quiddam, uel excitet ut accedant & interrogent, sicq́ ignorata discãt. Marc. 4. Seorsum autem discipulis suis disserebat omnia. Hierony. Illi. n. digni erãt audire mysteria in penetrali intimo sapientiæ, qui remotis cogitationũ malarũ tumultibus, in solitudine uirtutũ permanebant. Sapientia enim in tempore ocij distribuenda.

Tunc dimissis turbis, uenit in domum: & accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Edissere nobis parabolam Zizaniorum. Qui respondens, ait: Qui seminat bonum semen, est filius hominis: ager autem est mundus. Bonũ uero semen hi sunt filij regni: Zizania autem filij sunt nequam. Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus. Messis uero, consummatio seculi est: messores autem, angeli sunt. Sicut ergo colliguntur Zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala. & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium.

Hęc proxime supra patent.

Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.

Hiero. in pręsenti seculo fulget lux sanctorꝝ corã hominibus, ut uideant bona opera ipsorꝝ & glorificent patrem qui in cœlis est. Matth. 5. Post cõsummationem mũdi, ipsi iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorꝝ. Phil. 3. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrũ Iesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, cõfiguratum corpori claritatis suæ, secundum operationẽ uirtutis suæ, qua possit sibi subijcere omnia. Matt. 17. Trãsfiguratus est ante eos, & resplẽduit facies eius sicut sol. Sicut autem corpora electorum fulgida erunt sicut sol, sic econtrario reproborꝝ obscurissima, secundum quod animæ eorꝝ omni lumine interiori, quantum ad rectum usum, omnino priuantur. Matt. 13. Qui habet aures audiendi, audiat. Quisquis habet aurem non surdam & obturatam huius mundi cupiditatibus, audiat, ut fugiat æterna supplitia, & ultam assequatur immortalitatem.

De parbolis in domo, Matth. 13.

ARTICVLVS LX.

Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius uadit, et uendit uniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnũ cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Inuenta autem una pretiosa margarita, abijt, et uendidit omnia quæ habuit, et emit eam. Matth. 13. G

Ostendit dominus euangelij pretiositatem simul & energiam, adhibens alias parabolas, quibus docet euangelicam professionem non esse rem leuiter ac uulgari studio expetē dam, sed omnibus omissis, hoc unū summo studio conandum, omniūq; bonorū iactura, summum illud bonum esse comparandum. Virtus.n. & sapientia Dei dominus Iesus, non solum ad suscipiendam humanā naturā, hominibus compati dignatus est, sed etiam humanæ ignorantiæ cō dolescēs, suis sanctis sermonibus rerum temporalium similitudines frequēter adhibens, ut ex collatione uisibilium, ad inuisibilium amorē animos audiētium incitaret. Vnde cum cœlestem gloriam studiose amandā doceret, illarū rerum similitudinem adhibuit, quas homines plurimū diligere solent. Hierony. Thesaurus, Christus est, cui pater omnia donauit. Matt.28. Data est mihi oīs potestas in cœlo & in terra. In quo sunt oēs thesauri sapientię & scientię recōditi. Col.2. Nam & uerbum latebat in carne. Ioan.1. Verbum caro factū est. Sit ager sacra scriptura, in qua re posita est notitia seruatoris. Ioan.5. Scrutamini scripturas, in qbus putatis uos uitam æternam habere. Illę sunt quæ testimonium perhibent de me. Apud ipsum sunt diuitiæ quę nūquam marcescunt, thesaurus nunq̃ deficiens in cœlis. Matth.6, 2. Petr.1. Per quem maxima & preciosa nobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugiētes eius quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem. Esa.64. Oculus non uidit Deus absq; te, quę præparasti expectantibus te. Ibi nos thesauros reponere exhortatus est Matthę.6. Thesaurizate uobis thesauros in cœlo. Luc.12. facite uobis sacculos qui non ueterascunt, thesaurum non deficiētem in cœlo. Modum Apostolus indicat. 1. Timo.6. Diuitibus huius seculi præcipe, non sublime sapere, neq; sperare in īcerto diuitiarū, sed in Deo uiuo, q præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis opibus, facile tribuere, cōmunicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurū, ut apprehendant ueram uitam. Esa.33. Diuitiæ salutis, sapientia & scientia: timor domini ipē est thesaurus eius. Hinc Eccl.29. Pone thesaurū tuum in præceptis altissimi, & proderit tibi magis q̃ aurum. Inuenit autem, qui quærit humiliter & diligenter. Matthę.7. Qui quærit, inuenit. Nam à superbis abscōditur. 1. Corin.2. Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriā nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit. Abscondit non inuidia, sed timore seruantis & perdere metuentis. Grego. Deprędari desiderat, qui thesaurū publice in uia portat. Sic ergo fit opus in publico, ut tamē intentio maneat in occulto. Studium.n. cœlestis desiderij à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc ab humanis laudibus nō abscōdit. Hinc seruator Mat.6. docet, quēadmodum eleemosyna, ieiuniū, oratio, nō in hominū fauorem, sed Dei, si Deo placere cupimus, faciēda. Ezechias uana motus gl̃ia, ob cœlestis signi pręconium, nuncijs regis Babylonię ostendens thesauros, diuino iudicio ijs priuatus fuit. 4. Regū.20. & Esa.39. Mercatur agrum illū, in quo nouit thesaurum latere rarum, sibiq; felix uidetur, qui nudatus oībus mediocribus bonis, unico, sed insigni, licet ignoto, sit fundo ditatus. Hiero. Abscondit in corde suo, quem pristinis prætulit facultatibus. Greg. Quē uenditis oībus comparat, qui uoluptatibus carnis renuncians, terrena desideria per cœlestis disciplinæ studium

dium & custodiam calcat. Lucæ.14. Nisi quis renunciauerit oībus quæ possidet, nō potest meus esse discipulus. Hinc Apl's Philip.3. Propter quē omnia detrimentum feci, & arbitratus sum ut stercora, ut Christum lucrifacerē. Sed heu cœlestia uiluerunt cupientibus uentrem implere de siliquis porcoꝝ. Luc.15. Rursum simile dicitur negotiatori, qui delectaẽ bonis margaritis. Hiero. Bonæ margaritæ, lex & prophetæ, & notitia ueteris testamenti. Vnum est pretiosissimum margaritum, scientia seruatoris, & sacramentum passionis Christi, & arcanū resurrectionis. Matt.7. Nolite sanctū dare canibus, neq; mittatis margaritas ante porcos. Ecce gratiam euangelicam, sanctū & margaritas uocat. Nasci feruntur margaritæ in conchis marinis ex rore cœli, ad fulgorem se aperiētibus. Sic Christus beatitudo nostra, & obiectiue & effectiue, spiritus sancti operatione & illapsu in uirgine cōceptus est. Esa.45. Rorate cœli desup, & nubes pluant iustum, aperiaẽ terra, & germinet saluatorem. Quemadmodum autem dulcedine concipiunẽ & conseruantur, ita aceto dissoluuntur. Sic 1.Pet.2. Si tamen gustastis q̄m suauis est dominus. Contra Hiere.2. Scito & uide, quia malum & amaꝝ est reliquisse te dominum Deum tuum, & non esse timorem eius apud te, dicit dominus Deus exercituum. Qđ cum inuenerit homo, cum Paulo arbitratur omnia ut stercora. Philip.3. Non quo inuentio nouæ margaritę, reprobatio fiat ueteris: sed quo comparatione ipsi⁹, omnis alia uilior sit. Hebr.7. Nihil.n. ad perfectum adduxit lex. Roma.10. Finis autem legis Christus, ad iustitiam omni credēti. Chryso. Duo ad salutem nobis sunt necessaria, secularium rerum cōtemptus, ac iugis uigilantia. Quærenti, inquit. Qui.n. renunciationem omnium bonoꝝ facit, nullam iacturam facit, sed quæstuosissimam mercaturam. Sumus negotiatores, qui de terrenis facultatibus iubemur cœlestes diuitias mercari. Luc.19. Negotiamini dum Venio. Dicitur una margarita, quia Dei dona unum solum respiciunt, & ad unum tendunt, per charitatem quę omnium charismatū summa est, unum efficiens amātem cum amato. Venditis autē omnibus comparatur. Qui.n. sua pauperibus tribuit, & adhuc ꝓprijs uoluptatibus seruit, nondum pretiosum margaritum comparauit: quia quod charius poterat, Deo offerre renuit. Nō enim Deus nostra, sed nos quærit, qui terrenam substantiam non nisi propter lucrum cœleste dari præcepit. Quia ergo negotiatores sumus, non terreni, de quibus Eccl.26. Difficile exuitur negotians à negligentia, & caupo à peccatis labioꝝ. &.27. Sicut in medio compaginis lapidū palus figitur, sic & inter medium uenditionis & emptionis angustiabitur peccatis. Sed spūales, imitemur eos qui ob terrenum lucrum, nec maris, nec latronum, nec frigoris, nec æstus periculis retardātur, sic nec nos ob cœlestes diuitias. Roma.8. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Sicut scriptū est. Quia propter te mortificamur tota die, ęstimati sum⁹ sicut oues occisionis. Sed in his oībus superamus ꝓpter eū qui dilexit nos. Qui et si q̄n in uno negotio iacturā incurrant, eo fortius instāt in cęteris, quo dānū resarciāt. Sic nos dānū aīæ p peccatū si incidimus, bonis operibus recuperare studeamus, quo pretiosæ margaritæ lucrum recuperemus, dulcē dñi uocē audiētes Matt.25. Euge serue bone, & fidelis, qa sup pauca fuisti fidelis, supra multa te cōstituam, intra in gaudiū domini tui.

Gēma ub & qui nascantur.

Necessaria ad salutē duo.

Hæc margarita pretiositate sua nulli rei comparari potest, & tamen mini mis haberi. Vidua duobus minutis. Lucæ.21. Zachæus dimidio bonorum suorum. Luc.19. Alter calice aquæ frigidæ. Matth.10. Quicũq; potũ dederit uni ex minimis istis calicẽ aquæ frigidæ, tantum in noïe discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedẽ suã. Immo bona uoluntate. 2.Cor.8. Qđ si uoluntas prompta est, secundũ id quod habet, accepta est, nõ secundũ id qđ non habet. Esa.55. Venite, emite absq; argento, & absq; ulla cõmutatione uinum & lac. August. Venditis rebus nostris, nihil magis eorum accipimus q̃ nosmetipsos: quia talibus implicati, nostri non erimus.

2 *Iterum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium cõgreganti. Quam, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes elegerũt bonos in uasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium.*

Chrysostomus: Deinde ne confidamus plurimum, q̃m euangelium suscepimus, neq; opinemur solã nobis sufficere fidem ad salutem, horroris plenam adfert parabolam de ijs, qui male uiuentes pereunt, & cęteris sunt inferiores, q̃m ueritatem qdem cognouerũt, & in iaculum piscatorum inciderũt, & tamen male uiuendo perierunt. Pulchre autem sagenæ comparatur ecclesia, quæ & piscatoribus cõmissa est, & fidei suæ reti quotidie fideles trahit. Matth.4. Venite post me, faciam uos piscatores hominũ. Mare, mundus fluctuationibus & amaritudinibus plenus. Ioan.16. In mundo pressurã, in me pacem habebitis. 1.Ioan.5. Totus mundus in maligno positus est. Cõtexuerunt aũt sibi ex nouo & ueteri testamento rete euangelicũ. Quę.n. pręḋicabant ap̄li, firmabant miraculis & pphetarum dictis, & miserunt in mare huius mundi, quæ usq; hodie in medijs fluctib⁹ tenditur, capiens de salsis & amaris gurgitibus, quicqđ ĩciderit. i. bonos et malos. Sic Petrus in linteo submisso è cœlo uidit mũda & ĩmunda animalia. Actu.10. Arca Noe malos & bonos, munda & ĩmunda cõtinebat animalia. Gene.7. Congregat aũt & continet, ut boni meliorent, mali uero emẽdentur, quanq; interim nonnunq; fiat, ut boni fiant mali per culpam, & mali boni per gratiã, et nondum potest iudicari, qui in uasa sint eligendi, & qui foras mittẽdi. Sed cũ ad littus uentum fuerit, tum iudiciũ uerum secernendorum & malorum patebit. Omnes aũt infideles, extra sagenam sunt & iudicati. Ioan.3. Qui nõ credit, iam iudicatus est. Boni in uasa eligũtur. Ioan.14. In domo patris mei mãsiones multæ sunt. Malos foras miserunt. Apoca.22. Foris canes & uenefici, & impudici, homicidę, et idolis seruientes, & oïs qui amat & facit mẽdacium. Canes, nominat Seruator obstinatos & ĩfideles, Matt.7. Ap̄s contentiosos. Phil.3. Videte canes, uidete malos oparios, uidete cõcisionem. Boni nusq; soli nisi in cœlo, mali aũt in inferno: sed in sagena ecclesiæ ad finem usq; & boni & mali misti sunt. Exibunt aũt angeli: dispecturi quid trahat rete euangelicũ, nec sinent amplius malos bonis admistos intra eandem sagenam, sed ex meritis, non ex pfessione quenq; æstimabũt. O misera & semper pertimescenda separatio, quam subsequitur horrẽdum supplicium. Nam queadmodũ boni in ęternas colligenẽ mansiones, sic mali in caminũ ignis mittenẽ ardentis. Matt.25. Ite maledicti in ignem ęternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Psal.20. Pones eos ut clibanum ignis in tpe uultus tui, dn̄s in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Aperte præ-

dicit pœnas, nequis ignorantiæ prætexat uelamen. Erit enim fletus et stridor dentium, in testimonium intolerabilis doloris.

3 *Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui pfert de thesauro suo noua & uetera.*

Quo magis hæc infigeret animis suorum, rogat num hęc satis intellexerint. Non enim sufficit audire, nisi & intelligamus uerbum. Lucæ octauo. Subijcit aliam parabolam, qua submonebat eos, hæc & huiusmodi multa discenda, & in memoriæ penuario reponenda, quo mox ad omnem occasionem possent depromere, siue præmijs alliciēdus esset auditor, siue suppliciorū metu terrendus. Nec enim eadem semper dicenda, nec eodem modo, nec omnibus rebus omnes commoneri. 1. Petri. 3. Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem, de ea quæ in nobis est spe, sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam. Habent scribæ Iudæorū quod ex libris cōsulti respondeant: sed quisquis uult esse scriba doctus in regno cœlorū, ei nō satis est proferre uetera, nisi proferat & noua. Hieronymus: Non uult eos audire tantum ut populum, sed intelligere ut magistros futuros, & quicquid in euangelio prædicarent, lege & prophetarum uocibus comprobarent. Prouerbiorum. 21. Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis. Matth. 13.

Et factū est cum cōsummasset Iesus parabolas istas, transijt inde. Et ueniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorū, ita ut mirarentur & dicerent: Vnde huic sapientia hæc, & uirtutes?

Comprobanť inuidi & insipiētes, existimantes ignobilitatē & obscuritatē in causa esse quo qs minus placeat Deo. Publice & libere docuit, ne postea calūniari possent à lege diuersa docuisse. Quid obstabat, magnū ij lū in miraculis? Oportebat sanè magis gloriari, quod tantum bonū patria illorum protulerit.

De reprehensione traditionis Iudæorum. Matthæi 15 Marci. 7.

ARTICVLVS. LXI.

Tunc accesserunt ad eū ab Hierosolymis scribæ & pharisæi, dicentes: Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas cum panem manducant. Matth. 15. H

Ostendit dn̄s in quantā peccatorū uoraginem cæca hoīum auaritia abducat, diuinorumq́ ꝑceptorū contemptū. Nam scribę qui rōne sciētię, & pharisęi qui rōne sanctimonię prę cellebāt, undiq; uenabanť calūniam: sed quo magis impetunt Iesum, hoc magis traducunt suā cęcitatem adeo manifestam, ut ppl's etiam ꝑspiceret. Hinc discipulos uituperabant quasi parū religiosos, simulq́ præceptorē, q suos parū sanctè instituisset. Mar. 7. Et conuenerunt ad eum pharisæi, & qdam de scribis uenientes ab Hierosolymis: & cum uidissent quosdam ex discipulis eius cōmunibus manibus, hoc est, nō lotis manducare panes, uituperauerūt. Iudæi. n. & pharisęi nisi crebro lauerint manꝰ, nō manducant, tenentes traditionē seniorū: et à foro uenientes, nisi baptizenť, non manducāt, et alia multa sunt quę tradita sunt illis seruare, baptismata calicum, & urceorū, & æramentorū, & lectorū. Cum interim mentē habētes ītus odio, liuore, ambitione, auaritia, simulatione, cæterisq́ pestibus inquinatissimā, nō cogitant de lauādo aīo, quasi liquor aquę sordes abstergeret animi. Bed. Ortū habuit ex Esa. 1. Lauamini, mundi estote, qď spūaliter intelligendum, ipsi carnaľr exponebāt. Sequiť. n. ibidem, auferte malum cogitationum ab oculis meis. O quot hn̄t imitatores. Aug. Bona uis habere, & bonus nō uis esse? qd est quod malum uis habere? nihil oīno, & tn̄ malam uis habere aīam? Hinc admo

net dñs Hier.4. Laua à malitia cor tuũ. Alioqui. Vę uobis scribę & pharisæi hypocritę, qui mundatis qđ deforis est calicis & parapsidis, intus aũt pleni estis rapina & immunditia. Pharisæe cæce, mũda prius qđ intus est calicis & parapsidis, ut fiat & qđ deforis est, mundũ. Matth.23. Discipuli ergo dñi, docti solam uirtutem amplexari, & in aliĵs non esse superstitiosos, nõ lotis manibus manducabãt: qa iam superflua despiciebãt, ea solum quæ erant necessaria attendentes, & neq; lauari, neq; non lauari pro lege habentes, sed ut contingebat utrunq; facientes, ut dicit Chrysostomus. Pharisæi aũt nec hanc calumniandi scabiem poterant intra se premere: cum discipulis nõ expostulãt, sed uelut in atroci facinore dñm ipsum adoriuntur. Marc.7. Et interrogabant eũ pharisæi & scribæ: Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorũ, sed cõmunibus manibus manducãt panem? Non reprehendunt id tanq̃ cõtra legem, sed seniorũ traditionem. Dñs autem non ferẽs tam malitiosam de re nihili criminationem, perculit illos atrociore recriminatione.

2 *Ipse autem respondens, ait illis: Quare & uos trãsgredimini mãdatum Dei propter traditionem uestram? Nam Deus dixit, Honora patrẽ & matrẽ & qui maledixerit patri uel matri, morte moriatur. Vos autẽ dicitis Quicũq; dixerit patri uel matri, munus quodcunq; est ex me, tibi p̃derit, & nõ honorificabit patrẽ suum, aut matrem suã: & irritum fecistis mãdatum Dei pp traditionem uestrã. Hypocritæ, bene pphetauit de uobis Esaia, dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.*

Volens nos docere dominus, nullum esse pestilentius calumniãdi genus, q̃ ubi quis sub prætextu pietatis incessit benefacta proximi, seuere retundit illorũ malitiam ac simulatã iustitiam, Hieronymus; Falsam calumniam uera responsione cõfutat, non impatientia, sed zelo iustitię, innocentes excusando, & iuidos et pręuaricatores accusando. Indigne.n. alios de paruis accusant, qui magnis subiacent uitiĵs. Matth.7. Quid autẽ uides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo nõ uides? Ioã.5. Nolite secũdum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. Chry sost Nõ habet authoritatem legis, quod ab hominibus inuentum est: quocirca non legem, sed traditionem hominum iniquissimorũ appellat. Hieronÿ. Sæpe traditionibus hominũ mandata Dei cedunt. Obserua esse quędam hominum mandata diuinis contraria, hæc cõtemnenda. Act.4. Si iustũ est in conspectu Dei uos potius audire q̃ Deum, iudicate. Act.5. Obedire Deo oportet magis q̃ hominibus. Esa.10. Vę qui cõdunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scribebant, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent causæ humilium populi mei, ut essent uiduæ præda eorũ, & pupillos diriperent. Sic hic erat. Quædam diuinis opitulantia, utpote ieiuniũ quo caro crucifigit. Gal.5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitiĵs & concupiscentiĵs suis. Sic festi dies quibus colitur Deus. In talibus obediendũ. Heb.13. Obedite præpositis uestris & subiacete eis. Quædam cõmunem politiã concernentia, diuinis non cõtraria. Prouer.8. Per me reges regnant, & legũ conditores iusta decernunt. Hinc Romano.13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non enim est potestas nisi à Deo. Quę autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Marci septimo. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri uel matri, corban, hoc est, donum quodcũq; ex me tibi proderit,

Mandata hominum temnenda aut seruãda q̃ sint.

proderit,& ultra non dimittitis eum quicquã facere patri suo aut matri, rescindentes uerbum Dei per traditionẽ uestram quam tradidistis,& si milia huiusmodi multa facitis. Ex multis ergo unum accepit, ponens authoritatẽ quantũ ad honoris obligationem, & quantum ad dehonorationis punitionem, ut eos ad sui duceret reatus considerationem. q. d. secundum Hieronymum: Si uos mandata Dei contemnitis propter mandata hominũ, quare discipulos meos arguitis, qui mandata hominum cõtemnunt, ut Dei scita custodiant? Siquidem Deus naturę legem corroborans, serio iussit, ut quisquis patrem & matrẽ honoraret, ac subsidio subleuaret, longæuitatem uitæ huius repromittens, ac felicitatem hoc facienti, mortem comminans secus agenti. Exo. 20. Honora patrem tuũ & matrem tuam. Ephe. 6. quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & longæuus sis super terram. Hiero. Honor in scripturis non tam in salutationibus & officijs offerendis, quàm in eleemosynarum & munerum oblatione attenditur. Leuit. 20. Patri matriq; qui maledixerit, sanguis eius super eum. Vos autẽ consulentes auaritiæ uestræ, quod subleuandis parentibus erat impendẽdum, uertitis in lucrum uestrum: docetis homines, sanctius esse ac melius, locupletare donarijs templum, quàm opitulari parentibus egenis: ac technam monstratis, qua parentibus opem flagitantibus illudãt filij, uestra traditione false præceptũ Dei exponendo. Munus quod offero tẽplo, tibi collatum puta. Siquidem quod Deo offertur summo parenti, recte collocatum est. Esa. 63. Tu domine pater noster. Malac. 1. Si ergo ego pater, ubi est honor meus? ac filij pietas proderit & parentibus. Hinc dicitis iam nõ esse opus, ut quicquã impartiant egentibus parẽtibus, qđ præcepto sit factum satis: & interim superstitione deterretis parentes, ne audeant à filijs exigere, quod semel Deo dicatum uidetur, ne sacrilegio se se reddant obnoxios. Atque hac arte sub prætextu falsæ pietatis, contra pręceptum Dei deseritur pater, ut melius habeant sacerdotes. Res ad uos redit, nam ad parentes subleuandos pręter uerba nihil redit. Chrysost. Impietatem sub nomine pietatis inducunt, qui docent quod oblatio domini, qui uerus pater est, obsequijs parentum præferatur, & hoc pro lucris suis, unde et parentes, ne sacrilegij crimen incurrerent, Deo dicata deuitãt, & egestate conficiuntur. Non ergo honorificat patrem, qui beneficia nõ præstat. His dictis, factis, inquit, declaratis recte, meritoq; de uobis hypocritis uaticinatũ Esa. 29. Quo grauius ipsos argueret, prophetam adduxit à quo taxantur. Labijs me laudat & prædicat, legem uerbo, non facto seruans, fictione, nõ ueritate. Cor autem longe abest. Psal. 118. Longe a peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non custodierunt. Nõ tuas, sed suas. Esa. 59. Peccata uestra diuiserunt inter uos & Deum uestrum. Ideo Iaco. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Frustra colunt, & putant colere se Deum, qui per opera illum dehonorant. Vnde Roma. 2. Qui gloriaris in lege, per præuaricationem legis Deum inhonoras. Sine causa colunt, quia mercedem à Deo non recipient, cum ab hominibus quæsitã receperint. Mat. 6. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Omnia enim opera sua faciunt, ut uideantur ab hominibus. Matth. 23. Docentes mandata hominum, contemptis diuinis. Alioquin Matth. 23. Supra cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi, quæ dicũt uobis, facite: secundum autem opera

illorum nolite facere. Dicũt autem, & non faciũt. Igitur doctrinis uarijs et peregrinis nolite abduci. Optimũ est enim gratia stabilire cor, Heb.13. Col.2. Videte nequis uos decipiat per philosophiã & inanem fallaciã, secũdum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. Obserua, quòd dicit, non secundum Christum, indicat traditiones ecclesiæ quę secundũ Christum sunt, obseruandas. Hinc Act.15. apostoli coacto concilio gentibus rescripserũt: Visum est spiritui sancto et nobis, nihil uobis ultra imponere oneris, quàm hæc necessaria, ut abstineatis uos ab immolatis simulachrorũ, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. A quibus custodiẽtes uos, bene agetis. & infra: Paulus autem electo Sila profectus est, traditus gratiæ Dei a fratribus. Perambulabat autẽ Syriam & Ciliciã, confirmans ecclesias, præcipiens custodire præcepta apostolorum & seniorum. Videant ergo quo spiritu regantur, qui ecclesiæ (quæ spiritu sancto regitur. Ioan.14. Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis spiritum ueritatis, ut maneat uobiscum in æternum, & ob id columna & firmamentum dicitur ueritatis, 1. Timot.3.) decreta contemnũt. Matt.18. Si ecclesiam nõ audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

Ecclesiæ traditiones an ut hominum tradacende.

Et conuocatis ad se turbis. dixit eis: Audite & intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. Tunc accedentes Discipuli eius, dixerunt ei: Scis quia pharisæi audito uerbo hoc scãdalizati sunt? At ille respondens, ait: Oĩs plantatio quã non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Sinite illos. cæci sunt, & duces cæcorũ. Cæcus autẽ si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

3 Pharisæis hoc priuato sermone coercitis magis q̃ sanatis, Iesus uelut auersus ab eis, utpote incurabilib⁹, ac nihil aliud aucupãtibus quã calumniãdi ansam, iussit turbas propius accedere, uelut honorẽ ipsis deferẽs, ut susciperent sermonẽ. Mar.7. Audite me oẽs, & intelligite. Eccle.5. Esto mãsuetus ad audiẽdũ uerbũ Dei, ut intelligas. Audite q̃ sint friuola quę præscribũt pharisæi, de minimis anxij, maxima negligentes. Volebat n. turbã de his rebus admonitam esse, ne posthac pharisaicis traditionibus auocarẽtur ab euãgelica synceritate. Mar.7. Nihil est extra hominem introiẽs in eũ, quod possit eũ coinquinare: sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ coinquinãt hominẽ. Puritas enim hominis et impuritas, nõ est in reb⁹ extrarijs, sed internis. Nec aĩus ingnatur rebus corporeis: quæ aũt intus sunt in homine, & ab hoĩe exeunt, declarãt impurũ hoĩem. Indicat ergo dñs, illa non ex natura sua, sed ex incidentibus causis uel bona, uel mala fieri, & ob id minoris esse facienda, quã ea quæ semper sunt ex sua natura pia uel impia. Iamq́ tempus adesse, ut id genus legis præcepta, quæ ad tẽpus aliquod sunt instituta, nec tam adferunt sanctimoniã, q̃ significant, iam incipiant obscurari, ac mox ad coruscantẽ euangelij lucem prorsus interitura. Corporalia sunt hæc, nec afficiunt nisi corpus. Aĩum nec iuuant, nec lædunt, nisi q̄s abutatur. Vt aũt abutaris, nõ ciborũ uitio fit, sed abutẽtis. 1. Timo.4. Oĩs creatura Dei bona est. sanctificatur enim p̄ uerbũ et orationẽ. Est tñ occasio immũditiæ spũalis, uel ratione prohibitionis, ut in lege idolis ĩmolata, & q̃ plurima alia immũda erãt secundũ legẽ. Hier. Ipsi quidẽ cibi & oĩs creatura mũda est per se, sed idolorũ & dæmonũ inuocatio, ea fecit immũda, 1. Cor.8. Hæc aũt prohibitio & immũditia p̄ Christũ sublata & purificata. Acto.10. Quod De⁹ purificauit, tu ne cõmune dixeris. Hinc Coloss.2. Nemo uos iudicet in cibo

aut in potu, aut ĩ parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorũ, quæ sunt umbra futurorũ, corpus autẽ Christi. Quædam autẽ ab ecclesia certis rationibus instituta sunt, nõ quia lege præcepta, quo ad ciborũ certis diebus delectũ, & dies festos, ac longæuo usu, q uim legis obtinet, quæ trãsgredi filijs ecclesiæ nefas est, quãquã nothi & synagogæ satanæ filij contemnãt. Sic & ĩmoderãtę abusus coinquinat. 1. Cor. 6. Neq; ebriosi regnũ Dei possidebũt. Phil. 3. Qaorũ Deus uenter est. Nõ dixerũt, scãdalizasti: sed, scandalizati sunt. Nõ. n. erat scãdalũ actiuũ, sed passiuũ. Augu. Oculis ægris odiosa est lux. At Iesus docere uolẽs, aliqñ offendiculũ improborũ ex rebus nihili sumptum, fortiter esse cõtemnẽdũ cũ suis authoribus, prę sertim cũ illis obsecundãdo nihil aliud proficias, q̃ quod alis illorũ malitiã, nõ sine pernicie simpliciũ, ait: Peribit oĩs institutio, quã homines ad suũ quæstũ & gloriã ex se se, non ad uerã pietatẽ cõmenti sunt. Actu. 5. Si ex hominibus est consiliũ hoc aut opus, dissoluetur: si uero ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne forte Deo repugnare uideamini. Hie. Etiã quę plana uidẽtur in scripturis, plena sunt quæstionibus. Si oĩs, ergo & illa, 1. Cor. 3. Ego plãtaui? Soluitur quæstio cũ subditur, Deus aũt incremẽtũ dedit. Dei agricultura estis, dei ædificatio estis. Dei enim cooperatores sumus. Si ergo cooperatores Dei sumus, ergo plãtãte Paulo, & rigãte Apollo, Deus cum cooperatori bus suis plãtat & rigat. Abutuntur hoc loco, q diuersas naturas ĩtrodu cũt, dicẽtes: Si plãtatio quã nõ plantauit pater, eradicabitur: ergo quam plãtauit, nõ poterit eradicari. Sed audiant Hier. 2. Ego te plãtaui uineam electã, omne semen uerum. Quomodo ergo cõuersa es mihi in prauum uinea aliena? Plantauit quidẽ Deus, & nemo potest plantationẽ eius eradicare, sed quoniam ista plantatio in uoluntate est proprij arbitrij, nullus alius eam eradicare potest, nisi ipsa præbuerit assensum. Sinite suo errore eos turbari, quia obstinati in malitia. Discimus hoc loco, offendi illos, qui sponte offenduntur & incusabiles sunt, non esse dãnosum. Scãdalum enim ex ignorãtia prouenit. Mat. 17. Ne scandalizemus, inquit, eos. Hier. Saluator pręcipit doctores pessimos dimittendos arbitrio suo, sciens eos ad ueritatẽ difficulter posse trahi, & cæcos esse, & cæcum populum in errorem trahere. Tit. 3. Hęreticum hominem post unam atque secũdam monitionem deuita, sciens quoniam subuersus est. Iactanr sese doctores ac duces ad ueram religionem, cum ipsi nesciant quibus in rebus sit sita uera religio. Nesciunt quod doceant, & stultos discipulos sibi adiungunt. Hinc Mar. 7. Relinquentes mandata Dei, tenetis rraditiones hominum, baptismata urceorum & calicum, & similia his facitis multa. Siquis habet aures audiẽdi, audiat. Significat eam cantionem frustra cani surdis auribus. Esa. 56. Speculatores eius cæci omnes, nescierunt uniuersi, canes muti non ualentes latrare, uidentes uana, dormiẽtes & amantes somnia, & canes impudentissimi nescierũt saturitatem, Ipsi pastores ignorauerunt intelligẽtiam. Omnes in uiam suam declinauerunt, unusquisq; ad auaritiam suã à summo usq; ad nouissimum. Venite, sumamus uinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius. Gregorius: Cum pastor per abrumpta graditur, grex in præcipitium uadit. Hierem. 10. Quia stulte egerunt pastores, & dominum non quæsierunt, propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est.

Respondens autem Petrus, dixit ei: Edisseee nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & uos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os inteat, in uentrem uadit, & in secessū emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominē. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

Remigius: Consueuerat dominus parabolice loqui, ideo interrogauit eum Petrus. Marci.7. Et cum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam, & ait illis: Sic et uos imprudentes estis? nō intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum coinquinare, quia non intrat in cor eius, sed in uentrem uadit, & in secessum exit, purgans omnes escas? Iesus ad exemplum fidi diligentisq́ præceptoris, prius excitata, pia obiurgatiūcula, illorum attentione, docuit parabolæ mysterium. Hierony. Omnia euangeliorum loca, plena apud hæreticos & peruersos sunt scandalis, sicuti hic aliqui Christum arguere nituntur physicæ dispositionis ignarū, utpote qui cibum dixit mox in uentrem ire, & inde in secessum mitti, de corde uerò extre cogitationes. Marc. 7. Ab intus enim de corde hominū malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus, malus, blasphemiæ, superbia, stultitia. Omnia hæc mala abintus procedunt, & coinquinant hominem. Non ergo statim purus est, qui manus, sed qui cor habet lotum & mundum. Illic enim fontem suum habent noxiæ cogitationes, quibus fratri struunt insidias. Quæ etsi non prodeant per os, tamen impurū reddunt hominem & abominandum in oculis Dei. Si prorumpant, uelut e putri cloaca pestilens halitus, ut declarant hominem esse impurum, ita contagio aflatuq́; suo etiam alios inquinant. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Hierony. Principale ipsius animæ secundum Platonem in cerebro est, sed iuxta domini sententiam in corde: & arguendi sunt ex hac sententia, qui cogitationes immitti à diabolo putāt, & non ex propria nasci uoluntate. potest enim diabolus incētor esse malorum, non acto. Sed occulta rimatur, & ex corporis habitu æstimare solet. Ex malis enim cogitationibus prouenīūt mala uerba & opa. Mat. 12. Progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui cum sitis mali? Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut malam, & fructū eius malum. Quod enim est hoc præposterum sanctimoniæ genus, lotas habere manus, & mentem simul & linguam habere tot sceleribus inquinatam? Hinc dominus nominatis uitijs quæ diuina lege prohibentur, pulchre cōcludit: Hæc sunt quæ immundum reddūt coràm Deo, culpæ maculam inferendo.

De Chananæa, Matth.15. Marc.7.

ARTICVLVS LXII.

Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa, clamauit dicens: Miserere mei domine fili David. filia mea male a dæmonio uexatur. Mat.15. I

Claret quàm efficax apud Deum, humilis, pia, & perseuerās sit oratio. His itaq; gestis, Iesus ipsa loci mutatione significat, quàm tæderet Iudaici cultus, qui ferè totus æstimabatur corporalibus obseruatiūculis, & Iudæos ob suę superstitionem legis, expulsuros euāgelicā doctrinā, quam gentes essent per fidei synceritatem sibi uindicaturæ. Proinde nō ibi uersatus est in publico, quod solet apud Iudæos. Mar.7. Et ingressus domū, neminem uoluit scire, & non potuit latere.

latere. Adeo enim fama dictorum factorumq́ eius sese & ultra Iudææ fines profuderat, ueluti iam tum meditãs in uniuersum orbem propagari. Marci.7. Mulier enim statim ut audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit, & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis, Syrophœnissa genere: et rogabat eum, ut dæmonium eijceret de filia eius. Sed quoniam non fuit exaudita in domo, prosecuta est dominum per uiam, ingenti de eo concepta fiducia. Hieronymus: Inde nouit uocare filiũ Dauid, quia egressa iam fuerat de finibus suis, & errorem Tyriorum & Sidoniorum loci ac fidei cõmutatione dimiserat. Nã credidit dominũ posse sanare filiã. Beda: Mulier quæ dominum credula precabatur, à finibus suis egressa perhibetur: quia nisi priscę conuersationis habitacula uana reliquisset, ad Christi ecclesiam nũquã ueniret. Emigrandum est de ædibus tuis, ut uenias ad domũ in qua sedet Iesus. Non enim sufficit à peccatis egredi, nisi & occasiones derelinquas peccatorũ. Eccl.13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui cõmunicat superbo, induet superbiam. Sibi misereri postulat, quia charitas malũ alienum, ex fraterna cõpassione suũ reputat. 2. Cor.12. Quis infirmatur, et ego non infirmor? Misericordiã postulat, non meritum allegat. Esa.64. Omnes iustitię nostrę quasi pannus menstruatæ. Hieronymus: Ego filiã ecclesiæ puto animas esse credentiũ, quæ male à dæmonio uexãtur, ignorantes creatorem, & adorantes lapidem. Male anima uexatur, quando uexatio nõ sentitur. Hier.5. Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti, & renuerunt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas supra petrã, & noluerunt reuerti. Peius, cum morbus desperatur. Eph.4. Qui desperantes, semetipsos tradiderũt impudicitiæ, in operationem immunditię omnis, in auaritiam. Pessime, cũ medicus contemnitur. Luc.5. Vtiq; dicetis mihi hãc similitudinem: Medice, cura teipsum. Non enim egent, qui sani sunt, medico. Luc.5.

Anima qñ. male peius ac pessime uexetur.

Qui non respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum, dicẽtes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel. At illa uenit, & adorauit eum, dicẽs: Domine, adiuua me. Qui respondens, ait: Nõ est bonũ sumere panẽ filiorũ, & mittere canibus. At illa dixit: Etiã domine. Nã & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. 2

Hic Iesus ille misericors & exorabilis, qui solet omnibus obuius esse & expositus, quo simul & constantissimam mulieris fidẽ omnibus patefaceret, & Iudæis suam pertinacissimam incredulitatem exprobraret, simulq́ ut doceret nos quãtũ apud Deũ ualeant improbæ preces ex humili corde profusæ, adeo contempsit supplicem ac uociferantem prę dolore animi, ut nec respõso dignaretur. Hieronymus: Nõ de superbia pharisaica, nec de scribarũ supercilio, sed ne ipse sententiæ suæ uideretur cõtrarius, per quã iusserat. Mat.10. In uiã gentium ne abieritis. Nolebat enim occasionem calumniatoribus dare, perfectamq́ salutem gentiũ, passionis et resurrectionis tempori reseruari. Non destitit tamẽ mulier, quãuis repulsa. dolor enim et fides reddebãt illam improbam. Sequitur à tergo, uociferatur lamentabili uoce. Accedũt discipuli, non tanquam immisericordes, sed uolentes persuadere domino ut misereretur ei. Hieronym9: Discipuli adhuc mysteriorum Christi ignari, uel misericordia moti, rogabant pro muliere, uel importunitate eius carere cupientes: quia non ut clementem, sed ut durum medicũ crebrius inclamaret. Beda: Siqs ani-

mam habet uitiorum sorde pollutã, filiam proculdubio habet male à dæmonio uexatam. Sed necesse est, ut reatum suũ agnoscens, mox ad preces & lachrymas cõfugiat, sanctorũ crebris intercessionibus auxiliũ quærat, q pro eius salute domino dicãt: Dimitte eum, quia clamat post nos. Dimitte reatum, dona gratiam quia nostrum intimo affectu quærit pronus suffragium. Roma. 15. Obsecro uos per misericordiam Dei, & per charitatem sancti spiritus, ut adiuuetis me in orationibus uestris. Nam connexio corporis per charitatem, quæ uinculum est perfectionis, Co. 3. exigit ut uicissim subleuemus. Hic Gal. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Vnde dominus amicis Iob ait: Iratus est furor meus in te & in duos amicos tuos, quoniam non estis locuti coràm me rectum, sicut seruus meus Iob. Sumite ergo uobis septem tauros & septem arietes, & ite ad seruũ meum Iob, & offeret holocaustum pro uobis. Iob autem seruus meus orabit pro uobis, faciem eius suscipiam, ut non imputetur uobis stultitia. Iob. 42. Dominus autem responsum addit repulsa priori durius, quo magis ac magis barbaræ mulieris admirabilem redderet constantiam ac modestiam, & hoc exemplo Iudæis suam exprobraret arrogantiam, & uelut ex affectu Iudaico respondet, se non gentibus, sed Iudæis peculiariter missum. Hieronymus. Non quod ad gentes non missus sit, sed quod uel primum missus sit ad Israel, ut illis non recipientibus euãgelium, iusta fieret ad gentes trãsmigratio. Hinc Paulus Act. 13. Vobis oportebat primum loqui uerbum dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enĩ nobis præcepit dominus. Ipsis enim

Sãctorum intercessiones expetendæ.

promissus. Roma. 15. Dico enĩ Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis, ad confirmandas promissiones patrum. Ad oues, inquit, quæ perierunt. Venit enim quærere & saluũ facere quod perierat, Lu. 19. Psal. 118. Erraui sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuum, quia mandata tua nõ sum oblitus. Esa. 53. Oẽs nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit. Mulier autẽ adeo non est defatigata tot repulsis, ut ausa sit propius etiã accedere ad Iesum, dei cognoscens potentiam, et auxilij efficaciam, ac suam indigentiam, et accidens ad genua, adorauit. Hieronymus: Mira hic monstrãtur, quæ gradatim deus expostulat: fides, qua credidit posse sanare filiã: ac primum filium Dauid, deinde dominum uocat, ad extremum adorat ut deum. Patientia, qua, toties contempta, in precibus perseuerat. Humilitas, qua se non canibus, (de quibus Psal. 21. Circundederunt me canes multi) sed catulis cõparat. Quãto autem mulier multiplicabat preces, tanto durius Christus negationem. Marc. 7. Sine prius saturari filios. Nõ est enim bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. Panem appellat fructũ euangelicũ, qui fide constat. Filios, Iudæos. Osee. 11. Puer Israel, & dilexi eum. Hiere. 31. Ephraim primogenitus meus. Sed Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerũt me. Ideo & Apostolus Ro. 9. Non enim qui filij carnis, hi filij dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Eccle. 15. Cibauit eos pane uitæ & intellectus Gẽtes, quia impuram agebant uitã. & in sanguine idolis ĩmolatorũ uersabantur, canes à cultu religioneq́ dei alieni. Peccatores ergo cum sumus, & canes nominamur immunditia pleni, indigni sumus qui accipiamus panem dei, hoc est, cõmuni-

cemus imaculatis mysterijs: q̄ si per humilitatem nosmetipsos agnoueri mus, & cōfessi fuerimus nos esse canes: enarrauerimusq; peccata nr̄a; tunc sanatur filia, hoc est, opus diabolicum. Mulier nihil offensa conuicio, quod dictum uidebatur ad abigendam illam, uertit in argumentū impetrandi. Non inficior, inqt, Israelitas esse filios, nos esse canes. Chrysostomus: Nam etsi canis, non penitus aliena. Ideo non sum omnino repellenda. Non illis præripio suū panem delicatum, quo uescūtur accūbentes in mensa patris. hoc tantum peto, quod domini non solent negare canibus. Quod parū, quantū ad uirtutem tuam attinet, mihi aūt magnū fuerit, da. Sicut & qui panes comedūt, nō magnifaciūt si micas dēt. Iesus aūt ueluti uictus tanta mulieris fiducia, tolerantia, modestia, ac perseuerantia.

Tunc respondēs Iesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Chrysostomus: Vide quāta sit uirtus orationis, quod enim Apostoli non obtinuerunt, ipsa perfecit. Discamus nō statim resilire, cū precamur, si non statim uotorū fuerimus compotes, sed perseueremus donec accipiamus. Fuit oratio ipsius, Cordialis, nam clamauit ex totis præcordijs. Psal. 118. Clamaui in toto corde exaudi me dn̄e. Toto corde clamat, qui intellectu & affectu clamat. 1. Cor. 14. Orabo spiritu, orabo & mēte. Diuiso corde, qui uel non intelligūt, uel non attendūt quod petunt. Osee. 10. Diuisum est cor eorū, nunc interibūt. Beda: Hæc aūt sola orandi pertinacia meretur esse fructifera, si quod ore precamur, etiam mēte meditemur. Sūt enim qui ore orantes, mente aūt foris uagātes, omni se fructu orationis priuāt, putātes à Deo precem exaudiri, quam nec ipsi audiunt q̄ fundūt. Nullo corde, qui nec intellectu nec affectu. Esa. 29. Eo qđ appropinquauit popul⁹ iste ore suo & labijs suis glorificauit me, cor autem eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis, ecce ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. Fidelis. Iaco. 1. Postulet autem in fide, nihil hæsitans. Hinc à domino collaudatur, quia magna fides ipsius. Magnam siquidem habuit fidem, quæ nec prophetarum antiqua, nec recentia ipsius dn̄i miracula percepta, uel promissa cognoscens, pietatē saluatoris implorat, dicēs: Miserere mei dn̄e fili Dauid. Cū. n. eūdē dn̄m filiū appellat Dauid, pfecto patet, qđ uerū hūc hoīem, uerū credidit & Deū, quē & solo uerbo posse curare sciēs, filiam non adduxit, nec præsentiā requisiuit, & ut Deū adorauit. Erat aūt fides per dilectionē operās, quæ aliqd est. Gal. 5. Nā sine operibus mortua est, Ia. 2. Humilis, calamitatē suā publice cōfitendo, humiliter adorādo, & se catello cōparando. Ecc. 35. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Iudith. 9. Humiliū & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Psal. 101. Respexit ī orationē humiliū. Stabilis. Chrysostomus: Differt quandoq; Deus dare quod petitur, ut desideria augeātur, & habita carius possideantur, & possessa cautius custodiātur. Gregorius: Desideria sancta, dilatione crescunt: si autem dilatione deficiunt, desideria non fuerunt. Marc. 7. Et ait illi. Propter hunc sermonem uade, exit dæmonium à filia tua. Et cum uenisset domum, inuenit puellam iacentem super lectū, & dæmonium exisse. Psal. 148. Ipse dixit, & facta sunt. Sap. 12. Subest enim tibi, cum uolueris, posse. Hieronymus: O mira rerum conuersio. Israel quondam filius, non canis.

Oratio Chananeæ qualis aut quotuplex

pro diuersitate fidei ordo mutatur. Nam de illis postea dicit. Phi.3. Videte canes, uidete malos operarios. Sed foris canes & uenefici, & impudici, & homicidę, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendaciū. Nos audimus cum muliere, Magna ē fides tua, fiat tibi sicut uis.

De surdo & muto, & aliȷ̃s sanatis, Matth.15. Marc.7.

ARTICVLVS LXIII.

Mar.7. *Et exiens de finibus Tyri, uenit per Sidonem*
K *ad mare Galilaeae, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabātur eum, ut imponat illi manum. Et apprehendēs eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguam eius: & suspiciens in coelum, ingemuit, & ait illi: Effeta quod est, adaperire. Et statim apertae sunt aures eius, & solutum est uinculum linguae eius, & loquebatur recte.*

Ostendit quàm obuius sit omniū ad se confugientium necessitatibus subuenire. Nam facta ipsius nedum ad fidei illuminationem, sed & morum instructionem nobis proponūtur. Beda: Surdus ille & mutus, quē mirabiliter dominus sanauit, genus designat humanū, in his qui diabolicę deceptionis ab errore, diuina merentur gratia liberari. Obsurduit nanq; homo ab audiēdo diuino uerbo, posteaquam mortifera serpentis uerba contra Deū tumidus audiuit. Mutus à laude conditoris effectus est, ex quo cum seductore colloquiū habere praesumpsit. Et quod de radice uitiorū germinauit, uitiosius multo propagari coepit id dilatatione ramorum, ita ut ueniente in carne domino (exceptis paucis de Iudaea fidelibus) totus penè mūdus ab agnitione & confessione ueritatis surdus erraret & mutus. Dn̄s igitur, semine ceu furtim iacto apud Tyrios & Sidonios et Chananęos, relegit iter, rursus proficiscens ad lacum Galilaeae, praeterita Sidone, & itinere facto per regionem Decapoleos, ibi prius sanarat daemoniacum. Huc cum uenisset, adducunt surdum & mutū. Mutus fit oportet, qui natura surdus est. Beda: Regio trans Iordanem decem urbium erat ad orientem: unde dn̄s ex opposito illarum ciuitatū, intrasse dicitur fines earum. Congruebat ibi facere miraculum, quo fama latius diuulgaretur, & plures postea conuerterentur. Sed miserabilius surdus est, cui nō sunt aures idoneae ad audiendū sermonem Dei: peius mutus est, qui non habet linguā ad confessionē suae turpitudinis, ac diuinae misericordiae. Nam sine auditu fidei & diuinae inspirationis, gratia non intrat. Ro.10. Ergo fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. Sine cōfessionis uerbo culpa nō exit Ro.10. Corde creditur ad iustitiam, ore aūt cōfessio fit ad salutē. Esa.42. Quis caecus nisi seruus meus, & surdus nisi ad quē nūcios misi? Sed q̄d faciet miser, qui linguā nō habet, ūn salutē petat à dn̄o, nec aures quibus percipiat uocē Iesu, etiam mortuorū excitatricem? Offerant necesse est diuinae pietatis aspectibus ȷ̃, qui audire & loqui uerbū Dei lōgo didicerūt usu sanandū, ut eū quem humana infirmitas neq̃t, gratiae dextera saluet. Sic uisum est clementissimo dn̄o, ut aliena etiam fides opituletur peccatorib⁹. 1.Io.5. Qui scit fratrē suū peccare peccatū non ad mortē, petat: & dabitur ei uita, peccanti non ad mortē. Scilicet uitae, quia post mortē etsi in malis sit poenitentia, tamen infructuosa. Sap.5. Dicentes intra se, poenitentiā agentes, & prae angustia spūs gementes. Iaco.5. Orate pro inuicem ut, saluemini. Adducatur ad Iesum, nō consulanē Dȷ̃ alieni, ut phitones &c. Ochozias lapsu p cancellos coenaculi sui grauiter infirmat⁹, mittēs ad consulēdū Deū Accaron, audiuit 4.Reg.1. Quia misisti nūcios ad cō-

sulendum Belzebub Deũ Accaron, quasi non esset Deus in Israel, à quo posses interrogare sermonem, ideo de lectulo super quẽ ascendisti, non descẽdes, sed morte morieris. Audiãt & intelligant, qui in rebus aut perditis, aut aliorum uiribus destitutis, Deo derelicto, homines superstitiosos, & moribus & uita corruptos cõsulũt, unde pericula & infortunia. Erat in procliui domino uel simplici uerbo dare sanitatẽ surdo & muto, sed nobis hæc rerum forma proponitur. Nam ut plerũq; parabola est quod loquitur Iesus, ita non raro parabo-
2 la est quod facit. Apprehensum hominẽ seducit à turba. Saluus est quẽcunq; apprehenderit Iesus, quem ab huius mundi tumultu semouerit. Hieron. Seorsum semper à turbulentis cogitationibus & actibus inordinatis, sermonibusq́; incompositis ducitur, qui sanari meretur. Manu sua educit à turba, quæ impedit spiritualis sanitatis receptionem. Est enim omnis morbi curatiua. Ps. 143. Emitte manũ tuam de alto, eripe me & libera me de aq̃s multis. Omnis boni collatiua. Psal. 144. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Iob. 10. Manꝰ tuæ domine fecerunt me, et plasmauerũt me totum in circuitu. Omnis rei in suo esse conseruatiua. Sap. 11. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses? aut quod à te uocatum non esset, conseruaretur? Iam autem in proximo est salus, Iesus ubi uirtute spiritus, qui digitus Dei est, dignatur aures mentis nostræ contingere. Hier. Digiti, uerba spiritus sunt & opera. Exod. 8. Digitus Dei est hic. Psal. 8. Quoniam uidebo cœlos tuos opera digitorũ tuorũ. Quoties saliua cœlestis sapiẽtiæ, quæ ipse est, 1. Cor. 1. ex ore altissimi patris prodiens, Eccl. 24. dignatur animi nostri linguam contingere, ut sapiãt nobis ea quæ Dei sunt. 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Spiritualis aũt iudicat omnia. Neq; enim absq; hoc humore fit gustus, et humana saliua uitiata, peruersum habet iudicium. Ingemuit non ex diffidentia, sed humanam miseriam cõmiserãs. Quid enim miserabilius illis, quibus aures mentis sic occupatæ sunt cupiditatibus terrenis, ut non queãt audire uerbum Dei? quibus lingua sic impedita est & infecta uitiosis affectibus, ut non sapiant cœlestia, ut muti sint ad suæ malitiæ confessionem, ad prędicandam Dei misericordiam? Itaq; gemitus Iesu admonet nos, quales fuerimus: at suspectus in cœlum, adimit desperationem, indicans unde sit paratũ auxiliũ. Psal. 120. Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum & terram. Psal. 122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Iaco. 1. Omne datũ optimũ & omne donum perfectum, de sursum est, descendens à patre luminũ. Hiero. Gemere nos docuit, ac in cœlum thesaurum cordis nostri erigere, quòd per gemitum compunctionis intimæ, friuola lætitia carnis purgatur. Psal. 37. Rugiebam à gemitu cordis mei. Psal. 119. Hei mihi quia incolatus meus prolũgatus est. Nõ enim habemus hic manẽtem ciuitatem, sed futuram inq̃rimus, Heb. 13. Gemere ergo debemus pro nostris & aliorum erratibus, & nostrũ exilium plangere. Psal. 37. Domine, ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditꝰ. Imperat morbo ut dñs, cui necessario omnia obediunt, & continuo sequitẽ sanitatis effectꝰ. Psal. 148. Quoniam ipse dixit, et facta sunt. Sap. 16. Tuus dñe sermo qui sanat omnia. Tu es dñe qui uitæ & mortis habes

Manus domini qualis.

imperium, deducis usq; ad portas mortis & reducis. Beda: Vtraq; natura manifeste distincta est, suspicies enim in cœlum, quasi homo deprecaturus ingemuit: sed mox uno sermone quasi potens, infirmum diuina maiestate curauit. Hieronymus: Ille solus recte loquitur, uel Deum confitendo, uel aliis prædicando, cuius auditum, ut cœlestibus possit auscultare & obsecundare mandatis, diuina gratia referat, cuius linguam dominus tactu sapientiæ, quæ ipse est, ad loquendum instruit. Psal. 50. Dñe, labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Sed sunt qui à ueritate auditum auertunt, & ad fabulas conuertuntur. 2. Timot. 4. qui obturant aurem suam ne audiant legem. Prouerb. 28 quorũ oratio erat execrabilis. Sic & ad clamorem pauperis, qui & ipsi clamabũt, & non exaudientur. Prouerb. 21. Sũt & quorũ guttur sepulchrum est patens, qui linguis suis dolose agunt: quoniam nõ est in ore eorum ueritas, cor eorum uanũ est. Psal. 5. Sed qui uult uitã, diligit uidere dies bonos, Prohibebat linguã suam à malo, & labia sua ne loquantur dolũ, Psal. 33. Hinc admonet Apostolus. Ephe. 4. Omnis sermo malus de ore uestro non procedat, sed siquis bonus ad ædificationẽ fidei, ut det gratiam audientibus. 1. Pet. 4. Siquis loquitur quasi sermones Dei. Timeamus ergo in ipsa lingua, in qua benedicimus Deum & patrem, maledicere homines qui ad imaginem Dei creati sunt. Iaco. 3. Qui enim putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, huius uana est religio. Iaco. 1. Si enim de omni uerbo ocioso, quod locuti fuerint homines super terram, reddent rationem de eo in die iudicij. Matt. 12. quid blasphematoriis & contumeliosis erit & detractoriis? Hieronymus: Soluitur lingua ad hymnos, cãtica & psalmos: soluitur ut eructet uerbum bonum, quod non possunt minæ cohibere. Verbum enim Dei non est alligatũ. 2. Timoth. 2.

Et præcepit illis necui dicerent. Quanto au-
tem eis præcipiebat, tanto magis plus prædica- 3
bant, & eo amplius admirabantur, dicentes:
Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mu-
tos loqui.

Hieronymus: Non in uirtutibus gloriandum esse docuit, sed in cruce & humiliatione. Gal. 6. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Beda: Nunquid non æstimandum est, quod unigenitus Dei fili⁹ signũ faciens, & hoc abscõdi uoluerit, quod contra uoluntatem suam sit patefactum in turbis, nec potuerit silentio signum tegere, si uoluisset, quod potuit facere cum uoluit? An forte nobis exemplũ dare, ut uirtutum opera facientes, uitium iactantiæ per omnia, gloriamq; uitemus humanã, ne bona nostra actio, per inanẽ uulgi fauorẽ, supernæ retributionis munere priuetur? Et tñ sciamus, opera nostra, si digna imitatione sint nullaten⁹ posse celari, sed ad utilitatẽ fraternæ correctionis, ipso dispensante patefieri, qui ait. Mat. 5. Non põt ciuitas abscondi supra mõtẽ posita, & Luc. 12. Quæ dixistis in tenebris, dicẽtur in lumine. Hoc aũt ipsum magis ꝓuocauit, ut apud oẽs ꝑdicarẽt. atq; hoc uehemẽtius suspiciebãt magnitudinẽ Iesu, quod cũ talia posset ac præstaret, nõ solũ nihil exigebat præmij, uerũ ne gloria quidẽ tã insignis facti frui cupiebat. Sed ut est hoĩs uere benefici, nõ exigere laudẽ ꝓ beneficio, ita grati est hoĩs, hoc impẽsius referre gratiã, quod qui beneficiũ dedit, nullã expectet gratiã. Hæc laus, bene oĩa fecit, in solũ Deũ cõpetit. Gen. 1. Vidit Deus cũcta quæ fecerat, & erant ualde bona. Deut. 32. dei, n. ꝑfecta sunt opa. Sed uñ mors?

Sap.1.Deus mortẽ nõ fecit,nec lætaſ in perditione uiuoꝝ. Creauit.n.ut eſſent oĩa, & ſanabiles fecit nationes orbis terraꝝ,& nõ eſt in illis medicamẽtũ exterminĳ,nec inferorũ regnũ in terra.Iuſtitia.n.ꝑpetua eſt et ĩmortalis, iniuſtitia aũt mortis acqſitio. Impĳ aũt manibus & uerbis accerſierũt illã. Meli⁹ ergo nũc fecit in reparatiõe. Ro.5. Si un⁹ delicto mors regnauit ꝑ unũ,multo magis abũdãtiã gratiæ, & donationis iuſtitiæ accipientes, in uita regnabũt ꝑ unũ Ieſum Xp̃m. Igitur ſicut ꝑ unius delictũ in oẽs hoĩes in cõdẽnationẽ, ſic & ꝑ unius iuſtitiam in oẽs hoĩes in iuſtificationẽ uitæ. Optime in electorũ glorificatione. Apoc.21.Abſterget Deus oẽm lachrymã ab oculis eoꝝ, et mors ultra nõ erit,neq; luct⁹,neq; clamor,neque dolor erit ultra, quæ prima abierũt. Et dixit q ſedebat in throno:Ecce noua facio oĩa.Sic ergo nos uiſitare dignetur, qui tãgit & ſanat oĩa uerbo, ut audiẽtes & loquẽtes,nũquã ab obediẽtia laudis diuinæ ceſſemus, magnalia eius indies magis ac magis prędicãdo,cui debetur creationis & recreationis & inſtaurationis noſtrę grã.Quãto enim feruentius prædicare debẽt, quibus iubet ut prędicẽt, qñ illi q iubentur, tacere nõ poſsũt?Hinc Luc.19.Dico uobis,ſi hi tacuerint, lapides clamabũt.Mat.15.Et cũ trãſiſſet inde Ieſus uenit ſecus mare Galilęæ:& aſcẽdẽs in mõtẽ,ſedebat ibi.Et acceſſerũt ad eũ turbę multæ,habẽtes ſecũ mutos cæcos,claudos,debiles,et alios multos,& proiecerũt eos ad pedes eius, & curauit eos ita, ut turbæ mirarentur, uidẽtes mutos loquentes, claudos ambulantes, & cæcos uidẽtes, et magnificabãt Deũ Iſrael.Cõſcẽſo mõte ſedebat, ut ſeceſſu lociq; difficultate paulatim ad firmitatẽ eueheret fidẽ ſuoꝝ. Iã uel ex itineris difficultate ſatis perſpecta fide illoꝝ, nã ſequũtur,aſcẽdunt,offerunt, ſanauit oẽs tãta celeritate tã multos,ut multitudo quæ uenerat, uehemẽter obſtupeſceret: & glorificabat Deũ Iſrael,qui tãtis beneficĳs dignaretur populum ſuum. Si rectum nõ uides, ſi bonum qđ cernis nõ operaris,ſi admonentẽ alium nõ audias, neq; aliũ admonere ualeas, ſi eleemoſynã nõ porrigas,aut alio quopiã morbo tenearis:pedes Ieſu accede, ueſtigia uitæ illius attinge,& curã habebis.Ibi peccatrix ueniã iuenit pctõꝝ. Lu.7.

De refectione ſeptem panum. Mat 15. Mar.8.

ARTICVLVS LXIIII.

In diebus illis iterum cum turba multa eſſet cum Ieſu,nec haberent quod manducarent,conuocatis diſcipulis, ait illis: Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent, & dimiſero eos ieiunos in domum ſuam,deficient in uia, Quidam enim ex eis de longe uenerunt. Marc.8. L

Oſtẽdit ꝙ ꝓpte adhærẽtiũ ſibi neceſſitatibus ſubuenire uelit et poſſit.Auguſtin⁹. Altitudinẽ diuinitatis ſuę et miſericordiã humãitatis,multis & uarĳs modis in ſcripturis ſcĩs dñs nr̃ Ieſus Xp̃s oſtẽdit.Oĩa.n.quę in hoc mundo ſub fragilitate nr̃a exhibuit miracula,nobis ꝓficiunt. Verbum Dei eſt Xp̃s,q nõ ſolũ uerbis, ſed et factis loqtur hoĩbus.Nẽpe qđ ſup turbã miſeretur dñs, ne inedia uel lõgioris uiæ deficiat labore, nouerimus eſſe affectum atq; cõpaſſionẽ humanæ fragilitatis. Qđ autẽ de ſeptẽ panibus & paucis piſcibus ſatiauit.4000.hoĩum,credimus diuinę opus eſſe uirtutis. Repetit exẽplum paſcẽdi,ne poſſit excidere, qđ toties eſſet infixũ.Clemẽtiſſimus dñs ſanabat oẽs corporꝝ morbos, aĩos uero cœleſti ſermõe paſcebat. Nõ.n. ſunt noxiora ieiunia,ꝙ nõ paſci Dei grã. Hac ergo beneſaciẽdi ꝓptitudine adeo ſibi deuinciebat aĩos multitudinis, ut ab eo nõ poſſet diuelli. Dũq; totis animis intenti ſunt regno dei

non uenerat in mentem prospicere de commeatu. Chrysostomus: Non est putandū q̄ sine uiatico uenerint in solitudinem, sed consumptis primo & secundo die omnibus, tertio die, quo clarius esset, miraculū fecit. Cognoscens enim dominus multos fame periclitari, & iter esse longum, nec uicos ullos aut oppida esse in propinquo, cōuocat discipulos, ipsa re docere uolens ipsos, nihil defuturū his q syncera fiducia adhærerent ipsi. Misereor, inquit. O uerbū inexhaustæ charitatis & dulcedinis, ex intimis procedens præcordijs. Psal. 144. Miserationes eius super omnia opera eius. Quare hoc? Psal. 58. Misericordia eius præueniet me. Nō enim expectat, sed præuenit periculū nostrum. Sap. 11. Misereris omniū, quia omnia potes. Vnde Esa. 16. Præparabitur in misericordia soliū eius. Excitauit et hac oratione animū suorum ad miraculū, submonendo discipulos suos superioris miraculi, quo pauerat aliquot millia hominū. Duplex miserendi causa, quia cū ipso perseuerabant, nec habebant uictū. Mat. 15. Misereor turbæ, quia triduo iā p̄seuerāt mecū, & nō hn̄t q̄d manducēt. Et dimittere eos ieiunos nolo ne deficiāt in uia. Nullum dn̄s Iesus uult dimittere ieiunū, oēs.n. uult delicijs donorū suorū alere, et maxime qui triduo apud se manent, hoc est, in fide trinitatis baptizati perseuerā do. Psal. 102. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se. Sustinentes autem eū, hæreditabunt terram. Psal. 38. Luc. 1. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. De quibus Apoc. 3. Dicis quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Ideo Psal. 72. Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in domino Deo spem meā. Psal. 32. Anima nostra sustinet dn̄m, q̄m adiutor & protector noster est. Ambrosius: Non ociosis, non in ciuitate, hoc est, in synagoga secularis dignitatis residentibus, sed inter deserta Christum quærentibus, cœlestis gratiæ alimonia impartitur. Osee. 2. Ducam eam in solitudinem loquar ad cor eius. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. Turba ergo triduo sustinet dominum quia fideles pœnitētes, se ad dn̄m in opere, sermome, & cogitatione conuertunt: qui in præsenti uia deficerent, si in sua conscientia sine doctrinę pabulo dimitterentur. Quandiu enim sumus in hoc tabernaculo, peregrinamur à domino. 2. Corin. 5. Scimus autem quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, ęternam in cœlis. Sed quoniā duplici consistimus substantia, duplici nobis opus est refectione, quemadmodum dominus refecit. Primo, spirituali. Mat. 4. Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Hieronymus: Periclitatur fame, qui sine cœlesti pane, ad optatam mansionem peruenire festinat. Hinc dixit angelus Heliæ. 3. Reg. 19. Surge, comede, quia grandis tibi restat uia. Qui surgēs, comedit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illius. 40. diebus, & 40. noctibus, usq; ad mōtē Dei Oreb. Dehinc corporali. Psal. 135. Qui dat escā oī carni. Ps. 103. Vt det illis cibum in tempore. Sciendū q̄ ante peccatū Deus dedit homini in cibos, fructus arborū. Vnū genus quo nutriretur: aliud, quo in uita conseruaretur, lignū uitæ: & tertiū quod probaretur, lignū sciētię boni & mali. Gene. 2. Post peccatum, olera herbarum & panem. Gene. 3. Sed quia per

Cibus homini quā multiplex a Deo datus.

per aquas diluuij fructus & herbæ in uirtute peiorati, dedit carnes & pisces. Gene.9. Nunquàm enim defuit dominus suis. Hinc filios Israel pauit māna in deserto quadraginta annis, donec uenirent in terram habitabilem. Exo.16, Quare admonet Apostolus Hebr.13. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus: ipse enim dixit: (Iosue.1.) Non te deseram neq; derelinquam. Vnde ait Luc.22. Quādo misi uos sine sacculo & pera, nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Ideo.1.Timo.6. Habentes alimenta, & quibus tegamur his cōtenti simus. Nihil enim intulimus in hunc mūdum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. De longe ueniunt pœnitentes. Psal.118. Longe à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierūt. Ephe.2. Et uos qui aliquando fuistis lōge, facti estis propè in sanguine Christi.

Et responderunt ei discipuli sui: Vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerūt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terrā. Et accipiens septem panes, gratias agens, fregit, & dabat discipulis suis, ut apponerent turbæ, & apposuerunt, & habebant pisciculos paucos & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt, & saturati sunt, & sustulerunt quod superauerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia hominum, & dimisit eos.

2 Discipuli rudes adhuc, & obliti priorum, quasi iussi pascere tantam hominum multitudinem, soliciti per plexiq; responderūt Matth.15. Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam, biduano ieiunio famelicam, & hoc in deserto, ubi nec prece, nec pretio habere possumus? Diffidentiæ uox est & obliuionis, maiora enim uiderant. Sic Moses audiēs a domino. Nu.11. Sanctificamini, cras comedetis carnes, ait: Nunquid boum & ouium multitudo cædetur, ut possit sufficere ad cibum? uel omnes pisces maris in unū congregabuntur, ut eos satient? Cui respondit dominus: Nūquid manus domini inualida est? Iam nunc uidebis utrum meus sermo opere compleatur. Luc.1. Quia non erit impossibile apud Deum omne uerbū. Multi discipulis similes, in necessitate Deo diffidentes, ad humana confugiunt præsidia, quare iuste utrisq; fraudantur. Hæc tamē simplicitas & obliuio discipulorum, miraculi magnitudinem illustrauit. Quo autem dominus omnē malignādi & calumniandi miraculum tolleret occasionem, & ordinate in faciēdo miraculo procederet, interrogauit quot panes haberent. Matth.15. At illi dixerunt: Septem & pisciculos paucos. Non magnos nec multos, quo miraculum clarius euaderet, & nobis curam magnorum & delicatorum ciborū dissuaderet. Eccl.37. Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem cibū. In multis enim escis infirmitas, & auiditas appropinquabit usque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est, adijciet uitam. Chrysostomus: Admirare discipulorum sapientiam, qualiter uentrem superabant, nō multum mensæ curam facientes. In eremo enim existentes, & per tres dies ibi manentes, solum septem panes habebant. Cum uero commeatus hic non uideretur sufficere tantæ multitudini, tamen iussit omnes discumbere super terrā. Fuit enim circa pentecostes festū: alia autem refectio, cum supra fœnum discubuerunt, circa pascha, Io.6. Felix conuiuium, ubi famelica turba discumbit iussu Iesu. id fit, quoties populus auidus sermonis euangelici, conuenit in basilicam, auditurus Iesum per os boni cōcionatoris loquētem. Nam multi non alio animo ue-

niunt in sacram concionem, quam quo uulgus solet uenire in theatrũ, spectaturum profanam fabulam. Quare famelici discedentes & inanes, à domino pasci non merentur. Qui uult a domino pasci, Iesu discũ bat iussu oportet, idq; super terram. Sedent super terram, qui omnibus terrenis superiores sunt, & calcant ea: super fœnum, qui carnem & gloriam sibi subiecerunt. Ecclesiast.10. Quid superbis terra & cinis? Conquiescant in te cupiditates carnis, et satiaberis pane Christi. Accepit panes, ut ostenderet à Deo proficisci quicquid cõducit ad salutem hominis. Sustulit oculos in cœlum: nam ibi pater habitat, unde iussit quotidie peti panem hunc. Iaco.1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens a patre luminum. Gratias egit, non sibi uindicãs authoritatẽ huius muneris, nequid sibi uindicaret homo purus. Colossen.3. Omne quodcunque facitis in uerbo, aut in opere, oĩa in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo, & patri per ipsum. Benedixit. Psal.106. Benedixit eis, & multiplicati sunt. 1. Timot.4. Omnis creatura Dei bona est. Sanctificatur enim per uerbum & orationem. Augustinus: Omnis res quæ dando non deficit, dum habetur, & non datur, nondum habetur quomodo habenda est. Illi quinque panes erant, & isti septem, antequàm inciperent dari: quod ubi fieri cœpit, duodecim cophinos & septẽ sportas impleuerunt. Prouerb.3. Honora dominum de tua substãtia, & de primitijs frugũ tuarũ da pauperibus: & implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia tua redũdabunt. Non est efficax hominis sermo, nisi prius contrectatus manibus Christi. Iesus enim sic frangit, ut saturetur multitudo famelica, nõ ut principũ ambitioni, aut auaritiæ seruatur. Quisquis ad quæstum, ad humanam gloriã, ad alias humanas cupiditates docet euangelium, non accipit panes à Christo fractos. Sed felix ille doctor, qui panes accipit à Christo fractos euangelicos, & sic apponit turbæ nil obsonĳ nisi Apostolorum dicta, & ipsa per dominũ fracta. Hiere.1. Ecce dedi uerba mea in ore tuo. Saturati ergo sunt sufficiẽter, non ingurgitati gulose. Psal.21. Edent pauperes, & saturabuntur. Psal.102. Qui replet in bonis desiderium tuum. Prouerb.10. Desiderium suum iustis dabit. Prouer.13. Iustus comedit, & replet animã suã, uenter aũt impiorũ insaturabilis. Nõ enim sufficit ipsis tẽperate refici, sed quærunt ingurgitari. Immo dũ uino pleni sunt, rursus aliud appetunt: & qđ appetere possint, inquirunt. Quorũ Deus uẽter est. Phil.3. Hinc nunquã quieti sunt. Esa.57. Impĳ quasi mare feruens, quod quiescere non potest: & redundant fluctus eius in conculcationem & lutum. Sap.5. Spes impĳ quasi lanugo quæ à uẽto rapitur, & tanquã spuma gracilis quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus qui à uento diffusus est. Itaq; factũ est, ut nõ solum saturati sint omnes, uerũetiam septẽ sportæ impleræ sint fragmentis reliquiarum, quę saturis superfuerunt. Quoq; magis demireris, Mat.15. Erant aũt qui manducauerunt quatuor millia hominũ, extra paruulos et mulieres. Septem panes, septẽ dona sunt spiritus sancti, quæ dñs dedit Apostolis, ut turbæ nõ authoritatiue, sed ministerialiter apponerẽt. 1. Cor.12. Diuisiones gratiarum sunt. Hinc per manus impositionem dabatur spiritus sanctus, Actu.8. Sunt & septem pœnitentiæ fructus, quos enumerat Apostolus. 2. Cor.7. Ecce enim hoc ipsum, secũdũ Deum contristari uos, quantam

Septem panes quid.

in uobis operatur solicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed uindictam. Primus ergo panis, est malæ uitæ solicita emẽdatio. Secundus, ueræ & humilis cõfessionis accusatio. Tertius, pro cõmisso excessu iugis indignatio. Quartus, timor anxius relabendi. Quintus, desiderium amplius proficiẽdi. Sextus, sanctorum uirorum imitatio. Septimus, suorum & aliorũ malorum digna punitio. Hi sunt septẽ gradus, per quos ascẽditur in cœlũ, septem peccatorum pœna diluitur mortalium, septiformis spiritus sancti gratia infunditur, septenarius uirtutum coalitur, septimi diei quies acquiritur. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Matth. 5. Pisces, consolationes sunt spirituales, consolantes labores pœnitentiæ. 2. Corin. 1. Sicut abũdant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Sunt aũt parui & pauci, nam uix prælibatio & odor quidam est dulcedinis futuræ. 1. Cor. 2. Oculus nõ uidit, nec auris audiuit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se, nobis autem reuelauit per spiritũ suũ. Psal. 33. Gustate & uidete quoniam suauis est dominus, beatus uir qui sperat in eo. Bernardus: Vilis est, et ad nihilum utilis mundana consolatio: & quod magis est timendum, ueræ consolationis est impedimẽtum. Ideo ait Psal. 76. Renuit cõsolari anima mea. Memor fui Dei, & delectatus sum. Septem sportæ reliquijs repletæ. 7. sunt præmia 3. ad stolã animæ. et. 4. ad stolam corporis spectãt. Maiores sunt reliquiæ quàm mẽsa: quia Deus semper plus remunerat, & supra condignum. Rom. 8. Existimo enim quoniam non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis. Ita pastos dimisit eos. Est & hoc aliquid, feliciter discedere à cõuiuio Iesu. Sic autem dimittuntur qui gratias agunt, qui ipsius beneficia recõdunt in animo, & concoquũt quod acceperint: qui domum reuersi, uelut saginatiori corpore, factis exhibẽt quod didicerint. Mat. 15. Et dimissa turba, ascendit in nauiculam, & uenit in fines Magedan. Mar. 8. Et statim ascendens nauim cum discipulis suis, uenit in partes Dalmanutha. Tot enim & tam insignibus editis miraculis in monte, ne plus satis accenderet populum in admirationem sui, præsertim cum hæc corporalia beneficia non in aliud adhibeantur, quàm ut euangelicæ doctrinæ, qua sanantur & pascũtur animi, conciliarent autoritatem, abijt. Non est pastori uersandum cum multitudine, nisi cum iuuanda est.

Pisces quid — *Sportæ septem quid*

De signo è cœlo postulato, & fermento, Matth. 16. Mar. 8.

ARTICVLVS LXV.

Et accesserunt ad eum pharisei & Saducæi, tẽtantes: & rogauerunt eum, ut signum aliquod de cœlo ostenderet eis. At ille respondẽs, ait illis: Facto uespere, dicitis: serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Et mane, hodie tempestas: rutilat enim triste cœlum. Faciem ergo cœli dijudicare nostis, signa autem temporum non potestis. Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Mat. 16. M

Quo sæpius patefiat pharisæorum incredulitas, adeunt rursum Iesum cum Saducæis, secta quidem diffidentes, sed ad insidias struendas Iesu concordes. Marc. 8. Et cœperunt conquirere cum eo. Quasi miracula quæ promebat, non gererentur uirtute cœlesti, quòd essent humilia ac plebeia, ideoq̃ cœlo signum petebant subdole, quasi posthac illi credituri sint, si id fecisset, cum nihil aliud captarent quã occasionem calumniandi. Nam &

Moses in Aegypto multa signa fecit super terram & ignis è cœlo descēdit super pecora Iob, Iob.1.à diabolo.atque adeo non omnia quæ è cœlo, à Deo.neque in terra omnia à dæmonibus. Dominus cognoscens illorum peruersitatē,qcquid fecisset, quia facilius poterant tribuere Beelzebub, si quod ostentum è sublimi proditum fuisset, ubi uersantur principes tenebrarū, quàm ea quæ oculis uidebāt, manibus contrectabant.Mar.8.ingemiscens spū,ait: Quid generatio hæc signū qrit?Hypocritę,aliud ore, aliud in corde celātes. In rebus leuioribus nostis obseruato cœlo prædicere, qd tempus postridie sit futurum: & noscendo tempori quod affert salutem animarum uestrarum, tam estis stupidi,& oscitātes.Tenetis scripturas, uidetis quæ gerantur, conspicitis innouari mundum, & nondum intelligitis adesse tempus illud à prophetis prædictum, totq́; seculis expectatū. Chrysostomus: Sicut in cœlo aliud est tempus hyemis,aliud sereni est tēporis signum: eodem modo in Christo, aliud tempus primi aduentus, aliud futuri. His miraculis quæ modo facimus,nobis nūc opus est: quæ uero de cœlo fiunt illi tempori referuantur. Nūc enim quasi medicus ueni,tunc quasi iudex adero: nunc quasi errabundas oues reducam, tūc autem factorum rationes repetam. Et nunc quidē occultius, tūc uero apertissime,cœlo resoluto sole abdito,Luna obscurata ueniam: tūc uirtutibus cœlorum cōmotis,quasi fulgur subito adueniens apparebo. Sed horum signorum opportunum tempus nūc non est.Non enim ad hæc,sed ad passionem et mortem ueni.O generationem prauam,longeq́; degenerantem à maioribus suis, quorum titulis se uenditat. Ostētum quærit è cœlo qd calumnietur, quasi nullū antehac uiderit, sed hoc olim illi dabitur quod horreat, nō quod carpat. Interim nō dabitur illi portentum, nisi è terra, quod frustrabitur omnes illorū conatus,cum uiderint rediuiuū, quem putabant extinctum ac sepultum. Quo ænigmate significabat dñs Iesus,se prius occidendum,& sepeliendum ab illis, quē nihil aliud æstimabant,quàm purū hominem, ac mox diuina uirtute reuicturum.

Et relictis illis,abijt:Et cum uenissent discipuli eius trans fretum,obliti sunt panes accipere.Qui dixit illis:Intuemini,& cauete a fermento pharisæorum & Saducæorum.At illi cogitabant inter se,dicentes,quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus,dixit: Quid cogitatis inter uos modicæ fidei,quia panes non habetis? Nondum intelligitis,neque recordamini quinque panum, & quinque millium hominum, & quot cophinos sumpsistis? Neque septem panum,& quatuor millium hominum,& quot sportas sumpsistis? Quare nō intelligitis,quia non de pane dixi uobis,cauete a fermento pharisæorum & Saducæorum? Tunc intellexerunt, quia nō dixit cauēdum a fermēto panum,sed a doctrina pharisæorū et Saducæorum. 2

Tētatoribus relictis, nauigio trāsmisit lacum. Mar.8.Dimittens eos, ascēdit iterum nauim, & abijt trans fretum, & obliti sunt panē sumere, & nisi unum panem non habebant secum in naui. Iesus autem sciens illos obliuione securos esse, non fiducia erga ipsum, reuocauit admonendo curam. Verebantur obiurgari de negligentia,sed obiurgātur de superuacanea cura.Mar.8.Videte & cauete à fermento pharisæorum & Herodis, & cogitabant ad alterutrum dicentes: Quia panes non habemus. Quo cognito, ait illis Iesus: Quid cogitatis quia panes non habetis? Nondū cognoscitis nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor uestrū? Oculos habentes,non uidetis,& aures habentes, non auditis? Nec recordamini, quādo quinq; panes fregit in quinq; millia, quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis?

Dicunt

Dicunt ei: Duodecim. Quando septem panes in quatuor millia, quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem. Et dicebat eis: Quomodo nondũ intelligitis? Acrius eos perstrinxit, non enim ubiq; bona est mansuetudo. tantũ ubiq; ualet rationabilis increpatio. Rudes nanq; discipuli putabant ipsum de materiali pane loqui, nec in memoria tenebãt qđ nuper bis erat exhibitum. Hinc modicæ fidei ipsos appellat, quod non totã fiduciam in ipsum collocarent solliciti de panib⁹. Quo altius insigeret animis, ad cogitationes respondet, ut deus cui notæ sunt. Hier. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile. Quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans rhenes & cor. 1. Regum, 16. Homo uidet ea, quæ patent, deus autem intuetur cor. Qui fit, ait, ut toties, tot modis edocti, nondum intelligatis istam de uictu solicitudinem esse superuacaneam? quodq; monui de fermento pharisæorum & Herodis, non pertinere ad panes, sed ad doctrinam illorum uitandam. ne & uos seducamini quemadmodum illi seducunt multos. Hierony. Qui cauet à fermẽto pharisæorum & Saducæorum, hic legis ac literæ præcepta non seruat, traditiones hominum negligit, ut faciat mandatum dei. Fermentum etiã, hæreticorum dogmata sunt, à quib⁹ cauendum. Panis, est doctrina Christi purissima, corroborans & uiuificãs spiritualem hominis partem, quã falsis dogmatibus mali fermentant 1. Corinthi. 5. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Habet hãc uim fermentum, ut si farinæ mistum fuerit, quod paruum fuit, crescat in maius, & ad saporem suum uniuersam consperisonem trahat. Sic doctrina hæreticorum si modicam scintillã in tuum pectus iecerit, in breui ingẽs flamma succrescet, & totam hominis possessionem ad se trahet. Nã sermo eorum ut cancer serpit. 2. Timoth. 2. Hinc ait. Videte hoc diligẽter, & prudenter discernite, & cauete ab illorũ doctrina. 2. Timoth. 2. Prophana, & uaniloquia deuita, multũ enim proficiunt ad impietatem. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. 2. Timo. 3. Mali homines proficient in peius, errantes, & in errorem ducentes. Ideo admonet Titum. 3. Hæreticum hominem post unam & secundam correptionem deuita, sciens, quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Videant ergo, qui se talibus iungunt, & eorum scripta pluris faciunt Qui enim tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui cõmunicat superbo, induet superbiam, Eccl. 13. Qui enim malitia inueterat⁹ est, & nihil spirituale potest dicere, quod auditoris faucibus sit dulce, ille fermentum habet, ac mordacem ueteris malitiæ doctrinam, quæ illi obedientiam ad pœnitudinem tandem ducat. Hinc. 2. Ioannis. 1. Siquis uenit ad uos, & hanc doctrinam nõ affert, nolite recipere in domum, nec Aue ei dixeritis: Qui enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. Ecce prædixi uobis, ut in die domini non confundamini. Ab horũ doctrina summopere cauendum est, ne & ipsi inficiamur, & alios post inficiamus nostro contagio: sed amplectamur panem euangelico fermento affectum, ut hunc syncerum & aliis distribuamus. Hac igitur obiurgatiũcula discipuli facti attentiores, intellexerunt quod Iesus sensisset diligenter cauendum à doctrina pharisæorũ, quæ nihil habebat syncerum, sed ambitione, auaritia, liuore, cæterisq; uitiis esset corrupta, cum euangelica doctrina nihil huiusmodi sapiat.

Fermentũ mysticæ quid. 3

De cæco sanato, Marci octauo.

ARTICVLVS. LXVI. *Marc. 8*

Et ueniunt Bethsaida, & adducunt ei cæcum, N

& rogabant eum, ut illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra uicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus suis, interrogauit eum, si quid uideret. Et aspiciens, ait: Video homines uelut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit uidere: & restitutus est ita, ut clare uideret omnia, & misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam, & in uicum introiens, nemini dixeris,

Nihil rogabat cæcus, sed alienis p̄cibus commendatur domino. Iesus autem qui nutu poterat sanare quēlibet cæcum, ut claret Mat. 9. & 20. nō statim restituit hominē ut discipulis suis formam exhiberet, quantopere laborandum sit, priusquā ad ueri cognitionem queant adduci, qui errore iam inueterauerunt. Eduxit extra uicum: pessimum enim exēplar proponit, qui sequitur multitudinem. Cupiēs ergo diuinitus illustrari, necesse habet pristinos actus relinquere. Primum ergo educendus est extra hominum frequentiā: tutò iam ambulat q̃ talem habet ductorē. Hiere. 17. Non sum turbatus te pastorem sequens. Ioā. 8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Qui nondum receperunt lucē euangelicam, quicquid uident in hoc mūdo, maius esse uidetur quā est re ipsa. Beatus uero qui à Christo illustratus oculos cordis, clare uidet omnia: huic minima uidentur quæ mundo uidentur esse maxima: huic fœda uidentur, quæ mundo uidentur esse pulcherrima: huic maxima uidentur, quæ mundo uidētur nihili. Quia autē cæcus perfectam non habuit fidem, idcirco non statim ipsum respicere fecit, sed sensim, utpote integra carentem fide. Iuxta fidei.n. magnitudinem & sanitas datur. Vnde Mat. 9. duobus cæcis ait: Iuxta fidem uestram fiat uobis. Quoties autem dominus iubet sileri quod factū est, docet nos non esse quærēdū apud homines gloriam, si quid recte gesseri mus in euangelica functione. Porrò, si quando iubet prædicari, (ut Mar. 5 cum sanato à legione. & sequi uolenti. Respondit: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis, quanta tibi dominus fecerit, & misertus sit tui) docet eum qui sanatus est à peccatis & suam turpitudinem agnoscere, & dei bonitatem efferre, cui soli debet quod mutatus est. Nam ubi domum uenerit, res ipsa loquetur apud eos, q̃ cæcum nouerant.

De interrogatione Christi de filio hominis, Matth. 16. Marc. 8. Luc. 9.

ARTICVLVS LXVII. Matt. 16

Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogauit discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij uero Hieremiam, aut unum ex prophetis. Dixit illis Iesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius dei uiui.

Ostendit dominus, non industria humana, sed illustratione diuina ad diuinorum pertingi posse cognitionē. Cum ergo uenisset in partes Cæsareæ, quam Philippus in honorem Cæsaris sic appellauit, ubi Iordanis ad radices oritur Libani, & habet duos fontes, unum nomine Ior, & alterum Dan, quæ simul iuncta, Iordanis nomen efficiunt, ut dicit Hieronymus, de fundamento fidei collocutionem fecit. Sic & nos quo iter alleuiemus, quæ salutis sunt, conferamus: siquidem ipse aderit comes, ut claret Lucæ 24. Hinc Mat. 18. Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum. Quoniam dominus sic temperauit omnia dicta factaq́, ut nunc promeret indicia diuinæ uirtutis, nūc ostenderit ueritatem humanæ naturæ, uariabāt de illo hominum opiniones. Quoniā aūt oportebat apud eos, p̄ quos statuerat mūdum innouare, concordē & consen-

tientem de illo esse professionem, inter eundum interrogabat discipulos, quid de ipso uulgus hominum sentiret. Iā enim tot editis miraculis, oportebat et populum mirificam quandā de Christo concepisse opinionem. Discipuli enim accepta a domino potestate eijciendi malignos spiritus, & gratia sanitatum & euangelicæ prædicationis, Mat. 10. Lucæ. 9. & 10. ad uaria loca profecti, uarios de domino audierant rumores, & uarias opiniones, & omnes quidem falsas. Nec ignorabat Iesus quid de ipso sentiret uulgus, sed nobis declarare uoluit, q̄ sit euangelica fides, quæ seruat credētes. Non autem dixit: Quem dicunt scribæ & pharisæi, sed homines simplices, spiritū malitiæ non habentes, scilicet uulgares, qui simpliciter qd' opinātur, proferunt. Nam pharisęi ipsum dixerūt uoracem, potatorem uini, socium publicanorum, Mat. 11. & Luc. 7. filium fabri. Mar. 6. dęmoniū habentem, Samaritanum, Ioā. 8. & Ioan. seductorem turbæ, Ioan. 7. Luc. 11 Væ uobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ. ipsi nō introistis, & eos qui introibāt, prohibuistis. Negabāt enim corā populo, in Christo scripturas compleri, & per consequens nec messiam. Hieroñ. Qui de filio hominis loquuntur, homines sunt: qui uero diuinitatem illius intelligunt, non homines, sed dij appellantur, quibus deus per spiritum suū reuelat. 1. Cor. 2. Nobis autem reuelauit per spiritū suum. Pręponendus est articulus masculinus, quia de singulari intelligit filio, singularis hominis Adę: Quem dicunt homines esse illū filium illius hominis? Vnde Ioan. 12. cum diceret: Ego autem si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum, respōdit turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filiū hominis? Quis est iste fili⁹ hominis? Discipuli simpliciter responderunt, prout audierant. Nam Marc. 6. dicit: Audiuit Herodes rex (manifestum. n. factum est nomen eius) & dicebat: Qua ioānes Baptista surrexit a mortuis, & ideo uirtutes operantur in illo. Alij autem dicebant, quia Helias est, de quo Mala. 4. Ecce ego mittam uobis Heliam, anteq̄ ueniat dies domini magnus & horribilis. Alij uero dicebant, quia ꝓpheta est, quasi unus ex prophetis. Hæc sentiebant homines, qui tum magnificentissime sentiebant de Iesu. Nihil enim supra hominem de eo sentire poterāt: magnū hominem suspicabantur, Messiam, filium dei, seruatorem orbis, nondū credebant. Tum Iesus: Populus suo more uacillat, nec sibi constat. Vos aūt qui me propius ac domestice nostis, qui perpetui testes fuistis omniū quæ gessi, quæq; docui, quem me esse dicitis? Hic Simō Petrus, ut erat amātissimus Iesu, tanquam futurus ordinis apostolici princeps, omnium nomine respondit: Tu es ille Christus, filius dei uiui. non suspicionem proferens sed certa & indubitata sententia profitens illum esse Messiam a prophetis promissum, singulari quodā modo filium dei. Ipse enim, Christus dei proprie. Multi enim uncti fuerūt. Ioan. 1. Dixit Andreas Petro: Inuenimus Messiam, quod est interpretatū Christus. Sic Philippus Ioan. 1. Quē scripsit Moses in lege, & prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph, a Nazareth Vno ergo uerbo omnia complexus est, naturam & nomen exprimens, uerum deum, & uerum hominem confitetur. Roman. 1. Qui prædestinatus est filius dei in uirtute. Matth. 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Filium dei uiui appellat, ad distinctionem idolorum & dæmonum, quos erronea gentilitas sibimet ad colendū, uel ex mortuis hominib⁹ instituit

uel ex reb⁹ insensibilibus, quos adorasset, creauit, de quibus Psal. 113. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Et Psalm. 95. Omnes dij gentium dæmonia. Vere clara, sed necessaria fidei pfessio. Io. 20. Hæc scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est Christus ille filius dei, & ut credentes, uitam habeatis in nomine eius.

Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es Simon bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quandocunque solueris super terram, erit solutum et in cœlis.

Debitam fidem digna mercede remunerauit. Istam uocem, inquit, non tibi suppeditauit affectus humanus, sed pater cœlestis afflatu secreto suggessit animo. Ipsius enim est reuelare filium. Matth. 11. Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit fili⁹ reuelare. Et ego affirmo te esse Petrũ, hoc est, solidum lapidem, non huc aut illuc uacillantem uarijs opinionibus uulgi: & huic saxo tuæ professionis, superstruam ecclesiã meam. Vnde non dixit, tu uocaberis Petrus, quia hoc nomẽ ei antea imposuerat. Io. 1. Intuitus aũt eum Iesus, dixit: Tu es Simõ filius Iona, tu uocaberis Cephas, qđ interpretatur Petrus. Mar. 3. Et imposuit Simoni nomen Petrus. Hierony. Sicut ipse lumẽ, apostolis donauit ut lumẽ mundi appellarentᷣ, cæteraq; ex dño sortiti sunt nomina, ita & Simoni qui credebat in petram Christum, Petri largitus est nomen. ac secundũ metaphoram, petræ recte dicitur ei, ædificabo ecclesiam meam super te. Ecclesia, domus dei dicitur, 1. Timo. 3 Obserua qđ ait, ego ædificabo. Quid ergo ait Apostolus. 1. Co. 3. Vt sapiẽs architectus fundamentũ posui, alius autem superædificat. Vnusquisq; aũt uideat quomodo superædificet: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod ẽ Christus Iesus. Sed præmisit: Dei. n. sumus adiutores. Nõ ergo ipsi ædificarunt, sed deus per eos. Hinc Apoc. 21. dicitur, ꝙ murus ciuitatis nouæ Hierusalem, habuit fundamenta duodecim, et in ipsis duodecim, nomina duodecim apostolorũ & agni. Ipsi enim primi adhærentes fundamẽto primario, duodecim articulos fidei quasi duodecim fundamenta, superposuerunt fundamento prophetarum & apostoloꝝ Christo. Immo ipsis articulis ipsum fundamentum collocarũt. Sumus autem nos huius structuræ lapides uiui. Ephe. 2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei, superædificati supra fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu. In quo omnis ædificatio crescit in templum sanctum in domino, in quo & uos coædificamini in habitaculũ dei in spiritu sancto. 1. Pet. 2. Ad quẽ accedentes lapidem uiuum, ab hominib⁹ quidem reprobatum, à deo uero electum & honorificatum, & ipsi tanꝗ lapides uiui superædificamini domos spirituales. Obserua quod dicit in passiuo, superædificamini: quia neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. 1. Cor. 3. Dei enim adiutores sumus, nõ principales operatores. Dei agricultura estis, non nostra, dei ædificatio estis. Ideo quicquid in uobis agimus, non nobis, sed deo tribuendũ. Multis machinis impetet uos satanas, sed meo præsidio stabit ædificium meũ inexpugnabile, tãtum maneat ista solida professio. Luc. 22. Simon ecce satanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticũ, sed ego rogaui ꝓ te, ut nõ deficiat

fides

fides tua. Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Hierony. Ego portas inferi reor uitia atq; peccata, uel certe hæreticorum dogmata, per quæ illecti homines ducuntur ad tartarum. Sed harũ nulla, ecclesię quę supra petram fundata est, præualet. qui enim fidẽ Christi intimo cordis amore perceperit, hoc est, fidem per dilectionẽ operantem, Gal. 5. omne quicquid foris periculi tentantis ingruerit, facillime contemnit. At quicunq; credentium fidẽ, uel opere uel negatione deprauatus, pdiderit. Tit. 1. Cõfitentur se nosse deũ, factis aũt negãt. nõ hic supra petram domino cooperante domum suæ professionis ædificasse, sed iuxta alterius loci parabolã super pendulam arenam sine fundamento posuisse credẽdus est, hoc est, non simplici intentione ac uera Christum secutũ. Mat. 7. Omnis qui audit uerba mea hęc, & nõ facit ea, similis erit uiro stulto, qui ędificat domũ suã supra arenã, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, et flauerunt uenti, & irruerũt in domum illã, et cecidit, & fuit ruina eius magna. Hinc ergo ecclesiæ firmitas, quia ipse ædificat, gubernat, & conseruat per spiritum suum. Io. 14. Non relinquam uos orphanos, uado & uenio ad uos. Sed quãdiu erit nobiscum? Matt. 28. Ecce ego uobiscũ sum usq; ad consummationẽ seculi. Iu. 14. Ego rogabo patrẽ, & aliũ paracletũ dabit uobis, ut maneat uobiscũ in æternum, spũm ueritatis, quẽ mundus non potest accipere, quia nõ scit eum, neq; uidet eum. Nõ ergo potest errore subijci ecclesia tametsi qui uidebãtur de ecclesia sed secundum ueritatem nõ fuerunt, excidãt, Hi. n. sunt qui segregant semet ipsos, animales, spiritũ non habẽtes, Iudæ. 1. Hinc Apo. 3. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronã tuã. et. 2 Memor esto unde excideris, & age pœnitentiã, & prima opera fac. Trahit enim rete euangelicũ ad finẽ usq; pisces & bonos & malos, in tãto numero, ut & rumpatur Luc. 5. malorũ sectis, non tamen boni pisces elabuntur, sed quidam mali, aliam sibi ecclesiam statuentes. Psal. 26. Odiui ecclesiam malignantium, & cũ impijs nõ sedebo. Quid ergo? Lauabo inter innocentes manus meas. 2. Pet. 2. Fuerunt uero & pseudoprophetæ in populo, sicut et in uobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas pditionis. Sed insipientia eorũ manifesta erit, 2. Ti. 3. Atq; huius regni cœlestis tibi claues sum traditurus. Conuenit. n. ut ille primus sit authoritate 2
qui primus est fidei pfessione & charitate. Chrysostomus: Audistis quo pacto ipse etiã ad altiorẽ de se opinionẽ Petrũ adducit, & seipsum his duabus pollicitationibus reuelãdo filiũ dei ostendit: Nam deus solus peccatorum cõcedere potest remissionẽ. Esa. 43. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum nõ recordabor, & ut futura ecclesia tot tantisq; fluctibus impetu irruẽtibus immobilis maneat, cuius pastor & caput piscator homo atq; ignobilis, terram reluctantẽ, adamantis natura, firmitate superet. Hęc inquam oĩa quæ solius dei sunt, pollicetur se daturũ. Apo. 3. Hęc dicit sanctus & uerus, qui habet clauem Dauid, qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. Tanq; deus ergo dicit magna potestate, Dabo tibi. Sicut enim pater tibi dedit reuelationẽ, sic ego claues. Claues itelligas quę ligant & soluunt, hoc est, delictorum uel indulgentias uel pœnas. Sũt enim, discernendi sciẽtia, & potentia qua dignos recipere in regnum, indignosq; à regno secludere possit. Dedit & oĩbus apostolis potestatem remittendi peccata & retinendi. Io. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittũtur eis: &

quorum retinueritis, retenta erunt. Datur & nunc episcopis & sacerdotibus, ut agnitis peccantium causis, quoscunque humiles & uere pœnitentes aspexerint, hos iam timore mortis æternę absoluāt: quos uero in peccatis quæ egerint, persistere cognouerint, illos perennibus supplicijs obligandos insinuent. Vnde dominus de correpto semel, & iterum, & tertio, sed non pœnitente, fratre (Nam de ijs qui intus sunt, iudicat ecclesia: eos autem qui foris sunt, deus iudicabit, 1. Cor. 5. Immo qui non credit, iam iudicatus est, Ioan. 3.) præcepit dicens: Matth. 18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et ne leue quisquam putaret, ecclesiæ iudicio condemnari, mox terribiliter adiunxit: Amen dico uobis, quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta, & in cœlo, Summe ergo cauendum, ne per incredulitatem (non enim potest non esse uerum quod ueritas dixit, etiam quo ad istam promissionem) aut inobedientiam indignos nos reddamus quibus aperiatur. Et ꝙ maxime cauendum ab ijs, qui sibi & alijs falsa doctrina regni claudunt aditum, quē admodum pharisæi, qui turbis Christum suspicientibus, dixerunt nequaquam Christum esse, sed peccatorem dæmoniū habentē. Immo cōfitentes ipsum, extra synagogā faciebāt. Io. 9 Inuidia. n. excæcati, duces cæcorum se præsumebant, Matth. 15.

P *Tunc præcepit discipulis, ut nemini dicerent, quia ipse esset Christus. Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Hierosolymam. & multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus, cœpit increpare eum, dicens: Absit à te domine, non erit tibi hoc. Qui conuersus, dixit Petro: uade post me satana, scandalum es mihi, quia nō sapis ea quæ dei sunt, sed quæ hominum.*

Interminatus est illis, ne quod afflatu patris acceperant, palàm facerēt ante tempus. Prius enim peragendū erat sacrificium crucis, & declarandæ naturæ humanæ ueritas: deinde per resurrectionem, & spiritum sanctum declaranda diuinitas. Hieronymus: Tunc me prædicate, cum ista passus fuero: quia non prodest Christum publice prædicare, & in uulgo publicare maiestatē, quem post paululū uisuri sunt crucifixum. Marc. 8. Et comminatus est eis, ne cui dicerēt de illo. Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à seniorib⁹ & à summis sacerdotibus, & scribis, & occidi, & post tres dies resurgere. et palā uerbū loquebatur. Hieronymus: Et nunc Iesus multa patit ab his, qui rursum sibi crucifigūt. Heb. 6. Rursum crucifigētes sibimetipsis filiū dei, & ostētui hñtes. Et cū seniores patēter in ecclesia, prīcipes sacerdotū, simplicē sequētes literam, occidunt filium dei, qui totus sentitur in spiritu. Post tristia subdit & læta, nempe quod tertia die resurgat. Non est ergo quo despodeant animum. nam etsi ut maleficus moriatur, tamen ut gloriosus resurget. Psalm. 68. Quæ non rapui, exoluebam. Non tulerunt illorum aures mentionem mortis, tametsi spes resurrectiōis debebat eos solari. Magno enim affectu diligebant Iesum, sed humano nondum enim acceperant spiritum cœlestem, qui perficeret in eis quod erat imperfectum. Petrus itaque quem præcipuus quidam amor erga præceptorem suum semper fecit cæteris audaciorem, abducit eum à reliquis apostolis, quasi familiarius aliquid dicturus. Hieronymus. Separatim assumit, ne præsentibus cæteris condiscipulis, uideatur arguere magistrum. Cœpit autem increpare amātis affectu & optantis. Propicius,

inquit, esto tibi. Hæc uero improbitas Petri, tametsi ex ingenti quodam erga Iesum amore proficiscebatur, tamen & palam & acriter à domino redarguitur, ut nos disceremus, in omnibus sequi diuinam uolūtatem, neque nostro iudicio præire decretis dei. Marc. 8. Qui conuersus, & uidēs discipulos suos, comminatus est Petro. Nam per tristitiam uultus, corrigitur animus delinquentis, Eccēs. 7. Desine aduersari uoluntati patris mei. tuum est sequi me, non præire. Sensum tuum relinque, & me sequere, uoluntatem tuam ordinationi diuinæ subde. Scandalum mihi es, consulens malum, ne patri obediens hominum perficiam salutem. Satanas, Syris sonat aduersarium. Ipse autem nedum Christo, sed & omnium saluti aduersabatur, etsi inscius, humana, non diuina, sapiens. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, 1. Corinthi. 2. Gregorius. Reijciamus à nobis, q̄ boni cōceptū in nobis extinguere moliunt.

Mat. 16 *De cruce baiulanda. Matt 16 Marc. 8. Luc 9.*

Q ARTICVLVS LXVIII.

Tunc Iesus dixit discipulis suis: Siquis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter mè, inueniet eā. Quid enim prodest homini, si mundum uniuersum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis uenturus est in gloria patris sui, cum angelis suis, & tunc reddet unicuique secundum opera sua. Amen dico uobis, sunt quidā de hic stantibus, qui nō gustabunt mortem, donec uideant filiū hominis uenientem in regno suo.

Ostēdit quēadmodū omnibus abnegatis, & quo fructu, ipse sit sequendus. His enim dictis, ubi retrudisset intēpestiuā Petri improbitatem, conuersus ad oēs discipulos, cœpit pluribus uerbis explanare qd̄ dixit Petro, Vade post me. Tu quidē me prohibes, ego autē dico tibi, non solum non damnosum esse me pati, sed neque tu saluari poteris, & quisquis alius sine passione. Multi me sequūtur pedibus magis quàm imitatione, Nec omnes eadē adducit causa. Alios allicit miraculorum nouitas, alios amor sanitatis, alios doctrinæ fames. Sed quisquis uult particeps esse regni cœlorum, Ioan. 12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. sequitur mea uestigia: & sicut uidet me contemptis omnibus huius mūdi bonis, etiam uitā meam ultro impendere saluti hominū, & gloriæ patris, ita ille affectus omnes humanos abdicet oportet, paratus ad omne genus mortis euāgelij causa. Si quis uult, dicit, ut ostendat liberum arbitrium, & non coactā uirtutem. & ergo qui non uult, non est me dignus. Ponit autem duas partes iustitię. scilicet declinare à malo. Abneget, inquit. Basilius: Abnegatio suīp sius, est totalis præteritorū obliuio, & recessus à proprijs uoluntatibus. Est autem triplex. Rerum temporalium. Lucæ. 14. Nisi quis renūciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Propinquorum. Matth. 14. Qui amat patrē aut matrem plusquā me, non est me dignus. Sui ipsius, de qua hic. Qui deponit ueterē hominē cū actib⁹ suis, & induit nouum. Coloss. 3. Ephe. 4. ille abnegat semetipsum. Galat. 2. Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus, tollit'q; crucem suā, & mundo crucifigitur. cui autem mūdus crucifixus est sequitur, Christum. Ecce alterum, facere bonum. Luc. 9. Tollat crucem suam quotidie. Habens animum semper paratum ad oīa, quoties ingruerit procella: quanq; nec in trangllis rebus sua cuiq; defutura est crux, nisi facile est oībus naturæ affectib⁹, oībus huius mundi uoluptatibus renūciare. Gre

Liberi arbi. ostēsio.

Abnegatio quotuplex.

gotius: Duobus modis crux tollitur: cum aut per abstinentiam affligitur corpus, aut per cōpassionem proximi affligitur animus. 2. Corin. 11. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror? 1. Corinth. 12. Siquid patitur unū membrum, compatiuntur omnia mēbra. Corporalis, duobus modis tollitur: cum uel suapte sponte assumitur, uel cum ab aliis imponitur in afflictionibus. Psalm. 42. Quoniam propter te mortificamur tota die. 2. Cor. 4. Semper mortificationē Iesu Christi in corpore nostro circūferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris. 2. Timoth. 2. Fidelis sermo: si commortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & conregnabimus. 2. Corinthio. 1. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, sic & per Christū abundat consolatio nostra. Patiēter ergo crux tribulatiōis, siue a deo, siue a malis hominibus imposita, tolleranda. Omnes enim qui pie uolūt uiuere in Christo Iesu, persecutionē patientur. 2. Ti. 3. Fidelis enim deus qui nō patietur uos tentari supra id quod potestis, ait Apostolus. 1. Cor. 10. sed faciet cum tentatione prouentū, ut possitis sustinere. Hinc. 1. Petr. 4. Communicantes Christi passionibus gaudete, ut & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Roma. 8. Existimo enim quod non sint cōdignæ passiones huius temporis, ad futurā gloriam quæ reuelabitur in nobis. Portant enim mali & nunc crucem, uelint nolint, nō suam, quia dominum nō sequuntur. Sapientiæ 5. Lassati sumus in uia iniquitatis, ambulauimus uias difficiles, uiam autem domini ignorauimus. Qui autē dominū sequitur, huic mundus crucifixus est, & ipse mundo, Gala. 6. Immo qui Christi sunt, carnem suā crucefixerunt cum cōcupiscentiis, et uitiis. Posteaque ostendit modū sequēdi, consequenter declarat fructum, nēpe animæ salutē. Marc. 8. Qui autem perdiderit animam suā propter me et euangelium, saluam facit eā. Non pudeat discipulū sequi præceptorē. non pudeat seruum sequi dn̄m suū. Nec alia uia quisquam uelit ad gloriā peruenire, quam qua me uidet prendere. Per fidem euangelicam confertur omnibus uita ęterna. Proinde qui pluris facit hanc uitam, quā euangelicam gratiā, etiam si uidetur ad tp̄s lucrifacere uitā, tamē reuera perdit eam. Nullus enim hic uitam suā ultra præscriptū diem ualet prorogare, tametsi interim nec uere uiuit, nisi qui pie uiuit. Nam uidua in deliciis uiuens, mortua est uiuens, 1. Ti. 5. et post hanc uitam poena adiicitur æterna. Viuens ergo iuxta mundū, & resiliens ab euāgelico negocio, ut seruet uitam corporis, is perdet animæ suę uitam, quę uere uita est. Homine pereunte, pereunt, & illa quæ parauerat. Totus autem perīit, qui perdidit uitam æternā. Quisquis autem mea causa uitę iacturam fecerit, is uitam suam collocauit in tuto. 2. Mach. 7. E cœlo ista possideo, sed propter dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturū spero. Sic & Apostolus Act. 21. Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalē paratus sum propter nomen dn̄i Iesu. Hinc Io. 12. Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Nemo uero tam stultus est, ut uitæ corporalis huius ac breuis iactura, uelit uniuersum hunc mundum lucrifacere. Nihil igitur tam charum cuiquam esse debet, cuius lucrum animæ suæ dispendio uelit commutare. Lucæ. 9. Quid enim proderit homini si lucretur mundum totum, se autem perdat & detrimentum sui faciat? Quę enim utilitas, si corpus bene habeat in diuitiis, deliciis & honoribus, & ani-

ma male afficiatur? Neq; n. in futuro seculo poterit quis dare cōmutationem pro anima sua. Hic quidem potest dare lachrymas & eleemosynā, ac ieiunare, illic autem non. Psal. 48. Non dabit Deo placationem suam. Prouer. 11. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes, & expectatio solicitorum peribit. Iudex. n. nos tunc excipiet dona respuens. nam iuxta opera sua iustificabit unumquenq;. 2. Paralip. 19. Non est apud dominū Deū nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerū. Hieron. Petrus ad prædicationem dominicæ mortis scādalizatus, snīa domini fuerat increpatus: prouocati discipuli, ut abnegarent se, & tollerent crucem suam, & morientium animo sequerentur magistrum. Grādis terror audientium, & qui posset, principe apostolorum perterrito, etiam aliis metum
3 inijcere. Idcirco tristibus læta succedunt. Times mortem? audi gloriam triumphātis. Vereris crucem? ausculta angelorum ministeria. Orige. Nunc quidem filius hoīs uenit, sed non in gloria patris. Vidimus. n. eum, & nō erat ei decor neq; species. Esa. 53. sed species inhonorata & contemptibilis præ filiis hominū, prius facta est similis & conformis corporis humilitatis nr̄æ, quando semetipsum exinaniuit, Phil. 2. ut restituat eum in forma Dei. Veniet. n. in maiestate & potestate quam habet à patre. Matt. 25. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cū eo, tūc sedebit supra sedem maiestatis suæ, et congregabunt ante eū omnes gentes. Ad quid? 2. Corint 5. Omnes. n. nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis, put gessit, siue bonū, siue malum. Ibi. n. non personæ, sed opera cōsiderantur. Non est ergo animus deijciendus, q ob euangelium mala sint toleranda & tristia. Habitura sunt hęc breui finem, & ignominiam temporariam sequetur gloria æterna. Siquidem qui hic contemptus, iniuste est iudicatus & ignominiosa morte cōdemnatus, iudicem iustum tūc aget omnium tam uiuorum q̄ mortuorum, redditurus cuiq; p factis suis. Nam & in cogitationibus impij erit interrogatio, & sermonū illius auditio ad Deum pueniet. Sap. 1. & Matthę. 12. De omni uerbo ocioso quod locuti fuerint hoīes, reddent rōnem de eo in die iudicij. Sic & de omissione præceptorum. Arbor. n. non faciens fructum bonum, excidet, et in ignem mittetur. Matth. 3. Sic inutilis seruus in tenebras eijcietur exteriores. Matthę. 25. Iob. 34 Absit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hoīs reddet ei, & iuxta uias singulorum restituet eis. Dixerat filiū hominis uenturum in gloria sua, ne igitur īcredulus sis dicit, quia quidam astantes sunt, qui iuxta quod corpore possunt, uidebunt gloriam secūdi aduētus, hoc est, statum futurum, in quo uenturus esset ipse, & iusti fulgebunt, quod factum fuit in transfiguratione. Certe & uidebunt ante mortem regnum Dei promere uirtutem suā, iamq; paulatim uincere potentiam huius mundi uniuersam. Dicūtur aūt sancti gustare mortem, qa cito transit, & quasi uitæ æternæ ingressum, eam suscipiunt. Mar. 8. Qui eni me cōfessus fuerit & uerba mea; in hac generatione adultera & peccatrice, & filius hoīs confitebitur eum cum uenerit in gloria patris sui cum angelis suis. Luc. 9. Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hoīs erubescet, cum uenerit in maiestate sua & patris, & sanctorum angelorum. Dico autem uobis, uere sunt hic aliqui stantes, qui nō gustabūt mortem, donec uideant regnum Dei. Nō sufficit mentalis fides, sed requiritur etiam oris confessio. Rom. 10. Corde

creditur ad iustitiam, ore aũt confes sio fit ad salutem. Si.n. per omissionẽ cõfessionis fidei honor Deo debitus subtraheretur, & fides proximorꝝ pe riclitaret, sic confessio necessaria est: si uero maior inde oriretur seditio, et fidei derisio, & nulla utilitas, tũc san ctum canibus non dãdum. Matt.7. Qui ergo turpe existimat ut christia nus uocetur a me, offensus ignomi nia crucis, aut timore percitus, nec me filium Dei confiteri audet, meaq́ uerba obseruare confunditur, hunc erubescet confiteri filius hoīs, q̄ ad se pertineat aut numerum electorꝝ. Matt.7. Amẽ dico uobis, nescio uos, cum deposita mortalitate & infirmi tate carnis, denuo ueniet, proferens uniuerso mundo maiestatem suã, pa tris, et sanctorꝝ angelorꝝ. Marc.16. Et dñs quidem Iesus, postq̄ locutus est eis, assumptus est in cœlum, sedetq́ à dextris Dei. Hebr.1. Sedet ad dexterã maiestatis in excelsis.

De trãsfiguratione. Matt.17. Mar.9. Luc.9.

ARTICVLVS LXIX.

Matth.17. *Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol, uestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ec ce apparuerunt illis Moses & Helias loquentes cum Iesu.*

R

Mitis ac uarijs modis saluator ad superna adipiscenda mentes allicit fi delium. Hierony. Quod Luc.9. dicit, Factum est autẽ post hæc uerba ferè dies octo, & assumpsit Petrum & Ia cobum & Ioannẽ, & ascendit in mõ tem ut oraret, et Matt. & Marc. post sex dies, sic accipiẽdum est, quod isti intermedios ponunt, Lucas uero pri mum & ultimũ cõnumerat. Ne ergo addubitarent discipuli q̄n olim præ stiturus esset, quæ de maiestate secun di aduentus promiserat, uoluit illis ante mortem etiam gustum quendã futurę maiestatis exhibere, quatenus natura mortalis capere posset. Hiero ny. Ne timerẽt opprobria crucis, qui uiderant oculis suis gloriã futurę re surrectiōis. Procul aũt oportet abeẽ ab humiliũ rerꝝ solicitudine, quos Ie sus tali dignatur spectaculo. Digna tur.n. & hodie quibusdam selectis. subuectis in montem puræ contem plationis, aliquem æternæ felicitatis gustum præbere secretis afflatibus. Psal.54. Ecce elõgaui fugiens, & mã si in solitudine. Threñ.3. Sedebit soli tarius & tacebit, & leuabit se sup se. Sed qm̃ omne meritum consistit, in credendo uerum, in declinando ma lum, & in operando bonum, adsint comites. Petrus qui à fidei firmitate ueritateq́ laudem cõmeruit, ut sis fir mus in fidei ueritate & unitate, con tra omnes hæreseos & diaboli insul tus.1. Petr.5. Cui resistite fortes in fi de.1. Ioan.5. Hæc est uictoria quę uin cit mundũ fides nostra. Iacobus sup plantans, ne uitijs consentias. Ro.6. Non regnet peccatum in uestro mor tali corpore, ut obediatis concupiscẽ tijs eius. Gene.4. Sub te.n. erit appe titus tuus, & tu dominaberis illius. Adsit & Ioannes, hoc est, gratia diui na, cui acceptam ferre debemus & fi dem nostram, & uictoriam 1. Cor.15. Gratia Dei sum id quod sum. Plus omnibus laboraui, non ego, sed gra tia Dei mecũ. Hæc uirtuosa transfor matio animæ ad imaginem Christi. 1. Corin.15. Sicut portauimus imagi nem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Hęc perducit ad gloriosam, qua omni corruptione deposita, ad æternam transformamur gloriã, cu ius Christi exemplar fuit. Anima.n. ipsius ab instanti conceptionis diui nitati unita, aperte Deum uidebat, et eo fruebatur, non tamen gloria ani mę in corpus redũdabat, ut esset pas sibile & mortale ad perficiendam no stram redemptionem. Nunc uero in corpus redundare fecit, quo suos ad

crucem animaret, per quam ad gloriam peruenitur. Vbi uentum est in mōtem uacatum est primum precationi. Hæc potissimū oculos cordis præparat tali spectaculo. Lucæ. 9. Et facta est dum oraret species uultus eius altera, & uestitus eius albus & refulgens. Marc. 9. Et uestimēta eius facta sunt splendentia, & candida nimis uelut nix, qualia fullo nō potest super terram candida facere. Hierony. Non pristinam formam & speciē perdidit corporis, sed in multo excellentiorem transfigurans, in eā uidelicet quam erat post resurrectionem habiturus, & in qua uenturus est ad iudicium, & quam post iudiciū dabit electis suis. Fulgidior apparebat, deitate paruos quosdā radios suos declarante, & hos sicut uidere poterant, propterea & regnum Dei superius dixit transfiguratione, eo quod ineffabilis eius potestas ibi refulserit. Luc. 9. Et ecce duo uiri loquebantur cum illo: erant aūt Moses & Helias uisi in maiestate, et dicebāt excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. Hoc se dñm mortuorum ostēdit & uiuentium, Mose ė mortuis, Helia ė uiuis adducto, ut his authoribus, quos plurimi faciebāt omnes Iudæi, confirmarentur apostoli, neque suspicarentur eum legem uelle abolere, cum astaret Moses: neque prophetas, cum adesset Helias: nec mortem ut ignominiosam abominarent, quā tanti uiri ut gloriosam prædicabant. Hierony. Lex ostenditur & prophetæ, qui & passionem domini & resurrectionem crebris uocibus prædicarunt. Plenitudo. n. legis Christus. Roma. 10. quę per Mosen data est. Ioā. 1. Impleta fuere & prophetarum oracula. in medio Christus, ipsa implens, & legem consummans. Matt. 5. Nō ueni soluere legē, sed adimplere. & Lucæ. 24. Necesse est impleri omnia quę scripta sunt in lege Mosi, & prophetis, & psalmis de me.

Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse, si uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Mosi unum, & Heliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce uox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audiētes discipuli, ceciderunt in faciem suam, et timuerunt ualde. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitq; eis: Surgite, & nolite timere. Leuātes autem oculos suos, neminem uiderunt nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, præcepit Iesus, dicens: Nemini dixeritis uisionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. 2

Luc. 9. Petrus uero & qui cum illo erant, grauati erant somno: & uigilātes, uiderunt maiestatē eius & duos uiros qui stabāt cum illo. Et factum est dum discederēt ab illo, ait Petrus ad Iesum. Expauefactis & attonitis tam increduli spectaculo discipulis, Petrus nōdum sui satis compos, sed totus raptus uoluptate ac maiestate spectaculi, quæ procul abesse uidebatur à mentione mortis, ait: Dñe, non est hinc usquā abeūdum. Valeat Hierosolyma quę tibi mortem minatur. Origenes: Hęc uox ex carnali prodijt affectu, quo & illud, Absit à te domine. Matt. 16. Remigius: Visa dñi maiestate & duorum seruorum, Petrus adeo delectatus est, ut tpalia cūcta obliuioni traderet, et ibi cū dño in ppetuum permanere exoptaret. Si aūt tunc Petrus sic fuit accēsus, quanta erit dulcedo et suauitas, uidere ipsum regem in decore suo? Esa. 33. Regem in decore suo uidebunt, & angelorum & omniū sanctorum choris interesse. Psal. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ dñe, quā abscondisti timentibus te? Rabanus: Quo amplius quis degustat dulcedinem uitæ cœlestis, eo amplius cætera fastidit in imis. Psal. 72. Quid. n. mihi est in cœlo? & à te quid uolui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Mar. 9. Non. n. sciebat quid di-

ceret, erant.n. timore exterriti. Vnde hæc uox partim ex timore mortis, quem penitus imbiberat, partim ex delectatione spectaculi, quæ illū uelut ebrium reddiderat, profecta est. Et tamen reuerenter loquebatur. Si uis, inquit, factus ex præcedenti increpatione cautior. Luc.9. Hæc aūt illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos. & timuerunt, itrantibus illis in nubem. Ne.n. absorberentur magnitudine splendoris, nubes lucē intolerabilem illis tēperabat. Chrysost. In nube lucida apparet, & uox auditur: quia non terrere uoluit, sed docere. Mosi uero in caligine & mōte fumigante, ut indicaret tunc tenebras fuisse, nūc lucem gratiæ adesse. Roma.13. Nox præcessit, dies aūt appropinquauit. Ex nube autem uenit uox, ut crederent Dei esse uocem, qui solitus erat loqui in nube. Exod.20. 3.Reg.9. 1.Cor.10. Patres nostri sub nube fuerunt. Marci.9. Hic est filius meus charissimus, audite illum. Hactenus Iudæi suspexerunt Mosen & Heliā, q uaticinati sunt de filio meo. Magni fuerunt illi, sed serui mei. Hic est filius meus unice dilectus, charus animo meo Idem testimoniū & ijsdē uerbis præbet, quod & apud Iordanem, in signum q ipse author est gratiæ quæ cōfertur in baptismo, & gloriæ quæ in resurrectione. Vbiq.n. regeneramur quasi niui filij patris cœlestis: in baptismo per gratiā in resurrectione per gloriam. Vtrobiq ostensa est trinitas superbenedicta. Pater in uoce, Filius in humanitate, Spūs sanctus in columbæ specie & nube. Quēadmodum.n. simplicitatē & innocentiā tribuit columbinam, sic & refrigerat ab igne concupiscentiæ & omniū tentationum feruore. Sed qd? Ipsum, inquit, audite. Sic & Moses Deute.18. Prophetā de gēte tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus Deus tu⁹, ipsum audies. Quid ergo adhuc reclamant Iudæi Christo, cum Moses & Helias qbus plurimum tribuunt, Christo præbuerint testimoniū? cum patris uox, cuius illi religiosissimi cultores uideri uolunt, totā authoritatem in filium unicum trāstulerit? Placebat gloria, sed ad eā qui uolet peruenire, audiat Iesum ad crucis imitationem uocantem. Deute.18 Prophetā suscitabo eis de medio fratrum suorū similem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loqueturq ad eos, omnia quæ præcepero illi. Qui aūt uerba eius quę loquetur in noīe meo, audire noluerit, ego ultor existā. Ioan.12. Qui spernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eū. Sermo quē locutus sum, Ille iudicabit eum in nouissimo die: quia ego ex meipso locutus nō sum, sed qui misit me pater, ipse mihi mādatum dedit, quid dicam & quid loquar? Audiendus ergo Christus, & in suis. Luc.10. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. 2.Corin.13. An experimentum quęritis eius qui in me loquitur Christ⁹? Hanc uocem diuinæ maiestatis plenam, nec humanis ferendā auribus, cum audissent, maiorem in modum extimuerunt. Metuebant.n. uitę suę, scientes dictum Exo.33 Non uidebit me homo, & uiuet. Sic Manue pater Samsonis Iudic.13. angelo uiso ait: Morte moriemur, quia uidimus dominū. Non ceciderunt retro, ut Heli. 1.Reg.4. Cadunt iusti in faciem, per timorē, ut hic. Per humilitatē. Mar.2. Procidentes adorauerunt eū. Per gratiarū actionem. Apo.7. Ceciderūt in conspectu throni in facies, & adorauerunt Deū. Terretur.n. fragilitas humana ad p̄sentē Dei loquelā. Exo.20 populi cōterriti, dixerūt Mosi: loquere tu nobis, nō loquār nobis dn̄s, ne moriamur. Deu 5. Quid ē oīs caro ut audiat uocem Dei uiuētis? At Iesus recepta specie priore, cōtigit eos manibus,

nibus, ne suspicarent esse spectrum, ac uoce consueta notáq; consolatus est. Hieronymus: Vt tactu timorem fuget, & debilitata membra solidaret: primum timor expellitur, ut postea doctrina tribuatur. Marci nono. Et statim circũspicientes, neminẽ amplius uiderunt, nisi Iesum tantum secum. Quo certius esset, uoce patris
3 Christum designatum. Priusquã aũt rediret ad discipulos, inhibuit id alijs indicari, quo inuidiæ occasionem tolleret ex animis cæterorũ, qui hac uisione non sunt dignati. Necdum.n. perfecti erant, nec æquo animo ferre potuissent, tres illos cæteris præferri, quemadmodum & de duobus indignati sunt. Matt.20. qui cõfessum regni petebant. Secundo, quo inanem gloriam in hoc mundo fugiendã doceret. Gala.5. Non efficiamini inanis gloriæ cupidi, inuicẽ inuidentes. Tertio, non uult hoc in populis prædicari ante resurrectionẽ, ne (ut dicit Hieronymus) & incredibile esset pro rei magnitudine, & post tãtam gloriam apud rudes aĩos sequens crux scandalum faceret. Nam ante id tempus, sermo caritiurus erat, & fructu, & fide. Marci.9. Et uerbum cõtinuerunt apud se, conquirẽtes quid esset, cum à mortuis resurrexerit. Luc.9. Et nemini dixerunt in illis diebus quicq̃ ex his quæ uiderant. Neq;.n. cuiquã narrauerunt arcanum eius spectaculi, donec resurrexisset à mortuis. Sed adeo habebant cor obuolutum, ut ea uox toties audita, non descenderet in pectus illorũ, sed scrupulus qdã corperat animos illorũ, ex eo quod Heliam conspexerant assistentem Iesu. Hinc inter eundem proponunt illi.

Marci. 17. *Et interrogauerunt eũ discipuli, dicentes: Quid*
8 *ergo scribæ dicunt, quòd Heliam primum oporteat uenire? At ille respondens, ait eis: Helias quidem uenturus est, & restituet omnia. Dico autem uobis, quia Helias iam uenit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eum quæcunq; uoluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt quia de Ioanne baptista dixisset eis.*

Decipientes populum scribæ, dicebant Iesum non esse Christum ex autoritate Mala.4. quæ dicit Heliam uenturũ ante aduentum Christi, q̃m Helias nondum uenisset, ignorantes, duos aduentus Christi in scriptura designari: in carnem, cuius Ioannes præcursor: & ad iudicium, cuius Helias. Hos perstringit Apl's Titum.1. Apparuit gratia Dei et saluatoris nostri omnibus hoĩbus, erudiens nos, ut abnegãtes impietatem, & secularia desideria, sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo, expectãtes beatam spem, & aduentũ gloriæ magni Dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorũ operum. Mirabanẽ ergo discipuli, q̃ Helias, qui apparuerat, tam cito abisset, nec plus de Christo testificatus esset, ꝑut pharisæi & scribæ dicebant ipsum oportere primum uenire. Marci.9. Qui respondens, ait illis: Helias cum uenerit, primo restituet omnia, et q̃uo scriptura est in filium hoĩs, ut multa patiatur, & cõtemnatur? Helias, inquit, iuxta ꝓphetiã̃ præcurret aduẽtum meum, ac restituet omnia, conuersis ad euãgeliũ Iudaicæ gentis reliquijs, ne tota condemnetur natio, & antichristi detecta falsitate. Mala.4. Ecce ego mittam uobis Heliam prophetã anteq̃ ueniat dies domini magnus & horribilis: & conuertet cor patrũ ad filios, & cor filiorũ ad patres, ne forte ueniam, & percutiam terrã anathemate. Quanq̃ & hunc aduentum meum præcessit quidam Helias, quẽ æque atq; me contempserunt, & fecerunt in illũ non pro meritis suis, sed quicquid ipsis collibitum est. Hiero. In Ioannis necem factio pharisæorũ consensit: & in occisione domini, He

rodes iunxit uoluntatem suam, qui illusum atque despectũ remisit ad Pilatum, ut crucifigeret. Lucæ. 1. Gabriel ait Zachariæ de Ioanne: Ipse præibit ante illum in spiritu & uirtute Heliæ, ut conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudẽtiam iustorum, parare domino plebem perfectam.

De spiritu muto. Matt 17. Mar. 9. Luca. 9.

ARTICVLVS LXX.

Marc. 9. *Et ueniens ad discipulos suos, uidit turbam magnam circa eos, & scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus uidens Iesum stupe factus est, & expauerunt, & accurrentes, salutauerunt eum. & interrogauit eos: Quid inter uos conquiritis? Et respondens unus de turba, dixit: Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum: qui ubicunque apprehenderit, allidit illum. & spumat, & stridet dentibus, & arescit & dixi discipulis tuis, ut eijcerent illum, & non potuerunt.*

Ostendit ueræ fidei uirtutem contra omnes maligni impias machinationes. Luc. 9. Factum est autẽ in sequẽti die, descendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa. Admiratus quò abisset Iesus, accurrit populus, & salutauit eum. Scribæ nomen Iesu apud discipulos uelut inefficax calumniabantur, improperantes quod tentassent eijcere dæmonium, & non possent: quod dñm non latuit, tñ interrogauit, ut oĩbus eẽt notum quid ageretur. Luc. 9. Et ecce uir de turba exclamauit: Magister, obsecro te, respice in filium meũ, quia unicus est mihi, & ecce spũs apprehendit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & uix discedit dilanians eum. Matt. 17. Accessit ad eum homo, genibus prouolutis ante eũ, dicens: Dñe, miserere filio meo, quia lunaticus est, et male patitur, nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquã. Miserum spectaculũ in unico filio, quẽ sic uarie malignus molestabat, interpolate tamen, secundũ quod organa magis inueniebat, secũdum lunæ decursum, ad hoc apta. Naturales enim passiones, cœlestium sequũtur influxum, & maxime lunæ, quæ multum in corpus ꝓpter humiditatẽ dominaẽ. Valde autem incredulus fuit uir iste, unde & corãm omnibus discipulos accusauit. Conati sunt discipuli, inquit, & non potuerunt.

Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quandiu apud uos ero? Quandiu uos patiar? Afferte illum ad me, et attulerunt eum, Et cum uidisset eum, statim spiritus conturbauit illum: & illisus in terram, uolutabatur spumans: et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia, et frequenter eum in ignem & in aquã misit, ut eum perderet. Sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri Iesus autẽ ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Et cum uidisset Iesus concurrentem turbam, cõminatus est spiritui immundo, 2 *dicẽs: Surde et mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: et ãplius ne introeas in eũ. Et exclamans, et multũ discerpens eũ, exijt ab eo: et factus est, sicut mortuus, ita ut multi dicerẽt, quia mortuus est. Iesus aũt tenẽs manũ eius, eleuauit eum, et surrexit.*

Dominus ut ostenderet fiduciæ imbecillitatem in causa fuisse, quo minus liberatus esset, & omnium incredulitati mederetur, ait: O natio diffidẽs, minimeque simplicis animi, nondũ efficio hoc ut mihi fidatis? Adeo obstat uobis huius corporis imbecillitas? Usquequo uersabor cum irrisoribus & incredulis? Hierony. Non tædio superatus, aut quod uerba furoris ꝓtulerit, sed in similitudinẽ medici, si ægrotum, uideat secundum sua præcepta se nõ gerentem, dicat: Quousque perdam artis industriã, me aliud iubente, & te aliud faciente? Chrysostomus: Nõ solum ad discipulos, sed ad uniuersum genus Iudæorum sermo profertur. Iussit ergo adduci. quo miraculum esset omnibus conspicuũ magis & insigne, cum æque absentem sanare potuisset. Cæterum ubi perductus

est ad Iesum,magis etiam conturbabatur, exorta lucta inter spiritum resipiscere cupientem, & cupiditatem ad solita reuocantem. Mox.n.ut uiderat Iesum spiritus,sensit inimicam uirtutem. Hieron. Q̃d scit dominus, interrogat,ut confessio pariat salutẽ, & murmur cordis nostri sermonib⁹ soluatur pijs. Spumat peccator inuidia,stultitia,stridet iracundia,arescit ignauia. Lunaticus est,qui per horarum momenta ad uitia mutatur,nec persistit in incepto. Ecci.27. Stultus enim ut luna mutatur,sapiens pmanet ut sol,sed crescit atq; decrescit,& nunc in ignem concupiscẽtiæ fertur, nũc in aquas teporis, & secularium negotioꝝ procellis undãtem fluuiũ. Surdum reddit à diuinoꝝ eloquioꝝ auditu, dæmoniũ,& à clamore pauperum, & mutum, ut neq; alios docere ualeat quod oportet. Huic nulla spes, nisi adducat̃ in conspectum Iesu. Videns se expellẽdum,fecit quod potuit in puerum, domini permissu, quo dæmonis maligna peruersitas in hoĩes turbis clarescerer, & sic à peccatis retraherentur. Tum Iesus quo magis illustraret magnitudinem mali,percõtatus est patrem. Sed is morbi atrocitatem,non domini potestatem consideraus, si quid potes,inq̃t, adiuua nos. Quo audito, dominus subtaxans imbecillitatem fidei,quasi morbus ullus esset,potentior diuina uirtute,ait illi: Noli quærere quid ego possim efficere, sed uide num tu possis credere, nihil est.n.quod non impetret firma fiducia. Hierony. Libertatẽ hic indicat arbitrij. Quæ oĩa? nisi quæ in noĩe Iesu.i.salutis,postulantur? Ad hanc uocem pater fiducia concepta speq; certiore, profusis lachrymis exclamãs,r̃ndit? Credo domine,sed ẽt si quid deest fiduciæ meę, supple de tua bonitate. Ecce quantũ profecit increpatio pia. Hiero. Credulitas nostra,ut rostrata lingua, infirma est,nisi ĩnixa subsistat̃ robore adiutorij Dei. Fides cũ lachrymis,optata uota,capit,ut est illud: Fiat tibi secundum fidem tuam. Dñs confluentem uidens turbã, ob morbi magnitudinem & patris clamorem. (Nam eam uolebat esse testem miraculi)deprompsit uocẽ illam oĩpotentẽ,qua, cum uult,mortuos suscitat: & indignatur spiritui, ut hoĩem saluet. Sic enim insectanda sunt uitia,ut hoĩs salutẽ amare uideamur. Factus est uelut mortu⁹,adeo tenax erat mali uis, quo magis curantis potentia,& dæmonis affligẽtis clarebat malitia. At ut ægrè credebat pater,ita ægræ sanatus est filius. Matt.17. Et increpauit illum Iesus, & exijt ab eo dæmoniũ, & curat⁹ est puer ex illa hora. Luc.9. Increpauit Iesus spiritum ĩmũdum, & sanauit puerum, & reddidit illũ patri suo. Reddit sanum,quem adduxerat infirmum incurabilem. Luc.9. Srupebant aũt omnes in magnitudine Dei. Quo.n.miserabilius fuit spectaculum, hoc magis admirati sunt omnes pręsentiam uirtutis diuinæ.

Lunaticus mystice quid.

Et cum introissent in domum, discipuli eius secretò, interrogabant eum. Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. 3

Interea mœror quidam occupauit discipulorum animos,metuentes ne qua culpa sua perdidissent potestatẽ edendi miracula, cum antea gloriati essent, etiam dæmones sibi esse subiectos. Luc.10. Apud multitudinẽ quidem pudore siluerunt. Mar.17. Dixit illis Iesus: propter ĩcredulitatem uestram. Amẽ quippe dico uobis,si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic,trãsi hinc,& transibit: & nihil impossibile erit uobis. Hieron. Infidelitas in culpa est. Ergo quoties non accipimus, non pręstantis est impossibilitas,sed culpa depetcantis. Granum sinapis cum sit contemptum ac minutũ, tamẽ attritum

exerit acrimoniam naturæ suę:& humo condirum, emergit in arborē spatiosam. Nihil est iam arduum, quod non illico dicto conficeretur. Quādo dicetis monti, transibit. Non aūt dixerunt, quia tempus non postulauit, neq; necessitas: & ppterea non transtulerunt montes corporales, sed dęmones. Hoc genus nō ejcitur, nisi fides precatione & ieiunio confirmef. Tenax erat mali uis, & iam multo tpe uersa in naturam. Aduersum huiusmodi uitia pugnandū est ieiunĳs, quæ corpus attenuatū spiritui subĳciant: & deprecatione spūs saginandus, quę diuinum impetrat subsidiū. Hoc sermone docuit dominus atrocia diuq; consueta animi uitia, remedĳs grauioribus oportere propelli. Hiero. Dum docet, qūo nequissimus dæmon possit expelli, omnes īstituit ad uitā. Exiens ab hoīe, nunq̃ reuertitur, si cor suum clauis serauerit humilitatis & charitatis, & ostium obtinuerit homo immunitatis. Psal. 30. Esto mihi in Deum ptectorem, & in domum refugĳ, ut saluū me facias. Sanctis dicitur: Mortui estis, & uita uestra abscōdita est cum Christo in Deo. Colo. 3. Hinc infirmitas Christianorū non est nisi mortis imago. Non sanat oculum qđ calcaneo adhibetur. Ieiunio passiones corporis, & oratione passiones sanandæ sunt mentis. Stultitia ad luxuriam carnis pertinet, & ieiunio sanaī. Ira & ignauia oratione depellunī. Sic ueræ preces fiunt, si non solum oretur, sed & ieiunetur: ut ne grauetur, qui orat, ciborum uaporibus, sed expeditus sit & leuis.

De scenopegia, par. 2, ar. 13. d
De muliere adultera, par. 2. ar 14. h
De sermone in gazophylatio, par. 2. ar. 15. i
De sermone ob quem uoluerunt eum lapidare, par 2. ar. 16. K
De cæco nato, par. 2. ar. 17. n
De ostio & pastore, par. 2. ar. 18. o

De solutione didrachmæ, Matth. 17.

ARTICVLVS LXXI.

Et inde profecti, prætergrediebantur Galilæā, nec uolebat quēquā scire. Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum: et occisus, tertia die resurget. At illi ignorabant uerbum, & timebant interrogare eum, & uenerunt Capernaum. Mar. 9. V

Dn̄s ueluti fortuito itinere cœpit proficisci in Iudæam, præterita Galilæa, non φ timeret mortem, quā ardentissime sitiebat, sed ne uideretur, ante tempus sacerdotū, ac pharisęorū animos ad homicidiū irritasse. Hanc in se formidinis suscepit speciem, ut à suis omnem eximeret formidinem, & ipse susceptæ naturæ imbecillitatem exprimeret. Cum ergo huiusmodi factis miraculosis inclaresceret fama Iesu, discipulorū animos tētabat quædam humana gloria, φ talem haberent dominum. Iesus ab hoc affectu reuocat eos ad cōtemplationem suæ humilitatis qua post erant offendēdi: quo magis pręmuniret animos illorū, ne supra modum turbarentur morte sua. Luc. 9. Omnibusq; mirantibus in omnibus quę faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite uos ī cordibus uestris sermones istos. Hoc. n. oportet maxime meminisse, φ oportebit omnes imitari. Omnino futurū est, φ toties prædixi. Ponite uos hæc omnia, et miracula, et miraculorū sermones in cordibus, ut quādo me uideritis crucifixum, ne existimetis me ex infirmitate talia passum. Dixit qđ dutum erat, quia occidēt: sed subdit quod iucundum, quia resurget tertio die. Hierony. Semper aspera lætis misceet, ut cum repente uenerint, non terreāt, sed à pmeditatis feranī animis.

Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, et tertia die resurget. Et contristati sunt uehementer. Matth. 17

Hæc tristitia non de īfidelitate uenit, sed

nit, ſed præ dilectione magiſtri ſui. Lucæ. 9. At illi ignorabant uerbum iſtud, & erat uelatum ante eos, ut nō ſentirent illud, et timebant eum inter rogare de hoc uerbo. Hic enim ſermo tametſi iam ſemel atq; iterum auditus, non inſederat animis diſcipulorum. Non enim poterant meminiſſe, quod non poterant audire: ab horrebant à mentione mortis, intenti gloriæ Ieſu, non intelligentes interim, domini gloriam per crucis ignominiā potiſſimum illuſtrandam eſſe. Tantus torpor obſederat animos eorum, ut hunc ſermonem, tametſi dilucidū, non intelligerent, ſuſpicantes aliquid ænigmatis ſubeſſe: quandoquidem meminerant ſeſe dictis eiuſmodi figuratis aliquando fuiſſe falſos, ueluti in fermento pharisæorum. Proinde quanquam hoc ſermone uehementer offenderentur, tamen non audebant interrogare, Petri exemplo deterriti, cui parum feliciter ſucceſſerat hac de re dominum interpellaſſe.

2 *Et cum ueniſſent Capernaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerūt ei. Magiſter ueſter non ſoluit didrachma? Et ait: Etiam. Et cum intraſſet in domum, præuenit eum Ieſus, dicens: Quid tibi uidetur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum uel cenſum? à filijs ſuis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit ei Ieſus: Ergo liberi ſunt filij. Vt autem non ſcandalizemus eos, uade ad mare, & mitte hamum: & eū piſcē qui primus aſcēderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies ſtaterē: illū ſumens, da eis pro me & te.*

Qui nomine Cæſaris tributa exigebant, ueriti compellare Ieſum ob authoritatem, quam ſibi iam miraculis compararat, adiere Petrum, quem uidebant illi ferè proximū, dicentes: Solet'ne dare cenſum à Romanis cōſtitutum? Petrus cum pecuniam non haberet, nec uellet offendere tributorum exactores, reſpondit illum ſoluere: nam hactenus huiuſmodi tributa ſoluerat Ieſus. Cum Petrus anxius haberet in animo loqui Ieſu de ſoluendo tributo, promiſerat enim nec habebat quod daret, præuenit eum dn̄s, quo oſtēdit ſe nihil latere. Hiero. Aedificat auditorem, q dn̄s tantæ fuerit paupertatis, ut unde tributa pro ſe et ſuo diſcipulo daret, non haberet. Qđ ſiquis obijcere uoluerit, & quomodo Iudas in loculis pecuniam portauit? Dico quod rem pauperum in uſus ſuos cōuertere nefas putauit, nobiſq; idem tribuit in exemplum. Tum Ieſus, ergo liberi, inquit, ſunt filij: obſcure ſubindicās ſe terræ matriſq; & omnium rerum dn̄m, nulli mortali principi debere tributum, aut cēſum, nec diſcipulos ſuos ut filios regni, teneri: ſed tamen docere uolens, in huiuſmodi rebus quę nihil faciunt aduerſus pietatem, nonnunquā obſequendum huic hominum generi, ne prouocati maiora peccēt, ſubiecit: Vt non ſcandalizemus eos. Chryſoſtomus: Non ut debitor reddit, ſed ut illorum infirmitati conſulat. Certe alibi cum de cibis diſſereret, ſcandalum ſpreuiſſe uidetur. Et ita nos docet & temporum & opportunitatum rationem habere ac ſcire, qn̄ quibuſq; in rebus contēnenda, uel curanda ſcandala. Phariſęi ex inuidia & malitia ſcandalizabantur: iſti ex infirmitate ſcādalizati fuiſſent, putantes Chriſtum repugnaſſe legibus imperatorum. Hiero. In hoc, quod eo operāte creatus eſt in ore piſcis ſtater, oſtenditur potentia, & diuinitas declaratur, qa dn̄s & maris; in eo quod inuētionē piſcis et ſtateris tā certitudinaliter prædixit, mōſtrać oīum cognitio in eo: eo q humanis ſe legibus ſubiecit, ſumma eius humilitas, atq; uera humanitas oſtēditur. Habet. n. mundus ordinē ſuum, quē per occaſionem euangelicę libertatis non expedit omnino cōfundi. Eſt libertas euangelica & ſpūalis, qua oēs Chriſtiani facti ſunt liberi per paſſionē Chriſti, à poteſtate diaboli erepti & peccati iugo. Ioā. 8. Si filius uos li- *Libertas duplex.*

berauerit, uere liberi eritis. Ro. 6. Nūc autē liberati à peccato, serui aūt facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitam æternam. Gala. 5. Vos autem in libertatē uocati estis fratres, tantum, ne libertatem in occasionē detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Altera, Corporalis. hanc nobis non præstitit, & ideo nec à tributis liberos reddidit. Ro. 13. Cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal. Mat. 22 Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. 1. Cor. 7. Vnusquisque in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Seruus uocatus es? non sit tibi curæ, sed & si potes fieri liber, magis utere. Qui. n. in dn̄o uocatus est seruus, libertus dn̄i est. Similiter & qui liber uocatus est, seruus est Christi. 1. Pet. 2. Quasi liberi, & nō quasi uelamen habentes malitiæ libertatē, sed sicut serui dei.

De maioritate & scandalo, Mat. 18. Marc. 9. Lucæ. 9.

ARTICVLVS LXXII.

Matt. 18 X *In illa hora accesserunt ad Iesum discipuli, dicentes: Quis putas maior est in regno coelorum? Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medium eorum, & dixit: Amen dico uobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum coelorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno coelorum.*

Ostendit, ueræ religionis Christianæ primatus in quo consistat, et quāto studio scandalum pusillorum uitandum. Discipuli adhuc carnales, quoniam uiderant miraculorum gloriam, audierant promissam maiestatem regni dei, quoniam & ipsi quoque prodigiosa fecerant in nomine Iesu, subijt humana quædam cogitatio, quæ tandem eò erupit, ut de hac re inter eundum commentarentur inuicem, quis esset primas habiturus in regno dei. Viderant tres seorsum abductos in montem, audierant Petro traditas claues regni cœlorum, eiq; dictum, beatus es Simon, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: conspiciebant illum familiarius quadā, & audacius colloqui cum domino. Tamen erant Petro quidam natu maiores, etiam sanguinis propinquitate contingentes Iesum. Luc. 9. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At Iesus uidens cogitationes cordis illorum. Nā somniabant tales dignitates, quales uidemus in aulis principum, quemadmodū Ioannes & Iacobus Matth. 20. & duo discipuli in Emaus ambulantes, Lucę. 24. Immo omnes Act. 1. Dn̄e, si in tp̄e hoc restitues regnū Israel? Mar. 9. Qui cum domi essent, interrogauit eos: Quid in uia tractabatis? At illi tacebāt, Pudore scilicet, cum facile suspicarētur fore, ut hunc ambitionis affectū improbaret dn̄s omnis modestiæ doctor. Mar. 9. Siquidem in uia inter se disputauerant, quis eorum maior esset. Hiero. Similis tractatio loco. Principatus nāque ut ingreditur, sic deserit: & quò diu tenetur, labitur: & incertū est, in qua mansione. i. qua die finiatur. Videntes dn̄m non latere quid egerint, accedunt, & interrogant ipsum. Hiero. Ob id interrogāt, quia uiderāt pro Petro, & dn̄o idē tributū redditū, & ex æqualitate pretij, arbitrati sunt ipsum omnibus apostolis prælatū. Videns ergo dn̄s discipulos inanis gloriæ uitio teneri, compressit eos, ostendens illis per puerum humilitatis uiā. Mar. 9 Et residēs, uocauit, duodecim Lu. 9. & apprehendit puerum, & statuit illū secus se, Mar. 9. Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorum quē cum cōplexus esset, ait illis: Nisi conuersi. Quo ipsos ostendit auersos per superbiā, & ideo ut penitus hunc affectum eximeret ex animis eorum, paruulum in exemplum posuit. Sunt autem duo in puero consideranda. *In puero consideranda quæ.* Minoratio sensus, & morum indisciplia

natio. hæc relinquenda. 1. Cor. 14. Nolite pueri effici sensibus. Esa. 65. Puer centum annorum morietur. Pro. 1. Auersio paruulorum interficiet eos. Alterum est, innocens simplicitas. Hiero. Non præcipitur apostolis ut ætatem habeant paruulorum, sed innocentiã: et quod illi per annos possident, hi possideãt per industriã, ut malitia, nõ sapientia paruuli sint. 1. Corin. 14. Malitia paruuli estote. 1. Pet. 2. Deponentes igitur omnẽ malitiã, & oẽm dolũ, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem, si tñ gustastis, qm̃ suauis est dñs. Hiero. Sicut paruulus, cuius uobis exemplum tribuo, nõ perseuerat in iracundia: læsus non meminit, uidens pulchra nõ delectatur, nõ aliud cogitat, & aliud loquitur, uiuit sine ulla concupiscentia, cura in prouidentiã parentum proiecta erga quos summe se humiliat, & ad quos totum suum format amorẽ. Tales erga deum summum parentẽ esse oportet, & proximum, qui regni particeps esse uult. Alioqui ne recipietur quidẽ in regnũ, tantum abest ut ambienda sit eminentia. Marc. 9. Siquis uult primus esse, erit omniũ nouissimus. & omnium minister. Lu. 9. Nã q minor est inter uos omnes, hic maior est. Etenim q modestia minimus est, is uirtute est maximus. Sic Dauid 2. Reg. 6. Ludã, inquit, & uilior fiam in oculis meis plus quàm factus sum, & ero humilis. Principes amãt sui similes: & apud hos maiori est in p̃tio, q cæteris submotis semet anteponnit. Dñs sui similibus delectatur. Mat. 11 Discite à me qa mitis sum et humilis corde. Qui uult ergo frẽm præuenire regnãdo, pri⁹ illũ præueniat obsequẽdo. Ro. 12. Honore inuicẽ p̃uenientes. Vincat officijs, ut possit uincere sanctitate. Si. n. te non læsit, fratris obsequiũ meretur ut diligas: si læsit, magis obsequium meretur ut uincas. Ro. 12. Noli uinci à malo, sed uince in bono malũ. Hæc est. n. nostræ Christianitatis summa, ut amantibus uicissitudinem, lædẽtibus patiẽtiã impẽdamus. Non. n. ad regnũ cœlorum peruenitur superbia, diuitijs, ambitione, platione: sed humilitate, paupertate, lenitate. Arcta est. n. uia quæ ducit ad uitã. Mat. 7 Christus ostium, sed humile, Ioã. 10. & 14. Nemo uenit ad patrem nisi per me, Ideo humilis intrat, superbus impingit. Prou. 29. Superbum sequitur humilitas, humilem spiritu suscipiet gloria. Iaco. 4. Et. 1. Petr. 5. Deus. superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Nescit ambitionem, nescit dominium, nescit tyrannidem regnũ fidei & charitatis, quare is magnus, qui contemptu gloriæ, qui modestia, qui seruiendi studio omnibus, minimus fuerit omnium.

Et qui suscipit unum paruulum talem in nomi 2
ne meo, me suscipit. Qui autem scandaliZauerit
unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei
ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & de-
mergatur in profundum maris. Væ mundo à scan
dalis, Necesse est enim ut ueniant scandala. Verum
tamen uæ homini illi per quem scandalum uenit.
Si autem manus tua uel pes tuus scandalizat te,
abscide eum, & proijce abs te. Bonum tibi est ad ui
tam ingredi debilẽ uel claudum, quã duas manus
uel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.
Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proij
ce abs te. Bonum est tibi unum oculum habentem
in uitam intrare, quã duos oculos habentem, mitti
in gehennam ignis.

Non solũ oportet nos humiles esse, sed etiam humiles propter Christum suscipere. Hinc mercedem suscipientibus pollicetur. Marc. 9. Quisquis unum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicunque me susceperit, nõ me suscipit, sed eum qui me misit. Quisquis enim potum dederit uobis calicẽ aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico uobis, non p̃det mer

cedem suam. Vides quanta possit humilitas, simplicesq́ et absque fraude mores? Qui enim susceperit, non pro humana gratia uel mũdana, alioqui mercedem non habebit. Mat.6. Amẽ dico uobis, receperunt mercedem suam. Mat.25. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Contra ꝗ læserit qui mihi fidunt, totiq́ pendẽt ex me, pœnas daturus est atrociores. Quid enim sceleratius quàm eos offendere, qui nulli male uolunt, nulli inuident, nulli se præferunt, qui omnes amant ex æquo? Hieronymus: Qui scandalizatur, pusillus est, maiores enim scandala non recipiũt, sed compatiuntur, & cautiores fiunt. Psalm.118. Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scãdalum. Multo autem melius est, pro culpa breuem recipere pœnam, ꝗ̃ æternis seruari cruciatibus. Nõ enim iudicat dominus bis in idipsum. Luget autem, ut misericors, mundum præ offendiculis damna accepturum. Hominum enim peruersitas in causa est, ut fieri non possit quin accidant offendicula. Hieronymus: Sicut necesse est ignem calere, & niuem frigere, ita necesse est ut iniquitas mundi erroribus pleni, scãdala pariat, perfectorum uero charitas pietatis operibus luceat. Veruntamen quia nulla necessitas cogit humana corda esse iniqua, quę tamen, quia iniqua sunt, scandala pariunt: ideo uæ ei, qui quod necesse est ut fiat in mundo, uitio suo facit ut ꝑ se fiat. 1. Io.5. Totus mundus in maligno positus est. Quod ergo futurum est, dominus prænunciat, non libertatem arbitrij tollit. Tales autem malo suo bonum aliorum promouent. Eccl.27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Hinc. 1. Cor. 11. Oportet hæreses esse, ut qui ꝓbati sunt, manifesti fiãt. Sed quid fiet in finem? Mat.13. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scãdala, & eos qui faciunt iniquitatẽ, & mittent eos in caminũ ignis. Hinc admonet Apostolus Ro.14. Hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculũ fratri uel scandalum. Melius est mihi nõ bibere uinum, neq; manducare carnem, neque aliquid in quo fratrem meum scandalizem. Nam. 1. Corin.8. Sic peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Obserua quod dicit, per quem. Nam si malus ex bono alterius sua malitia scandalizatur, ex se ipso sumit, sicut pharisęi. Mat.15. Scis (ait Petrus) quia pharisæi audito hoc uerbo scandalizati sunt? Respondit Iesus: Sinite eos, cæci sunt, & duces cæcorum. Si ergo pro ueritate scandalum oritur, magis ueritas eligẽda est. Qui ergo cupiunt ingredi regnum cœlorum, diligenter uitent offendicula pusillorum, sed potius alij alijs uicissim sint adiumento. Neq; satis est, cauere nequis alteri sit offendiculo: uerum etiam, ne quis sibijpsi accersat offendiculum. Marc.9. Bonum est tibi debilem introire in uitam æternã, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilẽ, ubi uermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Non sentit dominus aliquod corporis membrum amputandum, sed affectus omnes qui nos auocant à cura salutis æternæ. Quemadmodum enim castratus dicitur propter regnum cœlorũ, sic mancus, claudus. Coloss.3. Mortificate membra uestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscẽtiam malam, auaritiam. Si potes patrem ac matrem, sororem & fratrem tecum adducere ad salutem euangelicam, facito: sin horum charitas te reuocat ab euangelio, futurum'que est, ut dum illi per te seruari nolunt, tu simul cũ illis pereas, exue naturę affe-

ctum,

ctum, & humanam pietatem uincat euāgelica pietas: & hoc fac in animæ periculo, quod faceres ī periculo corporis. Omnes affectus humani post habendi sunt, quoties urget præceptum dei. Omnia dispendia rerū corporaliū pro lucro ducenda sunt, quoties paranda est uita æterna. Si ergo familiares amici nocumento sunt, oportet cōtemnere ut putrida mēbra & execare, ne & alijs noceant. Non est delicata professio euangelica: coorientur undiq; quæ ab instituto retrahant, persecutio, affectus humani. ue rum his omnib⁹ oportet esse superiores, qui negocium suscipiunt euāgelicū. Marc. 9. Omnis enim homo igne salietur, & omnis uictima sale salietur. Bonum est sal. Quod si sal insulsum fuerit, in quo illud condietis? Habete in uobis sal, & pacem habete inter uos. Hieronymus: In omni uictima et sacrificio sal offerri pręceptum est. Sal dulcedo sapientiæ, & ignis spiritus sancti est gratia: quia omnis electus sapientia conditur, ut digna uictima dei altaribus efficiatur: Ille. n. uere uictima domini est, qui corpus & animam à uitijs emundando, deo per amorem spiritus sancti cōsecrat: nec solo sale aspergitur, sed et igne cōsumitur, quando non peccati tātum contagio pellitur, sed & præsentis uitæ delectatio tollitur, & futuræ conuersationi tota mente suspiratur. Philip. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. Altare dei, cor nostrum: hostiæ & sacrificia, bona opera fidelium. In omnibus sacrificijs sal, quia nullū opus bonum sine sapientia. Ignis sacrificiū in altari consumit, de quo ipse baptizabit uos spiritu sancto et igne, Mathæi. 3. Ignis tribulationes respicit. Psal. 16. Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Rom. 12. Obsecro uos fratres per misericordiā dei, ut exhibeatis corpora uestra, hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequiū uestrum. Victima domini, genus est humanū, quod hic ratione sapientię salitur, dū corruptio sanguinis, custodia putredinis, id est mater uermium, cōsumitur, & illic purgatorio igne examinatur. Sal carnem prohibet & non sinit uermes procreare: ita & sermo doctoris, si recens & mordax fuerit, carnales homines constringens, non sinit in ipsis generari uermem irrequietū. Nihil melius igni, si quis recte utatur nihil utilius sale. Cæterum si ignis refrixerit, si sal fiat īsulsus et euanidus, quid reliquum est quo condiantur insulsi? Si, qui profitentur spiritum euangelicum, territi minis hominū, blandiantur stultitiæ principum, quam oportuit fortiter redarguere, qd superest spei? Si, qui salem euangelicum profitentur, non solum nō acrimonia ueritatis sanant aliorum corruptos mores & effectus, sed ipsi in gratiam aliorum excidūt à spe regni cœlestis, lucrifacientes gehennam, & quod est omnium sceleratissimum, ipsam euangelicam doctrinam interpretantur ac detorquent ad affectus & cupiditates humanas, quid superest per quod humana stultitia cōdiatur, simul & corruptis ījs, p quos id fieri conueniebat, & uitiato eo, quod unum relictum est mundo, ut aliquā do resipiscat? Hieronym⁹: Quia amat principatū, qui increpare non audet, & confiteri, ne de synagoga fiat diligens gloriā hominum magis q̄ dei, (Io. 12.) sal est insulsus. Salsitu[illegible]nem correctionis amor proximi tem[illegible]eret et dilectionem proximi sal iustitię cōdiat, Scientia uerbi nō fastidium, sed esuriem & sitim pręstat. Ecci. 24. Qui edunt me, adhuc esuriēt: & qui bibūt me, adhuc sitient. Mellislua diuinæ sapientiæ eloquia gustata diligentius, multimodum saporem reddunt. Sal facit incorruptos, cōcordia robustos & potentes.

3 *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis, quòd angeli eorum in cœlis semper uident faciem patris mei qui in cœlis est.*

Hieronymus: Quantum in uobis est, nolite contemnere, sed per uestrã salutem, etiam illorum quærite sanitatem: sin autem perseuerantes in peccatis uixeritis, melius est solos saluos fieri, quàm perire cum pluribus. Vt igitur nihil tam pretiosum, tamq́ magnificum esse debet homini, quo debeat auocari à regno cœlorum: ita nemo, quanuis pauper, obscurus & humilis, est contemnendus, sed adiuuandus potius, ut proficiat ad meliora. Multi autem attendentes circunstantias personæ, hinc uel reuerentur, uel contemnunt, non considerantes quòd ad dei imaginem creati sunt. Malac. 2. Nunquid non pater unus omnium nostrum? Nunquid non deus unus creauit nos? Quare ergo despicit unusquisque uestrum fratrem suum? Ad eandem beatitudinem destinati. Lucæ. 12. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnum. Sapientiæ. 6. Pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter est ei cura de omnibus. Eodem sanguinis pretio redempti. 1. Corinth. 6. Empti estis pretio magno. 1. Petri. 1. Pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Chrysostomus: Ne dicas, ille faber est, ille sutor, ille insipiens agricola: ab angelis quibus commissi sunt uiles, uenerabiles fecit. Qualiter tu contemnis quæ deo tam charà sunt & studiosa, cum docet, & animam perdere pro uno de pusillis istis? Studiosissimum quid est anima deo, pro qua proprio filio non pepercit. Romano. 8. & angelos ministros destinauit. Nam si pusilli sunt apud mundum, apud deum tamen magna est illorum ratio, qui illis tales addidit custodes & pædagogos. Hieronymus: Magna dignitas animarum, ut unaquæq; habeat ab ortu natiuitatis suæ in custodiam angelum delegatum. Hebræ. 1. Non'ne omnes sunt administratorij spiritus, missi in ministeriũ propter eos qui hęreditatem capiunt salutis? Vnde de Petro dicitur Actuũ. 12. Angelus eius est. Angeli ergo semper uident faciem patris, quod est uere beatum esse: quia sic foras propter nos exeunt, ut ab eius uisione nunquam recedant. Hinc Raphael Tobiæ. 12. ait: Ego sum unus de septem spiritibus, qui astamus ante dominum. Daniel. 7. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei. Fuerunt omnes simul cũ cœlo empyreo creati, sed cæteris stantibus, Lucifer cum suis cecidit. Nam in ueritate non stetit, quia non est ueritas in eo, Io. 8. Iob. 4. Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles: & in angelis suis reperit prauitatem. Apoc. 12. Factum est prælium magnum in cœlo, Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius, & non ualuerunt, neq; locus inuentus est eorum amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui uocatur diabolus & satanas, qui seducit uniuersum orbem, & proiectus est in terram, & angeli eius cũ illo missi sunt. Lucæ. 10. Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Inuidens ergo nobis gloriam quam amisit, continuum contra nos agit bellum. Primum hominem in paradiso aggressus superauit, Gene. 3. & occidit. Ioan. 8. Ille homicida fuit ab initio. Sapientiæ. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. 1. Petri. 5. Aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quęrens quem deuoret. cui resistite, fortes in fide. Ephe 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum,

contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Ob id angeli sancti nobis in adiutorium sunt dati. Nam Iob.41. Nō est potestas super terram quæ comparetur ei, qui factus est ut nullum timeat. Angeli ergo sancti nos à peccato & malo custodiunt. Psal.90. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis, Exod.32. Angelus meus præcedet te. Num.22. Angelus à maledictione populi Israel cohibuit Balaam. Raphael Tobiam deduxit ac reduxit, ac à periculis liberauit, Tob.5.6.7. & patrem à cæcitate curauit, Tob.11. Hinc Iudith.13.
2 Viuit ipse dominus, quoniam custodiuit me angelus eius, & hinc abeuntem, & illic commorantem, & inde huc reuertentem, & non permisit me dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me uobis, gaudentem in uictoria sua. Sic in auxilium Helisei uenerunt angeli, 4.Reg.6. Sic & orationes nostras deo offerunt. Tob.12. Quando orabas cum lacrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationem tuā domino. Hilarius: Saluatorum per Christum, orationes angeli quotidie deo offerunt: quare periculose ille cōtemnitur, cuius desideria & postulationes ad æternū & inuisibilem deū, ambitioso famulatu angelorum prouehuntur. Matthæ.18. Videntes conserui (impietatem serui in cōseruum) quæ fiebant, contristati sunt ualde: & uenientes, nunciauerunt hæc domino suo. Immo ipsi angeli orāt pro nobis. Iob.33. Si fuerit pro eo angelus loquens unus ex millibus, ut annunciet hominis æquitatem, miserebitur eius, & dicet, libera eum, ut nō descendat in corruptionem, inueni in quo ei propicier. Zachar.1. Domine exercituum, usquequo tu non misereberis Hierusalem, & urbium Iuda quibus iratus es? Et respondit dominus angelo qui loquebatur in me, uerba bona, uerba consolatoria. Finaliter ad cœlum deducunt. Lucæ.16. factum est ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Matt.24. Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uētis, à summis cœlorum usque ad terminos eorum. Erimus enim sicut angeli dei in cœlo, Matt.22.

Venit enim filius hominis saluare quod perierat. Quid uobis uidetur? Si fuerint alicui centum oues, & errauerit una ex eis, non'ne relinquit nonagintanouem in mōtibus, & uadit quærere eā, quæ errauit? Et si contigerit ut inueniat eā, amen dico uobis quia gaudet super eam magis, quā supra nonagintanouem quæ non errauerunt. Sic nō est uoluntas ante patrem uestrum qui in cælis est, ut pereat unus de pusillis istis. Y

Quid dico, quòd angelos habeant custodes? ego propterea ueni, ut seruem quod perierat. Sed multi seruari nolunt, & persequuntur seruare uolentem. Hilarius: Ouis una, homo intelligendus est: quia in unius Adæ errore, omne genus hominum aberrauit. non errantes nonagintanouem, multitudo angelorū cœlestium opinanda est, quibus in cœlo est lætitia & cura salutis humanę. Si ergo sic affectus est homo pastor erga gregem suum, quem possidet tantum, nō etiā condidit: quanto magis pater qui natura bonus est, quos ideo condidit, ut essent beati, quos sic curæ habet, ut angelos suos horum custodiæ pręfecerit, quibus ad salutem reuocandis filium suum unicum impendit? Esa.53. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisq; in uiam suam declinauit. Psal.118. Erraui sicut ouis quæ perijt. quære seruum tuum, quia mādata tua non sum oblitus. Chrysostomus: Dominum & nos imitemur, & nihil pro fratribus omittamus, etiā eorum quæ humilia uiliaq; nimium uideantur, si administratione nostra opus fuerit, quanuis ardua nobis res

& laboris plena uideatur. Tanto.n. studio, tanta'que cura dignam esse animam ostendit, ut neq; filio suo pepercerit. Ro.8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia donauit? Si ergo non est uoluntas patris ut pereat unus de pusillis, cur non omnes seruantur? Vult enim omnes homines saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uenire, 1. Tim.2. Voluntati autem eius quis resistet? Roma.9. Omnia.n. quæcũq; uoluit dominus, fecit in cœlo & in terra, in mari & in omnibus abyssis, Psal.134. Hinc Esa.46. Consilium meum stabit, & omnis uolũtas mea fiet. Hieronymus: Quoties aliquis perierit de pusillis istis, ostenditur quod non uoluntate patris periet. Eze.18. Nunquid uoluntatis meæ est mors impij, dicit dominus, & nõ ut conuertatur à uijs suis & uiuat? 2. Petr.3. Deus patienter agit propter uos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Vnde Apostolus Rom.2. Ignoras quoniã benignitas dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum aũt duritiam tuam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera sua. Deus ergo, quantum in se est, uult omnes homines saluos fieri, ita q; ex parte ipsius non est defectus, cum semper paratus sit gratiæ suæ lumen pœnitentibus infundere, si ad hoc se coaptent. Psalm.33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies uestræ non confundentur. Sed Iob.24. Dedit ei deus locum pœnitẽtiæ, & ipse abutitur eo in superbia. Hinc Osee.13. Perditio, tua Israel, tantummodo in me auxilium tuum. Roma.9. Igitur nõ est uolentis neq; currentis, sed miserentis dei. 2.Cor.3. Nõ quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est. Sed.1.Petr.5. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Psal.33. Humiles spiritu saluabit.

De correptione fraterna, Matt 18. Luc.17.

ARTICVLVS. LXXIII.

Si autem peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Si autem te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum uel duos, ut in ore duorum uel trium testium stet omne uerbum. Quòd si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico uobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta et in cœlo. Matt.18 Z

Vera charitas nescit uitia palpare, sed humiliter corrigere, et charitatiue ex corde donare. Hieronymus: Si peccauerit in nos frater noster, & in qua libet causa nos læserit, dimittendi habemus potestatem, immo necessitatẽ qua præcipitur Mat.7. Dimittite, & remittetur uobis, si autem in deũ peccauerit, non est nostri arbitrij. scriptũ est enim 1.Reg.2. Si peccauerit uir in uirum, placari ei potest deus: si autẽ in deum peccauerit uir, quis orabit p eo? Nos ecõtra in dei iniuria benigni sumus: ĩ nostra, exercemus odia. Obseruandum quod est correptio procedens ex iustitia, quæ concernit superiores. *Correptio quotuplex* Hæc non solum respicit corrigendum, sed & alios. 1. Timo.5. Peccantes corãm omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. Prouer. 19. Pestilente flagellato, stultus sapientior fiet. si autem corripueris sapientem, intelliget sapientiam. Heli per dominum plagatus, quia filios lenitate patris, & non seueritate iudicis correxit, 1. Regum. 2. & 4. Sic filij Israel corãm inimicis stare non ualuerunt, donec extinctus fuit Acham qui furtum fecit in Hiericho, Iosue. 7. Item ex charitate fraterna, hæc requirit causam iustam. Ne uideas

festucam in oculo fratris tui. Matt 7. Ideo dicit, si peccauerit in te. Hieron. In te, non directe in Deum: quia blasphematio, impugnatio fidei, hũc ordinem nõ requirunt. Iustum animũ, Frater tu⁹. Ergo fraterno amore. Augusti. Quare corripis eum? Quia in te peccauit? Absit. Si amore tuo id facis, nihil facis: si amore illius facis, bene facis. Ecci.17. Vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo. Tertio, debitum modum. Omnibus. n. modis offendicula cauenda, quæ pacem dirimunt fraternam. charitas adhibenda mutua, qua uicissim alij aliorũ erratis amanter medeanẽ, si quę incide rint. Porrò medicãdi modus hic erit. Si peccauerit in te frater tu⁹ (Etenim si nõ baptizatus, iniuria afficiat, tũc ab eo te subduces) quod sit animaduersione dignum, ne statim prosilias ad uindictã neue rursus silentio tuo sinas fratrem perire, dũ ueluti uinolentus affectibus suis peccat impune, sed primum experire remedio q̃ maxime blando, qđ ne pudoris quidem incõmodo fratrem aspergat. Talis autem sit admonitio, ut declaret te nihil aliud quærere q̃ illius salutẽ & amicitiæ pristinę restaurationem. Glos. Inter te & ipsum solum: ne publice correptus, uerecũdiam perdat, & sic in peccato permaneat. Hiere.3. Frons mulieris meretricis facta est tibi. noluisti erubescere. Chrysost. Pręcipit arguere ei q passus est iniuriã, non alteri, quia ille qui fecit iniuriã, mãsuetius sustinet, maxime si solus & charitatiue corripiat. Cum. n. qui uindictam expetere debebat, hic salutis uidetur habere diligentiam, maxime hominem poterit facere propitium, & piũ, & mansuetũ. Psal.140. Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris nõ impinguet caput meum. Hinc ait, corripe, non conuitiare. Ecclesiasti.19. Est correptio mendax in ira contumeliosi. Vnde. 1. Timo.5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrẽ, iuuenes ut fratres, anus ut matres, iuuenculas ut sorores, in omni castitate. Sic Moses, q diuino fruebatur alloquio, charitatiuam Iethro admonitionem suscepit. Exo.18. Prouer.9. Argue sapientem, & diliget te. Da sapienti occasionem, & addet ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. Si te audierit, peccatũ recognoscendo & dolendo, non est quod ulciscaris, aut quod illum traducas: tibi satis est q̃ lucrifeceris fratrẽ tuũ. Interim & tuo lucro cõsuluisti: periturus. n. tibi erat amic⁹, peritura erat Deo anima. Non ergo parum est, in 2
hominem peccare. Quod si nõ audierit, nõ est prorsus abijciẽda spes, nec statim ad extrema remedia ueniẽdũ, sed adhibe testes, siue ut pudore mediocri corrigatur, qui non progrediatur usq; ad infamiam, siue ut testimonio duorũ aut triũ reuinci possit. Augu. Adhibe eũ qui uult prodesse, non obesse. Ecci.19. Corripe amicũ, ne forte non intellexerit, & dicat, non feci, aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe amicũ. sæpe. n. fit cõmissio, & non omni uerbo credas. Seneca: Moneberis libenter, reprehẽderis patienter. Si merito obiurgauit quis te, scito quia profuit: si imerito, scito q̃a prodesse uoluit. Nõ acerba, sed blanda timeas uerba. Eccles.7. Meli⁹ est à sapiente corripi, q̃ stultorũ adulationibus laudari. Melius est ira risu, quia per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. Quòd si tam est intractabilis, ut nec pudore, nec metu iudicij cõmoueatur, rem defer ad congregationem, ut uel multitudinis consensu, uel eorũ authoritate qui multitudini pręsunt, emendetur. Actu.20. Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiã Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Si nec

ecclesiam audierit, amputetur à fami liari consortio, ut uel sic pudore resipiscat, dum se uidet ab omnibus uitari: aut certe ne gregi admiss⁹, alios inficiat suo contagio. Qui ergo audierit increpationem, uenia dignus est: qui autem nõ audierit, ab omnibus haberi debet cõtemptus, et indignus qui habeatur frater. Ista cõdemnatio quanq̃ lente procedat ad suppliciũ, tamen hoc noĩe est seuerissima, ꝙ dãnatum, nisi resipiscat, manet æterna pœna, quam nulla ratione poterit effugere. Prouer. 29. Viro qui corripiẽtem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. Eccles. 7. Considera opera Dei, ꝙ nemo possit corrigere quem ille despexerit. Potestatẽ tribuit, ut sciant qui ligantur à talibus, à Deo se ligatos. Quem Cæsar damnat, nonnunq̃ absoluit Deus: et quem princeps absoluit, aliquoties damnat Deus. Quanq̃ autem iudicium hoc non habeat in specie seueritatem eam, quam habent tribunalia principũ, tamen magis est formidandum, q̃ illoꝝ snĩa, qua sæpenumero percutiuntur optimi, et absoluuntur sceleratissimi. A Deo damnari formidabile est. Ab illo dãnatur, quisquis à uobis syncero animo consentientibus damnatur. Vere reuerenda & timenda ecclesiæ authoritas, qa à Deo collata. Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœloꝝ. Diuina snĩa roborata. Amen dico uobis, ait, quæcunq̃ alligaueritis, per spiritum sanctum confirmata. Ioan. 20. Accipite spiritũ sanctũ. quoꝝ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quoꝝ retinueritis, retẽta erunt. Quod enim iudicatis spiritu Dei, nõ uestrum est iudicium, sed per uos illius.

Ecclesiæ potestas quanta.

Iterum dico uobis: si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quãcunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sũt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tũc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? Vsq; septies? dicit ibi Iesus: Non dico tibi, usq; septies, sed usq; septuagies septies.

3 Hieronymus: Oĩs nos supra sermo ad cõcordiam prouocarat. Igitur & nunc pręmiũ pollicetur, ut solicitius festinemus ad pacem, cũ se dicat inter duos uel tres medium fore. Non dicit, ero: sed, sum. i. iam illic inuenior. Quia prohibuit ne mutuum offenderemus, ostendit concordiæ fructum. Concordes autem dicuntur, nõ qui in malum, sed in bonum conueniũt. Cõspirarũt. n. & Annas & Caiphas Acto. 4. conspirarũt & Iudęi. Ioan. 9. Iam. n. conspirauerant Iudæi, ut siqs eum cõfiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Si ergo duo cõcorditer amãtes, quæ Dei sunt petierint, fiet illis. A Cæsare non protinus impetraẽ, quod petitur: nec ille q̃cquid rogatur, pręstare potest. Nihil autem est tam arduum aut icredibile, quod pater non sit præstaturus, si concorditer ab ipso petierimus. Ideo aũt sæpe p̃cantes non accipimus, eo ꝙ mutua concordia caremus. Hieron. Sic ubi spũs & anima consenserint, nec inter se bellum diuersarũ habuerint uoluntatum, de omni re quam petierint, fiet illis. Nulli. n. dubium, quin bonaꝝ rerum postulatio sit, ubi corpus ea uult quę spiritus. Chrysosto. Quia dixerat, fiet illis à patre meo, ut & ostenderet se esse datorem cum patre, subdit: Vbi duo. Rabanus: In nomine domini congregaẽ, qui ipsius æmulantur gloriam, qui ipsius spiritu feruent, qui ipsum per omnia & in omnibus fidei oculis, & mũdo corde non desinunt intueri. Amat. n. medium Iesus mediator Dei et hominum. 1. Timo. 2. Sic nunq̃ legitimis deest cõgregationibus. Vnde aposto li gentibus rescripserunt. Actu. 15. Visum est spiritui sctõ & nobis. Hinc fidei ecclesiæ firmitas & ueritas, ꝙ

per spiritum regiẽ ueritatis, qui oẽm docet ueritatem. Ioã.16. Quare dicitur firmamentum & columna ueritatis. 1. Timo.3. Sed qm̃ is spũs deest conciliabulis maloꝝ,(Nam segregãt semetipsos, spiritum non habentes. Iudç.1. Nec est Deus dissensionis, sed pacis. 1. Corin.14.) accessum est alio spiritu regi, q ait.3.Reg.22. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore oĩum prophetaꝝ eius, hoc est, Achab. Sic & spiritualis amicitia, societasq́ fraterna, ad interiorem ꝑfectum relata, fructuosa est, & gratiæ profectui ꝑfi cua. Prouer.18. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia, quasi uectes urbium. Hæc cum diligenter auscultasset Petrus, existimans ad se potissimum pertinere, qđ de potestate damnandi atq; soluendi disseruerat Iesus, scrupulum quendã cõceperat in animo, propterea quod dominus dicens post tertiam correptionẽ, sit tibi uelut ethnicus, uisus est certum numeꝝ præscribere, quẽ qui transgressus esset, etiam si resipisceret qui peccarat, non esset recipiẽdus in gratiam, cum & lex talionem requirat, oculum pro oculo, dentem pro dente. Exo.21. Dñe, inquit, quoties condonabo fratri, & post quotã culpam repellet à uenia? Num post septimam? Hunc numeꝝ uelut magnum præponebat, cum Iesus tertiæ duntaxat correptionis meminisset. Tunc Iesus ostendens in his quæ cõ mittuntur in nos,(in Deum.n.si peccauerit, non ego qui idiotes ac priuatus sum, possum ei remittere, nisi forte Dei ordinem hñs sacerdos) oporte re nos faciles esse ad ueniã, ait, usq; septuagies septies, indicans nullum esse pręscribendum numeꝝ ignoscentiæ christianæ: sed quotiescunq; resipuerit qui peccauit, toties ex animo condonandam esse culpam, penitus eximens ex animo christiano omnẽ ulciscendi libidinem. Hoc est qđ ait Lu.17. Si peccauerit frater tuus in te, increpa illũ: & si pniam egerit, remitte illi: & si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, pœnitet me, dimitte illi.

De seruo nequam. Matth.18.

ARTICVLVS LXXIIII.

Ideo assimilatum est regnum cœlorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat ei decem milia talẽta. Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum dominus eius uenundari, & uxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autẽ seruus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, et debitum dimisit ei. Matth.18. A

Ostendit q̃ æquissimum sit & necessarium, proximo errata remittere, similitudine adhibita. Hieron. Familiare est Syris, & maxime Palęstinis, ad omnem sermonem suum parabolas iungere, ut quod per simplex pręceptum ab auditoribus retineri non potuit, per similia exemplaq; teneaẽ. Agiẽ ergo de redditione duplicis rationis, & hoc secundnm duplex Dei forum: misericordię in hac uita, & iustitiæ post hanc uitam. Regnum cœloꝝ, præsentis tpis ecclesia diciẽ, in qua boni cum malis in finem usq; misti sunt. Matth.13. Regnum est, in quo sine tyrannide libere Deo seruiẽ ex amore. Diciẽ autem cœloꝝ, qa legibus cœli subijciẽ. Licet.n. in terra peregrineẽ, cœlum tamen sibi patria est. Philip.3. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Ephes.2. Non.n. estis hospites et aduenę, sed estis ciues sanctoꝝ & domestici Dei. Huius regni Christus rex. Apoc.19. Hñs in femore suo & uestimento scriptum, rex regum, & dominus dominantium. Zacha.9. Dicite filię Sion, Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator. Hic rationem ponit, conscientias singuloꝝ examinãdo, cum per spiritus sancti inspirationem, unumquenq; ad suæ Regnum quid.

conſcientiæ dĳudicationem dirigit. Ioan.16. Cum uenerit ille, arguet mũdum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio. Hiere.2. Scito & uide, q̃ malum et amarum eſt te dereliquiſſe dominum. 2. Cor.1. Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Remig. Chriſtus meritoꝝ examinator, iam per ſcripturam rationẽ cum ſeruis ponit. Exigit rõnem cum rationalis ſit, an ſecũdum rationem uixerit ut homo, an ſecundũ paſſionem deſiderĳ ut brutum. Qui ergo nunc debite factoꝝ ſuoꝝ rationẽ ponens, humiliter pœnitet, poſt in iudicio ſecure ad iudicẽ ueniet. 1. Cor.11. Si noſmetipſos dĳudicaremus, non utiq; iudicaremur. Exactam.n. tunc poſiturus eſt rationem, cum non ſolum in medium proferentur facta. Matt.16. Filius hominis uẽturus eſt in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet unicuiq; ſecundũ opera ſua. 2. Corint.5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. ut referat unuſquiſq; ꝓpria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Sed & uerba. Matt.12. De omni uerbo ocioſo quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicĳ. Immo de cogitationibus. Sapien.1. In cogitationib⁊ impĳ erit interrogatio. Hiere 17. Prauũ cor hominis & inſcrutabile, quis cognoſcet illud? Ego dominus ſcrutãs cor & ꝓbans rhenes, qui do unicuiq; iuxta uiam ſuam, & iuxta fructum adinuẽtionum ſuaꝝ. Roma.14. Vnuſquiſq; pro ſe rationem reddet. Sic exegit in paradiſo rationem ab Adam Gen.3. qui in ea deficiẽs, ſermones ad excuſandas excuſationes in peccatis multiplicando, punitus fuit. Omnes aũt ſerui ſumus magni domini, qui unicuiq; dedit ſecundum propriam uirtutem, aut unum, aut duo talẽta, &c. Matt.25. Nemo ſiquidem eſt, cui nõ concredita ſit anima ad Dei imaginẽ creata. Gene.1. Hinc.1. Corin.15. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginẽ cœleſtis. Hoc fit Deum pure cognoſcendo, ſuper omnia diligendo, & firmiter ipſi inhærendo. Eccl.10. Fili, in manſuetudine ſerua animam tuã, & da illi honorem ſecundum meritum ſuũ. Peccantem in animam ſuam quis iuſtificabit? Et quis honorificabit exhonorantem animam ſuam? Sic et corpus 1. Corin.6. Corpus autem non fornicationi, ſed domino. Non.n. eſtis ueſtri. Empti eſtis pretio magno. glorificate et portate Deum in corpore ueſtro. 1. Theſſ.4. Hęc eſt uolũtas Dei, ſanctificatio ueſtra, ut ſciat unuſq́ſq; ueſtrum uas ſuum poſſidere in ſanctificatione & honore, non in paſſione deſiderĳ, ſicut & gentes quę ignorant Deum. Tpalia, ad neceſſitatem, non uoluptatẽ explendã. 1. Timot.6. Habentes uictum & q̃bus tegamur, his contenti ſimus. Roma.13. Carnis curã ne feceritis in deſiderĳs. Rom.8. Ergo fratres debitores ſumus, nõ carni ut ſecundum carnem uiuamus. Si enim ſecundum carnẽ uixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Sic & nos bonoꝝ ſuoꝝ fecit diſpenſatores, ad proximi utilitatem. 1. Ioan.3. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & uiderit fratrem ſuum neceſſitatẽ habere & clauſerit uiſcera ſua ab eo, quõ charitas Dei manet in eo? Vnde dominus Matt.25. Quandiu uni ex minimis meis non feciſtis, nec mihi feciſtis. Demum tp̃s ad meritum, ne nobis dicatur illud Matth.20. Quid hic ſtatis tota die ocioſi? Inutilem.n. ſeruum, ligatis manibus et pedibus, iubet mitti in tenebras exteriores. Matt.25. Si damnati uel punctũ tpis haberent ad fructuoſe pœnitendum, quantam pœnam euaderent & gloriam acquirerent? Hinc Apl's. 2. Cor.6. Hortamur uos, ne in uacuum grãm

Dei

Dei recipiatis. ait enim: Tpe accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ioan. 9. Venit nox quando nemo operari potest. Incipit autem hic rationem ponere, cū nunc terrore mortis, nunc flagello conscientiæ, nūc gehennæ metu, aut similibus ad cogitādum gratiarum dissipationem compellit. Omnes aūt debitores sumus altissimi. Matt. 6. Dimitte nobis debita nostra. Roma. 3. Omnes peccauerunt, & egēt gloria Dei. In multis. n. offendimus omnes. Iacobi. 3. Decem millia talenta, plena & perfecta mandatorum est obseruatio. Roma. 13. Plenitudo legis est dilectio. Sed Iac. 2. Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omniū reus. Quid ergo agēdum? Neque. n. latere possumus. Sunt aūt tria nos offerentia. Conscietia peccati. Roma. 2. Testimonium illis reddente cōscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiā defendentium, in die cum iudicabit Deus occulta hominum secundū euangelium meum, per Iesum Christū. Gregorius: Mala hominum & cogitata nec Deus ignorat, nec obliuiscit perpetrata, nisi ab eius oculis pœnitēdo deleantur. Deus. n. quia lux est, quoties indigne aliquid mente concipimus, toties in lucem peccamus, qa ipse etiam sibi non præsentibus pręsto est: ideo in ipso peruerse gradientes impingimus, à quo per meritum longe sumus. Cū uideri nos non credimus, in sole clausos oculos tenemus; illū à nobis abscondimus, non nos illi. Esa. 59. Iniquitates uestræ diuiserunt inter uos & Deum uestrū, & peccata uestra absconderunt faciē eius à uobis, ne exaudiret. Esaiæ. 29. Væ qui profundi estis corde, ut à domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, et dicūt: Quis uidet nos? & quis nouit nos? Peruersa est hæc uestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo, nō intelligis. Quanquam Deus sit omnibus pręsens, euidentia tamen cōscientiæ peccatorē magis præsentem reddit. Nec enim prim⁹ homo latere potuit, quē conscientiæ reatus demonstrabat in publicū, tametsi uelaret pudenda folijs, & inter frutecta absconderet. Itē euidentia facti. In oppressione pusillorum. Exod. 3. Clamor filiorum Israel uenit ad me, uidique afflictionem eorum, qua ab Aegyptijs opprimuntur. Ecclesiasti. 35. Non'ne lachrymæ uiduæ ad maxillas descendunt, & exclamatio eius super deducētem eas? In peccatorū enormitate. Gene. 18. Clamor Sodomorū & Gomorræorū multiplicatus est, & peccatum eorū aggrauatum est nimis. Hinc grauitatē peccatorū Hierusalem dominus ostendens, ait Esa. 3. Peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. In seruorum defraudatione. Iac. 5. Ecce merces operariorum uestrorum, qui messuerūt regiones uestras, quæ defraudata est, clamat, & clamor eorū in aures domini sabaoth introiuit. Demū offert & accusat malitia diaboli. Apoca. 12. Proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Et nisi ipse dederit æs alienū, nisi gratiā impartitus fuerit, soluendo non sumus. Per nos. n. in peccatum cadimus, sed non per nos possumus resurgere. Psal. 93. Nisi dominus adiuuisset me, paulominus habitasset anima mea in inferno inferiori. Vēditio alienationē signat à Deo: qui. n. uenditur, alterius dominij fit. Sic peccator hic in potestatē fit diaboli, ut de peccato ruat in peccatū. Roma. 1. Propter quod tradidit illos Deus in reprobum sensum. 3. Reg 21. Igitur nō fuit alter ut Achab, qui uenundatus est ut faceret malū in con-

Quæ tria hominē in iudicio offerant.

spectu domini. Et post iustitiæ satisfaciat per pœnam, nisi præueniat faciem domini in confessione. Psal. 94. Præoccupemus faciem eius in cõfessione. Videamus nũc quid fecerit seruus uidens uinculum obligationis suæ quod debebat, & defectum restitutionis, cum quod redderet non haberet, ac iussum punitionis quo uendi debebat, queadmodum ad humiles & deuotas se conuertit preces. Chrysost. Terrere uult, ut per minas ad supplicationem inducat. Esaię. 36. Cum feceris iudicia tua in terra, iustitiã discent habitatores orbis. Redite ergo pũaricatores ad cor. Esa. 46. Quia ergo spõte noluit, coactus pœnituit, uitæ resipiscentiam & emẽdationem, & iuxta diuinę legis sanctionem satisfactionem pollicens, quasi diceret Psal. 6. Dñe, ne i furore tuo arguas me. Iob. 10. Dimitte me ergo, ut plãgã paululũ dolorẽ meum. Psal. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratũ meũ rigabo. Remigius: Vox pctõris exprimitur, poscentis tempus uiuendi, & spatium corrigendi. Procidit, cum se ipsum abijcit, cum superbã mentem & erectam inclinat. Iob. 15. Cucurrit aduersus Deũ erecto collo, et pingui ceruice armat⁹ est. sed timore iudicis ad pedes se deijcit. Oĩa. n. dedit, qui se dedit. Roma. 6. Humanũ dico propter ĩfirmitatem carnis uestræ. Sicut exhibuistis mẽbra uestra seruire immũditiæ & iniquitati ad iniquitatẽ, ita nunc exhibete mẽbra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Expectat. n. dominus ut misereaᵗ. Esa. 30. Vt conuersi, ad misericordiam recipiantur: non conuersi, iuste grauius puniantur. Eccl. 5. Altissimus. n. est patiẽs redditor. Nam Roma. 9. Deus uolens notam facere potentiã suam, & ostendere iram, sustinuit in multa patientia uasa iræ apta in interitũ, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Vasa ergo iræ in interitum apta, non præparat, sed sustinet. Ideo Apľs admonet. 2. Timo. 2. In magna domo non solum sunt uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quędam quidem in honorem, quędã autem in contumeliam. Siquis ergo emũdauerit se ab istis, erit uas in honorem, sanctificatum & utile domino, ad omne opus bonum paratum. Voluit ergo dominus seruum, reatũ suũ agnoscere, & ueniam petere. Hie re. 2. Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito & uide, quia malum & amarũ est reliquisse te dominum, & non esse timorem eius in te. Psal. 49. Arguam & statuam contra faciem tuam. Sic supplex factus est Dauid. 2. Reg. 12. Peccaui, inquit, dño. Cui Nathan: Dñs quoq; trãstulit peccatũ tuum ꝯ te. Vide ergo pœnitentiæ robur, & domini misericordiam omnia remittentis. Chysosto. Audi Dei misericordiam. petierat dilationem, & accepit remissionẽ omnium debitoꝝ. Psal. 102. Qũo miseretur pater filioꝝ, misert⁹ est dominus timentib⁹ se. Vere miserationes eius super omnia opera eius. Psal. 144. qa nõ solum electis, sed & reprobis qui ad tempus credũt, siue fructus pñiæ exercent, peccata remittit. Ezech. 18. Si impius egerit pñiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudiciũ & iustitiam, uita uiuet & non morietur. Omniũ iniquitatũ eius quas operatus est, non recordabor. Hinc domin⁹. 3. Reg. 21. Non'ne, inquit, uidisti Achab humiliatũ corãm me? qa ergo humiliatus est mei causa, non inducã malum in diebus suis. Bernardus: Sic ex toto dimisit omnem offensam, ut non damnaret ulciscendo, nec cõfunderet improperando, nec minus diligeret imputando. Quo contra plurimi, qui etsi non

ulciscantur, tamen improperant, aut non ex animo indulgent. Chrysostomus: Cur non ante ratiocinationem debitum dimisit, nisi ut ad cōseruum mansuetior fieret?

2 *Egressus autem seruus ille, inuenit unum de cōseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens, suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abijt, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt ualde: & uenerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant.*

Nullus qui in Deo manet, expers cōpassionis est: sed ille egressus erat & alienus à Deo, sicut Cain à facie domini Gene.4. non ueritus maiestatem, nec timēs potestatem, & oblitus domini erga se clementiæ. Augu. Debito liber, sed iniquitatis seruus, protinus iniecta manu exegit debitum. Attende q̄ exiguum sit ad præcedens, quo ad numerum, quia pars centesima: & quantum ad pondus, quia denarius ad talenta. Remigius: Centum denariorum debitor est, quem de cōmissis in fratrem aliquibus satisfacere oportet. Totidem & eisdem uerbis obsecrat eum, quot ille domi num. At creditor inexorabilis repulit supplicem. Augu. At iste rogauit conseruum suū, sicut ille rogauerat dominum: sed talem iste non inuenit cōseruum, qualem ille inuenit dñm. Cōtortum rapiebat ad solutionem, iam debito liber: & non solū remittere debitū noluit, sed nec dilationem dedit. Notatur tyrannica & crudelis exactio debiti, cum debitor per uim uel asperas obiurgationes ita opprimitur, ut uix excusandi uel respondendi habeat facultatem. In carcerem mittitur, cum corām iudice sistitur, ac per districtam iustitiam undiq; coarctatur, ut nullus euadendi sit locus. Noluit ergo intelligere ut bene ageret. Psal.35. sed abijt à uia æquitatis & gratiæ, mittens in carcerem diræ tribulationis, donec se plenus de iniuria uindicaret. Porrò cæteri conserui qui uiderant miram clementiam domini in seruum, ubi uidissent tātam crudelitatem conserui in cōseruum, dolore graui commoti sunt de unius culpa, & alterius pœna. Chryso. Nō solum Deo, sed & hominibus displicet crudelitas. Conserui, angeli sunt, osores mali, & amantes boni. Apoca.22. Conseruus tuus sum & fratrū tuorum, qui contra dolum persequentium, dominum implorant. Sic & iusti, zelo iustitiæ accensi, dum enormitates malorum corrigere non ualent, ad Deum suspirant. Nec paruipendenda illorum suspiria. Lucæ.18. Deus non faciet uindictā electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patiētiam habebit in illis? Dico aūt uobis, quia cito faciet uindictam illorum.

Tunc uocauit illum dominus suus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniā rogasti me. Non'ne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut et ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit illum tortoribus, quoadusq; redderet uniuersum debitum. Sic & pater meus coelestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. 3

In iudicium intrat cum seruo dominus ꝓpter misericordiam, ut ostēdat quod nō ipse, sed serui crudelitas & ingratitudo donationem irritauerit. Remig. Hæc uocatio modo fit in conscientia, sed post fiet in iudicio. Matt.20. Voca operarios, & redde illis mercedem suam. Quanquā multi nunc uocantem dñm audire nolint. Prouer.1. Vocaui, & renuistis. in iudicio tamen, uelint nolint, audiēt, & sic uoluntas ipsius plerunq; hic contempta ab hoīe & non impleta, tunc implebitur de hoīe. Chrysost. Quando decem millia talentorum debebat, non uocauit eum seruum nequā, nec conuiciatus est, sed quādo ingratus

factus est, tunc ait: Serue, non domine, nequam, nociuus in proximũ, & domino infidelis. Non'ne ego dominus tantam summã tibi donaui, non ob aliud, nisi q̃m rogasti me? Nõ igitur par erat, ut tu conseruus conseruo paululũ pecuniæ condonares, & supplicis misereris? Certe mea in te tam reces lenitas, te docere debuit lenitatem in cõseruũ. Ponit tria quæ ipsius aggrauabãt peccatum. Primũ præcepti obligatio, quia oportuit. Matt.7. Quæcunq; uultis ut faciant uobis hoĩes, & uos eadem facite eis. Naturalis inclinatio. Eccl.13. Omne animal diligit sibi simile, & oĩs homo ad similẽ sibi coniungetur. Eccl.28. Homo homini reseruat irã, & à Deo quærit medelam: in hoĩem similẽ sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Chrysost. Obstupescat cœlum, q̃m in ferarum mores humanum genus detrusum est. Diuinæ bonitatis imitatio. Sicut & ego dominus, tui serui miser⁹ sum. Vbi & modum insinuat: Nam dimisit integraliter, quia omne. Omnium (inquit Ezech.18.) Iniquitatum ipsius non recordabor. Cordialiter, nam remisi. Matth.5. Diligite inimicos uestros, & orate pro persequẽtibus & calumniantibus uos. Chrysosto. Si oderis inimicũ, amplius tibi nocuisti secundum animã, q̃ illi secũdum corpus. Illi.n.nihil noces odiens illum, teipsum uero tuo odio absq; dubio lædis. Si aũt peperceris inimico tuo, tibi amplius p̃stitisti q̃ illi. Roma.12. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potũ da illi. Hoc.n. faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Liberaliter, q̃m rogasti me. Non uendidit ut quidam, qui pecunias uel magna exigũt seruitia. Sic Petro dimissum negationis peccatum. Luc.22. Egressus foras, fleuit amare. Sic publicanus, dicẽs: Deus, propitius esto mihi peccatori, descẽdit iustificatus. Luc.18. Hinc admonet Apl's Ephe.4. Nolite contristare spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Oĩs amaritudo, & ira, et ĩdignatio, et clamor, & blasphemia tollatur à uobis cum omni malitia. Estote aũt inuicem benigni, misericordes, donantes inuicẽ, sicut & Deus donauit uobis in Christo. Colos.3. Supportantes inuicẽ & donantes uobismetipsis, siquis aduersus aliquem habet querelã: sicut & domin⁹ donauit uobis, ita et uos. Chrysost. Si graue uidetur damnum, aspicere oportet lucrum: si graue uidetur præceptum, cogita præmium, si graue sit remittere ei qui te contristauit, hoc est grauius incidere in gehennam. Nam iratus dominus, non passionis cõmotione, sed iustitiæ executione. Maxima autem est pœna, nunq̃ uidere dominum placatũ, sed dicentem Matth.25. Ite maledicti in ignem æternum. Sed quia nunq̃ reddet qđ debet, ideo nunq̃ exibit. Nã pœnam quam nunq̃ soluet, semper patietur. Ad hanc imaginem uobiscũ aget pater meus cœlestis. Illi nemo uestrum non debet plura, in quẽ nemo non frequenter delinquit, & grauiter, quo maior est is in quem delinquit, quoq; maiora ab illo beneficia accepit. Peccãt hoĩes in hoĩe, sed lõge leuiora. Hieron. Formidolosa sñia, si iuxta nostrã mentem sñia Dei flectitur atq; mutatur. Si parua fratribus nõ dimittimus, magna nobis à Deo non dimittentur. Et quia põt unusquisq; dicere, nil habeo contra eum, ipse nouit, habet Deum iudicem, nõ mihi curæ est quid agere uelit, ego ignoui ei, confirmat sñiam suam, & omnem simulationem excludit fictę pacis, dicẽs: Si nõ remiseritis de cordibus uestris. Sũt.n.qui rogantium importunitate uicti, pacem magis simulant q̃ faciunt. Psal.27. Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala

Dimittẽdi uariæ circũstantiæ.

mala autem in cordibus eorum. Pater meus, ait, nō uester. Indigni enim tales sunt, qui deum habeant patrem qui ore tantum, non corde remittūt. Cogita ergo quantū malum sit uindictæ cupiditas, quandoquidē donationem dei reuocat & irritat. Augustinus: Qui diuini beneficii oblit⁹, suas uult uindicare iniurias, non solum de futuris peccatis ueniam non merebitur, sed & præterita quæ sibi dimissa iam credebat, ad uindictam ei replicabuntur. Vbi enim homo homini iniuriam seruat, deus liuoris & retentæ iniuriæ ulciscitur uenenum, ut dicit Chrysostomus. Iacobi. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui nō fecit misericordiam. Ecci. 58. Qui uindicari uult, à dño inueniet uindictā, et peccata illi⁹ seruās seruabit. Chrysostomus: Duo sunt quæ colligere possumus, ut scilicet nosipsos peccātes culpemus, et aliorum peccata dimittamus. Nā qui sua cogitat, ad dādum conseruo ueniam, non ore solū, sed & corde facilior est. Si enim indulges, in caput illius totum malum retorquetur, ac ipse mala patietur. nō tu: sin uero grauiter feras, tunc non ab illo, sed à temetipso detrimēto afficieris: si ęquo aīo tuleris, multa lucraberis. Primo, pecatorū remissionem Ecci. 28. Relinque proximo tuo nocēti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Deinde patientiæ & pseuerantię laudem. Ecci. 28. Memorare testamentū altissimi, & despice ignorantiam proximi. Tertio, Mansuetudinem & humanitatē, ac cōmodior eris amicis. Quarto, Ipsis quoq; inimicis ac æmulis etiam si dæmones sint, uenerabilis eris. Postremo, quod omnium maximum est, dei misericordiam consequeris: & quemadmodū peccatorum ueniam, sic uirtutū maiora pręmia consequeris. Matth. 6. Si dimiseritis hoībus pctā eorum, dimittet & uobis pater uester cœlestis delicta uestra. Ecci. 28. Memento nouissimorum, & desine inimicari. Roma. 12. Nulli malum pro malo reddētes. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum.

De non sequente, & demonia eijciente, Marc. 9. Luce. 9.

ARTICVLVS LXXV.

Luc. 9. B

Respondens autem illi Ioannes, dixit: Præceptor, uidimus quendam in nomine tuo eijcientem demonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum: Et ait ad illos Iesus: Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum nos, pro uobis est.

Attēde & admirare nominis Christi uirtutē, quomodo per indignos, & eos qui non erant discipuli, gratia operetur, & solum nominatum. Ita et per sacerdotes, etiam si indigni fuerint, gratia operatur, & sanctificatur omnes. Nume. 6 Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Sic Caiphas cum esset pontifex anni illius, prophetauit quod Iesus moriturus erat non solum pro Iudæis, sed & gentibus, Ioannes. 11. Discipuli ergo adhuc rudes, cum uidissent quendam eiicientem dæmonia in Iesu nomine, inhibuerunt, cum non esset de numero duodecim, nec sequeretur Iesum. Incerti autem an recte aut secus fecissent, dominum adierunt. Mar. 9. Magister, uidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia qui non seqtur nos, & prohibuimus eum. Iesus autē ait: Nolite prohibere. Nemo est enim qui facit in nomine meo uirtutē, et possit cito male loq de me. Non est spectandum an sequatur nos, sed an pędicet nomen nostrum. Quisq; enim miraculum edit inuocato meo nomine, illustrat gloriam meā, sibiq; in posterum ius adimit male loquendi de me, cuius nomen expertus est tam efficax. Philip. 1. Dum omni modo siue per occasionem, siue per ueritatem annuncietur Christus, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Mar. 9.

Quisquis enim potum dederit uobis calicē aquæ frigidæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico uobis, non perdet mercedem suam. Non solum ergo facientes uirtutem in nomine meo, non prohibeo: sed & siquis minimum quiddam dederit uobis pro nomine meo, & susceperit nō pro humana gratia uel mundana, neutiquā perdet mercedem suam.

De aduentu Christi in Iudæam, & non timenda morte, Matthæi. 19. Marc. 10. Lucæ 12.

ARTICVLVS. LXXVI.

Matt. 19 *Et factum est cum consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & uenit in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eū turbæ multæ, & curauit eos ibi.*

Postquam huiusmodi monitis satis instruxisset animos suorum aduersus tempestatem imminentem, uenit in locum ubi primum docuerat Ioannes. Mox igitur, & huc confluunt turbæ. Iam enim sic undique fama inclaruerat ipsius, ut nusquam posset latere. nec unquam ille fatigatur benefaciendo omnibus, sanandis corporibus, docendis animis. Marc. 10. Et sicut consueuerat, iterum docebat eos.

Multis autem turbis cōcurrentibus, ita ut se inuicem conculcarēt, cœpit dicere ad discipulos suos: Attendite à fermento pharisæorum, quod est hypocrisis. Nihil enim opertum est quod non reueletur, neque absconditum quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicetur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.

Luc. 12. C Quā perniciosa & uana sit res hypocrisis, & econtra salubris ac uictoriosa ueritas, ostendit. Nam pharisæi ipsum uenari tentabant in sermone & opere, ut turbas ab illo auerterēt. at res ī diuersum euenit, sic fortis est ueritas, et dolus infirmus. Quoniam dominus nouit insanabilem esse malitiam pharisæorum & scribarum ac legisperitorum, uoluit palàm illorū hypocrisim traducere, ne quis incautus eorum simulatione falli possit, iam tum multis turbis circunstantibus & appropinquantibus. Lucæ. 6 Omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Cauete ab hypocrisi in pharisæis regnante, quæ mentem uehementer excæcat, quòd acerba sit, & plena ueteris malitiæ, & trāsformet corrumpatq́ secum hominum mentes quibus admista fuerit. 1. Corinth. 5. Nescitis quoniam modicum fermentum totam massam corrūpit? Tales ergo esse studeatis, quales haberi uultis. Nihil posthac fucatum diu latere poterit. Veniet tempus quod in apertum proferat & uestram innocentiā, & illorum malitiam, qui uos modo seductores ac maleficos calumniantur. Omnia enim uerba & cogitationes, nudæ ante iudicem in supremo illo die apparebūt: quin & in præsenti uita, multa eorum quæ occultātur, manifestari solent, quantuncunq́ tegantur hypocrisi. 1. Tim. 5. Quorundam hominū peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium, quorundā autem & subsequuntur. similiter, & facta bona manifesta sunt, & quæ aliter se habent, abscondi non possunt. Veniet enim dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, 1. Cor. 4. Quid ergo? Tūc (inquit) laus erit unicuiq́ à domino. Beati ergo quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, Psal. 31. Quare curate ut omnis uita uestra fuco careat, neq́ quicquā dicatis faciatis'ue, aut cogitetis etiam soli, quod nolitis ab omnibus sciri.

Dico autem uobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habēt amplius quod faciant. Ostendam aūt uobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennā. Ita dico uobis, hunc timete. Nonne quinque passeres ueneunt di

pondio, & unus ex illis non est in oblivione corã deo? Sed & capilli capitis uestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere. multis passeribus pluris estis uos.

2 Non omnibus, sermo ille cõgruit, sed his qui ex toto corde diligũt deũ, & dicere possunt illud Rom. 8. Quis nos separabit à charitate dei, quæ est in Christo Iesu? Tribulatio? an angustia? an fames, an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Sicut scriptum est Psal. 43. Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus, propter eum q dilexit nos. Certus sum enim, quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Offendet ueritas homines impios, fucatos imagine pietatis, sed nullius mali metus abducat uos à syncera prædicatione ueritatis euangelicæ. Extremum malorum est ut occidant, sed corpus duntaxat. At non moritur, qui mea causa occiditur. Est timor naturalis, quo naturaliter quis mala timet pœnæ. Sic dominus cœpit pauere & tædere. Marc. 14. Hic ratione moderandus. Alter mundanus, carnalis, quo immoderate corporis dãna timentur, & rerum, de quo hic. Chrysostomus: Omnia mala operatur timor, & omnia bona contemptus mortis. Si gratis post modicum morituri sumus, quare non ante modicum in causa dei cum gloria morimur, ut fiat uoluntarium, quod futurum est necessarium? Non refert quã diu uixeris, sed quàm bene. Feliciter hinc exit, qui ob nomen Christi mortem oppetit. Nec id fiet ante tempus à patre præfixum nobis, ut nihilo diutius uicturi simus, etiamsi maxime nos discruciaret metus mortis. Hinc

Timor duplex.

Esaiæ. 51. Nolite timere opprobrium hominum, nolite timere blasphemantium rabiem. Quod si metum adhibere placet in consilium, æquum est ut leuior metus cedat maiori: & ille potius timeatur, qui totum hominem nutu potest perdere. Esai. 8. Dominũ exercituum ipsum sanctificate, ipse pauor uester, & ipse terror uester. Eccl. 33. Timenti deum nõ occurrẽt mala, sed in tentatione deus illum conseruabit, & liberabit à malis. Pro. 28. Beatus homo qui semp est pauidus. Ne scilicet incidat in malum culpæ, qui timor est filialis. Psa. 110. Initium sapientię timor dñi. Sed qui timet hominem, cito corruet, Prou. 59. Animã immortalem possessionem, immortalibus subjicit pœnis, ijsq; ardentib⁹. Scito hoc loco, quod peccatoribus mors ad supplicium infertur, & in hac uita puniuntur cum occiduntur, et in alia cum in gehennam conijciuntur. Vide autem quod nõ dixit, mittit, sed potestatem habet mittẽdi. Nõ enim semper qui moriuntur peccatores, mittuntur in gehennam, sed sunt in potestate dei, ut etiam dimitti possint. Hoc autem dico, propter oblationes & distributiones quæ fiunt pro defunctis, quæ non parum cõducunt his qui nõ in grauibus peccatis mortui sunt. Ostendit non timẽdam mortem ex consideratione prouidentię diuinę. Nam qui est creator, & oĩa nouit, ac numerata habet etiã minutissima, distribuit unicuiq; qđ suę mẽsuræ cõgruit, sufferendi uires. Sap. 12 Non est. n. alius deus q̃ tu, cui cura est de omnib⁹. Tu autem dñator uirtutis cũ tranquillitate iudicas, & cũ magna reuerentia disponis nos. Subest. n. tibi, cum uolueris posse. Neq; ergo quicq̃ perit etiã uilissimorum animantiũ, nescio patre. Vos autẽ, quos ex oĩbus paucissimos delegit ad illustrandã sui nominis gloriã, adeo non negligit, ut omnes etiã capitis uestri

pilos habeat numeratos. Si itaque passer cuius pretium uilissimum est, diuinæ prouidentiæ moderamine incipit, defluit & desinit, cum sit dei creatura, quanto magis homo, cuius pretiũ sanguis est Christi, qui & ad imaginem dei creatus est? Iob. 5. Nihil in terra sine causa.

Dico autem uobis: omnis quicunque confessus fuerit me coràm hominibus, & filius hominis confitebitur illum coràm angelis dei: Qui autem negauerit me coràm hominibus, negabitur coràm angelis dei.

3 Nolite itaque metu malorum, quæ possunt homines hominibus inferre, desciscere à professiõe nominis mei, memores, per has temporarias afflictiones iter esse ad felicitatẽ æternam. Quisquis nomen meum professus fuerit hic corã hominib⁹, quod apud mundum erit inuisum & execrabile, profitebor ego illum, cum proferetur filij dei maiestas coràm angelis dei, condigne à me Chistianum uocatũ, quapropter & regni ipsum faciã participem. Ro. 10. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem fit cõfessio ad salutem, Apo. 2. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Qui autem negauerit tam uerbis quàm factis. Sunt enim q confitentur se nosse deum, factis aũt negant, Tit. 1. ego omnium iudex, protestabor in iudicio tam particulari ipsius, quàm generali omnium, non pertinere ad me huiusmodi. 2. Ti. 2. Nouit dñs qui sunt ei⁹. Siquis autem ignorat, ignorabitur, 2. Cor. 14. Mat. 7. Amen dico uobis, nescio uos, discedite à me omnes q operamini iniquitatem.

Et omnis qui dicit uerbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur.

Me uident hominem dormientem, esurientem, uidebunt & morientem. ignosci potest, siquid in me dicunt, quod in hominem potest competere. Cæterũ quod inuidia corrupti, tribuunt ea facta spiritui Beelzebub, quæ sciũt esse uirtutis diuinæ, & deum fraudãtes sua gloria, & in impios dæmones transferentes quod dei est, hæc nimirum est diabolica malitia: quæ ideo nõ impetrabit ueniam à deo, quanquàm ad miserendum propensissimo, quia nescit pœnitere. Obserua irremissibile dici trifariã. Negatiue, quod nullo modo est remissibile, ut peccatum dæmonum & damnatorum æternaliter. Priuatiue, quod non habet aptitudinem ut remittatur: sic omne mortale peccatum dicitur irremissibile. Contrarie, quod habet dispositionem contrariam remissibilitati: sic peccata in spiritum sanctum excludunt ea, quibus remissio fit culparum, hoc est, misericordiam & gratiam diuinam, impugnando agnitam ueritatem. *Irremissibile quotuplex.*

Cum autem inducent uos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit uos in ipsa hora, quid oporteat uos dicere.

Duplex nostra infirmitas: nam uel propter timorem pœnarum martyrium fugimus. hinc dixit non metuendos qui corpus occidunt, cũ animam immortalem occidere non possint, Mat. 10. uel ob simplicitatem: ob id dicit, non nos, sed spiritum sanctum tunc locuturum. Nam alius tunc cõcionãdi modus, & non nostrũ, sed dei bellum est. Quãuis autem estis, ait, idiotæ, tenues & humiles, non est quod metuatis mundi tumultum aduersum uos. Sufficit spũs dei benignus ac simplex, aduersus omnẽ uel fraudem uel uiolentiã huius mundi. Ro. 8. Ipse spiritus adiuuat infirmitatẽ nostram. Semper erit in promptu ueritatis simplex oratio: hanc, quoties erit opus, suppeditabit uobis spirit⁹ sanctus. Lucæ. 21. Ego dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere & resistere omnes aduersarij uestri. Hinc de Stephano legimus

mus Act.6.Non poterant contradicere sapientiæ & spiritui qui loquebat. Et Act.4. Videntes Petri, & Ioannis constantiam, comperto quod homines essent sine literis & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos quoniam cum Iesu erant.

Ait autem illi quidam de turba: Magister, dic fratri meo, ut diuidat mecum hæreditatem. Et dixit ei: Homo, quis me constituit iudicē & diuisorē super vos? Dixitque ad illos: Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquā vita eius est ex ijs quæ possidet.

Quemadmodum terror iudiciorū nonnullos transuersos abducit à synceritate professionis euangelicæ, ita multos pecuniæ studium corrumpit. Cum enim esset frequentissima turba circa Iesum, neque quisquam antehac tam humilem ausus fuisset ab illo rem petere, hic auaritiæ stimulatus morbo, irrupit. Dominus autem docere uolens contemnere temporalia, & in his non multum occupari, neque ob hæc contendere cum fratribus, sed magis cedendum auaritiæ, ait: Quis me constituit iudicem inter uos, dissidentes de re leui ac mox perituraʔ Ambrosius: Non dignatur iudex esse litium, aut arbiter facultatū, qui uiuorum, & mortuorum habet iudicium. An mundus hic non habet iudices suos, qui lites tam humiles dirimantʔ Mihi non est delegatum, ut hic aut ille ditescat hæreditate, sed ut omnes perueniant ad æternam hæreditatem. 2.Timo.2. Nemo militans deo, implicat se negocijs secularibus ut placeat ei cui se probauit. Act.6. Nō est æquum nos derelinquere uerbum dei, & ministrare mensis. Hinc Apostolus. 1.Cor.6. Iam quidem omnino delictum est inter uos, quod iudicia habetis. Quare non magis iniuriā accipitisʔ quare non magis fraudem patiminiʔ Sed uos iniuriam facitis, et fraudatis, & hoc fratribus. An nescitis quia iniqui regnum dei non possidebuntʔ Matt.5. Ei qui uult tecum in iudicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte & palliū. Deinde uersus ad discipulos ac cæteros qui aderant, cœpit eos exemplo dehortari interpellatoris à studio diuitiarū, nō quod per se malæ sint, sed quod in his præcipuū uitæ præsidium ponere, & harum studio à melioribus, & ab his quæ ad æternam pertinent felicitatem, reuocari, stultitia sit. Cauete, inquit, ab omni auaritia, tanquam à diaboli fomēto. 1.Timo.6. Nam qui diuites fieri uolunt, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa & inutilia & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omniū malorum est cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem homo dei hæc fuge. Eccl.10. Auaro nihil est scelestius. Nihil est iniquius quā amare pecuniam. Hic enim uenalem habet animā suam, quoniā in uita sua proiecit intima sua. Est.n. auaritia immoderatus amor temporalium. Frequēter.n. sub prætextu necessitatis ac prouidentiæ, obrepit triste uitium, quod semel admissum, abducit hominem in omne uitium. Non enim abundantia facit felicitatem, sed potius ad solicitudinem & cōtemptum eorū quæ uel sola quærenda sunt. Siquidem naturæ necessitas exiguo placatur. Seneca. Quæris quis sit diuitiarū modusʔ primo habere quod naturæ est, secundo, quod satis est. Nulli secura potest cōtingere uita, qui de prouidenda re nimis solicitatur. Neque.n. qui multa possidet, diutius uiuit: neque comitatur diuitiarum multitudinem uitæ lōgæuitas. Cur igitur affligeris manifeste pro incerta quieteʔ Hinc auaritia idolorum dicitur seruitus. Ephe.5. Sed conqueritur dn̄s per Esa.1. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Hier.6. A minore quippe usque

Auaritia quid.

ad maiorē omnes auaritiæ student: & à propheta usque ad sacerdotem, cuncti faciunt dolum.

De diuite fructuum abundantiam habente, & inutili solicitudine, Luc. 12.

ARTICVLVS LXXVII.

Luc. 12. *Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis uberes fructus ager attulit, et cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit: hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ: Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare.* D

Vide quomodo describit nobis insatiabilis stulti diuitis cogitationes. Deus enim sua bonitate dedit ubertatē fructuum, ut sunt annui prouentus impares: uerū deus occulto suo iudicio ac iusto, & malis prospera concedit, quo sua munificentia ipsos ad sui imitationē ut sint misericordes inducat. Verum hic tā immisericors erat, ut anteꝙ̃ ea recepisset, clauderet. Nihil interim cogitauit de subleuanda proximorum egestate, non de erogando. Ait apud se: Annonæ ubertas maior est, quàm horrea mea sufficiant recondendis ĳs quæ prouenerunt. Vide nunc diuitiarum uoluptates. Quid enim lucramur ex eo quòd plura congregamus? Quietem enim nō lucramur. id manifestum à curis. tantum autem peccatorum multitudinem nobis accumulamus. August. Diues auarus omnem formidat hominem. uidet diuitem, & putat prædonem: uidet pauperem, & suspicaē furem. Quòd si charitatem adhibuisset in consilium, cum sic æstuaret animo, dixisset illi: Circunspice quā multis desit quod tibi superest. Agnosce cui etiam debeas anni tui istam felicitatem. Sortem indulsit de⁹, unde colligas usuram operum cœlestium. Sed quoniam stultitiam & incogitātiam maluit adhibere in consilium, huius impulsu dixit: Destruam horrea. Vide insatiabilem stultitiam. Quòd si regio plures in posterum fructus attulerit, iterum illa destruemus, et alia ædificabimus. Et quę utilitas destruē di & extruendi? Habes pauperum uētres horrea, quæ multa capere possunt, quæꝗ; incorruptibilia sunt, cœlestia enim sunt, & diuina: quandoquidem qui pascit pauperem, pascit deum. Vide & aliam insipientiam. Illuc, inquit, congregabo, nequid pereat eorum quæ nata sunt mihi, quasi non essent dei dona, nec alĳs communicanda. Ambro. Non sunt bona hominis, quæ ferre secum nō potest. Grego. Non est hominis terrena possessio, sed cœlestis. Constabilitis autē & in tuto positis omnibus, securus omnium dicam. Hæc cæcitas auarorum, qua sibi longam promittunē uitam. Iaco. 4. Ecce nunc qui dicitis, hodie aut crastino ibimus ad illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus, qui ignoratis quid erit in crastinum. Quę enim est uita nostra? Vapor est ad modicum parens. Tanguntur quatuor uitia diuitias concomitātia. Ociositas, requiesce. Gulositas, comede. Ebrietas, bibe. Voluptas, epulare. Euge quales animæ diuitis affe- ctiones. Nā comedere, bibere, irrationalis animæ ęst bonum: igitur cum talem sortitus sit animam, merito ei talia tribuit. Rationalis animę bonū, est intelligere, ratiocinari, lætari in lege dn̄i & in bonis cogitationibus. Indicauit autem dn̄s clare affectiones libidinosas & intēperatas, ꝗ̄ satietatē ciboꝝ & potuū comitātur. Vere prudētia carnis, mors est, Rom. 8.

Vitia diuitias comitātia quot

Dixit aūt illi deus: Stulte, hac nocte repetent à te animā tuā: quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in deū diues.

Hoc somnium diutinæ felicitatis cum diues ille uersaret in animo, uenit subito ad illum uox: Stulte, cum I

ipsa uita tua sit tibi incerta, cur recõdis in multos annos, cum his quæ reponis, frui nõ possis nisi in hac uita, quæ nulli uel ad unũ diem certa est? Quo ergo pacto non est insipiẽs, qui ignorat uel cogitare negligit, quod uitæ mensura apud solum deum sit, nec sibi quisquã suam uitam definire possit? Repetẽt, inquit, sicut exactores terribiles, te etiã inuito, utpote propter uitæ præsentis immodicum amorem reluctante. A iusto non repetitur aïa, sed ille gaudens eam commendat domino, utpote cupiens dissolui & esse cum Christo, Philip. 1. Nocte autem repetent, quia non habent lumen diuinę scientiæ sibi fulgens: sed cum est in nocte cupiditatis diuitiarũ, & ab illa obtenebratur, morte comprehenditur. Eccẽs. 9. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehendũtur sic capiuntur homines in tẽpore malo, cum eis extẽplo superuenerit. Sic Nabuchodonosor ĩ aula Babylonis ambulans, & dicens, non'ne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei? cum sermo adhuc esset in ore suo, uox de cœlo uenit: Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, regnum tuum transibit à te, & ab hominibus ejciẽt te, & cum bestijs & feris erit habitatio tua. Cuius erunt parata? Certe nõ tua erunt. Hæredi oportet relinquas, aut siquis alius occupet. Psa. 38. Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te. Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens. Veruntamẽ in imagine pertransit homo, sed & frustra cõturbatur. Thesaurizat, & ignorat cui cõgregabit ea. Eccĩ. 11. Est qui locupletatur parce agendo: & hęc est pars mercedis illius ĩ eo quod dicit, Inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus: et nescit quod tẽpus prætereat illum, & mors appropinquet, & relinquat oĩa alijs, & moriatur. 1. Ti. 6. Nihil intulimus in hunc mũdum, haud dubium quia nec auferre quid possumus. In deum non est diues, qui proprię utilitati, & nõ dei honori & uolũtati, qui in suis membris cupit refocillari, consulere studet. Beda: In deũ diues est, qui sua pauperibus distribuit. Ambro. Sola uirtus, comes est defunctorum. sola nos sequitur misericordia, quę defunctis tabernacula promeretur æterna. Lu. 16. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Psal. 75. Turbati sunt omnes insipientes corde, dormierunt somnum suũ, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis.

In deũ nõ diues quis

Dixitq; ad discipulos suos: Ideo dico uobis, nolite soliciti esse animæ uestræ quid manducetis, neque corpori uestro quid induamini. Anima enim plus est quã esca, & corpus plus quã uestimentum. Considerate coruos, quia non seminant neq; metunt, quibus non est cellarium neq; horreũ, & deus pascit illos. Quanto magis uos pluris estis illis? Quis autem uestrum cogitans, potest ad staturam suam adijcere cubitum unum? Si ergo nec quod minimum est potestis, quid de cæteris soliciti estis?

3 Quemadmodum diabolus à paruis incipit, ut in grauiora mala faciat incidere, ita ediuerso dñs resoluit eius opera. 1. Ioã. 3. In hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli. Primũ enim magna peccata fugat, deinde etiam principia eorum ostẽdit. Hinc auaritia prohibita, eius radicem solicitudinem amputat. Obserua esse solicitudinem stultitiæ, qua quis anxie cruciatur, quasi non sit prouidentia diuina. Hanc ablegat hic dominus. Prouerbi. 11. Expectatio solicitorum peribit. Philipp. 4. Nihil soliciti sitis, sed in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarum actione petitiones uestræ innotescant apud deum.

Altera prudentiæ, qua temporalia ad spiritualia ordinantur. Rom. 12. Qui præest, in solicitudine. Solicitudinem à deo retrahentem resecat & abducẽtem. Non enim talis solicitudo, solis necessarijs contenta est, sed semper amplius quærit & maius. Qui autem laborat, & spem in deo ponit, is citra talem solicitudinem uiuit. Psalmo. 127. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Anima pretiosior est cibo, quanquam sine cibo nõ durat in corporis domicilio. Quia ergo absque nostra solicitudine nobis corpus dedit, & animam, & de cibo & tegumento prouidebit non solicitis, qui nec irrationalia prouisione sua destituit. Psalm. 103. Omnia à te expectãt, ut des illis escam in tempore. Dante te illis, colligent: aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem, turbabũtur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Iob. 38. Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad deum, uagientes eo ꝙ non habent cibos? Quid, quòd nõ solum diffidentiæ est, sed & stultitiæ, anxie distorqueri cura rerum huiusmodi? Stultum enim est, solicitudine nihil profutura discruciari. Nemo solicitudine sua uitam suam reddet uno die longiorem. Quid, quòd neque corporis modus quidem aut figura nobis in manu est?

Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Dico autem uobis, quia nec Salomon in omni gloria sua uestiebatur sicut unũ ex istis. Si autem fœnum quod hodie in agro est, & cras in clibanum mittitur, deus sic uestit, quanto magis uos pusillæ fidei? Et uos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autẽ uester scit quoniam his indigetis. Veruntamen quærite primum regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis.

Lilia sine omni humano crescunt adminiculo, nec tamen Salomon in omni statu suo inclyto & glorioso, eorum pulchritudini comparari potuit. Beda: Quæ regum purpura, quæ pictura textricum floribꝰ in pulchritudine comparari potest? Si deus tanta prouidentia uestit herbam, etiam uulgo nascentẽ, & mox perituram, & q̃ hodie uiret in agro, cras arefacta conijcitur in clibanũ: quanto magis uos nõ sinet esse nudos, ô parũ fidentes? Scit. n. pater uester, quod his quæ pertinent ad corporis alendi tegẽdiq́ necessitatem, indigetis. Si pater, quomodo ergo non daret? Nam scit, quomodo enim ignoraret? Sed & quibus opus habetis, quare non dabit superflua. Heb. 13. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus. ipse. n. ait: Non te deseram, neq; derelinquam. Psa. 54 Iacta super dominum curam tuam, & ipse te enutriet. 1. Petri. 5. Humiliamini sub potenti manu dei, ut uos exaltet in die uisitationis, omnem solicitudinem proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de uobis. Augustinus: Scit cœlestis medicus, quid nobis daturus sit ad consolationẽ, quid ue subtracturus sit ad exercitationẽ. Sic Iob & Tobiæ, temporalia ad tempus subtraxit. Tobiæ. 12. Quia acceptus eras deo, necesse fuit ut tentatio probaret te. Videat sibi quisque, an ad Christum, uel gentes mundi pertineat, quæ diligunt ea quæ mundi sunt. Prima ergo cura sit promerendi regni dei, huius iustitiam ante omnia quærite, sitam in his rebus quæ docui uos ante: & toto animo hoc agite, quod est omnium maximum: temporalium. solicitudinem reijcite ab hoc abducentem, & nolite in sublime tolli. Roma. 11. Noli altum sapere, sed time. 1. Tim. 6. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, qui præstat no-

bis oĩa abunde ad fruẽdum. Psal.36. Iunior fui, etenim senui, & non uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Plura de his quære supra articulo.26.43.

Luca 12. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare nobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite uobis sacculos qui non ueterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis, quo fur non appropiat, neq; tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus uester est, ibi & cor uestrum erit.*

F

Ostendit ꝙ magni apud Deũ sint meriti, qui sibi ipsis per humilitatẽ, & mundo ob simplicitatẽ uilescunt. Nequa uos res, inquit, terreat pusille grex. Pauci estis, humiles estis, idiotæ estis, nullis opibus, nulla potẽtia, nullis armis, nullis copijs instructi estis, aduersus mundum hũc impiũ, & omni genere machinarũ in uos coorituru m:non est tamen quod formidetis. Sic complacitum est patri uestro, reiectis potẽtibus, doctis & elatis, uobis iuxta mundum abiectissimis dare regnum hoc, quod arcanis opibus animorũ, quod cœlestib⁹ prę sidijs inuictum est. Iac.2 Non'ne pauperes elegit Deus in hoc mundo, diuites in fide & hæredes regni, quod repromisit Deus diligẽtibus se? 1.Corin.1. Videte uocationem uestrã fratres, quia non multi sapientes secundum carnẽ, non multi potentes, non multi nobiles, sed quę stulta sũt mũdi elegit Deus, ut confundat sapientes: & quæ infirma sunt mundi, elegit Deus, ut cõfundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut non glorietur oĩs caro in conspectu eius. Luc.1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Superbo.n.angelo cũ suis deiecto, subuexit i locũ humiles. Iob.5. Qui ponit humiles ĩ sublimi, & mœrentes erigit sospitate. Omnem ergo à suis aufert diffidentię occasionem. Qui.n.regnum dare uult cœlorũ, terrena necessaria non negabit. Obserua ꝙ pusillis, complacitum est patri dare, non superbis. Matt.11. Confiteor tibi pater domine cœli & terrę, quia abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater, qm̃ sic placitum fuit ante te. Si ergo Deus ꝓ nobis, quis cõtra nos? Roma.8. Qui etiam proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, qũo non etiam omnia nobis cum illo donauit? Ephes.1. In quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostrę, in redemptionem acquisitionis, in laude gloriæ ipsius. Sic nonnunꝗ diuino iudicio & hic humiles, superbis eiectis, in regni fastigium subuehuntur. Eccl.10. Sedes ducũ superborũ destruxit dominus, & sedere fecit humiles pro eis. Vnde 1.Regũ,15. Non'ne cũ paruulus esses in oculis tuis, caput in tribub⁹ Israel factus es? Pro eo ergo ꝙ abiecisti sermonem domini, abiecit te dominus ne sis rex. Hinc in locum est electus ipsius, humilis Dauid, qui ait. 2.Regum.6. Ludam et uilior fiam plusꝗ factus sum, & ero humilis in oculis meis. Non possunt diuitiæ magis in tuto collocari, non possunt maiore certioreꝗ cũ fœnore collocari, ꝗ in usus pauperum. Qui.n.dat eleemosynam, Deo fœneratur. Prouer.19. Fœneratur domino qui miseretur pauperis, & uicissitudinem suam reddet illi. Qui non potest falli, & ut diues est ac benignus, pro uilibus reddet pretiosissima, pro terrenis cœlestia, pro fluxis ac mox auferẽdis æterna. Luc.16. Facite uobis amicos de mãmona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Hinc Nabuchodonosor ait Daniel: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas eleemosynis pauperũ. Danie.4. Obserua quod ait, quæ

possidetis, nõ quę rapuistis. Ecci. 34. Qui offert sacrificium ex substantia pauperis, quasi qui uictimat filium in conspectu patris sui. Panis egentiũ, uita pauperis est: qui defraudat illũ, est homo sanguinis. Qui aufert in sudore panẽ, quasi qui occidit proximum suum. Ideo Prouer. 3. Honora dominum de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus: & implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia redundabunt. Basilius: Si fateris tpalia tibi diuinitus puenisse, an iniustus est Deus, inęqualiter nobis res distribuens? Cur tu abũdas, ille uero mendicat, nisi ut tu bonæ dispensationis merita consequaris, ille uero patientiæ brachio decoretur? Hinc Iob. 31. De uelleribus ouiũ mearum calefactus est pauper. Sic Zachæus ait Luc. 19. Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperib9: & siquid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Vide Arti. 96. I. 3. Persuadet rationibus quibus contradici non potest. nam in cœlo corrumpi non possunt, neq; per furem tolli quæ non corrumpuntur, ut aurum & argentũ. Sacculos, ait, non ueterascentes. Quod. n. antiquatur & senescit, prope interitũ est. Hebr. 8. Vnde Aggæi. 1. Et qui mercedes congregat, misit eas in sacculum pertusum. Eccles. 5. Auarus non implebitur pecunia. Thesaurum nõ de-
3 ficientem. Matth. 19. Vade & uende omnia quę habes, & da pauperibus, et habebis thesaurum in cœlo. Sed sunt qui non in cœlo, sed in terra thesaurizant. Baruch. 3. Qui argentum thesaurizant & aurũ, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum: qui argentum fabricant, & soliciti sunt, nec est inuentio operum illorum, exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum exurrexerunt. Sed nihil proderunt thesauri impietatis. Iustitia uero liberabit à morte. Prouerbio. 10. Hinc admonet Eccũs. 29. Pone thesaurum tuũ in præceptis altissimi, & proderit tibi magis q̃ aurum. Conclude eleemosynã in corde pauperis, & hæc p te exorabit ab omni malo. Sapiẽ. 7. Infinitus thesaurus est hominib9, quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona cõmendati. Loquitur de sapientia. His opibus ergo ditescere studete. Tertium addit, qa istuc ipsum, habere cor addictum thesauro corruptibili, & animam quæ diuina est possessio, injcere terræ, per se quanto supplicio fuerit dignum? Quod. n. quis uehementer amat, eius nõ potest obliuisci, cũ ibi cor suum habeat. August. Anima plus est ubi amat, q̃ ubi animat. Psalmo. 72. Quid. n. mihi est in cœlo? & à te quid uolui super terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in ęternum. Felix qui illò thesaurũ suũ collocauit. Matt. 13. Simile est regnũ cœlorum thesauro abscõdito in agro: quẽ qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius uadit, & uendit uniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Hoc inuento, patres relicta patria peregrinati sunt in terra nõ sua. Heb. 11. Iuxta fidem defuncti sũt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Qui. n. hoc dicunt, significãt se patriam inquirere. Et si qdem ipsius meminissent de qua exierunt, habebãt utiq; tempus reuertendi. Nũc aũt meliorem appetũt. i. cœlestẽ. Fide Moses grãdiusculus factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligẽs affligi cum populo Dei, q̃ tpalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum improperium Christi, aspiciebat. n. in remuneratorem. 2. Timo. 4. Bonum certamen certaui, cursum cõsummaui, finus

dem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitię, quā reddet mihi dominus in illa die, iustus iudex. Nō solum autem mihi, sed & his qui di ligunt aduentum eius. Sed ubi reposi ta? 1. Pet. 1. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secun dum misericordiam suam magnam, regenerauit nos in spem uiuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cœlis, in uobis qui in uirtute dei custodimini per fidem, in salutem paratam reuelari in nouissimo tēpore. In quo exultabitis, modicum nunc si contristari oportet in uarijs tentationibus, ut probatio uestræ fidei multo pretiosior sit auro quod per ignem probatur. Ibi ergo merito cor nostrū. Prouer. 23. Præbe mihi fili cor tuū. Si ibi esset cor, haud dubium quin & uerba & opera. Luc. 6. Bonus homo, de bono thesauro cordis sui profert bonum. Phil. 3. Nostra cōuersatio in cœlis est. Et digne quidem. Ephes. 2. Nō estis hospites & peregrini, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei. Sed Luc. 6. Malus homo de malo thesauro profert malū. Matt. 12. Progenies uiperarū, quō potestis bona loqui cū sitis mali? Phil. 3. Quorū Deus uenter est, & gloria in cōfusione ipsorū, qui terrena sapiunt. Ob id admonet Colos. 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedēs: quę sursum sunt sapite, non quę super terrā. In ipso.n. sunt omnes thesauri sapientiæ & scientię reconditi. Col. 2. Ideo Philip. 3. Verūtamen existimo omnia detrimentum esse, ꝓpter eminentem scientiā Iesu Christi domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam.

F *Dicebat autem ad turbas; Cum uideritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis: Nimbus uenit, & statim fit. Et cum austrum flantem, dicitis quia æstas erit, & ita fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à uobismetipsis non iudicatis quod iustum est?*

Dominus cōuersus ad turbas, ait: Cur non pręparatis animos uestros regno Dei qđ in ꝓximo est? Quemadmodū aeris qualitates cognoscitis, sic oportebat & meum aduentū cognoscere, ex ijs quæ dicuntur & quę à me fiunt. An non sentitis tot indicijs rerū īminere? O hypocritę, omnia uestra fucata sunt. qualis est uestra sanctimonia, talis & scientia. In his quę sunt huius mundi, sapitis: in his quę sunt ęternitatis, nihil sapitis. Obseruatis faciem cœli & terræ. Scitis quid prophetæ ꝓmiserunt, uidetis & auditis tanta & tam multa quę gerūtur, & dicuntur inter uos, & nondū ex uobis ipsis cōiectatis adesse tempus ꝓmissum. Gene. 49. Non auferetē sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentiū. Danie. 9. tempus ponitur hebdomadarū. Esaię. 35. Deus ipse ueniet & saluabit nos. Tūc aperientur oculi cæcorū, & aures surdorū patebūt: tunc saliet sicut ceruus claudus, et aperta erit lingua mutorū. Ioan. 15. Si nō uenissem, & locutus eis nō fuissem, peccatum non haberent. Si opera non fecissem eis, quæ nemo alius fecit, peccatū nō haberent. Nunc autem & uiderunt, & oderunt, & me & patrem meum. Orige. Nisi eēt nobis naturaliter insitum, iudicare quod iustū est, nunꝗ saluator istud ꝓsecutus fuisset, quare non ex seipsis iudicarent hoc. Sic Apl's Roma. 2. Cum.n. gentes quę legem non habēt, naturaliter ea quę legis sunt, faciunt, eiusmodi legem nō habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendūt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis con-

nus euenire illi, ut posteris daretur exemplum patiētiæ eius, sicut & sancti Iob. Iac.5. Exemplum accipite fratres exitus mali, & longanimitatis, & laboris, & patientiæ, ꝓphetas qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt.

2 *Dicebat autem hāc similitudinē: Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea sua: & uenit quærens fructum in illa, et non inuenit. Dixit autem ad cultorem uineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo ueni, quærens fructum in ficulnea hac, & nō inuenio. Succide ergo illam, ut quid etiam terram occupat?*

Qui lenitate Dei abutuntur ad licentius peccandum, memores sint, hoc grauiorē uenturā ultionem, quo serius uenit. Roma.2. Ignoras q̄m benignitas Dei ad pniam te adducit? secundum duritiā aūt tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuiq; secūdum opera sua. Hāc snīam quo dominus altius īfigeret animis crassæ multitudinis, adiecit similitudinem ad rem accommodam. Qua licet Iudæoꝝ gentē, toties ad meliora prouocatam, per Mosen, prophetas, demum per Christū, tamen quia perstitit in obstinata malitia, nec fructus fidei bona opa protulit, funditus excidendam peculiariter notauit, tamen in genere cōmonuit omnes, ne Deum prouocantem ad pniam, negligerent. Matth.3. Oīs ergo arbor quæ nō facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittet. Ephe.2. Ipsius.n. sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quę præparauit Deus, ut in illis ambulemus. Dicit Deus quærere in nobis fructum, non quod ignoret infœcūditatem maloꝝ, sed quo suam ad nos prouidentiam diligentiamq; demonstret, & humanam declaret ignauiam. Iob.24. Dedit ei locum pnię, et ipse abutitur eo in superbia. Psal.13. Dn̄s de cœlo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligens aut requirēs Deum. Vt quid locum mansionis suæ bonis operibus non adornat? Vmbra officiens uiti, & succum ad se trahens, quo poterāt aliæ arbores frugiferæ, excidatur. Infirmitatem imitit, quasi excidere uolens, cū fructum non inuenit (cum tales nec sibi nec aliis prosint, obsint autē magis) uel alia pericula, tunc aūt clamamus. Sine o domine etiam hoc anno, & pniam agemus. Hoc significat fodere, & stercora ponere. Dolorosa.n. peccatoꝝ recordatio, & deploratio, mentis agrum impinguat atq; fœcūdat. Hiere.2. Scito & uide, quia malū & amarum est dereliquisse te dn̄m, & non esse timorem eius in te. Siquidem fructū fecerit, res bene gesta est. Roma.11. Vide bonitatem & seueritatem Dei. In eos quidem qui ceciderūt, seueritatem: in te aūt bonitatem Dei, si permanseris in bonitate. Alioqui & tu excideris. Ioan.15. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum.

De muliere incuruata. Luc 13.

ARTICVLVS LXXIX.

Erat autem in synagoga eorum docens sabbatis. Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum uidisset Iesus, uocauit ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum. Luca.13. H

Vbiq; dominus & docendo & sanando, simplicium corda ad Dei laudem excitat: sed pharisæi ambitione excęcati, magis ac magis inuidia agitabantur, gloriam domini oppugnātes. Docuit in synagogis. nihil pudēdum timendum'ue habens. Ioan.18. Ego semper docui in synagoga, & in templo quo oēs Iudæi conueniūt, & in occulto locutus sum nihil. Docuit sabbatis. Sic die festo legerūt in libro legis Dei distincte & aperte ad intelligendum, & intellexerunt, cum

legeretur. Erat autē Esdras sacerdos & Leuitæ interpretantes in populo. Neem.8. Obtulit se occasio cōfirmādæ doctrinæ. Nam mulier Deo permittēte afflicta, uel ob peccata, sicut Saul.1.Reg.16. Spiritus autem domini recessit a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam à dño. Vel ob profectum, ut Iob.1. Sic ab initio nobis author fuit, ut ab incorruptione in qua conditi fuimus, excideremus, & infirmo passionumq; capaci corpori alligati essemus, sed dominus suo contactu sanat. Nam clementissimus primum illam suis oculis intuitus est, qđ mox secuturæ salutis omen fuit. Nec hoc cōtentus, ultro uocauit ad se, quo & cunctis miraculum innotesceret ad Dei laudem & honorē. Felix quemcūq; accersierit ad se Iesus, & felix qui audit uocantem: Neminē enim nō accersit. Matt.11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā uos. Sed Prouer.1. Quia uocaui, & renuistis: extēdi manum meam, & nō fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu uestro ridebo, & subsannabo cum uobis id quod timebatis aduenerit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando uenerit sup uos tribulatio & angustia. Tūc inuocabunt me, & non exaudiā: mane consurgent, & non inuenient me. Ideo Prouer.8. Beatus homo qui audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet uitā, & hauriet salutē à domino. Non dedignatur eam dominus sui sacri corporis cōtactu. Lucæ.6. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Erecta est, & agnoscēs cœleste beneficium, glorificabat Deum. Nihil.n. aliud Deo retribuere pro beneficijs possum⁹, nisi ut grati sim⁹. Psal.102. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas.

Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari. In his ergo uenite, & curamini, & non in die sabbati. Respondit, autem dominus ad illum, & dixit: Hypocritæ, unusquisq; uestrum sabbato non soluit bouē suū, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solui à uinculo isto in die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in uniuersis, quæ gloriose fiebant ab eo.

Archisynagogus ueluti rē magnā docturus, uertit ad se ppl'm & cōcionem. Sabbatum, īquit, uiolare nefas est. Chrysost. Non indignabatur uere ob sabbati uiolationem, sed Christi gloriam. Non.n. charitatis opera illo die inhibita erāt, sed seruilia. Ambrosius: Deus septimo die ab operibus mūdi quieuit, non ab oī operatiōe cū sempiterna & iugis sit operatio ei⁹, sicut ipse filius ait Ioan.5. Pater meus usq; modo operatur, & ego operor, ut ad Dei similitudinē, secularia nostra opera, non religiosa, cessarent. Non tulit ergo dominus tam stolidam pharisæi uocem, qui sabbatum non in hoc considerat, ut iuuando proximo cessaretur, sed à malefactis esset perpetua quies, quā illa sabbatorum ocia figurabāt. Esa.1. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Hypocritę, inquit, qui neglecta ui legis corticem dūtaxat urgetis, ac speciem iustitiæ præ uobis geritis, cum procul sitis à uera pietate. Si iudicatis non uiolari sabbatum ob beneficium quod muro iumento impenditur, mihi ueluti facinus atrox impingitis, quod hanc Abrahæ filiam soluerim. Si opus interdicitur sabbato,

uter plus operis facit, qui soluit asinum,& ducit ad aquam,an ego, qui solo uerbo & cōtactu sanaui totam mulierem?Hic sermo Iesu,qm̄ perspicuam habebat ueritatem, & ad sensum cōmunem etiam humanæ naturæ consentaneum, pudorem incussit obtrectatoribus illis. Dolebāt.n.aliquid suæ gloriæ decedere apud multitudinem, apud quam eatenus sese uenditarant. At turbæ ex miraculis utilitatem percipientes, gaudebant, maxime q̄ sanationibus fruerentur.

De diuortio.Matth.19 Marc.10.Luca.16.

ARTICVLVS LXXX.

Matt.19. *Et accesserunt ad eum pharisei, tentātes eum, & dicētes: Si licet homini dimittere uxorem suā,*
1 *quacunq; ex causa? Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.*

Rursus uisis tot prodigijs ac studio multitudinis erga Iesum, recruduit pharisæorum īuidia,qui callide & insidiose adorti sunt eum. Hiero. Vt quasi cornuto syllogismo teneāt eū. & quodcunq; r̄nderit, pateat captioni. Si diceret quacūq; ex causa dimittendas,& alias accipiēdas, pudicitię p̄dicator uidebit̄ sibi cōtrari⁹,& libidinis fautor. Si nō, q̄si sacrilegij reus tenebitur, & aduersus doctrinā Mosi,ac Dei facere iudicabit̄. Deut.24. Si acceperit homo uxorem, & odio habuerit eam,& non inuenerit grām in oculis eius p̄pter aliquam fœditatē, scribet libellū repudij,& dabit in manu illius,et dimittet eā de domo sua. Mala.2. Cū odio habuero eā,dimitte,dicit dn̄s Deus Israel. Operiet aūt iniquitas uestimentū eius, dicit dn̄s exercitum. Credebant se dn̄m quæstionibus reddere p̄plexiorē,et pp̄ī̄n ab eo posse auertere. Dn̄s autem ita temperat r̄n̄sum, ut nec Mosi lædat authoritatem,nec suū dogma recantet,& pharisæis legisperitis authoritate legis os obturet,& prudētes caperet sua ipsorum uersutia, nam ex lege parauerant laqueum. Mar.10. At ille r̄ndens,dixit eis. Quid uobis pręcepit Moses? Qui dixerunt: Moses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quib⁹ dn̄s: Nō legistis uos pharisæi, qui cæteros & doctrina & religione pręcedere uidemini, quod cum Deus cōderet hoīum genus, sic īstituit primū coniugiū, ut unus uni indissolubili copula iungeret? Hiero. Ostendit secunda uitanda cōnubia, nō ait masculum & fœminas, quod priorum repudio quærebatur, sed masculum & fœminam,ut unius coniugis consortia necterent. Adhærebit uxori,non uxoribus. Præmium nuptiarum,ē duobus unam carnē fieri,ut tam præter naturā sit,uxorem à uiro diuellere,q̄ membrum à corpore rescindere. Quid ergo Deus tam arcto uinculo cōnexuit,ut iam corpore & aīo cōglutinati, non sint duo hoīes, sed unus homo,ut tristiū,ac lętorum oīum sit inter eos cōmunio,homo nō separet. Ephe.5. Itaq; uiri debent diligere uxores suas ut corpora sua. Qui suā uxorē diligit seipsum diligit. Nemo unq̄ carnem suā odio habuit, sed nutrit,& fouit eā,sicut & Xp̄s ecclesiā: qa membra sumus corporis eius, de carne eius,& de ossib⁹ eius. Propter hoc relinquet homo p̄rem & matrē suam,& adhęrebit uxori suæ.& erūt duo in carne una. (Gene.2.) Sacr̄m hoc, magnū est,ego aūt dico in Christo & in ecclesia. Verūtamen & uos singuli,unusq̄sq; uxorem suā sicut se ipsum diligat, uxor autē timeat uirū suum. Hiero. Castitas iūcta spiritui, unus efficitur spiritus.

Dicunt illi: Quid ergo Moses mandauit dare libellū repudij, & dimittere? Ait illis: Quoniā Moses ad duritiā cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras; ab initio aūt non fuit sic Dico 2

autem uobis, quia quicuq. dimiserit uxorem suã, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur Et qui dimissam duxerit, mœchatur.

Pharisæi ansam sibi datam arbitrãtes, qua Iesum reprehenderẽt, intulerunt: Si Deus hoc uoluit, cur Moses præcepit dare libellum repudij? At dñs ait: Naturę sensus & euangelica synceritas flagitat amicitiam perpetuã, & indiuisam copulã, non solum in matrimonio, uerũetiam in omni amicitia. Nec est quod quisq̃ causet, euangelicam doctrinam pugnare cũ præscriptis Mosi. Non. n. adeo crudelis erat, ut talem indiceret legem, nec permisit qđ rectum esset natura, sed sciens duritiam cordis uestri, leuius malum indulsit, ne grauius à uobis cõmitteretur. Maluit. n. iniquum diuortium, q̃ homicidium, ueneficiũ, aut etiam parricidium. Neq; hoc efficit libellus repudij, ut rectũ sit repudium, sed testis est tuæ duritiæ, qui quamlibet leui de causa expellas cõiugem, et illi ꝓspicit de nouo marito, tibi ius adimens, ne reuoces repudiatam. Deut. 24. Sed omniũ illoꝝ summa recidit in caput repudiatoris. Primum. n. præfractus est & immitis, qui uitiũ uxoris, nec ferre potuerit, nec uoluerit mederi. Deinde domo depulsæ, quæ sine marito non potest uiuere, causam præbet adulterij committendi. Non ergo uoluit Deus polygamiam, ut hæc relinqueretur, & altera duceretur: & iterum illa relinqueretur, & altera ducerẽ. Alioqui unum fecisset uitum, & plures fœminas. Huiusmodi temperatura rñsionis, Iesus asseruit præceptũ Dei, nec Mosen tamen damnauit, nec castitatis laudem minuit, nec se pharisæoꝝ captioni præbuit, q̃n potius eos cepit qui captum uenerant. Mar. 10. Et in domo iterum discipuli eius interrogauerunt eum de eodem. Et ait illis: Quicunq; dimiserit uxorẽ suam, & aliam duxerit, adulterium cõmittit super eam: & si uxor dimiserit uirum suum. & alij nupserit, mœchaẽ. 1. Corin. 7. His autem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio nõ ego, sed dominus, uxorem à uiro nõ discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo recõciliari. Et uir uxorem non dimittat. Roma. 7. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera, si fuerit cum alio uiro: si autem mortuus fuerit uir eius, liberata est à lege uiri, ut non sit adultera, si fuerit cũ alio uiro. Lucæ. 16. Et qui dimissam à uiro ducit, mœchatur.

Dicũt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere? Qui dixit illis: Non omnes capiunt uerbum illud, sed quibus datum est. Sũt. n. eunuchi, qui de matris utero, sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat.

Si insolubile uinculum permanet inter uirum & mulierem, nisi fornicationis causa non rumpendum, leuius fuerit matrimoniũ non contrahete, sed pugnare, & certare cũ naturalibus concupiscentijs, q̃ sustinere malam mulierem. Hierony. Iis datũ est qui petierint, qui uoluerint, q̃ ut acciperent, laborauerũt. Hilarius: In uno posuit naturam, in altero necessitatem, in tertio uoluntatem. Naturam in eo qui nascitur, necessitatem in eo, qui sic factus est, uoluntatẽ: in eo qui spe regni cœlestis, talis eẽ decreuit, cui nos similes effici, si tñ possumus, admonuit. 1. Cor. 7. Vnusq̃sq; ꝓprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic. Sapien. 8. Et ut sciui q̃m aliter nõ possem esse cõtinens, nisi Deus det, et hoc ipsum erat summa sapiẽtia, scire cuius esset hoc donũ: adij dñm et deprecat⁹ sum illum. Fortiter & ultro certantibus non deerit fauor agonothetæ, non. n. cogit uirginem esse, neq; nuptias destruit, sed uirginitatẽ præfert. Hiero. Vnusq̃sq; cõsulet uires suas, utrum possis

possit uirginalia & pudicitiæ præcepta implere. Per se enim castitas blā da est, & quemlibet ad se alliciens: sed considerandæ sunt uires, ut qui potest capere, capiat. Quasi hortantis uox domini est, & milites suos ad pudicitiæ præmia concitantis. 1. Corint. 7. De uirginibus præceptum domini non habeo, consiliū autem do tanquàm misericordiam consecutus à Deo, ut sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Alligatus es uxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab uxore, noli q̄rere uxorē. Si aūt acceperis uxorem, non peccasti: & si nupserit uirgo, non peccauit. Tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Volo autem uos sine solicitudine esse. Qui sine uxore est, solicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo: qui aūt cū uxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quō placeat uxori, & diuisus est. Et mulier innupta & uirgo, cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu, quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uiro. Igitur qui matrimonio iūgit uirginem suam, benefacit: & qui non iungit, melius facit. Mar 10.

K De Paruulis oblatis. Matth. 19. Mar 10. Luc. 18.

ARTICVLVS LXXXI.

Et offerebant illi paruulos, ut tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quod cum uideret Iesus, indigne tulit, & ait illis: Sinite paruulos uenire ad me, & ne prohibueritis eos. Talium enim est regnum Dei. Amen dico uobis, quisquis non receperit regnū Dei uelut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos benedicebat eos.

Quoniā de puritate uirginea fuerat sermo, deq; sublimitate uirtutis heroicæ, quæ paucis contingat, tanquàm per occasionem effertur exemplum simul & absolutæ puritatis, & summæ modestiæ, sine qua uirginitas nihil promeretur laudis. Nouerant patriarchas filijs benedixisse per manuum impositionem & orationem, uiderant Iesu mirabilem sanctitatem, & uirtutis efficaciam: ideo existimabant fore, ut quemadmodū uiderant illius contactu fugere morbos, ita Iesu contactus seruaret eos à morbis, ruinis, dæmonibus, cæterisq; malis, quibus illa ætas sæpenumero perit. Matth. 19. Tunc oblati sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret, & oraret. At discipuli, qui quā quā toties audissent de summa modestia, nondum tamen penitus exuerant humanos affectus, suspicantes dominum maioribus intentum, nō esse fatigandum huiusmodi leuioribus negotijs, quia derogaret doctrinæ eius & authoritati, prohibebant accessum. Dominus uero ostendit, q̄ à fastu alienos magis amet, d. Sinite, nec arcete illos à contactu meo. In his est exemplum innocentiæ ac simplicitatis. Etenim qui horū sunt similes, mihi gratissimi sunt: quos tamen etsi mundus habet despicabiles, ego tamen non alios dignor regno cœlorum. Nesciunt fucū, nesciunt fastum, nesciunt referre, nesciunt regerere conuicium, nesciunt auaritiam, nesciunt ambitionem: mera est innocētia, mera est simplicitas. Illud affirmo uobis, regnū Dei nō recipit nisi ad hanc imaginem transformatos. Quisquis igitur acceperit prædicationem Dei sicut puer, non dijudicans uel discredens, ille ingreditur in regnum Dei, & in bona quæ iam fide suscepit. Quoq; magis commendaret omnibus simplicem innocentiam, complexus est singulos: & impositis manibus, bene precatus est illis, sui sacri corporis contactu uirtutem occultam infundens puellis, ob simplicem parentum fidem. Sic in fide parentum uel ecclesiæ, pueri

Baptismi puerorum & confirmationis efficacia.

baptizantur & confirmantur. Nec parui pōderis authoritatem huic sacramento collatam cognoscimus, si acta discipulorum & scripta pēsamus. 1.Tim.4. Noli negligere gratiā, quæ in te est, quę data est tibi per prophetiam, cum impositione manuū presbyteri. Actu.8. Cum audissent apostoli qui erāt in Hierosolymis, quia recepisset Samaria uerbum dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannē. Qui cum uenissent, orauerunt pro ipsis ut acciperent spiritum sanctum. Nōdum enim in quenquam illorum superuenerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tunc imponebāt manus super illos, et accipiebant spiritum sanctum. Nō parui pendenda sacerdotum benedictio in nomine domini. Nu. 6. Loquere Aaron & filijs eius: Sic benediceris filijs Israel, & dicetis eis: Benedicat tibi dominus, & costodiat te. Ostendat dominus faciem suā tibi, & misereatur tui. Cōuertat dominus uultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabuntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Immo & parentum. Eccle.3. benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta. Hinc summo studio parentum antiqui requirebant, & procurabant benedictiones, nec sine fructu. Iacob, nescio patre, fratris præripuit benedictionem. Gene.27. Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. Benedixit ei, & erit benedictus. Et Gene. 48. de filijs Ioseph, & ait: Adduc eos ad me, ut benedicā illis. Benedixitque Iacob filijs Ioseph, & ait: Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham, & Isaac, deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in præsentem diem: angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abrahā & Isaac, & crescāt in multitudinem super terram. Applicatosque ad se, deosculatus & circumplexus est.

Benedictionis sacerdotum ac parentum uis

De filio prodigo, Luca.15.

ARTICVLVS LXXXII.

Erant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant scribæ & pharisæi, dicentes, quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Luc.15.

Immensam erga peccatores ostendit clementiam, quærendo, reducendo, & saluādo. Quia enim et uerbis et miraculis se ostendit dominus potentissimum simul & piissimum animarum medicum, & tām comminationibus damnationis ęternæ, quām promissionibus salutis perpetuæ, & pœnitentiam hortabatur peccatores, uniuersa ad eum populi multitudo confluebat. Et quia nec ille quenquā submouebat aut fastidiuit, ausi sunt etiam propius ad illum accedere publicani quidam & peccatores, quod genus hominum abominari solent pharisæi, ad ostētationē sanctimonię, cum certissimum sanctimoniæ signum sit, non fastidire peccatorem, sed adniti modis omnibus ut resipiscat, & resipiscenti congratulari. Publicani, peccatores dicebantur ex officio, quod uix aut nunquam sine peccato potest exerceri. Accedebant autem tanquam infirmi ad medicum: quod patet, quia ut audirent illum. Matth.9. Non ualentibus opus est medico, sed male habētibus. Psal.33. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies uestræ non confundētur. Vnde Ioan.6. Dñe, ad quem ibimus? uerba uitæ ęternæ habes. Sapię 16. Neque herba, neque malagma sanauit eos domine, sed sermo tuus qui sanat omnia. Volens ergo à peccatorum uulneribus sanari, ipsum accedat, & dicat, Cant.2. Sonet uox tua in auribus meis. Vox enim tua dul-

Sanctimoniæ certissima signa quæ

cis,& facies tua decora. Psal.84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebẽ suam. Appropinquare, aliud nihil est nisi peccata cognoscere, & uoluntatem auersam, ad Deum conuertere. Quæ conuersio licet non iustificet,tamen ad iustificationem disponit, & Deus dispositum ad perfectum perducit. Iac.4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Propè est(inquit Psal.144)dominus omnibus inuocantibus eum, sed in ueritate. Sunt enim qui ore suo tantum Deo appropinquant, & labijs suis glorificant, cor uero eorũ longe est ab eo. Esa.29. De quibus Hier.17. Dñe omnes,qui te derelinquunt, cõfundentur, in terra scribentur: recedentes à te, qm̃ dereliquerunt uenã aquarum uiuentiũ dñm. Non ergo fugiamus à facie dñi, sicut Adam, qui ait. Gene.3. Dñe audiui uocem tuam,& timui,sed non aufugi. Nã peccatores recipit. Gregorius: Accesserunt ad Iesum publicani & peccatores: & non solũ ad colloquendũ, sed & cõuescendũ recepti sunt. Itaq; pharisæi qui religione,& scribæ qui scientia præeminebant, cũ essent intus pleni liuore, ambitione, auaritia,tamen iusti sibi uidebantur, Iesu benignitatẽ calumniabantur, d. Hic qui nouã quandã sanctimoniã profitetur,tamen non uitat malorũ consortia, non cogitans ꝙ malorũ contubernio,contaminentur boni. Vnde de duobus ipsum notabant,quia peccatores reciperet,& quia cũ ipsis manducaret. Ecci.13. Qui tetigerit picẽ,inquinabitur ab ea:& qui cõmunicat superbo,induet superbiã. Hinc Psal.100. Superbo oculo & insatiabili corde,cũ hoc nõ edebã. Ecci.9 Viri iusti sint tibi conuiuæ. Sed obseruandũ quòd cõmunicat peccatori, ipsum imitando & in peccatis fouẽdo,quod pessimũ est. Sic Christus non recipit. Odio enim sunt Deo impius & impietas eius. Sap.14. Alio modo, ut emendet & curet: hoc piũ & sanctum. Vnde & de domino dicitur. Esa.42. Calamum quassatum non conteret, & linũ fumigans non extinguet. 1,Timot.1. Fidelis sermo, quoniã dominus Iesus in hunc mũdum uenit peccatores saluos facere. Gregor. Ex qua re colligitur, quod uera iustitia compassionẽ habet, falsa indignationem, quamuis & iusti soleant rectè peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agitur typo superbiæ, aliud quod zelo iustitiæ uel disciplinæ. Qui ergo de falsa iustitia superbiunt,cæteros despiciunt,nulla infirmantibus compassione condescendunt:& quo se peccatores esse non credunt, eo deteriores peccatores fiunt. Manducat dominus nobiscum, cum gratiæ suæ dulcedine nos refouet. Apoc.3. Ego sto ad ostiũ & pulso, siquis audierit uocẽ meam et aperuerit mihi ianuã, introibo ad illũ,& cœnabo cũ illo, & ipse mecũ.

Communicare peccatori quàm uarium.

2 *Et ait ad illos parabolam istam: Quis ex uobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit unam ex illis, no'nne dimittit nonaginta nouem in deserto, & uadit ad illam quæ perierat, donec inueniat illam? Et cum inuenerit illam, imponit in humeros suos gaudens: & ueniens domum, conuocat amicos & uicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico uobis, quòd ita gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia.*

Dominus sicut misericors erga peccatores,ita & erga columniatores suos mansuete per parabolas, ne ægre ferant,suam erga peccatores benignitatem docet. Non enim solum non repellendi sunt,cum resipiscunt, sed & modis omnibus iuuandi sunt, ut ad meliorem mentem redeant. Quã Deus non auersetur peccatorem resipiscentem, ex suo quisque animo

conijectare potest. Nimirũ sua cuiq; res chara est, nec cupit aliquid inde perire. An non unius ouis damno tantopere commouebitur, ut relictis nonagintanouem, non conquiescat donec inueniat illam? Coniũgetq; gregi, lætior de una recepta, quàm de incolumitate totius gregis cui nõ metuebat. Si in oue inuenta gaudĳ occasio est, quanto magis in homine, qui ad Dei imaginem est conditus, quem alit, quem ad æternam felicitatem destinauit? Psalm. 94. Nos autem populus pascuæ eius, & oues manus eius. Dicitur una, propter unitatem originalis principĳ. Malach. 2. Nunquid non pater unus omnium nostrum? Nunquid non Deus unus creauit nos? Et ob unitatem originalis peccati. Rom. 5. Sicut per unum hominem in hunc mundum intrauit peccatum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransĳt, in quo omnes peccauerunt. Et propter unitatem finalis termini, quia ad unam felicitatem destinati. Sed Esa. 53. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisq; in uiã suam declinauit. Psal. 118. Erraui sicut ouis quæ perĳt, quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus. Vide misericordiã Dei. Non angelum misit, non legatum, sed in propria uenit persona, angelis relictis, quorum non assumpsit naturam, nec lapsum reparauit ex ipsis. Heb. Nusquam angelos, sed semen Abrahæ apprehẽdit. Gregorius: Quia centenarius numerus perfectus est, ipse centum oues habuit, cum angelorum & hominum substantiam possedit: sed una perĳt, quando peccãdo homo uitæ pascua dereliquit. Dimisit nonagintanouem in deserto, quia illos summos angelorum choros reliquit. Cur autem cœlum dicitur desertum, nisi quia desertum dicitur derelictum?

Ouis cur dicatur una.

Tunc autem & angelus & homo cęlum dereliquit quando peccauit. In deserto ergo nonagintanouem oues remanserant, quando in terra dominus ouem quærebat: quia rationalis creaturæ numerus, angelorum uidelicet & hominum, qui ad uidendum Deum conditus fuerat, pereunte homine erat minutus: sed ut perfecta summa redintegraretur in cœlo, homo perditus quęrebatur in terra. Vnde. Matth. 18. dicit, in montibus, ut significet in excelsis: quia nimirum oues quæ non perierant, in sublimibus stabant. Ezech. 34. Ecce ego ipse requiram oues meas, & uisitabo eas. Sicut pastor uisitat gregem suũ in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic uisitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerint. Vide pastoris pietatem: nam inuentam ouem non punit, non urgendo ducit ad caulam, sed nolens illam molestare, humeris imponit. 1. Pet. 2. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ. Esa. 53. Disciplina pacis nostrę super eum, & liuore eius sanati sumus. Samaritanus sauciũ posuit in iumentum, et duxit in diuersorium. Lu. 10. Et hoc gaudens, propter nimiã charitatem ad humani generis liberationem, angelicæ ruinæ restaurationẽ. Ephe. 4. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Psalm. 46. Ascendit Deus in iubilo, & dominus in uoce tubę. Ibi uicinos & amicos inuenit, illos uidelicet angelorũ choros, qui amici eius sunt, quia uoluntatem ipsius continue in sua stabilitate custodiunt. Io. 15. Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio uobis. Vicini sunt, quia claritate uisionis illius assidue perfruunt. Mat. 18. Angeli eorũ semper uident faciem patris mei, qui in cœlis est. Danie. 7. Millia millium ministrabant ei, &

decies milles centena millia assistebant ei. Obserua quod ait, Congratulamini mihi, non oui quæ se propria perdidit culpa, sed mihi, qui opus iniūctum à patre consummaui. Ioan.17. Illud ergo affirmo uobis, quod quemadmodum pastor ille ob unicā ouiculam receptam gaudet cū amicis & uicinis suis, ita maius gaudiū erit angelis. Rom.5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Hinc Gregorius: Quotidie experimur quòd qui illicita non commiserunt, in rebus sibi licitis sæpe usum præbent: ad cœlestia anxie nō anhelant, & ad bona agenda pigri sunt. Ecōtra sæpe peccator agit: quare maius gaudium de eo, quàm sic stante iusto: quia & dux in prælio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus fortiter hostem premit, quàm eum qui nunquam terga uertit, & nunquam aliquid fortiter gessit. Sic & agricola plus illam terram amat, quę post spinas fruges huberes profert, quàm eam quæ nunquam habuit spinas, & nunquam messem fertilem produxit. Sunt tamen quidā iusti quibus nullus pœnitens possit anteponi: qui etsi non sint sibi malorum conscij, licita tamen respuunt, in omnibus se humiliant. Hinc ergo intelligitur, quantū gaudium faciat, cum humiliter plangit, iustus. si in cœlo facit gaudium, quando hoc quod male gessit plangit, iniustus. Chrysostomus: Si deus lætatur in paruo hoc inuento, quomodo tu contemnis quæ sunt Deo tam studiosa? Ambrosius: Multum debet nos accendere hoc ad probitatem, ut agamus quod illis gratum sit, quorum affectare patrocinium et offēsam timere debemus. Origenes: Deo & angelis occasionem lætitiæ præstamus, cum in terris ambulantes, conuersationem in cœlis habemus. Domini sententia, in 99. iustis: in oue perdita, peccatores intelliguntur. Quanquā autem hæc imago peculiariter designat dominum Iesum, qui solus est ille pastor summe bonus, 10.10. qui collapsum genus humanum patri reconciliauit, de suo dependēs quod nos commeruimus: pertinet tamen & ad pastores: nam hos oportet Christi principis affectum, erga gregem ipsius repræsentare. Fit enim frequenter, ut qui ab erroribus & manifestis peccatis conuertūtur ad ueram pietatem, studio pietatis longe præcurrant eos, qui nunquam in eiusmodi flagitia prolapsi sunt. Hos nō fastidiet ecclesiæ pastor, sed omnia tentabit donec ad ecclesiæ caulas reduxerit. Qui uere iusti sunt, qui uere amici sunt boni pastoris, maiore gaudio gratulabūtur receptæ oui, quàm multis in sua frigida iustitia confidentibus.

*Aut quæ mulier habens drachmas decem, & si perdiderit drachmā unā, nōnne accendit lucernam, & *euertit domū, & quærit diligenter donec inueniat? Et cum inuenerit, conuocat amicas & uicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita dico uobis, gaudium erit angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente.* 3

**euertit*

Gregorius: Qui per pastorem, ipse signatur & per mulierem. Ipse enim Deus, ipse & Dei sapientia, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi. Col.2. Non autē propter infirmitatem sensus, sed pietatē affectus mulieri cōparatur. Et quia drachma imaginē habet, mulier drachmam perdidit, quando homo qui ad imaginem Dei conditus fuerat, (Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Gene.1.) peccando à similitudine sui conditoris recessit. Lucerna, humanitas lumine deitatis illustrata, quæ per incarnationem apparuit. Io.1. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominē uenientem in hunc mundū. Accensa

Mulieri cur Deus comparetur.

Lucerna mystice quid.

lucerna euertit domum: quia mox ut eius diuinitas per carnem apparuit, omnis se nostra conscientia concussit. Conscientias enim turbauit, de reatu suo predicãdo, & ad memoriã reducendo cõmissa flagitia, collata beneficia, cõminata supplicia, & præparata stipendia. Emundat eam: quia praua mens, si non prius per timorẽ euertitur, ab assuetis uitijs non emũdatur. Eccl. 1. Timor dñi expellit peccatũ. Pro. 15. Per timorẽ dñi declinat oĩs à malo. Qui autẽ sine timore est, nõ poterit iustificari. Eccl. 1. Hinc dñs Hier. 2 Scito & uide, quia malũ & amarũ est dereliquisse te dñm, & non esse timorẽ eius in te. Et quærit diligenter. Lucæ. 19. Venit filius hoĩs quærere & saluũ facere quod perierat. Euersa domo, inuenit drachma: quia cũ perturbatur hominis cõsciẽtia, reparatur in hoĩe similitudo conditoris. Ro. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. Gal. 4. Filioli mei, quos iterũ parturio donec formetur Christ⁹ in uobis. Sicut ergo portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cœlestis. 1. Cor. 15. & 1. Thess. Hæc est uolũtas Dei sanctificatio uestra, ut sciat unusquisq; uestrum uas suum possidere in sanctificatione & honore, nõ in passione desiderij, sicut gentes quę ignorant Deũ. Neem. 8. Gaudium domini est fortitudo uestra. Si enim mulier sic est affecta erga nũmos suos, ut doleat quicq; perisse, et ut uehemẽter gaudeat receptũ esse quod perijt, quãuis pusillũ: quanto magis Deus nihil uelit perire ex hominibus, pro quibus seruandis seipsum impẽdit, quos ad imaginem suam condidit? Ezech. 18. Nunquid uoluntatis meæ est mors impij, dicit dominus, & nõ conuertatur à uijs suis, & uiuat? Obserua ergo q utrobiq; dicit, pœnitentiam agente. 2. Pet. 3. Non tardat dominus promissionem suã, sicut quidam existimãt: sed patienter agit propter uos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.

Ait autem: Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non multos post dies congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam uiuendo luxuriose. Luc. 15 M

Ostendit quàm benigne dominus uere pœnitẽtes recipiat in pristinam gratiam. Quanquam autem hæc parabola generaliter pertineat ad omnem peccatorem, post ingentia flagitia resipiscentem, tamen pro temporis illius, quo dicta est, ratione, peculiarius notat gentes ad euangelij gratiam receptas: & iudæos, qui sibi iusti uidebantur, illorum inuidẽtes felicitati. Glos. Deus pater, quia author est & creator duarum stirpiũ humani generis Iudæorum & gentilium, duos habet filios. Maior, qui in cultu unius Dei remansit, gentili populo ad idolatriã post diluuiũ declinanti, quo iudæis insipientior puerilior q;. Augustinus. Nihil tam puerile ut idola colere, & nihil stolidius quàm diuinis non obtemperare iussis. Exo. 4. Primogenitus meus Israel. Iunior adolescentiam ac stultitiam in consilium adhibens, adijt patrem, uolẽs naturalibus donis ac cæteris bonis à Deo collatis pro libitu uti, ac potius abuti, nec subijci legi diuinæ. Rationalis, ad quam subsequitur liberum arbitrium, substantia nostra. Dat enim Deus rationalẽ, ut ea libere utamur. Sed homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Psal. 48. Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui: adiecit ei mandata & pręcepta sua: si uolueris mandata conseruare,

conseruabunt te,& in perpetuum fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod uolueris, porrige manum tuam. Ante hominē uita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Vnusquisque etiam proprium donum ex Deo habet: unus sic, alius uero sic. 1. Corint. 7. Dat enim unicuiq; secundum propriam uirtutem. Vere adolescentior consilio & iudicio, quisquis importunius obtinet, quod cōcessum obtuit. Sic filij Israel in malum sibimetipsis carnes petierunt, & obtinuerunt. Nume. 11 Quid iam faceret adolescens,& sui iuris, & semotus à patre,& uiuens peregre? Diuortium facit cum benignissimo patre Deo, qui se facit aduenam mundi. Iac. 4. Adulteri, nescitis, quoniam amicitia hui⁹ seculi inimica est Deo? Qui enim uoluerit amicus esse hui⁹ mundi, inimicus Dei constituitur. Non est ista locorum seiunctio, sed affectuum. Infelix libertas, quam patris præsentia non moderatur. Psal. 118. Longe à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierūt. Esa. 46. Audite me duro corde, qui longe estis à iustitia Propè feci iustitiam meam,& salus mea non elongabitur. Psal. 72. Quoniam ecce qui elōgant se à te, peribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in domino Deo spem meam. Inter peregrinos prodegit omnem substantiam, non ipsius qui nihil habebat suum, sed patris. Quādo homo egreditur à Deo, & se à timore Dei elongat, omnia diuina dona expēdit. propinqui enim deo, nihil mali agimus. Psal. 15. Prouidebam dominum in cōspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commonear. Ecclesiastes. 7. Qui timet Deum, nihil negligit. Eccl. 27. Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Augu. Qui sua potestate uti cupit, quid restat, nisi ut recedens ab eius calore torpescat, recedēs à ueritate euanescat? Deū.n. nemo amittit nisi qui dimittit. Hieronỹ. Sicut Christus ait discipulis suis. Matthæ. 28. Ecce ego uobiscum sum usque ad consummationem seculi: sic malis dicet. Discedite à me oēs qui operamini iniquitatem. Matt. 7. Luxus est, quicquid extra necessitatem carnis impēditur cupiditatibus. Hæ nimirum corrumpunt ac uitiant quāuis præclaras naturę dotes. Ro. 8. Si secundum carnem uixeritis, moriemini. Dionysius: Peccata quāuis dona naturæ non penitus corrūpant aut tollant, ea tamen inficiunt,& rationem obnubilant. Sap. 2. Excecauit eos malitia eorum. Ponit tria, quæ plurimis occasio sunt ruinæ. Iuuentus deliciosa. Eccl. 12. Amoue malitiā à carne tua. adolescentia enim & uoluptas uana sunt. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, ante quàm ueniet tēpus afflictionis tuæ, & appropinquauerint anni de quib⁹ dicat, non mihi placent. Sic diues longam sibi promittēs & deliciosam uitam, audiuit. Lu. 12. Stulte, hac nocte repetent à te animam tuam, & quæ parasti, cuius erunt? Libertas uitiosa. Nulla enim ætas infrenis uiuere potest, maxime imbecillior illa, quæ parum prudentiæ ac timoris, multū uero stultitiæ & ad malum procliuitatis habet. Gen. 8. Sensus & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentia sua,& Prou. 22. Adolescens iuxta uiam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Hinc admonet. Pro. 22. Stultitia colligata est in corde pueri,& uirga disciplinæ fugabit eam. Eccl. 7. Filii tibi sunt? erudi illos, & incurua illos à pueritia illorum. Sic & animalis sensualitas. Ecclesiast, 18. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in

gaudium inimicis tuis. Tertium, hubertas copiosa. Deut.32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum.

Et postquàm omnia consumpsisset, facta est fames ualida in regione illa, & ipse cœpit egere. Et abijt, & adhæsit uni ciuium regionis illius, et misit illum in uillam suam pascere porcos. Et cupiebat uentrem suum implere de siliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit: Quãti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, & ego hic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam illi, Pater, peccaui in cœlum & corã te. iam non sum dignus uocari filius tuus fac me sicut unũ de mercenarijs tuis.

Ambrosius: Merito egere cœpit, qui thesauros sapientiæ & scientiæ Dei, diuitiarumq; cœlestium dereliquit. Apo.3. Dicis, quia diues sum et locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es pauper & nudus, miser & miserabilis. Nihil enim habet hic mũdus, quod explere possit animum hominis. præter summũ illud bonum, quod non est nisi in domo patris. Hinc Amos.8. Mittam famẽ in terram, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi uerbum domini. Non enim in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Deut.8. Matth.4. Cui graue fuerat obtemperare iussis patris clementissimi, coactus est sese dare in seruitutem ciui peregrino & barbaro. Cum recusant homines accipere suaue iugum domini, coguntur ferre durissimum iugum satanæ. Qui adhæret Deo, unus spiritus est cum eo. 1. Cor.6. Sic qui adhæret uitijs. Esa.28. Dixistis enim, percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Beda: In uillam mitti, est substantæ mundialis subiugari cupiditatibus: pascere porcos, est ea quibus immundi spiritus oblectantur, operari. 2. Pet.2. Sus lota in uolutabro luti. A quanta dignitate, in quantam contumeliam sua stulticia deuenerat miser? Nec interim crudelis dominus illi dabat qđ deberet, ut iam infelicior esset ipsis porcis, quibus seruiebat potius quã imperabat. Porci sunt, qui in uilium & materialium affectionum luto uolutantnr. Semper autem noxia desiderat mens insana, sordibus assueta: alijs non pascitur, nisi immundis & obscœnis cogitationibus, quas huc illucue reuoluit, nec tamen unquam satiatur. Non enim manet uoluptas, sed famescit & perit, cruciat uero ꝑpetuo. Quis enim illi daret? Nũ Deus? Sed ille non adest. Psal.118. Lõge à peccatoribus salus. Dæmones? At hi multo magis soliciti sunt, ne unquam quiescamus & malitia saturi simus. Omnis ergo inanis mũdi uoluptas, ad breue tempus deliniens, nec satians, nec saginans animum, porcorum siliquę sunt. His delectantur dæmones, ac sibi addictos inescant uerius quàm satiant. Nõ enim est ulla citra Deum satietas uel uoluptas. Psal.16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Ipse satiat animam inanem, & animam esurientem replet bonis. Psal.106. Sunt enim quorum Deus uenter est, & gloria in cõfusionem ipsorum, qui terrena sapiunt. Phil.3. Sed. 1. Cor.6. Venter escæ, & esca uentri: Deus hunc & hanc destruet. Quandiu male agebat, extra se erat: quando autem cogitabat in quantam uenerat miseriam, tunc redijt ad seipsum, cõsiderans & in pœnitentiam ueniens à sua exteriori diuagatione. Glos. Bene ad se reuertitur pœnitẽdo, qui à se recesserat peccando. Vide gradus quosdã ad Deum redeundi. Primus, ad seipsum reuerti, seq; arguere erroris. Esa.46. Redite præuaricatores ad cor. Bene habet, cum peccator afflatu tacito benigni patris redit ad cor. Ventum

Mitti in uillã quid. *Pascere porcos, quid.* *Porci qui.* *Siliquæ* *Gradus se cundus.*

erat ad extremum malorum. Felix necessitas. quæ cōpellit ad resipiscē tiam. Siquidem hic est primus ad salutem gradus. reminisci unde excideris, & agnoscere quo degeneraris. Esa.28. Tantummodo sola uexatio intellectū dabit auditui. Vnde quó ueni miser? Ex patria, in exilium, ex opulenti domo, in regionem famis: à libertate, in seruitutem: ab amantissimo patre, ad crudelissimum dominum: à dignitate filij familias, ad fœdissimam conditionem: à consortio fratis & famulorum, ad porcos. Quāti mercenarij me feliciores sūt? Chrysostomus: Ego filius, non alienus, fame pereo: & fili⁹ boni patris, & liber, & generosus, miserior factus sum seruis & mancipijs uilissimis. Ego hic & in futuro fame pereo Luc.16. diues guttam aquæ petijt, sed non accepit. Ro.6. Quem fructum habuistis in ijs in quibus nūc erubescitis? Nam panis uerbi diuini illis nō sapit, nec aqua sapientiæ salutaris reficiuntur Eccl.15. Sunt qui seruiunt deo, facientes bonum ex timore. Psal.118. Confige timore tuo carnes meas. à iudicijs enim tuis timui. Sunt qui amore in deum, ut filij Psal.118. Quomodo dilexi legē tuā domine? tota die meditatio mea est. Alij desiderio bonorum æternorum. Ps 118. inclinaui cor meum ad facien das iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Glos. Qui futuræ mercedis intuitu digna operari satagunt, quotidianis alimentis supernæ gratiæ reficiūtur. Gen.15. Ego protector tu⁹ sum, ait deus Abrahæ, & merces tua mgna nimis. Sic Moses respiciens in remuneratorem, maluit affligi cum populo dei, q̄ temporalis peccati habere iucūditatem. Heb.11. Sunt demū mercenarij mali qui non manēt in domo in ęternum, Io.8. qui teporalia spectant, quibus dicetur: Recordare fili, quia recepisti

Deo quàm uarie seruiatur.

bona in uita tua. Luc.16. & Matt.6. Amem dico uobis, receperunt mercedem suam. Secundus, propositi stabilitio. Sugam à peccato desistendo. Hiere.18. Reuertatur unusquisq; à uia sua mala, & dirigite uias uestras & studia uestra. Ephe.5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Posteaq; deplorauit suam infelicitatem, in qua totus iacebat, incipit erigere se. In defensione facti mei nullum est præsidium: una spes est. quoniā noui patrem uere esse patrem natura clemētem & exorabilem. Statuat ille quicquid uolet, pater est, illius sum. & ī illum peccatum est, quicquid peccatū est. Heb.4. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam cōsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Ibo ergo ad patrem, & dicā ei. Psal.31. Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. In cęlum peccat, qui illi terrena præponit, & per negligentiam non quærit. Deus autem in omni loco contemplatur bonos & malos. Prouer.15. Te offend', tuum iudicium commerui. Esa.1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi uero spreuerūt me. Roma.8. Qui spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Diaboli mancipiū me feci. 2. Pet.2. A quo quis superatus est, eius & seruus efficitur. Io.8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Ro.6. Serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad uitam. Glos. Ad filij affectum aspirare non præsumo, sed mercenarij statū pro mercede seruitutis desidero. Ps. 118. Tuus sum ego, saluum me fac. Glos. Cū meus essem, perieram: sed nunc quia tuus sum, saluum me fac. Tertius, uoti executio. Non em̄ solū consultandū est de his quæ placent deo, sed & opus est facto. Surgit, qui

Gradus secundus.

In cælum peccare.

uiã peccatorum deserit, qui occasiones sequelasq; peccati à se rescindit. Mich.2. Surgite, quia nõ habetis hic requiem. Esa.48. Non est pax impijs, dicit dominus.

3 *Et surgens, uenit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, uidit illum pater suus, & misericordia motus est. Et occurrens, cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœlum & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite uitulũ saginatum, & occidite: & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari.*

Relegit totum iter lachrymans & gemens, qui ferox & amens à patre discesserat. Habes imaginem hoïs ab extremis malis resipiscẽtis, uide nũc diuinę clementiæ simulachrum. A lõge uidit, ut est oculata pietas, et prior qui tenerius amabat, ac procurrit ob uiam uenienti. Chrys. Quid est quod pater occurrit, nisi quod peccatis nostris impedientibus, propria uirtute ad eũ uenire nõ poteramus, ipse pius & potens ad inualidos descendit? Recipit ergo uelociter pœnitentẽ respiciendo, dũ misericordia præuenit uoluntatẽ ut uelit, comitatur ut possit, cooperatur ut perficiat. Phil.2. Deus est.n. qui operatur in nobis & uelle et perficere pro bona uolũtate. Ps.58. Deus meus, misericordia eius præueniet me. Ps.93. Misericordia tua dñe adiuuabat me. Ps.118. Aspice in me et miserere mei, secundũ iudiciũ diligẽtiũ nomen tuũ. Gressus meos dirige secundũ eloquiũ tuũ, & non dñetur mei oïs iniustitia. Heb.12. Tanquã filijs se offert uobis De⁹. Aug. Tardior uidetur hõ in recipiendo gratiã, quã De⁹ in dãdo. Apo.3. Ecce sto ad ostiũ & pulso: si q̃s audierit uocẽ meã, & aperuerit mihi, intrabo ad eũ, & cœnabo cũ ipso, et ille mecũ. Tardus uero

Qualiter seu quomodo pliciter pater pœnitentẽ deus respiciat.

Ambulare Deus quãdo & cur dicatur.

est ad puniẽdũ: hinc ad puniẽdũ ueniẽs, ambulabat ĩ paradiso. Ge 3. sed ad saluãdũ exultauit ut gigas ad currẽdã uiã. Ps.18. et Cã.2. Ecce iste uenit saliens in mõtibus, transiliẽs colles. Secundo dulciter. Etenim natura & benignitate, Deus, pater est, & totus totũ amplectitur: nec expectatis filij precib⁹, pietate natiua uictus, irruit in colum filij, et osculatus est filium, ostendens eum qui olim desciuerat, nunc obedientem factum. Osculum, plenam in Christo signat remissionẽ & perfectam unionem. 1.Io.2. Ipse est ꝓpiciatio pro peccatis nostris. Greg. Nysenus. Cõfessionis meditatio placauit ei patrem, ut obuiã iret, & oscula collo inferret, præueniens interpellationis uerba. Hæc tametsi essent argumenta propensi ad ignoscendum animi, tamen sibi etiamnũ iratus iuuenis, ait: Pater, peccaui. Bern. Humilis debet esse confessio, qua per eam emendatur superba transgressio. In duo quilibet peccator delinquit. In patrem, cuius legem, fidem, testamentaq; trãsgreditur. Hinc necessaria cõfessio cordis. Secundo, in ecclesiam quam scandalizat, cuius comunione se priuat, cuius sacramenta contemnit et contaminat. Sumus.n. unius ecclesiæ filij, & eiusdẽ corporis membra, quod cohonestare debemus, nõ polluere. 1.Corin.6. Nescitis qm̃ corpora uestra membra sunt Christi? Tollens ergo membrũ Christi, faciã mẽbrũ meretricis? Tertio, honorabiliter. Non enim intonat sæuis uerbis, non exprobat suam illum bonitatẽ, tm̃ est gaudiũ de recepto filio, sed iubet stolam restitui, uel innocentiæ ꝑ baptismũ, quo ad gentes. Gal.3. Quicunq; in Christo Iesu baptizati estis, Xpm induistis, uel pœnitentiæ nouę uitæ, ueteri homine exuto. Eph.4. Deponentes uos secundũ pristinã conuersationẽ ueterem hominẽ, qui corrumpitur secundũ desideria erroris.

In quæ duo quisque peccet.

renouamini aũt spiritu mẽtis uestræ, & induite nouũ hoiem, qui secũdum Deũ creatus est, in iustitia & sanctita te ueritatis. Col.3. Expoliãtes uos ue terẽ hoiem cũ actibus suis, & induen tes nouũ, eũ q renouatur in agnitio nẽ Dei, secũdũ imaginẽ eius qui crea uit illum. Apo.3. Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum, probatum, ut locu ples fias, & uestimentis albis induaris, ut non appareat confusio nudita tis tuæ. Apoc.19. Byssinũ, iustificatio nes sunt sanctorũ. Obserua ꝙ opera priora, quæ per peccatũ interierunt, (Nam iusti, à iustitia auersi & iniqui tatẽ facientis, iustitię quas fecerat, nõ recordabuntur. Ezech.19. per pœnitentiam reuiuiscunt, ac ad iustitiam imputantur. Sed quoniam non satis est abstinere à malo, nisi quisꝗ se ex erceat in bono, datur annulus in ma nu, hoc est, uirtus operatiua, signacu lũ.s. Christiani, ut demõstrare queat ꝙ recreatus sit ad imaginẽ Dei. Obsignatur annulo fidei, ut per opera fi des clarescat, & per fidem opera con firmentur, ut dicit Beda. Solẽt enim qui sponsis copulantur, copulæ sym bolum ac amicitiæ declarare, aut an nulo, aut cæteris gemmis. Ose.2. Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio & in misericordia & miserationi bꝰ, & spõsabo te mihi in fide. 2. Cor. 1. Qui unxit nos Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spũs in cor dibus nostris. Qui autem pie uolũt uiuere in Christo Iesu, persecutionẽ patientur. 2. Timo.3. Huic necessaria patientia. Heb.10. Patientia uobis ne cessaria est, ut uoluntatem Dei faciẽtis, reportetis promissionẽ. hinc calceamenta dantur in pedes, monimẽta contra ea quæ uirtuosi processus sunt corruptiua. Ephe.6. Calceati pe des in præparationem euangelij pacis. Quarto, lætanter. Ne quis eum minoris faceret in domo ob erratum adolescentis, uitulo mactato, totã familiam cõmunem lætitiã inuitat, & iustas gaudij causas reddit. Qualis qualis erat, inquit, filius erat. Is mor tuus fuerat, & reuixit. Peccatũ enim mors animæ est. Ezec.18. Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Sap.6. Homo per malitiam occidit animã suã. Augustinus: Vera mors est, quã non timẽt homines, separatio à deo. Apo. 3. Nomẽ habes ꝙ uiuas, & mortuus es. Vitulus saginatus non ignoratur quis sit, qui quotidie immolatur & sumitur, qui multis uerborum & figurarum inuolucris præmonstratus est. Vitulus, quo ad naturam possibilem, secundum quam fuit immolatus: saginatus, quo ad gratiarũ plenitudinẽ. Heb.9. Si sanguis hircorũ & thaurorũ, & cinis uitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quãto magis sanguis Christi, q ꝑ spiritũ sanctũ semetipsũ obtulit imaculatũ deo, emũdauit cõ sciẽtiã nr̃am ab opibus mortuis, ad seruiẽdum Deo uiuẽti? Esa.25. Faciet dñs exercituũ oĩbus ppl̃is in monte hoc conuiuiũ pinguiũ medullatorũ. 1. Cor.11. Quotiescunꝗ mãducabitis panẽ hunc, mortẽ dñi annunciabitis donec ueniat. Qualẽ aũt se præbuit pater hic parabolicus in recipiẽdo filio, tales se præbere debent pastores & episcopi erga peccatorẽ resipiscentẽ. Verũ ab hac imagine longe absunt supercilosi pharisæi, qui suis blãdientes uitijs, nihil aliud quã sæuiũt in lapsu alienos. Gaudendũ ergo maxime miseræ conscientiæ iã pacatæ, iam in gratiã receptæ. Pro.15. Secura mens quasi iuge conuiuiũ. Cantic.5. Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. Sic & de gentium conuersione ait Apostolus. Rom.15. Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptum est. Psalmus.17. Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cã-

Vitulus saginatus.

tabo. Et iterum. Esa. 11. Lætamini gẽtes cum plebe eius.

Erat autem filius eius senior in agro: & cum ueniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum, & uocauit unum de seruis, & interrogauit quæ hæc essent. Isq; dixit illi: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, & noluit introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum. At ille respondens patri suo, dixit: Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterivi, & nunquam dedisti mihi hædum, ut cum amicis meis epularer: sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit omnem substantiam suam cum meretricibus, uenit, occidisti ei uitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt: epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

Maior filius mystice quis.

Dum ergo illi epulantur, filius natu maior uersabatur in agro legis Mosaicæ, sudans gestandis oneribus legis, & exaltans opera legis grauia, cum frater interim iunior acceperit mitissimum patris iugum. Affixus enim insipidæ literæ legis, non nouerat quantum habeat gaudiorũ euangelicus spiritus. Necdum enim cœlestia degustare nouerat, terrenis promissionibus delectatus. Non autem sic receptę sunt gentes, ut exclusi sint Israelitæ, sed nunc quoq; stant pro foribus indignantes, quod ob gentes ad salutem euangelicã receptas sibi gratuletur ecclesia. Augustinus: Vsq; in hanc horam grauantur intrare in ecclesiam (quæ domus Dei dicitur. 1. Timoth. 3.) credentium Iudæi. Dura enim ceruice, & circuncisi auribus & cordibus, semper spiritui sancto. restiterunt. Pater autem egressus est 2. Cor. 5. Pro Christo legatione fungimur: tanquàm Deo exhortãte per nos, obsecramus pro Christo reconciliamini Deo. Nec tanta patris comitate mitescit filius ille maior, sed arroganter expostulat cum patre & impie fratrem accusat, quem nec fratris uocabulo dignatur, d. Filius tuus, mactasti illi uitulum illum insignem & obesum. An non uideris tibi uideri filium hunc maiorem ingredi indignantem, & hæc murmurantem aduersus patrem, cum legis pharisæos obtrectantes Christo, quod cum publicanis & peccatoribus cibum capiat? Iudæos indignantes aduersus Græcos, quod admitterentur ad ministerium apostolorum. Actu. 6. Destomachantes quod gentes ab idololatria uenientes, absq; legis onere per solam fidem admittantur ad gratiam euangelicam, baptismo donentur, & spiritu sancto confirmentur. Actu. 15. Inuidentes quòd ipsis abstinentibus à conuiuio, gentium ecclesia cum inenarrabili gaudio spiritus comedit illum uitulum eximiũ quẽ pr pro salute totius mũdi macta ri iussit? Actu. 3. Deus qui prænunciauit per os omnium prophetarũ pati Christum suum, impleuit sic. Esaiæ. 53. Propter peccata populi percussi eum. Ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Debes ergo et gratulari fratri, nec abesse ab huius conuiuij lætitia. Itaq; putato nõ tibi redisse eundum, sed pro male frugi, probum esse renatum. Non decet meminisse qualis fuerit, sed gaudere qđ talis sit qualem optamus. Hic enim scopus est parabolæ propter pharisæos murmurãtes quòd peccatores susciperet, qua docet, etiam si iusti simus, non repellendos peccatores, neque obmurmurandum expectante illos Deo. Nullus igitur iudicia Dei grauatim ferat, sed gratũ sit ei, si peccatores feliciter agãt & saluentᵎ. Qui enim scis, si is quem peccatorem censes, pœnitentiam agens gratior fiat? Quid si occultas habeat uirtutes, & propterea à Deo benigne respiciatur? Porrò, natu minor hoc repperit

perit animum patris propensiorem ad ignoscendum, quod gentes quæ Deum non nouerant, errore delique runt uerius q̃ destinata malitia. Solet enim adolescentiæ comes esse rerum imperitia & incogitantia: & idcirco huic ętati libętius ignoscimus. Porrò Iudæus qui sibi uidebatur esse iustus, sibi placens ex obseruatione legis grauius peccat inuidẽdo fratri, quã ille peccauerat aberrando. Hinc publicanus descendit de tẽplo iustificatus præ pharisæo. Luc 18.

De uia ad uitam. Matth. 19. Mar. 10. Lu. 18.

ARTICVLVS LXXXIII.

Mar. 19 N *Et ecce unus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam uitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus. Si autem uis ad uitam ingredi, serua mandata. Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falsum testimonium dices, honora patrem & matrem, diliges proximum tuũ sicut teipsum.*

Quàm noxia diuitiarum sit cupiditas, ostendit, quæ semen uerbi diuini suffocat. Marc. 10. Et cũ egressus esset in uia, procurrens quidam genu flexo ante eum, rogabat eum. Lucæ. 18. Et interrogabat eum quidam princeps, dicens: Magister bone, qd faciẽs uitam æternam possidebo? Suspicabatur Iesum sibi indicaturum modum quempiam, quo diuitiarũ possessione perpetuo frui posset. Audierat enim Iesum docentem, præcepta legis Mosaicæ nòn esse satis ad consequendum regnum cœlorum. Dominus aũt indicare uolens quod bonitatis cognomen in neminem cõpetat. nisi in solũ Deum, qui suapte natura bonus est, ait Lucæ. 18. Nemo bonus nisi solus Deus. Nam uere bonus per essentiã, & fons bonitatis. Hieronymus: Qui magistrum uocauerat bonum, & non Deũ uel Dei filiũ confessus fuerat, discit, quãuis sanctũ hominem comparatione dei nõ esse bonũ, de quo dicit. Ps. 117. Cõfitemini domino quoniã bonus. Origenes: Bonus homo dicitur in euangelio. Matth. 12. sic angeli boni. Psal. 142. & spiritus sanctus bonus. Lu. 11. & filius Dei qui imago est bonitatis illius. Sap. 7. Verũ Deo proprie conuenit, esse bonum: omnibus alijs, abusiue & eatenus, quatenus naturã participant diuinitatis: atq; ut cognoscamus nos nihil a nobis, sed à Deo posse, sibiq́; totũ tribuere. Luc. 17. Cũ feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: serui inutiles sumus. Cõparatione enim Dei, etiam dũ declinamus à malo, & facimus bonũ, parũ est, Iob. 4. Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur? aut factore suo purior erit uir? Nullus ergo proprie bonus, partim quod mutabiles sumus de bono in malũ, partim q nostra bonitas ad diuinã collata bonitatẽ, malitia sit. Istis ergo uerbis mentẽ iuuenis sublimiorẽ reddere uoluit, ut ipse tãquã Deus agnoscatur. Admirare adolescentẽ, quod cũ alij pleriq; sanando rũ morborũ gratia accesserint. Ille uitæ æternæ hæreditatem quæsierit, tametsi grauissimo auaritiæ morbo teneretur. Quid faciã, inquit, ut uitam ęternã percipiã? Marc. 10 Ro. 2. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deũ, sed factores legis iustificabuntur. Iac. 2. Fides sine operib⁹ mortua est in semetipsa. Dñs ad legẽ mittit, ne Iudęi dicerent, qd legẽ contẽneret. Mar. 10. Pręcepta nosti. Ecc. 15. Deus ab initio constituit hominẽ, & reliquit eũ in manu consilij sui, adiecit mandata & pręcepta sua: si uolueris mandata conseruare, conseruabunt te, & in perpetuũ fidem placitam seruare. Apposuit tibi aquã & ignẽ: ad quod uolueris, porrige manũ tuã. Ante hoĩem uita & mors, bonũ & malũ, quod placuerit ei, dabitur illi. Sed qm legis mandata multiplicia

erant, utpote moralia iudicialia, cæri monialia, interrogauit quę. Ponit au tē præcepta secūdæ tabulę proximū respiciētia, quantū, ad duo præcepta naturæ. Tob.4. Qđ ab alio tibi oderis sieri, uide ne tu aliquādo alteri facias. Mat.7. Omnia ergo quæcunq; uultis ut faciant uobis hoīes, et uos facite illis: hæc est enim lex & prophetæ. Infertur aūt nocumentū proximo uel in propria persona, contra hoc ait: Non occides, prætermisso ordine iuris. Gene.9. Quicunq; effuderit sanguinē humanū, fundetur sanguis illius. Ad imaginē quippe Dei factus est hō. Alioqui. Exo.22. Maleficos non patieris uiuere. Vel in persona coniuncta, Non mœchaberis. Pro.6. Qui adulter est ꝓpter cordis inopiā perdet animā suā. Heb.13. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. 1. Cor.6. Neq; adulteri regnū dei possidebūt. Aut in substantia, & hoc uel facto, contra quod, Non furtū facies. 1. Cor.6. Neq; fures regnū Dei possidebunt. Mar.10. Ne fraudē feceris. 1. Thes.4. Nequis supergrediatur, neq; circūueniat in negocio fratrem suū, qm̄ uindex est dn̄s de his omnibus. Honora patrem & matrē. Eph.6. Filij, obedite parētib⁹ uestris in domino: hoc enim iustum est. Honora patrem tuum, & matrem tuā, quod est mandatū primū in promissione, ut bene sit tibi, & sis lōgæuus super terram. Omnia aūt in uno cōcludit, dicens: Diliges proximū Roman. Qui enim proximū diligit, legē impleuit. Dilectio proximi, malū non operatur. Plenitudo ergo legis, est dilectio. 1. Io.4. Et hoc mandatū habemus à Deo, ut qui diligit Deū, diligat fratrem suum.

At ille respondens, ait illi: Magister, hæc omnia obseruaui a iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si uis perfectus esse, uade, & uēde omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & ueni, sequere me.

Mar.10. Iesus aūt intuitus eū, dilexit eū, & dixit ei. Vnū tibi deest. Vade &c. Iesus adolescētē intuitus pro bæ indolis ac lætæ spei, qui non ista fingerent, nec sibi malitiose placeret, quemadmodum pharisæi, significabat sese etiam huius ætatis studio delectari. Quod ista seruaris, inquit, laudo: cæterum in istis, ut tu putas, non est collocata perfecta iustitia. Præscribit aūt illi paupertatē caput omniū uirtutū. Si uis perfectus esse, inquit Hieronymus: In uolūtate nostra est, utrū uelimus esse perfecti: tamē quicunq; perfecti esse uolumus, uendere debemus, non dissipare, quę habemus: & non ex parte sicut Ananias & Saphira. Actu.5. Quæ possides, ait. Prou.3. De primitijs frugum tuaꝝ da pauperibus. Aliena enim restituenda sunt. Lu.19 Si quid aliquē defraudaui, reddo quadruplum. Da pauperibus, non histrionibus uel amicis. Luc.14. Cū facis prandium aut cœnā, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neque uicinos, neq; diuites, ne forte & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio: sed cum facis prandiū, uoca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia non habēt retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorū. Nec hoc satis est ad perfectionē, nisi post contemptas diuitias saluatorē sequaꝛ. Multi.n. pauperes & misericordes plurimis scatēt uitijs, quare & uia uirtutū amplectēda. Sic ergo dissipare, recōdere est: nā pro terrenis opibus meliorē thesauꝝ habebit in cœlis. Origenes. Iste qui mutat pro diuitijs paupertatē, ut fiat perfectus, credens sermonibus Christi, adiuuabitur statim sicut Apostoli Christi, ut sapiēs fiat in Christo, ut magnanimus, ut iustus, ut castus, ut absq; omni passione. Obserua euangeliū quædā præcipere, quædā cōsulere. Sunt.n. præcepta

Cōsuli in euangelio quædam, quædam præcipi.

de his, quę ad salutē à deo sunt necessaria, ut non possit cuiquam his non obseruatis salus cōtingere. Vñ dñs præcepta tradens, absolute loquebatur, pœnas æternas transgressoribus intētans. Nisi abūdauerit, inquit, iustitia uestra plus quā scribarꝝ & pharisæorꝝ, nō intrabitis regnū cœlorū. Mat.5. Cōsilia aūt de his, quæ ad salutē utilia sunt, ut tñ sine ipsis salus cōtingere possit. Hebrę.12. Hic (erudiuit nos) ad id qđ utile est. Vnde magni cōsilij angelus dicitur. Esa.9. Sed pharisęi spreuerūt cōsiliū Dei. Lu.7. Quare dñs paupertatis proponens consiliū, nō coactitio usus est sermone, neq; pœnā nō seruātibus cōminatus est aliquā, neq; necessitatē imposuit, sed in hoīs arbitrio sitū esse uoluit. Sic & cōtinētiā. Mat.19. Qui potest capere, capiat. Hinc de uirginib⁹ ait Apl's.1.Cor.7. De uirginibus pcceptū dñi nō habeo, cōsiliū autem do. Qui nō iūgit matrimonio uirginem suā, melius facit. Audis hic penes arbitrij libertatē sitū, si uelis cōtinere: cōsiliū.n. dans indicat rē factu possibilē. Et Christus testatur quosdā se castrasse pp regnū cœlorū. Erit igit nō coacta, sed spontanea uoluntas, quo fit, ut qđ uolēs pollicita est, quo ue sese sua sponte astrinxit, id ut reddat, oporret, modo liceat, deceat atq; expediat. Hier.4. Iurabitis, dicit dñs in iustitia, iudicio, & ueritate. Eiusmodi uota nō semel scripturę sanctę cōmendāt, & seruanda præcipiunt. Deut.23. Cum uotum uoueris domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum: si autem nolueris polliceri, absque peccato eris: qđ aūt semel egressum est de labijs tuis, obseruabis: et facies sicut promisisti domino Deo tuo, & propria uoluntate, & ore locutus es. Pro.22. Ruina est homini deuotare sanctos, & post uota retractare. Porrò. Esa.19. ecclesię tēpus designans, ait: Cognoscent Aegyptij dñm in die illa, & colent illū in hostis & muneribus, & uota uouebunt dño, & soluent. Sic et Paulus adolescētularum trangressionē, quæ sese dño deuouerant damnans, dicit.1.Timot.5. Cum luxuriatæ fuerint in Christo, nubere uolunt, habētes damnationē, quia primā fidem irritam fecerūt. Licet ergo cōsilia quæ circa paupertatē, castitatē, & obediētiā uersantur, carni pugnēt, ea tamē spiritus amplectitur, quasi salubria, & ad beatitudinē expedientia, quibus & Christus adest, ut exequātur suo præsidio suaq; gratia. Sic adfuit Paulo.2.Cor.12. Sufficit tibi gratia mea. Philip.4. Omnia possum in eo qui me confortat. Sic adest & omnibus ad ipsum confugientibus, eūq; in ueritate precātibus. Lu.11. Petite, & accipietis. Chrysostom⁹: Neq;.n. onerosum aliquid aut molestum est imperatū, sed facilia cuncta prorsus ac leuia, ut si afferamus prōptā solū modo uolūtatē, oīa efficere possim⁹, etiā si peccatis pleni fuerimus innumeris. Nā et Manasses post sceleratā mūdatus est uitā ac dilut⁹. Quo aūt istud effecit modo? pœnitētiæ profectu, fletu, studio uolūtatis. Nō est qppe aliqđ pctm̄ qđ nō cedat pœnitentiæ uirtute, immo gratiæ Dei, qui, cū ad meliora conuertimur, cōtinuo nobis cooperator efficitur. Si enim bon⁹ esse malueris, qui prohibeat, nullus omnino est. Est quidē diabolus prohibens, sed profecto nihil poterit, te eligente meliora magis autem hoc tibi in adiutorium, Deo cooperante. Quod si tu certe nolueris illud retroq; recesseris, quemadmodum ille tutabitur? Non.n. necessitate acuiolentia, sed cum tua te uult uoluntate saluare. Deus.n. non uult uiolenter astringeret, quemadmodū è regione, si solam ad placendum

ei oſtenderis uoluntatē, nunquā te il le deſtituet, quantalibet aduerſus te diabolus moliatur. Nude ergo & ex pedite Chriſtus ſequendus. Hieronymus: Si habes ſubſtantiā, uende. ſi non habes, grandi onere liberatus es. nudū Chriſtū nudus ſequere. Durū, grande, difficile: ſed magna ſunt præmia, dicente domino. Mat. 5. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorū eſt regnum cœlorum.

5 *Cum audiſſet autem adoleſcens uerbum, abijt triſtis. Erat enim habens multas poſſeßiones. Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis: Amen dico uobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico uobis: facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his, diſcipuli mirabantur ualde, dicentes: Quis ergo poterit ſaluus fieri? Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis: Apud homines hoc impoßibile eſt, apud Deum autem omnia poßibilia ſunt.*

Auebat adipiſci uitam æternam, ambiebat perfectionis honorem: ſed hunc affectum ueluti bonum ſemen obruebant ſpinæ diuitiarum, quas ſubito relinquere, uidebatur admodum durum. Mar. 10. Qui contriſtatus in uerbo, abijt mœrens. Quo claret beneuolum illum fuiſſe, et quam uis auarus, uitam tamen deſideraſſe æternam. itaq; mœſtus abijt domū, nequaquàm intelligens Ieſum non damnare diuitias, ſed affectū et amorem, curaſq; diuitiarum, quibus uix poſſunt nō eſſe obnoxij qui eas poſſident. Videns ergo Ieſus mœſtum illum abire, qui ſic ambiebat felicitatem regni cœleſtis, ut tamen opes huius mundi non poſſet cōtemnere, conuerſus. Mar. 10. & circūſpiciēs, ait diſcipulis ſuis: Quā difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt? Nā anguſta porta & arcta uia eſt quæ ducit ad uitam. Mar. 10. Diſcipuli autem obſtupeſcebant in uerbis eius. At Ieſus rurſus reſpondens, ait illis: Filioli, quàm difficile eſt confidentes in pecunijs in regnū Dei introire. Tenaciores enim iuſto, adhærent pecuniæ, & difficile abſtrahitur qui talibus eſt comprehenſus. Quandiu enim pecunias habemus, molitur diabolus nos ſupplantare, ne regula diſpenſationis recte utamur, & difficile eſt effugere eius laqueos. 1. Timoth. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in deſideria multa, & inutilia, & nociua, quę mergunt homines in interitum, et in perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas. Ecc. 10. Nihil iniquius quàm amare pecuniam, hic enim animam ſuam uenalem habet. Humilis porta non recipit camelos opum ſarcinis onuſtos. Sic enim notauit diuites auaros, quibus diuitiæ magis ſunt oneri quā uſui, ut quas alijs baiulant potius quàm ſibi. Eccleſiaſt. 5. Diuitiæ cōſeruatæ in malū domini ſui. Generauit filium, qui in ſumma egeſtate erit: Sicut egreſſus eſt nudus de utero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. Mirabilis prorſus infirmitas, quomodo uenit, ſic reuertetur. Capitur etiam camelus & pro fune, quo nautæ pro alligandis ancoris utuntur. Marc. 10. Qui magis admirabantur, dicentes ad ſemetipſos, & quis poteſt ſaluus fieri? Exiſtimabāt uix quempiam poſſe inueniri, q amplas poſſeſſiones ſubito profuſurus eſſet ob regnū Dei, quanq; ipſi paucula quædam reliquiſſent: unde non pro ſeipſis interrogant, cū pauperes eſſent, ſed pro omnibus qa miſericordes erāt. Quotus enim qſq; eſt mortaliū, qui aut abijcere poſſit diuitias quas habet, aut non optare ſi nō habet? Lucæ. 18. Quæ impoſſibilia ſūt apud homines, poſſibilia ſunt apud Deū. Docet non humana infirmitate metiēdam ſalutem, ſed uirtute diuina. Nam eius conſilio amicos facimus

cimus de mammona iniquitatis, Lu. 16. Hieronymus: Vbi difficile ponitur, non impossibilitas prætenditur, sed raritas demõstratur. Difficillimũ est, tẽporalibus abundare, et ea non inordinate amare: esse in diuitijs, & non uti delicijs: ab alijs ob diuitias honorari, & non extolli, nec mundi uanitates sectari. Ecclesiast. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in uita sua. Non ergo humanarũ est uirium, contemnere diuitias, eaq́ commoda quæ diuitias consequuntur: sed hanc animi sublimitatem impartit deus ijs qui per credulitatem simplicem, præbent se aptos dotibus diuinis. Solus ille mutat animos diuitum, ut alacres etiam uel abijciant quod possident, uel possideant tanquam communes, non proprias, semper paratι relinquere, siquando id postulet euangelij negocium. Cur enim ægre contemnant opes, qui non grauãtur impendere uitam? Diues enim apud deum esse desiit, quisquis amorẽ posuit pecuniæ, & sic habet, ut libentissime sit relicturus, quoties id postularit ratio salutis æternæ. Psal. 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Iob. 31. Si putaui aurum robur meũ, & obrizo dixi, fiducia mea. Si lætatus sum super multis diuitijs meis, et quia plurima reperit manus mea. Hinc. 1. Tim. 6. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum suarũ, sed in deo uiuo, q præstat nobis omnia abũde ad fruendum: bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamẽtũ bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam.

Mat. 19. Q. *Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Quid ergo erit nobis?*

Ostendit incomprehensibilia manere bona eos, qui terrenis contẽptis & relictis, Christum sequuntur. Nõnihil spei ex dñi uerbis conceperat Petrus quibus iuuenem admonuit, uenditis omnibus et in pauperes erogatis, se sequi: qui quanquam diues non esset, tamẽ hoc ipsum quod habebat, alacer reliquit, ac dominum fuerat secutus. Hinc ait: Præstitimus quod ab adolescente requirebas, illi promittebas thesaurũ in cœlis, nobis igitur qđ sperandum est præmij Hieronymus: Grãdis fiducia. Petrus piscator erat, diues non erat, cibos manu & arte quærebat, & tamen loquitur confidenter reliquimus omnia. Marc. 4. Relictis retibus & naui, secuti sunt eũ. Plurimum reliquit, qui totum quod habet, sic deserit, ut nec de sarciẽdo, nec de augendo cogitet. Etenim paruarũ rerũ magna tenemur affectiõe. Sed & oẽs uoluptates reliquit, & cũ parentibus amorem carnis. Illæ.n. affectiones nõ solũ contra diuites, sed etiam contra pauperes militant. Vnde dñs dixit Abrahæ. Gene. 12. Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Origenes: In datis non ipsum datum, sed affectũ dantis aspiciens deus iustificat, & melius suscipit parua dantẽ cũ magno affectu quàm magna ex affectu modico. Exẽplo sunt duo minuta uiduę, Lu. 21. & hic Petrus. Quanquam nõnulli haud pauca reliquerũt, ut claret in Matthæo, Lu. 5. Sed quia nõ sufficit tantũ relinquere, hoc.n. & Socrates fecit & alij, adiungit quod perfectũ est. Et secuti sumus, inquit, te corporis gressu, cordis affectu, uitæq́ assimilatione. 1. Ioã. 2. Qui dicit se in Xpo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. 1. Co. 4. Imitatores mei estote, sicut et ego Xpi. Eccl. 23 Gloria magna est sequi dñm. lõgitudo enim dierũ assumetur ab eo. Nam Ioan. 14. Nemo uenit ad patrẽ, nisi p me. Hinc. Ioan. 8.

Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Io. 14 Ego sum uia, ueritas, & uita.

2 *Iesus autem dixit illis: Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel,*

Hiero. Non dixit, q reliquistis omnia, hoc enim multi fecerunt uanitatis studio, sed qui secuti estis me, qd' proprium apostolorum est atq; credentium. In futuro seculo, cũ reuixerint mortui dabiturq; cuiq; pro meritis suis pręmium, iamq; filius hominis deposita, quã nunc uidetis, humilitate, cõsederit in sede maiestatis, manifeste & uniuersaliter exercens iudiciariã potestatẽ. Ioel. 3. Consurgãt & ascẽdant gentes in uallẽ Iosaphat, qa ibi sedebo ut iudicem oẽs gẽtes in circuitu. Dañ. 7. Aspiciebã ergo in uisione noctis, & ecce cũ nubibus cœli q̃si fili9 hoĩs ueniebat, & usq; ad antiquũ dierũ peruenit, et in cõspectu eius obtulerũt eũ, & dedit ei potestatẽ & honorẽ, & regnũ, et omnes populi, trib9 & linguę seruiẽt ipsi. Act. 10. Ipse est, qui cõstitutus est à deo iudex uiuorũ

Mat. 19. & mortuorũ. Origenes tres ponit ge-

Generationes tres. nerationes. Vnã, qua oẽs nascimur filiȷ́ irę. Eph. 2. Qua nemo mũdus à sorde, nec infans cuius est unius diei uita, super terrã. Iob. 15. Altera, qua renascimur ex aqua & spiritu sancto. Io. 3. qua cõsepelimur Christo. Ro. 6. An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti. n. sumus cũ illo per baptismũ in mortẽ, ut quomodo Christus resurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulem9. Qua omnis tergitur macula, qua omnis mundus à sorde. Eph. 5. Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit p ea, ut illam sanctificaret, mundans eã lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, nõ habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata. In tertia conformes fiũt corpori claritatis Christi, quæ terminatur ad esse substantiale secũdo collatum, restitutumq; corpori. 1. Co. 15 Mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Phil. 3. Nostra conuersatio in cœlis est, unde etiam saluatorẽ expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationẽ uirtutis suæ, qua possit etiam sibi subȷ́cere omnia. Sedebitis, & uos piscatores, modo toti mũdo exosi, abiecti, ac penitus deplorati, tunc consortes honoris, qui nunc consortes estis afflictionis, iudicantes duodecim tribus Israel: quia uobis credentibus, illi credere noluerunt, quod ex eadem stirpe progeniti, ȷ́sdem miraculis, ac beneficȷ́s prouocati, tamen nulla ratione perduci potuerunt ut crederẽt, cum uos humiles & idiotę, statim ad simplicem uocis iussionem, etiã illa reliqueritis, quibus uitam sustẽtabatis. Hieronymus: Discimus hic, dominum cum suis discipulis iudicaturũ. Vnde Mat. 12. Luc. 11. Ideo ipsi iudices uestri erunt. Nec quoniam super duodecim sedes sessuros ait, duodecĩ solos homines cum illo iudicaturos putemus. Alioqui cum in locum Iudæ Mathias selectus sit. Paulus qui plus omnibus laborauit, ubi ad iudicandum sedeat, locum nõ habebit. 1. Cor. 15. qui tamen ad numerum iudicantium se cum alȷ́s pertinere demõstrauit, dicens. 1. Co. 6. Nescitis quoniam angelos iudicabimus? Sic & de ipsis iudicandis. Si enim duodecim tribus Israel, ubi tribus Leui quæ decimatertia? ubi & gentes? Num &

Iudas? Non, quia non secutus perseueranter. Sæpe enim deus pollicetur bona quibusdam dignis, quæ aufert, cum exciderint, & indignos se reddiderint. Similiter facit & in asperis: sæpe minatur, et non inducit, conuersis nobis. Obserua quod Christus secūdū naturam diuinam, immo tota trinitas, iudicabit authoritatiue: secundum quod homo, executiue. Ioā. 5. Pater omne iudiciū dedit filio. Apostoli per assessoriam dignitatem tanquam amici. Cæteri electi per approbationem, sententiam iudicantis iustissimam approbantes. Minus mali, per comparationem. Matt. 12. Viri Niniuitæ surgēt in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Qui ergo sua relinquētes, dominum secuti sunt, hi iudices cum domino erūt: qui licita habētes, recte usi sunt, iudicabuntur, quibus dicetur: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi. Esuriui enim, et dedistis mihi manducare, &c. Math. 25.

3 *Et omnis qui reliquerit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit.*

Volens ostendere hanc eximiam laudem non solum patere diuitibus, uerumetiam tenuibus, qui quicquid hoc est quod possidēt, libenter habēt pro derelicto ob euangelium, cū hæc uirtus magis æstimetur ab affectu relinquentis, quàm à modo rei relictæ. Marc. 10. Amen dico uobis, nemo est qui reliquerit domum &c. propter me & euangelium, (Luc. 18. propter regnum dei) qui non accipiat centies tantum, nūc in hoc tempore, hoc est, domos & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cū persecutionibus, & in futuro uitam æternam. Ne pœniteat relictorum, magnum ostendit præmium & lucrum, ob dei regnum fecisse iacturam. Hieronymus: Sensus est: Qui carnalia pro saluatore dimiserit, spiritualia recipiet, quæ comparatione, & merito sui ita erunt, quasi paruo numero centenarius cōparetur. Pro singulis relictis centuplum accipiet in hac uita, quantumuis sæuiant persecutionum procellæ. Siquidem longe plus accrescit ex charitate euangelica, quàm decessit ex immanitate persecutorum. Vehementiores atque dulciores sunt affectus spiritus quàm naturæ. Ps. 118. Particeps ego sum omnium timentium te, et custodientium mandata tua. Nulla. n. comparatio fluxarum rerū, & mox, etiamsi nullus eripiat, periturarum, ad opes animi, quas nemo potest elargiri, nisi solus deus, nemo potest eripere, nisi qui largitur. Philip. 3. Verunta men existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam. Quid enim confert uxor domui uiri sui? Profecto curat quo necessaria sint parata. Quot fuerunt, & sunt, quibus cura de necessarijs prædicatoribus fuit uerbi diuini? Sic matres, sic fratres, &c. quàm amico diligunt affectu. Hinc. 1. Cor. 7. Tanquam nihil habentes, & omnia possidētes. Et si hoc parum uidetur, addetur & ad cumulum, æternæ uitæ possessio in seculo futuro. Chrysostomus: Aspice qualiter paupertatē, quā docuerat, dñs per opera demōstrauit: confundant paupertatis detractores, cuius gloria in capite nostro in ipsis etiā incunabulis refulget. Luc. 2. Pannis eum inuoluit, & reclinauit in præsepio, quia nō erat ei locus in diuersorio. 2. Corin. 8. Scitis gratiā domini nostri Iesu Christi, quoniam propter uos egenus factus est, cū esset diues, ut illius inopia uos diuites essetis. Matth. 8. Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos: filius autē hominis non habet

ubi caput suũ reclinet. Itaq; ne discipulis securitatem adderet, quod à domino ob derelictas res & affectus neglectos essent collaudati, adiecit:

P *Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.*

Non enim in reb⁹ sita est ista laus, sed affectib⁹. Pauperior est, qui quod casu obtigit, sic habet quasi non habeat, facile donans quoties subleuandus est proximus: nec gaudio gestiẽs siquid accrescat, nec dolore contabescens siquid eripiatur: quàm is, qui hoc ipsum quanuis pusillum quod habet, magnifacit, nec augendi ullum facit finem. His dictis uidebatur Iudam notare, qui cum & ipse relictis omnibus secutus esset dominum, tamen post sceleratius auarus cõpertus est, q̃ ij qui iuxta mũdum sunt opulẽtissimi. Sic & Iudæi nouissimi facti, q primi, ecõtra gẽtes. Hiero. Non tpe differente domino, sed fide.

De operarijs in uinea, Matth. 20.

ARTICVLVS LXXXIIII.

Matt. 20 Q *Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in uineam suam. Conuentione autẽ facta ex denario diurno, misit eos in uineam suam. Et egressus circa horam tertiam, uidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & uos in uineam meã, & quod iustum fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa horam sextam & nonã, et fecit similiter. Circa undecimã uero exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei: quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & uos in uineam meam.*

Quoniã ænigma uidebatur quod dixerat de primis & nouissimis, explanat parabola, qua declarat diuersis ętatibus homines esse uocatos ad cultum pietatis, & omnibus tamen iustitiæ cultoribus idem esse pręmiũ æternæ salutis, modo uocati gnauiter laborauerint in uinea iustitiæ. Regnum cœlorum, præsens dicitur ecclesia, quæ cum triumphante unum facit regnum. Huius rex, deus: lex, charitas: plebs, Christiani: una merces, æterna felicitas, quæ hic in spe habetur, & illic percipitur in re. Rom. 8 Spe enim salui facti sumus. 2. Cori. 5. Quandiu sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Non tamen sumus hospites & aduenæ, sed ciues sanctorum & domestici dei, Ephe. 2. Hinc Philip. 3. Nostra conuersatio in cœlis est. Colos. 3. Quæ sursum sunt, quærite, non quæ super terram. Conditor ergo noster rectè paterfamilias dicitur, qui electos quos condidit, in mundo quasi subiectos in domo gubernat. Baruch. 3. O Israel, quàm magna est domus dei tui, & ingens locus possessionis eius. Deute. 32. Nonne ipse est pater tuus, qui possedit, fecit & creauit te? Sapiæ. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil eorum odisti q̃ fecisti: nec enim odiens aliquid fecisti aut constituisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses? aut quod à te uocatum non esset, conseruaretur? Sapiæ. 12. Tu aũt dominator uirtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Subest tibi, cum uolueris, posse. Exijt non loci mutatione, sed noua operatione. Cum enim non cognoscitur, in occulto est: quãdo cognoscitur, de occulto procedit ad notitiam: eoq́ frequentius exijt, quo amplius sui notitiam dedit Israeli, ut dicit Gregorius: Ad erudiendã plebem suam, quasi ad colendam uineam nullo tempore destitit operarios mittere: quia & prius per patres, & postmodum per legis doctores, & prophetas, ad ultimum per apostolos, dum plebis suæ mores excoluit, quasi per operarios in uineæ cultura laborauit. Quanuis & pro quolibet modulo uel mensura, quisquis cum recta fide bonæ prædicator actionis extitit, huius uineæ operarius fuit. Esa. 5. Vinea domini exercituum, domus Israel est: uiri Iuda germen

Paterfamilias quis.

germē eius delectabile. Ne putaretur ante legem non fuisse, ait Psal.79. Vineam de Aegypto transtulisti, & plātasti eam. Hanc ob malitiam agricolarum, qui hæredem occiderunt, aliīs locauit, Matt.21. Vt enim uinea fertilis iucundissimos fructus producit, ita & Christi ecclesia: atq; ut ramos quosdam habet aridos, ita & in ecclesiæ corpore est inuenire mēbra quædam arida. Testatur dn̄s Ioā. 15. Ego sum uitis, et uos palmites. Conducit aūt operarios, non locutores, qui dicant & non faciant, Mat.23. Chrysostomus: Cōuentio est uitę ęternę promissio. Denarius imaginem regis habet, qui olim pro decem numis computabatur: & signat, quod homo qui ad imaginem dei factus fuerat Gen.1 sed per peccatum deformatus, in ęterna beatitudine perfecte reformaretur ex obseruatione pręceptorum decem decalogi, quæ in duobus charitatis præceptis includūtur, dilectionis dei & proximi. Diurnus dicitur, quia ꝓpter eum quotidie laboratur, & quotidie regnum ingredientibus cœleste datur, ipsumq; meremur in die gratię. Ioan. 9. Venit nox quando nemo operari potest, & accipiemus in die glorię. Psalm.83. Melior est dies una in atriīs tuis super millia. Noluit diuina benignitas ut gratis sibi seruiretur, sed pro denario diurno, hoc est, regno cœlorum. Diligenter ergo curandum, ne de uinea excidamus per infidelitatem, & ne malitiose in ea operemur peccādo: alioqui eīciemur sicut Adā Gene.3. ac tertio, ne negligenter laboremus. Hie.48. Maledictus qui facit opus dei negligenter. Origenes: Affectus, nō tempus, respicitur, quod quis fecit in fide: ideo nō aspicitur ex quo quis uocatus est, sed quantum quis operatus est, & ob id omnibus idem tribuitur denarius. In foro, hoc est, in seculo, rerum tēporalium negociationibus pleno, ubi plurimi aīas uendunt, detenti per mundi concupiscentiam, fugientes bene operari per negligentiam. Ite & uos, dimittendo opera tenebrarum, faciendo fructus lucis. Ro.13. Abīciamus opera tenebrarum, et induamur arma lucis. Cū istis non componit de pretio, sed qđ iustum est dicit. Reddet enim cuique secundum opera sua. Mat.16. Ad undecimam exiens, inuenit rebus temporalibus inhærentes, & spiritualem profectum negligentes. Io.16. Exiui à patre & ueni in mundum. Ioā.3. Lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q̄ lucem. Eccl 33. Multam malitiā docuit ociositas. Vnde Ezech.16. Hæc est iniquitas sororis tuæ Sodomæ: superbia, & abūdantia panis, & ociositas. Prouer.12. Qui operatur terram suā, satiabitur panibus: qui autem sectatur ocium, stultissimus est. & 28. Qui sectatur ocium, replebitur egestate. Omnis ēt gentilium uita, extra Christum infructuosa. Nemo, inquit, nos conduxit; hoc est, uias uitæ nemo nobis aperuit. Nam per legem scriptā cōducti non erant, & lex naturæ in ipsis obscurata. Ro.1. Obscuratū est insipiēs cor eorum, ut perfectam de deo cognitionem non haberent. Actu.17. Et tempora quidem huius ignorantiæ (qua sculptilia deos putarunt) despiciens deus, nūc annunciat hominib9, ut omnes ubiq; pœnitētiā agāt. Hinc dn̄s grauitatem incredulitatis metitur, d. Ioan.15. Si non uenissem, & locut9 eis non fuissem, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Roma. 11. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gētium intraret. Chrysostomus: Dies ista, operationū dies: dies quæ sequitur, dies feriarum. Cōsideranda pietas dei, quæ ut occasionem habeat præmiandi, undecima operarios mittit in uineam. Nam & gentiles ad undecimam uocantur.

Diurnus cur denarius dicatur.

Possunt & ad unumquęque horarũ diuersitates, per ætatum momenta di-
Mane. stingui. Mane pueritia, ĩ qua bñ operari nitimur. Eccl. 39. Cor suũ tradet ad uigilãdum diluculo, ad dñm qui
Hora tertia. fecit illum. Hora tertia, qui in adolescentia, quando sol (hoc est, calor naturalis) in altum tendit. Thren. 3. Bonum, est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Prouer. 22. Prouerbium, est adolescẽs iuxta uiã suã, etiam cum senuerit, nõ recedet ab ea. Eccl. 12. Memẽto creatoris tui in die-
Nona hora. bus iuuentutis tuæ. Hora nona qui saltem in senectute, qñ sol (hoc est, calor naturalis) declinat. Vndecima, q in decrepita ætate, & ultimo uitæ fine. Id. n. uult parabola, ꝙ & in senecta licet resipiscere & regnum cœlorum assequi. Concludit ergo dei pietas duritiam nostram.

Cum sero autem factum esset, dicit dominus uineæ procuratori suo. Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a nouissimis usque ad primos. Cum uenissent ergo qui circa undecimam horam uenerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes, murmurabant aduersus patrẽfamilias, dicentes. Hi nouissimi una hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti qui portauimus pondus diei & æstus.

Sero, ut dicit Rabanus, mundi fi-
Sero mystice quid. nis est, aut uitæ uniuscuiusꝗ terminus. tunc. n. non est tempus operandi fructuose, sed mercedis recipiẽdę. Procurator Christus, cui oĩa pater dedit in manus, Ioan. 13. Nam procurat nobis patris propiciationem. 1. Ioan. 2. Siquis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed & pro totius mũdi. Sic & iustum remunerationem, Matthæ. 25. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnũ. Heb. 10. Habentes fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Voca operarios. Apoca. 14. Opera enim illorum sequuntur illos. Apo. 22. Ecce uenio cito, & merces mea mecum est, dare unicuiꝗ secundũ opera sua 1. Cor. 3. Vnusquisꝗ propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Iob. 5. Homo nascitur ad laborem. Vnde Gene. 3. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Nam & primus hõ positus fuit in paradisum, ut operaretur et custodiret illum, Gene. 2. Ideo admonet Ecclesi. 9. Quodcunꝗ potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia, erunt apud inferos quò tu properas. Chrsyos. Iustitiæ fuit, omnibus reddere, sed nouissimis, primum non fuit iustitiæ cõtrarium, sed misericordiæ ostensiuum, Iudæi prius uocati sunt, sed tamen gentes post uocatæ, non solum æquatæ sunt illis, uerum etiam antepositæ incredulis. Nam in aduentu domini uocati, ad regnum sine aliqua tarditate ueniunt, æquales ĳs qui ab initio mundi cœperunt, prius etiam latronem ꝙ Petrum in paradisum perduxit. Qui circa undecimam uenerant, tantum hora laborauerant. & tamen acceperunt & ipsi singulos denarios uitam æternam, quæ (ut dicit Augusti.) æqualis erit omnibus, nulli longior, nulli breuior, meritorum tamẽ diuersitate fulgebunt alĳ maius, alĳ minus. 1. Co. 15. Stella differt à stella ĩ claritate. sic & resurrectio mortuorum. Io. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Acceperunt & primo uocati, iuxta cõuentionem singulos denarios, sed uidentes æquatos in præmio, qui non fuerant pares in temporis spatio, abeuntes murmurabant, non ꝙ minus acceperint quàm constitutum, sed ꝙ plus accipere uoluerint his, in quos clementia se conductoris effuderat. Semper Iudæi in regno dei digniorem locum habere uo

fuerunt gentibus, ut patet in Actis. Eo ꝙ æstum meridianum pertulerimus, cum isti uenerint sub uesperam refrigerato iã sole. Ante Christi enim aduentum plus laborauerunt, eo ꝙ mors nondum esset soluta, neq; diabolus contritus, sed adhuc uiuebat peccatũ. Vnde de lege ait Petrus Act. 15. Quid tentatis deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus? Nos autẽ gratia Christi per baptismũ iustificati, uirtutem accipimus ad uincẽdum aduersariũ nostrum, iam deuictum & occisum à Christo.

3 *At ille respondens uni eorum. dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Non'ne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est, & uade. Volo autẽ & huic nouissimo dare, sicut & tibi. An non licet mihi, quod uolo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi.*

Vni pro omnibus dixit: Amice, nõ facio &c. cur meam benignitatem inuides aliis? Mea in alios gratuita liberalitas, te non lædit. Iob. 8. Nunquid deus supplantat iudicium, aut omnipotens subuertit quod iustum est? Præstitisti operam, habes mercedem. De tuo nihil decedit, siquid huic additur ex mea liberalitate. An mihi liberum non erit per te, de meo quod uolo facere? Cum enim uoluntas dei sit essentialiter idem quod sapientia & iustitia, nec iniusta nec irrationabilis esse potest: sed eo ipso quod aliquid uult, iustum est. Sap. 12. Virtus tua domine iustitiæ initium est. An oculus tuus liuore torquetur, quia me uides benignum in eos quos lubitum est? Gregorius: Conquerendum, non si daret quod non deberet, sed si non daret, quod deberet. largitio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro, non potest à nobis diiudicari, cur uni plus, alteri minus largiatur: sed eius ordinationi, qui ponderator est spirituum, Prouer. 16 & cui omne cor patet, & omnis uoluntas loquitur, est penitus relinquẽda. Psalm. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Quanquam inter sanctos nec est liuor, nec murmuratio aduersus deum, tamen huiusmodi dictis expressit summum honorẽ quem nouissimus est habiturus, ut in pręmio locum primum sortiretur, & domini liberalitate æquaretur his qui prius uenerant. Hac similitudine ostendit dominus neminem ab hoc præmio uitæ æternæ secludi, qui modo uocatus audiat. Hoc præmium ut non debetur omnino meritis nostris, sed potius beneficentiæ diuinæ, tamen non contingit citra nostrum conatum, quanquam & hoc debeamus uocanti, quòd ad cultum pietatis accedimus, quòd in eo perseueramus usq; ad uesperam. Philip. 1. Qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu. & 2. Deus enim est, qui operatur in nobis uelle & perficere pro bona uoluntate. Hinc. 1. Corinth. 15. ait Apostolus: Plus omnibus laboraui, non ego autem, sed gratia dei mecum. Statim igitur properet, quisquis uocatus fuerit: alioqui frustra fuerit uocatus, si non det operam ut sit etiam electus. Psalmo. 39. Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Gregorius: Ecce uox omnium Christum clamat, sed uita non clamat. Pleriq; dum deum uocibus sequuntur, moribus fugiũt. Tit. 1. Confitentur se nosse deũ, factis aũt negãt. Pauci ergo electi, q̃a multi male operantur. Hie. 4. Vt iniq; agerent laborauerunt, Mat. 7. Non omnis qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Aut hic mercedem accipiunt. Matth. 6. Amen dico

uobis, receperunt mercedem suam. Aut non perseuerant in finem. Matt. 10. & 24. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Eccl. 18. Ne uerearis usque ad mortem iustificari. Apoc. 22. Iustus iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. Sumus. n. dei mercenarij, ut dicit Chrysostomus, qui nunquam sine opere esse possunt, curentq; oportet opera domini, non sua. Anselmus: Quicunque nondum uiuit ut pauci, aut uitã suam corrigendo se inter paucos colligat, aut cum multitudine, timeat reprobationem. 2. Pe. 1. Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam uestram uocationem & electionem faciatis.

De paucitate saluandorum, & dolo Herodis, Lucæ. 13.

ARTICVLVS. LXXXV.

Luc. 13 *Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Hierusalem. Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico uobis, quærent intrare, & non poterunt:*

Causam assignat, quare pauci electi: quia uocati renuunt, & ideo post cũ uolunt, ingressum non inueniunt. Prouerb. 1. Quia uocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit q aspiceret, despexistis omne cõsilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu uestro ridebo & subsannabo, cum uobis id quod timebatis aduenerit. Ob id enim dominus ciuitates, & castella obãbulabat, ut uocaret ad ĩgressum regni per pœnitentiæ uiam. Lucæ. 4. Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum. & 5. Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Angusta porta quos seu quotu plices non capiat. Conandum est, quia angustus ingressus, sed ducit ad latitudinẽ regni cœlorum. non capit hæc porta onustos diuitijs. Marc. 10. Quàm difficile est, confidentes in pecunijs regnum dei introire. Cumulatos honoribus. Io. 5 Quomodo uos potestis credere, qui gloriam ab inuicẽ accipitis, & gloriã quæ à solo deo est non quæritis? Non distentos luxu. Rom. 16. Huiusmodi Christo dño nostro non seruiunt, sed suo uentri. Non graues auaritia. est enim idolorũ seruitus, Eph. 5. Non turgidos & elatos fastu. 1. Petri. 5. Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiam. Qui tales sunt, eligunt uiam latam, spatiosam, & prima facie blandam, sed ducẽtem ad mortem. Prou. 14. Est uia quæ uidetur homini iusta, & nouissima eius deducunt ad mortem. Prou. 12. Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilia. Cum lite ergo & pugna contra dæmones, mundum & carnem, ir refrẽnatamq; propriam uoluntatem, Christi sectanda sunt uestigia. Matt. 16. Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. 1. Ioan. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Hæc uia ingrediẽtibus aspera uidetur, sed ingressis dulcescit. Pro. 4. Ducam te per semitas iustitiæ: quas cũ ingressus fueris, non arctabũtur gressus tui: & currens, non habebis offendiculũ. Mat. 11. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Hinc Ioan. 10. Ego sum ostium. per me siquis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Cum autem sero q̃sierint, non patebit aditus. Matth. 25. Nouissime ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine domine, aperi nobis, At ille respondens, ait: Amen dico uobis, nescio uos.

Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ad ostium, dicentes: domine domine, aperi nobis. Et respondẽs dicet uobis: Nescio uos unde sitis. Tũc incipietis dicere: Manducauimus corã te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet uobis;

Nescio uos unde sitis. Discedite à me omnes opera rij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentium, cum uideritis Abraham & Isaac et Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, uos autem expelli foras. Et uenient ab oriente & occidente & aquilone & meridie, & accumbent in regno Dei: Et ecce sunt nouissimi, qui erant primi: & sunt primi, qui erant nouissimi.

Quàm nociua sit mora cuiq;, indicat. Cũ intrauerit paterfamilias Christus, completo finali iudicio, cũ uniuersis electis cœlestem paradisum, et clauserit ostiũ, qđ nunc patet omnibus adnitentibus, tum sero resipiscẽtes, agnoscetis errorem uestrũ: & inuidentes his qui sunt ingressi, incipietis obsidere ostiũ, ab electis loco & præmio separati. Tunc ille qui prius auditus nõ est inuitans ad ingressum, uicissim non audiet uos. Prouerb.1. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: nocte consurgent, & non inuenient me, eo ꝙ exosum habuerint disciplinam, & timorem dñi non suscẽperint, nec acquieuerint cõsilio meo, & detraxerint uniuersæ correptioni meæ. comedent igiť fructus uiæ suę, suisq́; cõsiliĳs saturabunť. Prouer.28. Qui declinat aurem suam ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. Nescio uos ꝑ approbationẽ. 2. Timo.2. Nouit dñs qui sunt eius. Psal.1. Nouit dñs uiam iustoꝝ, & iter impioꝝ peribit. Prouer.12. Iter deuium ducit ad mortem. Nouit dñs omnia notitia simplicis uisionis. Heb.4 Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Prouer.15. In omni loco oculi dñi cõtemplanť bonos et malos. At illi: Qui fit dñe, ut non agnoscas nos? Ad Israelitas simpliciter referri potest, quanq̃ et nos manducamus corpus diuinũ, & bibimus eius sanguinem coràm eo, quotidie ad eius mensam mysticã accedentes, & docet in plateis nostris dñs. Atqui nulla inde utilitas, si auditores quidem diuinæ legis fiamus, non aũt factores. Immo contra ad maiorem tormentoꝝ occasionem audiuisse accedit, sicut & diuinarum sanctificationũ sumptio ad iudiciũ. Ista.n. non efficiunt germanos Christi discipulos. Qui.n. uestigĳs Christi ingressus nõ fuerit, hunc nõ agnoscet, dicens: Vos cuiates sitis, nescio. O durum & intolerabile uerbũ, nesciri ab eo qui nouit oĩa. 1. Corin.14. Siquis ignorat, ignorabiť. Sed plus horrendum qđ subditur: Abite procul, recepturi uobis dignũ præmiũ ab eo quem coluistis. Psal.5. Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos. Psal.139. Verũtamen iusti confitebũtur nomini tuo, & habitabunt recti cum uultu tuo. Famuli mei, qm̃ mecũ sunt, & mea causa passi sunt, mecũ æterni conuiuĳ iucunditate fruentur. 2. Corin.1. Sicut socĳ passionum estis, sic & consolationis eritis. Lucę.22. Vos estis qui permansistis mecum in tẽtationibus meis: & ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super mẽsam meã in regno meo. Vos ergo qui seculi uoluptates, ętername præposuistis felicitati, illuc abite ubi erit fletus, ex diuersis generibus infernaliũ tormentoꝝ. Psal.10. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellaꝝ, pars calicis eoꝝ. Matt.25. Ite maledicti in ignem æternum. Et stridor dentium, ex uehemẽtissimo frigore. Iob.24. Ad nimium calorem trãsiet ab aquis niuium, & usq; ad inferos pct̃m illius. Augebit aũt calamitaťe, alioꝝ cõspecta felicitas, quos hic fuerатis persecuti. Psal.111. Peccator uidebit & irasceť, dentibus suis fremet et tabescet, desideriũ peccatoꝝ peribit: ac uos ab his prognatos (Abraham, Isaac & Iacob, &c.) expelli foras: neq; qcq̃ uobis prodesse generis & cognationis prærogatiuam. Ioan.8. Si filĳ Abrahæ estis, opera Abrahę facite. Apoc.22. Foris canes & ueneſi-

ci, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium. Venient autem nõ solum ex Iudæa, sed ex omni natione quæ sub cœlo est. Act. 10. Non est acceptio personarum apud Deum, sed in omni gente qui timet Deũ & operatur iustitiam, acceptus est illi. Roma. 9. Quid ergo dicemus? quod gentes quæ non sectabantur iustitiã, apprehenderũt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est: Israel autem sectãdo legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia nõ ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt. n. in lapidem offensionis, sicut scriptũ est Esa. 28. Ecce pono in Sion lapidẽ offensionis & petram scandali, & oĩs qui credit in eum, non confundetur. Sic & nos primi uidemur, utpote à cunabulis instructi nomẽ Christi & professi: sed postremi erimus, prælatis gentibus quibusdam qui in fine uitæ suæ cõuertentur. Ita & uirtutibus preclari quandoque paulatim tepescũt. Apocal. 2. Habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquisti. Hinc. 1. Corin. 10. Qui stat, uideat ne cadat. Econtra uitiosi pœnitendo crescunt. Roma. 5. Vbi abundauit delictum, superabundat & gratia.

In ipsa die accesserunt quidam pharisæorum, dicentes illi: Exi & uade hinc quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite, dicite uulpi illi, ecce eijcio demonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Verũtamen oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare, quia nõ capit prophetam perire extra Hierusalem.

Quoniam hæc inuisa Iudæorum auribus. (Non. n. sufferre poterant gentes sibi preferri, ut claret in Actis) passim magna cum libertate docebat Iesus, inuidia tabescentes dñm terrere nitebantur, ne miracula faciendo, turbas sibi conciliaret & uirtute diuini uerbi alliceret, dicentes: Cõsule uitæ tuæ, & relinque Galilæam. Monstrat autẽ dñs nihil sibi periculi esse à quoque homine, etiam si plurimum uellet, nisi uellet ipse: nec se moriturum nisi eo tẽpore quo decretũ esset, nec alio mortis genere, nec alio loco quam constitutũ esset. Non. n. in Galilæa, sed Hierusalem prefinitum erat passurum dñm. Vulpi, qui uersutia humana credit se aliquid posse aduersus consiliũ Dei. Prouer. 21. Non est sapientia, non est prudentia, non est consiliũ cõtra dominũ. Esa. 46. Consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet. Lucæ. 22. Et filius quidem hoĩs secundum quod diffinitũ est, uadit. Beda: Vulpes animal est fraude plenum, in foueis latitans ad insidias, odore fœtens, nunquam recto incedẽs itinere. Sic malus princeps bestialis est, uentrem & luxum quærẽs, dolosus per calliditatem, simulatione et duplicitate prauã suam intentionem abscondens, per excogitatam uersutiam insidiãs, fœtens per malam famã, curue incedens per conuersationem iniustã. Ecce non est humanum quod gero, nec licet desinere ante tempus a Deo prescriptum. Siquidem Hierusalem antiqua prophetarum est interfectrix, nec conuenit ut propheta quisque pereat extra eam. Assueti enim effundere seruorum sanguinem, & ipsum dominum occident. Hoc dicto Deum se declarauit.

Vulpis natura.

De hydropico sanato & humilitate. Luc. 14.

ARTICVLVS LXXXVI.

Et factum est cum introisset Iesus in domum cuiusdam principis pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos & pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerũt. Ipse uero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. *Luce. 14.* G

Quanta diligentia salus animarum procuranda sit, dñs ostendit, qui & factis & doctrina inimicos suos ad uiam salutis reducere nõ destitit. Satis. n. sciens pharisæorum morositatem, domus eorum ingreditur, quia curæ ei fuit animarum utilitas. Bernardus: Ha

buit Christus i factis obseruatores, in uerbis contradictores, in tormentis illusores. Accumbebant simul & pharisæi, qui more suo obseruabant Iesum, siquid diceret faceret'ue, quod in eo calumniarentur. Inuidorum mos est obseruare, qa nihil bono aspiciũt oculo, & de malis aliorum gaudent, & bonis tristant. Sic fratres Ioseph. Gene.37. Videntes aũt fratres eius qđ à patre plus cunctis filijs amaret, oderant eum, nec poterant ei qcquam pacifice loqui. Inuidus alterius rebus marcescit opimis. Nam dupliciter obseruabãt, ut si curaret, damnarent quasi legis transgressorem & contemptorem: si non, arguerent impietatis & impotentię. Est.n. hydropis morbus ferè incurabilis, aquaticus, subcutaneus, de uitio uesicæ nascens, cũ inflatione turgente & anhelitu fœtido, & est proprium hydropiæ, quo plus bibit, tanto amplius sitit. Profuit misero uenisse in conspectũ domini. Infelix peccator, qui se subducit ab eius conspectib⁹, qui uult omnes fieri saluos. 1. Timo. 2. Qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Psal. 33. Accedite ad eũ & illuminamini: & facies uestræ non confundent. Econtra Psal. 72. Ecce qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicant abs te. Hiere. 17. Dñe, omnes qui te derelinquunt, confundent. Non petebat uerbo salutem propter pharisęos & sabbatũ, sed humili affectu. Psal. 9. Desiderium pauperũ exaudiuit dñs, præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Rñdet dñs ad cogitata, Deũ se declarans. Hiere. 17. Prauũ cor hominis & inscrutabile, qs cognoscet illud? Ego dñs scrutans corda & rhenes. Nam legisperitis & pharisæis, q legis scientia & uitæ eminentia pollebant loquebat, quo eorum cæcitatem manifestius argueret, quærens si sabbato liceret curare sine ipsius uiolatione. Hoc ipsos latere non debebat, qa opus diuinum & charitatiuum. Matt. 12. Itaque licet sabbatis benefacere. Manifeste ergo irridet eos ut insipientes: siquidem cum Deus sabbatum benedixerit, ipsi benefacere prohibent, & per hoc faciunt malũ. Nõ enim bñdictus est Dies, in quo nihil boni fieri solet. Conscientia ergo urgente tacent, non ignorantes contra se dictum quicquid rñderint. Si.n. licet, cur obseruant? si non licet, cur pecora in sabbato curant? Matthæi. 12. Quãto melior magis est homo oue? Ipse ergo quamquam nutu posset, tamen apprehẽsum sanauit ac dimisit, in signum perfectę sanitatis, ut qui prius morbo grauabat, ambularet expeditus quo uellet. Felix quem Iesus apprehenderit, diu.n. in ĩfirmitate permanere nõ potest. Esa. 42. Apprehendi manum tuam, et seruaui te. Iob. 5. Increpationem domini ne reprobes, quia ipse uulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt. Sic mutum apprehensum eduxit è turba, & sanauit. Marc. 7.

Et respondens ad illos, dixit: Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? & non poterant ad hæc respondere illi.

Hoc factum cum esset mirabile: tamen pharisæos offendebat uiolata sabbati religio. Iesus autem ostendens illorum religionem esse præposterã, qui in salute hominis offenderentur, in asino seruato non offenderentur, temerarijs ipsorum rñdet iudicijs. Si tantum, inquit, apud uos ualet bouis aut asini salus, ut nõ putetis uiolari sabbatum, cur mihi inuidetis qđ hominem, cui præsens erat periculũ ab aquis intercutaneis, seruarim die sabbati? Si opus expenditur, plus est operis in extrahendo iumento, quam in homine seruando. Vidi, contigi, ac dimisi. Si personam æstimatis, potior esse uobis debet uni⁹ hominis salus,

quàm plurimorum boum aut asinorum. Ad hunc sermonem obticuere pharisæi, quorum animi sic erãt corrupti deprauatique, ut cum nõ haberent quod dilucidæ ueritati rñderent, tñ approbare non possent, quod à Iesu fieri ui debãt. Splendidissima.n. luce ueritatis euanescere uidebant omnes tenebras falsitatis, sic nanque eos cõuicit, ut eosdem etiam auaritiæ condẽnet, ostendens eos sabbatum uiolare in operibus cupiditatis, qui ipsum uiolare arguunt in officijs charitatis, legem male interpretantes. Non.n. in sabbato à bonis, sed malis feriandũ. Leuit. 23. Omne opus seruile non facietis in eo. Sic in ęterna requie à malis tantum feriabitur, non à bonis. Non.n. animalis saluti, sed suę auaritiæ cõsulebant. Heu & modo plures tales. Bernardus: Cadit asinus & est qui subleuet: perit anima & non est qui recogitet. Philip. 2. Omnes quæ sua sunt quærunt, nõ quæ Iesu Christi. Beda: Quia ipsum dñm obseruabant, prouida dñs dispensatione antẽ eos hydropicum sanat, & mox cõtra auaritiam disputat, ut per huius ęgritudinem corporis, in illis ægritudo exprimeretur mẽtis. Bene per hydropicum auarus designat, qui quãto copiosior diuitijs, quibus non bene utitur, tanto ardentius per fas & nefas alia acquirere laborat. Ecclesiastes. 5. Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructũ non capiet ex eis. Et hoc ergo uanitas. Vbi multæ sunt opes, multi & q comedunt eas. Eccl. 10. Auaro nihil est scelestius. Nihil iniquius quàm amare pecuniã. hic.n. aĩam suam uenalem habet. Sitis.n. auaritiæ nec inopia minuit, nec copia satiat, qn semper sitim implicat. Semper enim auarus eget.

Hydropicus mystice quis.

Dicebat autem & ad inuitatos parabolã, intendens quomodo primos accubitus eligerent. dicens ad illos: Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo et ueniens is qui te et illum uocauit, dicat tibi: Da huic locum. & tunc incipias cũ rubore nouissimum locum tenere. Sed cum uocatus fueris, uade & recumbe in nouissimo loco: ut cũ uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tũc erit tibi gloria coràm simul discumbentibus. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur.

Qm̃ dñs Iesus omniũ factorum suorum gloriam uolebat esse penes patrem Deum, pharisæorum fucatam sanctimoniã ubique detegebat. Venabantur.n. gloriam suam apud hoĩes, & ideo inuidebant gloriæ Dei. Atque hic erat uerus hydros animę, nascens ex corrupto iudicio mẽtis, ueluti ex hepate uitiato, collocantes gloriam in his rebus in quibus non erat collocanda. Vides cœnas Christi quales sint: nẽpe in salutem animarum, & non in satietatem uentris, uertuntur. Sanauit hydropicum, docuit pharisęos quod bonum sit in sabbatis benefacere: & uidens eos de primo accubitu tumultuantes, cupit & huic morbo mederi salutifero pharmaco, qui nõ à parua, sed magna & uix ineffugabili causa incipit, inani inquã gloria. Morbus aũt animi sanari nõ potest, si non cognoscas: quare ciuiliter uniuscuiusque conscientiam tangit, ut neminẽ tñ prodat. Ostendit aũt non esse ueram gloriam quę ambitur, sed quæ cum promerearis, uitatur. Hinc attendit quõo eligerent, non quod eligerentur. Quo contra. Heb. 5. Nemo sibi assumat honorem, sed qui uocatur à Deo tanquàm Aaron. Greg. Quanto gradus altior, tãto casus grauior. Hiero. Lætamur ad ascensum, sed timeamus casum: non est.n. tanti gaudij excelsa tenuisse, quanti mœroris excelsa tenuisse. Da huic locũ. Tum pro capta gloria lucrifacies ignominiam, & cogeris cum rubore locum tenere extremum. Amice, ascende superius. Tunc tua modestia cedet tibi in gloriam apud conuiuas reliquos.

Modestiam

Modestiam tuam agnoscent ex eo, quo tibi postremum locum elegeris: dignitatem agnoscent ex conuiuato re, qui te ut singularem amicum, dignũ honore iudicauit. Vide quõ dñs hominem à culpa liberat, & quõ ciuilem facit. Beda: Aperta est hæc saluatoris admonitio, ad literam docẽs nõ solum apud Deum, sed etiã apud hoĩes humilitatem esse laudabilem. Prouer.25. Ne gloriosus appareas coràm rege, et in loco magnatorꝝ ne steteris. Melius est.n. ut dicatᷣ tibi, ascẽde huc, q̃ ut humilieris coràm principe. Omnis.n. qui se exaltat, humiliabitur. Claret tn Lucifero Esa.14. Quõ cecidisti lucifer qui mane oriebaris? Luc.10. Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Sic primi parentes è paradiso eiecti. Gen.3. Eccl.10. Initiũ omnis peccati superbia. Hoc uere est humiliari, qñ quis magno fruitur honore in mũdo, sed miser & humilis sit apud Deũ. Apoca.3. Dicis quia diues sum et locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, et pauper, & cæcus, & nudus, & quãto qs ab aliquibus obseruatur, tanto ab alijs irridetur, & nonnunq̃ ab his à qbus honoratur. Quanq̃ non mox qui se coràm hominibus exaltat, semp humiliabitur, cum uideamus tales sæpe in finem usq̃ perseuerare: & eos qui se humiliant, in ipsa sua mediocritate perdurare: restat sine dubio, cum Deus nec fallere, nec falli possit, in futuro implendum, tunc scilicet quando diabolus qui rex est super oẽs filios superbiæ, Iob.41. cum suis membris humiliabitur. Matth.25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eiꝰ. Esa.14. Qui dicebas in corde tuo, in cœlum conscendam, supra astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascẽdam super altitudinem nubiũ, similis ero altissimo. Verũtamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Humiles in suo capite exaltabũtur, audientes illud Matt.25. Venite benedicti patris mei, possidete paratũ uobis regnum à constitutione mundi. Tria quo ad humilitatem conside randa. Primum, humilitatis moriuũ tripl ex. Saluatoris exemplũ in nascẽdo, conuersando, & moriendo. Matthę.11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Esa.53. Nos desiderauimus eum despectum & nouissimũ uirorꝝ. Nam maledictus qui pendet in ligno. Deute.21. Galat.3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Humanum exordiũ. Gene.2. formauit igitur Deus hominem de limo terrę, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est homo in animam uiuentẽ. Eccl.10. Quid superbis terra & cinis? Greg. Heu unde fastus homini, unde tanta superbia, cuius tam ærumnosa natiuitas, cuius natiuitatem sequitᷣ tam laboriosa pœnalitas, cuius pœnalitatem concludit mortis necessitas, cuius esse momentaneum, mũdus exilium, uita periculum? Iob.14. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletᷣ multis miserijs: qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunq̃ in eodem statu permanet. Bernardus: Considera homo unde ueneris, & erubesce: ubi es, & ingemisce: quò uadis, & contremisce. Sed nos ab ea quæ habemus, quasi nostra sint, extollimur. 1. Corinth.4. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Vitæ periculũ. Ecclesiastes.9. Sunt iusti atq̃ sapientes, & opera eorꝝ in manu Dei: & tñ nescit homo, utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurꝝ reseruantur incerta. Eccl.13. Humiliare Deo & expecta manus eius. 1. Petr.5. Humilia-

Tria quædam circa humilitatem consideranda.

mini sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tpe uisitationis. Secũdum, humilitatis fructus: nam exaltabit. Est.n. offensæ recõciliatiua. Psal.114. Humiliat⁹ sum, & liberauit me.3.Regũ.21. Non'ne uidisti Achab humiliatum corã'm me? Quia ergo humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Gratiæ acquisitiua. Ecci.3. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & corã'm Deo inuenies gratiam. Iac.4. Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiam. Ecci.35. Oratio humiliantis se, nubes penetrat. Aiæ illuminatiua. Psal.118. Intellectum dat paruulis. Prouer.11. Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: ubi aũt est humilitas, ibi & sapientia. Matt.11. Confiteor tibi pater dñe cœli & terrę, quia absc õdisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Tristitiæ consolatiua. Iudith.8. Expectemus humiles consolationem eius.2.Corint.7. Qui consolatur humiles, cõsolatus est & nos. Gloriæ collatiua. Luc.1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Hinc Sauli dictũ est.1.Reg.15. Cum esses humilis in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es. Philip.2. Hoc.n. sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, nõ rapinam arbitratus esse se æqualẽ Deo, sed exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinem hominũ factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem aũt crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomẽ quod est super omne nomẽ, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestriũ & infernoꝝ, & omnis lingua confiteatur, q̃a dñs noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Tertium, Humiliationis modus, ut sit cordialis. Est. n. qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Ecci.19. Psal.50. Cor contritum et humiliatum Deus non despiciet. Luc.1. Respexit humilitatẽ ancillæ suæ. Virtualis. Ecci.13. Attẽde ne seductus in stultitia humilieris. Ephe.4. Obsecro ego uinctus in dño, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate. Cum ergo nulla uirtus aliqd sit sine humilitate, quo q̃sq; maior est, hoc se magis debet deijcere, donec ueniat ille, qui uera perpetuáq; gloria subuehit humiles iuxta mundum, et elatos ac sublimes deijcit. Ecci.7. Est enim q humiliat & exaltat circũspector Deus. Psal.37. Quoniam excelsus dominus & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.

De cœna Lucæ.14.

ARTICVLVS LXXXVII.

Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Cum facis prandium aut cœnam noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; uicinos, neq; diuites: ne forte & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cum facis cõuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos et cæcos, et beatus eris, quia nõ habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc cum audisset quidam de simul discumbẽtibus, dixit illi: Beatus quĩ manducabit panem in regno Dei. *Luc.14.* T

Hac parabola dñs docet, in quos opes collocãdæ sint, si retributio q̃ritur à Deo. Diuites.n. dum uolunt hospitales uideri, non uocant quos reficiant, sed eos à quibus uicissim inuitentur, aut inde gloriam aucupentur sibi: atq; hæc non est hospitalitas, sed ambitio, aut auaritia, uel utrunq;. Est conuiuiũ uanitatis. Sic rex Assuerus grande conuiuium fecit cunctis principib⁹ & pueris suis, fortissimis Persaꝝ & Medoꝝ inclytis, & præfectis prouinciaꝝ corã'm se, ut ostenderet diuitias gloriæ regni sui, atq; magnitudinem ac potentiæ suæ iactantiam. Esther.1. In hoc conuiuio cum *Conuiuiorũ aliquot depictio ac circũstantiæ.*

incaluisset uino, reginam Vasthi honore & coniugio spoliauit. Impietatis. Herodes cœnam fecit principib⁹, tribunis & primis Galilææ, in qua Ioãnem decollari præcepit. Marc.6. Sic Absalon fratrem suum Amnon ad conuiuium uocatum, occidi fecit. 2.Reg.3. O quot spiritualiter occidũtur in conuiuijs impiorꝝ. Prouer.23. Noli esse in cõuiuijs potatorꝝ, nec in comessationibus eorꝝ qui carnes ad uescendũ conferũt: quia uacantes potibus & dantes symbola, consumentur. Esa.5. Væ qui potẽtes sunt ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miscendam ebrietatem. Charitatis. Sic filij Iob faciebãt cõuiuia per domos, unusqsq; in die suo: & mittentes, uocabant tres sorores suas, ut comederent cum eis. Iob.1. Talia cõuiuia ob amicitiam cõseruandam, tametsi sine peccato fieri possint, difficulter tamen fit qn peccata intercidant. Hinc Iob sacrificium obtulit pro singulis & holocausta, dicens: Ne forte benedixerint filij mei Deo in cordib⁹ suis, & peccauerint. Iob.1. Hinc dixit filio suo Tobias, cum esset dies festus domini, & factum esset prandiũ bonũ in domo ipsius: Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deũ, ut epulentur nobiscũ. Tob.2. Ecci.9. Viri iusti sint tibi conuiuæ. Vtilitatis hoc ostendit hic saluator. Bernar. Fr̃es & amicos, ac diuites alterutrꝝ conuiuia celebrare, non quasi peccatum dominus interdicit, sed sicut cætera humanæ necessitatis cõmercia, ad promerenda uitæ cœlestis præmia nil ualere ostendit Luc.6 Si benefeceritis eis qui uobis benefaciunt, quæ uobis est gratia? Siqdem & peccatores hoc faciunt. Si ergo amici & fratres ac uicini pauperes sunt, & ob id uocanť, fit meritorie: si diuites, tunc inultantur uel ad fouendam charitatem, sic meritorium est: aut lasciuiã uel aliam causam malam, sic peccatum: aut ob quandam curialitatem & amicitiam naturalem, sic indifferens. Si ergo uis bene collocare prandium tuum, pauperes uoca, qui conuiuium æquale, aut lautius exhibere nequeunt. In his refocillandis Deum refice Dices: in his opera & impensa perit, non.n. habent quod repẽdant, & semꝑ egent. Hoc ipso beatus eris, quia opulentissimum habent dñm qui sibi patietur imputari, quod in illos collocatum est. Is restituet pro tẽ potatijs æterna. Restituet.r. haud dubie, si nõ in hac uita quãq; hic quoq; restituet. Prouer.11. Alij diuidunt ꝑpria, & ditiores fiunt, certe in resurrectione iustorꝝ, quæ ipsis erit ad gloriam, impijs autem ad ignominiam. Pertinet hæc parabola ad subleuandam omnem necessitatem proximi, quocunq; officio charitatis promouendus sit ad salutem. Hæc cum dixisset Iesus, qdam cõuiua, ueluti per somnium tactus desiderio cœlestis illius conuiuij, beatum fore ait q manducatur⁹ esset panem in regno Dei, paucos fore subindicans, & hoc solum Iudæis contingere. Iesus autem proposita parabola docuit, primo qdem uocatos Iudæos, ne queri possent se spretos esse: sed dum ipsi dediti rebus mundanis, uocati recusant uenire, pluris habẽtes peritura bona, q̃ uitam æternam, uocandas esse omnes ꝑmiscuæ nationis gentes, ut impleretur ecclesiæ cœtus.

Conuiuandi ipsissime rationes.

At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnã magnam, & uocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis ut uenirent, quia parata sunt omnia. Luc.14, V

Ostendit non diuina austeritate, sed humana, prouenire peruersitate, quo minus plurimi ad regnum pertingant æternum, delitijsq; fruantur cœlestibus. Homo hic, dñs est Iesus. 1.Timot.2. Mediator Dei & hoĩum homo Christus Iesus. Cœnam magnam in cœlesti fecit palatio. Hebr.1.

ſtum ſuauiorem, ut habitemus ſine metu, abundemus ſine defectu, epulemur ſine faſtidio. Pſal. 30. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abſcondiſti timentibus te? Pſal. 35. Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ, torrente uoluptatis tuæ potabis eos.

Et cœperunt ſimul omnes excuſare. Primus dixit: Villam emi, & neceſſe habeo exire & uidere illam. Rogo te, habe me excuſatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa, rogo te, habe me excuſatum. Et alius dixit Vxorem duxi, & ideo non poſſum uenire.

Gregorius: Quis nõ defleat audiẽs quia omnia parata ſunt, & alius ob honores, alius ob diuitias, alius ob uoluptates uenire recuſat, cum tamẽ ampliora ibi reperiat? Cũ enim frui liceret diu expectata & optata cœna, excuſant. Pſal. 140. Non declines cor meũ in uerba malitię, ad excuſandas excuſatiões in peccatis. Ambroſius: Ideo excuſant, quia nemini intercluditur regnum, niſi quem ſuæ uocis pfeſſio excludit. Tit. 1. Confitentur ſe noſſe deum, factis autem negant. Excidimus à deo, & propter uillas, & propter iuga boum, & propter uxorem. Adhærentes. n. illis, & totã uitã in illa impendentes, et uſque ad ſanguinem uexati & excoriati, nullum diuinum uel ſenſum uel uerbum cogitamus, uel attendimus. In uilla dominãdi notatur appetitus, quem pretio animæ plures emunt. Sic. n. circa cõſeruandum & acquirendum honorẽ mundanum ſuperbi occupantur, & ambitioſi, ut diuina negligentes præcepta, ad æternos non aſpirent honores, nimia ambitione excæcati. Ioan. 5. Quomodo uos poteſtis credere, q gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quę à ſolo deo eſt non quęritis? Eccl. 10. Initium omnis peccati ſuperbia. Nã ambitio ſic mentem impedit, ne ſe ſuo creatori ſubſternat: quare ratiæ influxum recipere nõ ualet. 1. Pet. 5. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat gratiã. Ideo exeunt, regimẽ negligentes proprium, & aliorũ ambientes, pximum iudicãtes, quem admodum phariſæus publicanũ in tẽplo, Luc. 18. Finaliter neceſſe habebũt exire à cõſortio ſanctorum, quẽadmodum caput ipſorum. Lu. 10. Videbã ſatanã tanquam fulgur de cœlo cadentẽ. Rogabat excuſari. Eccl. 19. Eſt qui nequiter ſe humiliat, & interiora eius plena ſunt dolo. Solẽt ſuperbi ſub humilitatis ptextu honores aucupari. Sic Abſalõ. 2. Reg. 15. In boum iugis auaritia ſignatur. Auarus. n. rei domeſticæ augendę intẽtus, prius habet lucrũ terrenæ poſſeſſionis, quam æternæ felicitatis: quinque ſenſus in terra uertẽda occupat, quia in cœno tẽporaliũ ueluti ſus nutritur, dominicam cœnã faſtidiẽs. Hinc idolorum nominatur ſeruitus. Ephe. 5. & 1. Timo. 6. Radix omnium malorum cupiditas: quam quidã appetentes, exciderunt à fide. Obſerua quod ait, quinque iuga: quia animam ligat ut ſe explicare non poſſit. Prou. 5. Iniquitatis ſuę capient impium, & funibus peccatorum ſuorum cõſtringetur. Vnde uerbo uitium ſuum exprimit, quia probatio ad curioſitatem pertinet. Probat auarus quid poſſit pecunia in lucro, poſſeſſiones in fructu. Eccl. 10. Auaro nihil eſt ſceleſtius. Nihil eſt iniquius quam amare pecuniam, hic. n. animam ſuam uenalẽ habet. Habẽt hi quinque iuga, hoc eſt, quinque ſenſus terrenis occupatos: ſi enim dominus dediſſet ſextũ, is omnium eſſet occupatiſſimus. Chriſtus iugum habet unũ, & id ſuaue. Matt. 11. tum eſt ad tertium, qui ait: Vxorẽ duxi. ſcis quàm ſit res operoſa, quot curas ſecum trahat: & idcirco ſi maxime uelim, non licet nunc uenire. Beda: Quia multi non propter fœcunditatem, ſed deſideria carnis uxores ducunt, ideo per rem iuſtam, hoc eſt, per coniugium carnalis uo-

luptas designatur, propter quam stu diosus ad dei cœnam recusat uenire. Tob.4. Qui ita cõiugium suscipiunt, ut à sua mente & à se deum excludãt & suæ libidini ita uacent ut equus et mulus, quibus non est intellectus, habet dæmonium potestatem super eos. Concupiscentia enim carnalis citius & leuius dejcit, & deiectum fortius ligat & tenet, unde iste nõ rogat excusari. Ose.4. Fornicatio & uinum & ebrietas auferunt cor. Ephe.5. Hoc autem scitote intelligentes, quia omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatẽ in regno Christi & dei.

3 *Et reuersus seruus, nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in uicos & plateas ciuitatis, et pauperes ac debiles & cæcos, claudos introduc huc. Et ait seruus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in uias & sepes, et compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem uobis, quia nemo uirorũ illorum qui uocati sunt, gustabit cœnam meam.*

His atq; alijs prætextibus cum se excusarẽt omnes, reuersus seruus, renunciauit domino quomodo se excusassent. Ibi dñs indignans q ultro uocati ad tam honorabile, tamq; felix conuiuium, ob res friuolas excusarẽt omnes, quo magis urerentur in posterum, simul atque intellexissent, & quantam gloriam spreuissent, & qui nunc in spretę felicitatis societatẽ suc cessissent, dixit seruo: Exi cito, excutias desidiam & torporẽ, ne ex mora uocandi in peccatis permanentes, & se non pręparantes, à cœna cœlesti excludantur. Erunt qui fruantur, etiam si uocati contemnant oblatum honorem. In plateas ciuitatis, id est, Iudæorum gentem. Mat.10. In uiam gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Grego. Pauperes & debiles sunt, qui iudicio suo apud semetipsos infirmi sunt: sed pauperes & q̃si fortes sunt, qui in paupertate positi superbiunt. Quia enim superbi uenire contemnunt, pauperes eliguntur: quia iuxta pauli uocẽ, infirma mũdi elegit deus, ut confundat fortia: & quę stulta mũdi sunt elegit deus, ut confundat sapientes. I. Cor.1. Sed dum morum uitia in membrorum debilitate signanẽ (uipote pauperes in uirtutibus, debiles ad bonum: cęci, ingenĳ lumine carẽtes: claudi, rectos gressus operationum non habentes) profecto liquet, quia sicut illi peccatores fuerunt qui uocati uenire noluerunt, ita & hi qui uocantur & ueniunt. Sed peccatores humiles eliguntur, & superbi repellũtur. Multi autem tales ex Iudæis ad dominicam cœnam collecti sunt, sed hæc multitudo locum conuiuĳ non impleuit. Hinc seruus ait: Factum est ut imperasti. Non enim sufficit facere quod imperatur, sed sicut imperatur. Est adhuc locus, nam apparasti conuiuium innumerabilium conuiuarũ capax. Dominus autem uolens apparatum conuiuium q̃ plurimis esse usui, ait: Exi extra ciuitatem, & undecunq; collige mẽdicos, hospites uel ignotissimos, qui latam & spatiosissimam ad mortem ducentem ambulant uiam. Matth.7. Qui si grauentur uenire, uel improbitate cõpelle, ut impleatur numerus electorũ, qui inexpletus nõ remanebit. 2. Timo.2. Nouit dominus qui sunt eius. Gregrorius: Cum de uicis & plateis uocantur, ille populus signatur, qui tenere legẽ suburbana conuersatione nouerat. Cũ de uĳs & sepibus, agrestem illũ populum designat, qui sine lege uiuebat. Notandũ quod alĳ uocantur & uenire nolunt, qui donũ intellectus accipiunt, sed eundẽ intellectum operibus non sequuntur. Alĳ uocantur & ueniunt, qui acceptã intelligentiã operando perficiunt. Qui-

dam sic uocantur, ut etiam compellātur: qui bona faciēda intelligunt, sed facere desistunt: uident quæ facere debent, sed hæc ex desiderio non sequūtur. His contingit plerunque, ut eos in carnalibus desiderijs suis mundi huius aduersitas feriat, apprehendere tēporalem gloriam conentur et nequeant: & dum se frāgi in suis desiderijs aduersante mundo conspiciunt, quid de se authori suo debeant commemorant, ita ut ad eū erubescentes redeāt, qui eum pro amore mundi superbiētes deserebant. Vnde dominus Ose. 2. Ecce ego sepiam uiam tuā spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet: & sequetur amatores suos, & non apprehēdet eos, quæret, & non inueniet eos, & dicet: Vadam & reuertar ad uirum meum priorem quia bene mihi tunc erat magis quam nunc. Sic deus animam, carnis uoluptates sequētem, plerunque misericorditer respicit, & eius uoluptatibus amaritudines permiscet: & ne quod male quærimus inuenire possimus, obsistit. Mala quæ nos hic premunt, ad deum ire cōpellūt. Augustinus: Felix necessitas quæ ad meliora compellit. Seneca: Infirmitati meæ gratias ago, quæ me cogit non posse, quod non debeo uelle. Discimus quod pauperes cogendi ut beneficium percipiant, & quod discipuli inuiti docendi. 2. Timo. 4. Prædica uerbum, insta opportune, importune. Gregorius: Ecce uocat deus per se, per flagella, per suos, per miracula. nemo cōtemnat, ne dū uocatus excusat, cum uoluerit, intrare non ualeat. Ait enim: Nemo, quibus id honoris habitū est ut primi uocarentur & fastidierunt, gustabit cœnā meam. Fortasse pœnitebit olim cum uiderint lautitias ac splendorem conuiuij, & inuidebunt ijs, quibus ipsorum fastidium locum fecit. Sed frustratum cupient ingredi, qui, cum liceret, excusarunt.

De odiendis parentibus, Luc. 14.

ARTICVLVS LXXXVIII.

Ibant autem turbæ multæ cum eo. et conuersus dixit ad illos: Siquis uenit ad me, & non odit patrem & matrem, & uxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui nō baiulat crucem suam, & uenit post me, non potest meus esse discipulus. Luc 14. X

Ostendit quemadmodum omnibus cōtemptis, solus Christus sequēdus sit & eligendus. Multi enim ibāt cum Iesu, qui non cum omni alacritate & obedientia sequebantur, sed frigidiores erant: ideo docet qualem deceat esse discipulum suum, d. Non omnis qui sequitur me pedibus, meus est discipulus. Omnibus humanis affectibus renunciare oportet qui uolet meus perpetuus esse discipulus. Odio habeat, qui ad pietatē obstaculo sunt & propter necessitudinē à bonis operibus prohibetur. Si non obsistunt, honorandi sunt parentes ad extremum usque spiritum, quemadmodum ipse nutritio suo Ioseph. Lu. 2. Et erat subditus illis. & matrem (Ioan. 19.) discipulo commendauit. Vnde Mat. 10. Qui amat patrem aut matrē plus quàm me, non est me dignus. Nam sic deus omnia amat, secundum id quod sunt per naturam, gratiam, & gloriam. Sap. 11. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Iniquos autem odit secūdum quod tales. Sap. 14. Similiter sunt deo odio impius & impietas eius. Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Sic & nos. Psalm. 118. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Psalmo. 138. Perfecto odio oderam illos. inimici facti sunt mihi. Hoc uirtuosum odium uult hic dominus. Nam sic odienda & anima, renunciā- *Odiū uirtuosum.* do concupiscentijs quæ nos separant à deo. Eccl. 18. Si præstes animæ tuæ concupiscentias suas, faciet te in gaudium inimicis tuis. Romano. 8. Si

secũdum carnem uixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Etiam si perferẽdum martyrium, quoniam perpetuũ lucrũ proponitur. Duplex crux. Quę dam imposita: hanc quidam portant impatienter cum sinistro latrone, Lucæ.23. Alij patiẽter, cũ dextro latrone dicentes Luc.23. Nos quidem iuste, nã digna factis recipimus. Hinc Apostolus Heb.12. In disciplina perseuerate. Tanquam filijs uobis se offert deus. quis enim filius quem non corripit pater? Quod si extra disciplinã estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & nõ filij estis. Voluntarie assumpta. Galat.5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt

Crux duplex.

2 cum uitijs & cõcupiscentijs suis. Roma.6. Hoc scientes, quia uetus noster homo simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Gala.2. Christo cõfixus sum cruci. uiuo ego, iam non ego, uiuit uero in me Christus. Ideo subdit: Et sequitur me, non mundum non carnem. 1. Ioan.2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare Alioqui nõ est uerus Christianus. Actu.11. Antiochię primum discipuli nominati sunt Christiani.

Quis enim ex nobis uolens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postquã posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui uident, incipiant illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, et nõ potuit cõsummare? Aut qui rex iturus committere bellum aduersus alium regem, nõ sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum uiginti millibus uenit ad se? Alioqui adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

Proinde priusquam aggrediare negocium nequaquam delicatum, animum præpara ad oĩa dura quæ sunt perpetienda: alioqui tolerabilius est nõ aggressum esse, ꝗ̃ ab eo quod cœperis deficere. 2. Pet.2. Si enim refugiẽtes coinquinationes mundi, in cognitione domini & saluatoris nostri Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Gala.3. Sic stulti facti estis, ut cũ spiritu cœperitis, nunc carne consummemini? Ideo Eccl.32. Fili, sine consilio nihil facias, & post factũ non pœnitebis. Gregorius: Omne quod agimus, præuenire per studium considerationis debemus. Non enim sufficit fidei fundamentum, nisi perseuerantes superstruamus. 1. Co.3 Fundamẽtum aliud nemo potest ponere, præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus. Siquis autem sup ædificat super fundamentum hoc aurum, argẽtũ, lapides pretiosos, ligna, stipulam, fœnum, uniuscuiusq; opus manifestum erit. Sed ꝗ sumptus, uel unde? Non sufficit. n. deligere Christũ sequi, nisi adsit sufficiens alacritatis præparatio, ut perseueret. Hinc Ioã.6 Multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabãt. Mat.10. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Sed Ioã.15. Sine me nihil potestis facere. Vnde Phi.1. Qui cœpit in uobis opus bonum, pficiet usq; in diem Christi Iesu. Phi.2 Deus est enim qui operatur in nobis & uelle & perficere, pro bona uoluntate. Operatur ergo in nobis, sed non sine nobis. 1. Co.15. Gratia dei sum id quod sum: et gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis oĩbus laboraui: nõ ego autem, sed gratia dei mecũ. Vt ergo uelimus efficaciter, & possimus perseueranter, rogandus deus pro gratia, ut qui dat omnibus affluenter, & non improperat, Iaco.1 Matt.7. Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, et aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

aperietur. Alioqui timeamus ne dæmones illudant nobis. Psalm. 12. Qui tribulant me, exultabũt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui. Rogat ea quæ pacis sunt. Nã id sanè tolerabilius est, quàm experire martis aleam imparibus præsidijs. Honestius enim, ante prælium commissum agere de rebus componendis, quàm post cladem acceptam, inhonestioribus legibus accipere pacem Iudæi ignorantes dei iustitiam, & suã uolentes constituere, iustitię dei non sunt subiecti, Rom. 10. cum simplo contra duplum ueniunt exercitiũ. Ro. 3. Arbitramur hominẽ iustificari per fidem sine operibus legis. Iustitia aũt dei per fidem Iesu Christi, in omnes, & super omnes qui credunt in eum. Sic & mundi tiam operum & iustitiam sectantes, cordis neglecta, Mat. 23. Quo contra Apostolus. 2. Co. 7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficiẽtes sanctificationem in timore dei. Et uere in timore dei. Iob. 9. Vere scio quòd non iustificetur homo compositus deo. Si uoluerit contendere cum eo, non poterit respondere unũ pro mille. Sapiens corde est, & fortis robore. quis restitit ei, & pacẽ habuit? Longe agit modo Christus, differens iudicium, nostrã exoptans recõciliationem. 2. Co. 5. Pro Christo legatione fungimur: tanquàm deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, recõciliamini deo. 2. Pet. 3. Nõ tardat dñs promissionẽ suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter uos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Quãtũcunque ergo iusti, quicquid habent, ab ipso habẽt. 1. Co. 4. Quid. n. habes quod non accepisti? si ergo accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Quid ergo restat, nisi ut pacem requiramus, dicẽtes: Non intres in iudiciũ cum seruo tuo dñe, quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuens?

Psa. 142. Hinc concludit, nisi omnibus renunciatis, discipulum uerũ nõ posse fieri. Nõ. n. est in aliquo alio salus. Act. 4. Ideo Psal. 72. Mihi autẽ adhærere deo bonum est, ponere in domino deo spem meam. Psal. 76. Renuit cõsolari anima mea. Memor fui dei, & delectatus sum. Beda: Distat inter renunciare omnibus, & relinquere omnia. Paucorum (id est, perfectorum) est relinquere omnia, hoc est, & curas mundi postponere: cunctorum autem fidelium est renunciare omnibus, hoc est, sic tenere quæ mundi sunt, ut tamen per ea nõ teneantur in mũdo, sed licite eis utantur. Psal. 61. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. 1. Cor. 7. Reliquum est, ut qui habent uxores, tanquã non habentes sint: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Hinc dominus adolescẽti ait: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ possides, & da pauperib. Hic uero, Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus.

Relinquere omnia.

Renunciare oĩbus.

Bonum est sal. Si autem sal euanuerit, in quo condietur? Neque in terram, neque in sterquilinium utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

Oportet discipulum meum esse similem sali. Sal, si uigorem habeat, ualet seruandis & condiendis omnibus cibis. Hinc oportet, ut incorrupti in se & malitiæ sint expertes, alios & doctrina & uitia condientes. Eusebius: Sal secundum substantiam ex aqua cõstat, parũ habẽs terrestreitatis, desiccatque fluidam naturam, uel materiam corporum corruptorum, & mortua corpora cõseruat. Ideo dominus suos discipulos nominat sal. Mat. 5. Vos estis sal terrę. qa alios regeneraturi erãt per aquã & spiritũ sanctum, corruptãque hoĩum uitam, à fluxu uitiorum restringere debebant,

Quod si semel sal esse desierit, & uis illa natiua euanuerit, ita ut ipsi sali sale sit opus, nulla ratione potest effici, ut ad ullum ualeat uisum. Si enim profuturus alijs, reprobus fiat, & uitiosa affectione & uita corruptus, neque prodesse, neque utilitatem capere poterit. Et quia non simpliciter accipiendum de sale, addit: Qui habet aures talium rerum capaces, intelligat. Col. 4. Sermo uester semper in gratia sit sale conditus. Nã si fuerit acharis, insulsus dicitur.

De uillico iniquitatis, Luc. 16.

Luc. 16 ARTICVLVS. LXXXIX.

Z *Dicebat autẽ & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum. Et hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. & uocauit illum, et ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem uillicationis tuæ, iam enim non poteris uillicare.*

Vult dominus hic nos docere, ut bene dispensentur creditæ nobis diuitiæ, quarum nõ domini, sed dispensatores sumus. Si enim in nostrum luxum abusi fuerim⁹, accusabimur, cũ dñs uelit datis uti in utilitatẽ conseruorum, non in proprias delicias. Pharisæi enim superbi & auari, sicut pœnitentibus ueniam, ita egentibus pecuniam negabãt. Homo iste diues, mediator dei, & hominum est Christus Iesus. 1. Ti. 2. Diues in cœlo & in terra. Mat. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Psal. 23. Domini est terra et plenitudo eius, orbis terrarum & uniuersi qui habitant in ea. Sed quid Apostolus? Eph. 2. Deus qui diues est in misericordia. Rom. 10 Diues in omnes qui inuocant illum. Villicum habet, id est, œconomũ, dispensatorem substantiæ domus suæ, quemlibet Christianum; qui in baptismo sui accepit uillicationem, & proximi quem iuuare debet. 1. Pet. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis

Villicus proprie simul et mystice quis.

gratiæ dei. Quod. n. habet quisque quo possit prodesse proximo, substãtię diuitis domini est, quam oportet largiter in proximũ erogare. Luc. 12. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dñs super familiam suam, ut det illis in tpe tritici mensuram? Beatus ille seruus, quẽ, cum uenerit dominus, inuenerit ita facientẽ. Sed is delatus est, quod profusior quàm par esset, dissiparet bona ipsius. Defert ante dominum omnia perlustrãs ueritas. Proue. 15. In omni loco oculi domini contemplantur bonos et malos. Hier. 29. Ego sum iudex & testis, dicit dominus. Angelica pietas. Mat. 18. Videntes conserui, nunciauerunt domino. Apoca. 22. Angelus dixit Ioanni: Conseruus tuus sum, & fratrũ tuorum. Diabolica peruersitas, quæ nec iustis parcit. Iob. 1. Nunquid Iob frustra timet deum? Non'ne tu uallasti omnem substantiam eius per circuitum? Operibus manuum eius benedixisti, & possessio ei⁹ creuit in terra. Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ habet, nisi in faciem benedixerit tibi. Ecce cũ in operibus non haberet quod accusaret, intentionem malam prætendit, quasi Iob propter temporalia deo seruiret. Quid faciet de nobis, plenis omnibus malis? Apoca. 12. Prięiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos die ac nocte. Conscientię puritas. Roma. 2. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & cogitationum inuicem accusantiũ, aut etiam defendentium. Esa. 66. Marc 9. Vermis eorum nõ morietur, & ignis non extinguetur. Peccati enormitas. Gen. 4. Ecce uox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Gene. 18. Clamor Sodomorum & Gomorrę orum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Sic & oppressio pauperum. Exo. 3. Clamor filiorum Israel uenit ad me, uidique af-

Delatores uillici quot, & qui.

flictionem eorum qua ab Aegyptijs opprimuntur. Sed nunquid frustra. Luc.18. Deus non faciet uindictā electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, et patientiam habebit in illis? Dico uobis, quia cito faciet uindictam illorum. Quasi dissipasset bona, sibi ad bene utendum & erogandum tradita. Quantumcunq; quis tā naturalibus q̄ alijs abutatur donis, deus tamen in bonū reducit sua bonitate ordinem & finem suæ bonitatis & iustitiæ. Nec unquam sic destituit humana natura in hac uita, quin per dei clementiam reparari possit, quod angelo non contigit. Vnde dicitur, quasi dissipasset. Vocauit dominus œconomum, ut indicaret illi reddendam rationem procurationis, & quod dispensaturus non esset ultra res suas. Hic planè patet, quod nō de finali iudicio agitur, quia loc⁹ datur pœnitentiæ. Vocat ergo inspiratione, prædicatione, flagellatione, mortis timorem incutiendo & iudicij, ut cogitet quam domino de omnibus rationem reddat. Ponit tria uerba magni horroris, quæ mente recōdita, ab omni peccato retraherent hominem. Primum, rigidæ reprehensionis. Quid hoc audio de te, sic dotato munerib⁹ gratiarum, præuento benedictionibus, constituto dispensatore? Sic increpat male cogitantes, male loquentes, praue operantes. Sic prælati subditorum arguere debent uitia, non dissimulare, ne cum ipsis puniantur sicut Heli.1.Reg.2.&.4. Secundo, ueritatem inquirere. Gene.18. Descendā & uidebo, utrum clamorem qui uenit ad me, opere compleuerint, an nō eit ita ut sciam. Tertio, crimen proponere, quo excusari possit uel corrigi. Secundum, anxij timoris. Redde rationē, quid agas apud te, quid apud proximum, quid cogites in corde, q̄le proferas uerbum, quid auditu delectet, cui infigas oculum: redde rationem, bona mea dissipas, bonis male uteris, bona mea das extraneis. Voco, & non respondes: porrigo manū, & non respicis. Iob.31. Quid.n.faciā, cum surrexerit ad iudicādum deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi? Omnia enim tūc nuda erunt, cum libri aperientur consciētiarum. Apo.20. Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundum opera ipsorum. 1.Corint.4. Nolite ante tempus iudicare, (temere proximum) quoadusque ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium. Sap.1. In cogitationibus impij erit interrogatio. Matth.12. Omne uerbum ociosum quod locuti fuerint homines, reddent rationē de eo in die iudicij. 2. Cor.5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonū siue malum. Et non solum de malis commissis, sed & de lucris neglectis. Matth.25. Inutilem seruum ejicite in tenebras exteriores. illic erit fletus & stridor dentium. Tertium, amari doloris. Cito enim aufertur hæc dispensatio, quoniam hic omnis uita breuis est, et post hanc uitam non est bene merendi facultas. Verum uel tarde sentiemus quò feramur: & cum dies illa uenerit, laborare non poterimus, quia nox. Ioan.9. Venit nox quando nemo operari potest. Ideo Gal.6. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum. Ecci.14. Ante mortem para iustitiam. Nam Eccēs.9. Quodcunq; potest manus tua, instāter operare: quia nec opes, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas.

Tria horribilia ī uil licū uerba

Prælatis quæ tria potissimū agenda.

Ait autē uillicus intra se: Quid faciam quia dominus aufert à me uillicationem? Fodere non ualeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero à uillicatione, recipiāt me in domos 2

suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito, & scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu uero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicũ iniquitatis quia prudẽter fecisset, quia filij huius seculi, prudentiores filijs lucis sunt in generatione sua.

Oeconomus, ut intellexit breui futurum, ut amoueretur à dispensatione, callide sibi prospexit in breui. Nõ est enim, inquit, unde uiuam. Nihil mihi collegi dum licuit; superest ut aut ad stipem diurnam fodiam in agro, aut publicitus mendicem. Parabo ergo mihi amicos ex facultatibus domini mei: hi submotum ex officio dispensandi, memores meæ erga se benignitatis, recipient me in domos suas. Confugit ad mundanam sapientiam, quæ est quomodocunq; uiuendi astus. Sapiẽ. 15. Sed & lusum æstimauerunt uitam nostram, & conuersationem compositam ad lucrum & oportere undecunq; etiam ex malo acquirere. Obserua quantum timor operetur. Prouer. 15. Per timorẽ domini declinat omnis à malo. Ait intra se. cum foris in tali casu, amicum non habeat. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quę Iesu Christi. Philipp. 2. Nam bona quærunt temporalia amici, non animæ, de cuius salute utinam, & nouissima esset cura, & non penitus nulla. Gregorius: Tanto securius quisq; dominũ expectat, quanto quotidie uitam suã suspectius examinat. Chrysostomus, Fidelis dispensator desiderat cũ Paulo dissolui, & esse cum Christo. Is autem cuius uota terrena, anxiatur in exitu. Vita enim præsens exercitium habet mandatorum, futura solatium. Si nihil operatus es hic, frustra in futuro speras. Non enim finita uita ista, est locus ut terrã cordis nostri compunctione scindamus ad ferendum fructum, aut mendicando: confusibile enim tunc erit mendicare ubi non exaudimur, ut patet in uirginibus, Matthæ. 25. & diuite epulone, Lucæ. 16. Clementissimus dominus nolens quenquam perire, istud quoque tolerat, & laborem fugere, & pudorem. Illud, quia difficile: istud, quia contemptibile propter repulsam, dũ modo corde compungantur, & eleemosynarum largitione redimant. Singulatim debitores uocauit, ne apud dominum de fraude accusari posset; & quisq; specialem sibi crederet gratiam factam. Primo medietatem remisit, dicens: Dominus prædiues est, uolo ut dimidium lucrifacias opera mea. Accipe cautionẽ, chirographum manus tuæ, & sede cito, q̃a periculũ in mora. Sequenti quintã remisit partem, & sic de alijs. Amotus à uillicatione apud illos uiuebat, nũc ab hoc, nunc ab illo amice receptus. Quod ubi dominus intellexit, laudauit ipsius astum, prudentiamq; mundanã, licet & id fecerit in fraudem dñi sui. Non ergo de fraude, sed de prouidentia, sicut serpens non de ueneni profusione, sed capitis cõseruatione, nobis imitandus & laudãdus proponitur. Mat. 10. Estote prudentes sicut serpẽtes. Omnis enim parabola oblique et figurato modo, rerum quarundam naturam manifestat, non per omnia reb⁹ illis assimilata, propter quas assumpta est. Idcirco non oportet omnes parabolarum partes curiosius inquirere, sed quatenus apparẽt proposito utiles: reliquæ sinendæ sint, quasi parabolã contexentes, & nihil ad ꝓpositum inducentes. Taxat ergo dominus nostram socordiã, et ad huius imitationẽ suos exhortatur. Nã si laudatus est qui bona sui dñi ante dissipauit, & de residuo amicos sibi ꝓ futurum procurauit, multo magis Christus, qui nullũ damnum sustinere po

Villici prouidẽtia, nõ fraus, imitanda.

Parabolarũ partes nõ omnes discutiẽdæ.

test, & largissimus, laudat misericordiam præstantes. Ingratitudo aũt nostra arguitur, si consideremus quę & quanta nobis Deus contulit: in creatione, gubernatione, reparatione, imo quæ prępauit in glorificatione. Hinc omnes debitores sum⁹, quare & orare nos docuit Matth. 6. Dimitte nobis debita nostra. Sed filij huius seculi, qui mũdum pro patria habent, & in terrenis hæreditatem quærũt, seculo se conformant, qui laudant omnia quæ in terra lucrosa sunt. 1. Ioan. 4. Ipsi de mundo sunt, & de mundo loquuntur, & mũdus eos audit. diligẽtiores sunt in tpalibus acqrendis, cõseruandis, & expẽdendis, filijs lucis, hoc est, Dei, quia Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. 1. Ioan. 1. & qa lucidam habent cõuersationẽ. Ephe. 5. Eratis aliquãdo tenebrę, nũc aũt lux in domino, ut filij lucis ambulate. & qa lucem æternam q̃runt, & hæreditabunt. Origenes: Filij huius seculi nõ sapientiores, sed prudẽtiores dicuntur filijs lucis: & hoc nõ absolute, sed in generatione sua i his quæ ad carnalem spectant generationem. Sic catus clarius uidet homine, non ad legendas literas, sed capiendos mures. Inuenimur enim in humanis dispensationibus res nostras prudenter dispensare, ut etiam si administratione exciderim⁹, habeamus quoddam refugium uitæ. In his aũt rebus, quę debent scdm Deum dispẽsari, nullam uidemur gerere curam, quo rationem dispẽsationis demus, & ex hac uita educti ne inueniamur ab omni consolatione destitui. Roma. 8. Prudentia carnis mors est: prudentia autem spiritus, uita & pax.

3 *Et ego dico uobis: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiãt uos in æterna tabernacula.*

Tempus hoc qm̃ breue est et incertũ, pperandũ est, ut erogatis in pauperes terrenis facultatibus, paremus nobis uiaticum in uitam æternam. Mãmona, diuitiæ iniquitatis dicunt lingua Syro℞: qa ut cõmuniter, aut inique colligunt, aut auare retinentur, aut iniuste expenduntur. & sic q̃ nobis datę sunt ut sint arma iustitię, à nobis ad iniustitiam uertũtur. 1. Timo. 6. Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, et desideria multa inutilia et nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Hinc dicitur Eccl. 31. Beatus diues qui inuentus est sine macula, & qui post aurũ non abijt, nec sperauit in pecunię thesauris, qs est hic, & laudabimus eũ? fecit enim mirabilia in uita sua. Si ergo iniuste acquisitæ sunt, restitui debent. Luc. 19. Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplũ. si iuste, pauperibus impartienda. Aeterna enim tabernacula constituta sunt, in quæ possunt recipere eos, q hic ipsis amice de bonis quę sunt domini, largiuntur. Pauperes enim debitores sunt. Prouer. 19. Fœneratur domino q miseretur pauperis. Felix permutatio, cum caduca permutantur æternis. Quid autẽ uilius est, aut à uirtute lõgius abest, q̃ opes hui⁹ mundi? Vix unq̃ sine fraude parãtur, nec alia est tuendi augendiq́ ratio q̃ parandi. Onerosa possessio est, nec ea tuta interim, nec omnino diuturna. Non. n. sequuntur herum suum hinc emigrãtem. Sed his tamen emere licet quod æternum est, quodq́ in æterna uita sit usui. Ita fiet ut quod reconditum, iniustum facit hominẽ ac multis curis obnoxium, id erogatũ, fiat instrumentum euangelicæ iustitiæ, & merces ad largientem multo cum fœnore redit. August. Non damnat diuitias per quas mereamur cœlum, sed cor appositum, quod non dispensat, sed recondit.

Mammona quid.

A *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est, & in maio-*

ri iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod uerum est, quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrũ est, quis dabit uobis?

Ostendit q̃bus notis auaritia cognoscatur. Quis.n.in temporalium erogatione fideliter agit erga p̃ximũ, & sp̃ualia bene administrabit? 1.Cor in.4. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi & dispensatores mysterioꝝ Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis q̃s inueniat. Qui autem in modico, hoc est, temporalibus, quæ respectu spiritualiũ modica sunt & minima, infidelis est, & in multo infideliter aget. Hinc uult Ap̃ls episcopum suæ domui esse bene præpositum.1.Timo.3. Siqs autem domui suæ præesse nescit, q̃uo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Quisq̃s enim non potest cõtemnere diuitias terrenas, q̃ nec ueræ, nec nostræ sunt; insyncere dispẽsabit animi diuitias, quæ ueræ sunt diuitiæ & nostræ. Et si in alieno, quod nobis cõmissum est infideles sumus, qd' nostrum est, q̃s cõmittet nobis ad erogandum? Qui dispensat opes hominis, ita demum fidelis dispẽsator inuenitur, si q̃ parcissime dispenset quod creditum est: at contrà Deus qui diues est in oẽs. Rom.10. cupit largissime erogari qd' dispensandum tradidit, & pro infideli habet q̃squis ueluti propriũ tenuerit qd' dñs uoluit esse cõmune, quoties exigit p̃ximi necessitas. Exteriora.n.aliena sunt.1.Timo.6. Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium q̃a nec auferre q̃d possumus. Psal.48. Homo cum interierit, nõ sumet omnia, neq; descendet cũ illo gloria sua. Cuius ergo animũ uilissimæ rei cura solicitare potest. ad peccandũ, hic multo facilius occasione maiore pertrahetur ad peccandum.

2 *Nemo seruus potest duobus dominis seruire, Aut enim unum odiet, et alterum diliget: aut uni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & mammonæ: Audiebant autem hæc omnia & pharisæi, qui erant auari, & deridebãt illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis uos coràm hominibus, Deus autem nouit corda uestra; Quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.*

Nemo potest duobus dominis cõtrarijs seruire, seruitute utrisq; placẽte. Vbiq; taxatur amor pecuniæ, hoc est, affectio ergo illas & studium. Est enim auaritia tantæ impietatis, ut Apostolus eam nominet idoloꝝ seruitutem. Ephes.5. & Ecci.10. Auaro nihil est scelestius. Nihil est iniquius q̃ amare pecuniã. hic.n. uenalem aĩam suã habet q̃m in uita sua proiecit intima sua. Seruit mãmonæ, qui magnam felicitatis partem collocat in diuitijs: eáq; causa magno studio laborat, ut q̃ plurimum possideat, ut qd' partũ est, tueatur et augeat. Non seruit, qui hĩs uictum & q̃bus tegatur, contentus est.1.Timo.6. & de his quæ supsunt dat eleemosynam. Lucæ.11. Audiebant hæc pharisæi, quoꝝ animi uelut utres antiqui, non capiebant hoc euangelicæ doctrinæ mustum. Erant enim auari, non solũ pecuniæ, sed etiã gloriæ. Grauatim ferunt auari, siqñ de paupertate audiant. abominatio enim est peccatori pietas, & reprehẽsiones impio sunt flagella. Amos.5. Odio habuerunt corripientẽ in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. Sed audiãt illud Prouer.29. Viro qui corripientem dura ceruice cõtemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. Iustificabant se apud hoĩes, laudem humanam uenantes. Matth.23. Oĩa opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus. Psal.54. Q̃m Deus dissipauit ossa eoꝝ qui hominibus placent. Galat.1. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Nouit Deꝰ corda hypocritaꝝ notitia reprobationis.1.Reg.16. Homo uidet ea q̃ patent, Deus aũt intueẽ cor. Hiere.23.

Si occultabitur uir in abſconditis,& ego nō uidebo eum,dicit dñs? Quia qđ altū eſt,ut ſimulata iuſtitia, rerꝫ opulentia,gł̄ia mūdana,De⁹ abominatur.Iob.36. Simulatores & callidi prouocant iram Dei. Alia.n.iudicia Dei,alia mundi.Roma.2. Scim⁹ qm̄ iudicium Dei eſt ſcd̄m ueritatē.Vnde 1.Reg.16. Non ſcd̄m intuitum hominum ego iudico. Atq; is demum diues eſt,qui apud Deum diues eſt: is iuſtus, qui apud Deum iuſtus eſt:is magn⁹,q ſibi paru⁹, Deo magn⁹ eſt.

3 *Lex & propheta uſq; ad Ioānem, ex eo regnū Dei euangelizatur, & omnis in illud uim facit. Facilius eſt autem coelum & terram præterire, quàm de lege unum apicem cadere. Omnis qui dimittit uxorem ſuam,& alterā ducit, moechatur: & qui dimiſſam à uiro ducit,moechatur.*

Legalia illa promiſſa & prophetica,qbus tp̄alia promittebant̄,ad Ioānem durauerunt,qñ ueritas figurarꝫ exhibetur. Ex fide promiſſorꝫ proficiēdum eſt ad amorem rei iam exhibitę.Ioannes confiniū fuit,dirimens legem cum ſuis figuris,et prophetas cum ſuis promiſſis ab euangelio:qđ re ipſa exhibet et qđ lex umbris ſuis deſignarat,& qđ propheteę Deo afflati uenturꝫ prædixerant. Prædixit.n. adeſſe regnū Dei, non terrenum, ſed cœleſte. Paupertatem.n.in terra ſeruare debent, qui cœlos deſiderāt. Ex eo tp̄e regnum cœlorꝫ annunciat̄, & quiuis in illud uim facit.Ad hāc gloriam nulli pręcluditur aditus.Qđ ſi uos phariſæi non dignamini intrare, occupabūt & intrabūt gentes, intrabunt quælibet orbis nationes.Excludi non poſſunt,poſteaq̄ ſemel apertum eſt oſtiū:irrūpunt,ſi non admittūtur.Amat hm̄ōi uiolentiam regnū Dei. An nō & uiolentia,ſeipſum uincere, carnem ſpiritui ſubijcere, diuinæ uolūtati ſe ſubijcere, & illuc pertingere per pn̄iæ humilitatem, unde angelus ſupremus cecidit per ſuperbiæ cæcitatem?Apoc.2. Vincenti dabo edere de ligno uitæ,qđ eſt in paradiſo Dei mei.Nec eſt qđ clamitent legis amatores,abrogari legē,antiquari prophetas.Immo hæc eſt legis, nō abolitio,ſed abſolutio. Illud aūt affirmo uobis,citius pręteribit cœlum & terra, quibus nihil durabilius, q̄ unus apiculus legis prætereat, quin perficiatur qđ prædictum eſt. tantū abeſt ut uenerim aboliturus legem. Oſtendit ſe non contrariū legi. Non enim uenit ſoluere legē, ſed adimplere. Matt.5.Cum uinculum matrimoniale indiſſolubile ſit,oſtendit ſe legi conſonum quam perficit, dicēs uxorem non ducendam altera uiuente, neq; dimiſſam accipiendam uiro uiuente, quanq̄ ob cordis duritiam repudij libellus admiſſus ſit. Matt.19. Roma.7.Quæ ſub uiro eſt mulier,uiuente uiro alligata eſt legi.

De diuite Epulone.Luca 16.

ARTICVLVS XC.

Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. Luc.16. B *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius hulceribus plenus, cupiēs ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes ueniebant, & lingebant hulcera eius.*

Oſtēdit quātū obſint diuitię abutētibus, aduerſitas uero patienter tolerata, quantum profit humilibus. Homo qdam,magni nominis apud homines, apud Deū obſcurus & ignotus,quantum ad approbationem.Iuſtum quippe eſt, ut qui Deū in ſuis membris non agnoſcunt,ab ipſo nō agnoſcant̄. Matt.25. Quādiu uni ex minimis meis non feciſtis, nec mihi feciſtis. Pſal.48. Vocauerunt nomina ſua in terris. Gene.11. Venite,faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat uſq; ad cœlū, & celebremus nomen noſtrum. Sed non à Deo agnitis.Hiere.17.Recedētes à te,in terra ſcribentur. Quam dilexerunt & quæſierūt.Erat diues,cui

nihil deesse uidebatur ad absolutam huius mundi felicitatem. Notatur de auaritia: nam si adsint diuitiæ, & cor non apponatur, nisi ad iuste & sancte uiuendum, is non diues, sed pauper spiritu, aut liberalis, aut qd' est ta lib⁹ maxime propriū, misericors dicitur. Sic Abraham Gene.13. Erat aūt diues ualde in possessione auri & argenti. Ita & Iob.1. Eratq; uir ille magnus inter omnes orientales. Diues aūt iste oīno dissolutus erat, purpura & bysso idueba͂t, & præterea omnibus delitijs uacabat, ambitioni deseruiens & uoluptati. Quadrupliciter peccatur erga diuitias. Male acq rendo, ut furto, sicut Achā de anathemate Hiericho tulerat, ob qd' ira Dei in ppl'm desæuit donec lapidat⁹ fuit. Iosue.7. Fraude. O Deus, qs huius riuulos enodet. 1. Thessa.4. Et neqs supergrediatur, neq; circūueniat in negotio fratrem suum, qm̄ uindex est Deus de his oībus. Vsuras cōmittendo. Secundo, male expendendo, De isto notatur hic diues. Induebat pur pura, ad cultum exteriorem, et inanē ostentationem: bysso, ob mollitiē interiorem. Roma.13. Carnis curam ne feceritis in desiderijs. Reprehendit uestium ornatus, ob pretiositatem. Lucæ.7. Ecce qui in ueste pretiosa sunt & delitijs, in domibus regum sunt. Non aūt in domo Dei. Grego. Nemo putet in luxu & gloria uestium pretiosarū pc̄tm̄ deesse: quia si hoc culpa non esset, nequaq; Ioannem dn̄s de uestimēti sui asperitate laudasset. Beda: Indignū uidetur, miserorū cadauer ueste pretiosa adornari, de cuius pretio multi possent paupetes adiuuari. Secundo, ob superfluitatem. Bernar. Nudi clamant, famelici conquerun tur, nobis fame & frigore laborantibus, qd conferunt tot mutatoria in perticis, uel multiplicata in cistis? Iaco.5. Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris quæ aduenient uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, uestimenta uestra à tineis comesta sunt, aurū & argentū uestrum æruginauit, & ærugo eorū in testimonium uobis erit, & manducabit carnes uestras sicut ignis. Hinc Lucę.3. Qui habet duas tunicas, det nō hn̄ti. Tertio, Curiositatem. Ecclesiast.11. In uestitu ne glorieris unq̄. Aug. Non affecteris uestibus placere, sed moribus. Bernar. Ex cordis thesauro procedit qcqd uitiorū foris apparet. Vanū cor, uanitatis notam ingerit corpori: exterior superfluitas interioris uanitatis indicium est: mollia indumenta, mollitiē animi indicāt. Esa.3. Pro eo qd' eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerūt extento collo, & nutibus oculorū ibant, & plaudebant, et ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebāt, decaluabit dn̄s uerticem filiarū Sion, & dn̄s crinem earū nudabit. In die illa auferet dn̄s ornamētum calceamentorū, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, et mitras, et discriminalia, et perichilides, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & uittas, & teristra. Et erit p suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, et pro crispanti crine caluitiū, & p fascia pectorali ciliciū. Sopho.1. Visitabo super principes, & super filios regum, et super omnes qui induti sunt ueste peregrina. Quarto, inhonestatem. Prouer.7. Ecce mulier in ornatu meretricio, præparata ad decipiēdas animas. Hinc.1. Timo.2. Similiter mulieres in habitu ornato, cum uerecundia & sobrietate ornantes se, & nō in tortis crinibus, aut in auro, aut margaritis, uel ueste pretiosa: sed qd' decet mulieres, promittentes pietatem per opa bona. Tit.2. Anus similiter in habitu sc̄tō. 1. Petr.3. Quarū nō sit extrinsecus capillatura, aut circūdatio auri, aut indumēti uestimentorū cultus, sed q absconditus est cordis

Quotupliciter circa diuitias peccetur.

Vestiū et natus quot de causis reprehendatur.

dis homo īcorruptibilitate quieti & modesti spūs,ꝗ est in conspectu Dei locuples. Sed neqd deesset ad oblecta mentum corporis,comessabatur, & hoc quotidie,nec mediocriter,sed magnifice, & ambitioni seruiens, & luxui,& uoluptati. Hoc uitiū Dei obliuionē inducit. Osee.13. Saturati sunt, & eleuauerūt cor suū, & obliti sunt mei. Exod.32. Sedit pp̄ls manducare & bibere, & surrexerūt ludere. Philip.3. Quoꝝ Deus uēter est,& gloria in confusionem ipsoꝝ,qui terrena sapiunt. Iaco.5. Epulati estis sup terrā, & ī luxurijs enutristis corda uestra. Hinc admonet dn̄s Luc.21. Attendite ne grauenē corda uestra crapula et ebrietate,et curis hui⁹ seculi. Rom 13. Carnis curā ne feceritis in desiderijs. Rom.8. Debitores sumus,non carni ut scd̄m carnē uiuam⁹, si.n.scd̄m carnem uixeritis,moriemini:si aūt,spiritu facta carnis mortificaueritis,uiuetis. O quot hoc uitio,& Deū & naturam offendūt, quæ paucis contenta est. Ecc̄i.37. Noli auidus esse in omni epulatione,& non te effundas super omnem cibū. In multis.n.escis erit infirmitas et auiditas appropinquat usq; ad choleram. Propter crapulam multi obierunt, qui aūt abstinēs est, adijciet uitam. Tertio,auare retinendo. Ecci.11. Inueni requiem mihi, & nūc mādncabo de bonis meis solus: & nescit qđ tempus illum pręter eat, & mors appropinquet, & relinquat omnia alijs,& moriatur. Claret hoc in diuite, qui lōgam sibi & quietam in bonis suis promittebat uoluptatem,cui dictū fuit Luc.12. Stulte,hac nocte repetūt aīam tuam à te,& quę parasti,cuius erūt? Aggrauabatur ergo pc̄m huius,qa naturalis pietatis oblitus,pauperi non subuenit. Ecclesiast.13. Omne animal diligit sibi simile, sic omnis homo proximū sibi. Notatur ergo de tribus uitijs q̄ sunt in mundo.1.Ioan.2. Omne qđ est in mundo,concupiscentia carnis est,et concupiscentia oculoꝝ, & superbia uitæ,quę non est ex parte,sed ex mūdo est. Erat huic multū dissimilis mēdicus quidam,obscurus, & ignotus apud homines, sed clarus & notus apud Deū. Ambros. Claret ex hoc, qđ pauperem nomine notat,rem gestam Christum narrare. Dicitur Lazarus adiutus, qa destitutus ab hominibus, sed adiutorem habet Deū. Iac.2. Non'ne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni qđ repromisit Deus diligētib⁹ se? Vos aūt exhonorastis pauperem. Psal.71. Animas pauperū saluas faciet. Ex usuris & iniquitate redimet animas eoꝝ,& honorabile nomen eoꝝ corām illo. Nouit enim dominus qui sunt ei⁹.2.Timo.2. Huic nec domus erat,nec cib⁹, nec uestis, ac ne corporis qdem prospera ualetudo. Iacebat uehementer infirmus ante uestibulum domus bis miser, quare impiū ei non subuenire. Non admissus est hulcerosus, ne funesto spectaculo contristaret oculos unde quaq; lauti conuiuij. Accessit ad miseriæ cumulū fames intolerabile malum. Siqdem minima petijt, micas q̄ de mensa cadebant scilicet: sed non erat qui daret, cum canes illic essent panibus saturi. Ecc̄i.10. Scd̄m iudicē populi,sic & ministri ei⁹. Prouer.29. Rex impius omnes ministros habet iniustos. Immisericordiam hominū damnabant canes hulcera lambentes. Ambr. Auis sociatur auibus, pecus pecoribus,piscis piscibus: solus tu homo cōsortem excludis,& feras includis: parietē uestis auro,& pauperes nudas uestimento: pauper panem petit, & non accipit, & equus tuus auꝝ sub dētibus mādit. Esa.58. Frange esurieti panem tuum,& egenos uagosq; iduc in domum tuam: cum uideris nudum operi eū, & carnem suam ne despexeris. 1.Ioan. 3.

Rem gestā esse de Lazaro et diuite nō parabolam.

Qui habuerit substantiā huius mundi, & uiderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quō charitas Dei manet in eo? Chrysosto. Non putes propter utilitatem pauperū Deum fecisse diuites, quos sine diuitibus pascere posset sicut Heliam. 3. Regū. 17. filios Israel. Exod. 16. Deute. 8. sed propter utilitatem diuitū fecit pauperes, qui aliās infructuosi essent et steriles, sicut granum non seminatum. Grego. Pensandum est, cōditor noster omnia quanta consideratione dispensat, in una re duo iudicia exhibuit. Dum. n. egenū & hulceratum ante ianuam diuitis (ut ante oculos eēt) & delitijs affluētis posuit, in una eademq́ re, et ex uisione pauperis non miserenti diuiti cumulū damnationis intulit, & rursum ex uisione diuitis tētatum quotidie pauperū probauit, cui certe ad pœnam sufficeret paupertas, etiam si sanꝰ fuisset: & rursum suffecisset ęgritudo, etiam si subsidium adesset. Sed ut probaretur amplius, simul hunc & ægritudo & paupertas tabefecit, atq; insuper uidit procedentem diuitem obsequentibus cuneis circūfulciri, et se in īfirmitate & inopia à nullo uisitari. Sed nunquid in tantis malis blasphemabat? num cuuiciabat? num incessebat luxum diuitis? num inhumanitatem cōdemnabat? Nihil horū, sed fortis erat & magnę pŕiæ.

2 *Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues, et sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, uidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans, dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meā, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abrahā. Fili, recordare, quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc aūt hic cōsolatur, tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & uos chaos magnum firmatum est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint, neq; inde huc transmeare.*

Quis non iudicasset diuitem illū absolutū exemplar fęlicitatis, & hūc Lazarum exemplar infęlicitatis extremæ? Sed nequaq; ex his quæ contingunt in hac uita, ęstimanda est hominis fęlicitas. Subito rerū uices īuersæ sunt. Mors. n. omnibus īminens, ut diuitibus finis est omniū uoluptatum, ita afflictis terminus omniū dolorū. Lazarus qui neglectus erat ab hominibus dum uiueret, mortuus, ab angelis deportatus est in sinum Abrahę. Hoc honore dignatus est eū Deus, quem diues non dignabať tecto suo. Apoca. 14. Beati mortui q in domino moriuntur. Chrysosto. Sufficiebat ad deportandū pauperē unus angelus, sed ꝑpterea plures ueniunt, ut curtū lætitiæ faciant. Sinus Abrahæ, qui ante passionem dñi limbus erat, requies nunc est æterna. Scdm id qđ requies per absentiam oīs mali, sic fuit: sed ꝑut dicit super hoc præsentiam oīs boni, sic est locus glorię, ad quē animas defunctorū optamus peruenire. Dicitur Abrahæ sinus, qa pater credētium appellatur, quia cōtra spem in spem credidit. Roma. 4. et Gala. 3. Qui ex fide sunt, hi filij sūt Abrahæ. Mortuus est autē & diues, morte naturæ & gehennæ, qui ante mortuus fuit morte culpæ. Psal. 33. Mors pctōrū pessima. In morte naturæ separatur anima à corpore, sed in resurectione readunanda. In carne mea, inquit Iob. 19. uidebo Deum saluatorem meum, quem uisurus sum egoipse, & non alius, & oculi mei cōspecturi sunt. In morte culpæ separatur anima à Deo. Psal. 118. Lōge à peccatoribꝰ salus. Sap. 16. Homo per malitiam occidit aīam suā. Sed per pœnitentiam reuiuiscere licet. Apoca. 3. Nomen habes quiuas, & mortuus es. In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris, & serua, & pœni-

Sinus Abrahæ quid.

tentiam age. In morte gehennæ sepa ratur totus homo à Deo, et oībus ele ctis in totum. Prouerbio.11. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes. Psal.48. Sicut oues in inferno positi sunt mors depascet eos. Mors ergo omnium cōmunis, solum docet diuites hoc, q̄ homines sunt quemadmodum cæteri. At Lazaro nec honor sepulturę habitus est, diues autem magnifica funeris pompa elatus. Gręci sic distinguunt: Mortuus est diues, & sepultus. s. cum pompa, et in inferno eleuans oculos suos cum esset in tormentis, uidit Abraham à lōge, & Lazarū in sinu eius, participem quietis. Grego. Oculos quos culpa clauserat, pœna aperiebat. Esa.28. Tantūmodo uexatio intellectū dabit auditui. Chrysost. Sicut pauperi dum uiueret grauiorem faciebat pœnam iacere ante ianuam diuitis, & alia bona perspicere, sic diuiti mortuo augebat pœnam in gehenna ꝓspectus delectationis Lazari. Quemadmodū dn̄s eiectum Adam è regione paradisi collocauit, ut continuo aspectans, sentiret à quantis bonis excidisset: sic & illum in grauibus tormentis, ubi nō minus dure tractabatur rerū suauiū inopia, & omniū malorū copia q̄ in uita se tractauerat mollirer, condemnauit in conspectu Lazari. Non.n. tantum cruciant in igne tartareo, quantum conscientię stimulo, scientes se nunq̄ liberandos. Esa.66. Vermis eorū non morietur, & ignis eorū non extinguetur. Patrem iuocabat, quē imitari in hospitalitate noluit. Io.8. Si filij Abrahę estis, opa Abrahę facite. Misericordiā stultus petijt, q nec sui nec aliorū misertus fuit. Prouer.21. Qui obturat aures suas ad clamorē paupis, clamabit & ipse, & nō exaudietᷓ. Iaco.2. Iudiciū fine misericordia fiet ei q nō fecit misericordiā. Non.n. pœnitent dānati de pc̄tis, inquantū sunt Dei offensiua, turpia, & iniusta: sed ut sunt eis causa tāti supplicij. Vnde non ait: Miserere mei qa peccaui, sed qa crucior. In diuersis positus est tormentis, sicut fuerat in diuersis pc̄tis. Peccauerat in diuitiarū hubertate: hinc positus est in summa egestate, ut nec aquæ guttam impetret. In linguæ edacitate, quam sequitur loquacitas. Chryso. Quia in conuiuando magis loquacitate peccauerat in lingua, grauius ardebat. Quot irrisiones & detractiones in conuiuijs contingunt? Sap.11. Per quę quis peccat, per hæc & punietᷓ. Apoca.18. Quantū glorificauit se & in delitijs fuit, tantū date illi tormentum & luctum. Grego. Diues eum cui in hac uita misereri noluit, in suo iam supplicio positus, patronum quærit. O quāta est subtilitas iudiciorū Dei, q̄ districte agitur bonorū actuū maloruq́ꝫ retributio. Sed guttam aquæ petijt, nec habebit, q micas pauperi negauit. Fili, inqt, agnosce rerū uices iuste minutas. Id agnoscas oportet, si meminisse uoles q̄ tu cū uiueres, tua bona receperis, Lazarus contra suis malis sit defunctus. Vide sanctū & cōpatientem, & hæreditatis amissæ cōmonefacientē. Greg. Sn̄ia ista pauo re indiget magis q̄ expositione. Nā si qua bona agimus, timendū, ne bonis ꝓspere succedentibus, remuneremur: unde diues iste indicatᷓ boni aliqd habuisse, exquo in hac uita bona recepit, & Lazarus malum habuisse aliqd qd purgaretᷓ. Sed mala Lazari purgauit ignis inopię, & bona diuitis remunerauit felicitas transeuntis uitę. Illū paupertas afflixit et tersit, istū abundantia remunerauit & repulit. Nūc uero iuersis rerū uicib⁹, hic post afflictiones patiēter toleratas refocillatᷓ: tu uero post delitias, qb⁹ te male oblectasti, merito cruciaris. Pro superbis ędibus habes tartarū, pro delitijs cruciatū ęternū, p iocis & cantionibus perennē eiulatū. Esa.65. Hæc di-

cit dñs Deus: Ecce serui mei comedent: & uos esurietis: ecce serui mei bibent, & uos sitietis: ecce serui mei lætabuntur, & uos confundemini: ecce serui mei laudabunt pręexultatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spũs ululabitis. Chrysost. Si ægrotamus, si pauperes sumus, gaudeamus: accipiam⁹ mala in uita nostra, ut postea recipiamus bona. Iaco. 1. Omne gaudiũ existimate fratres, cum in uarias tentationes incideritis, scientes qđ probatio fidei uestræ patientiam operatur, patientia aũt opus perfectum habet. 2. Corin. 4. Id. n. qđ in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate, æternũ gloriæ pondus operatur in nobis, non contẽplantibus nobis quæ uidentur, sed quę non uidentur. Quę. n. uidentur, tpalia sunt: quę autem non uidentur, æterna sunt. Eligamus ergo nunc cum Mose & populo Dei affligi, magis q̃ tpalis peccati habere iucunditatem. Hebræ. 11. Non. n. sunt condignæ passiones huius tpis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Roma. 8. Attende quõ in die illo qui alium iniuria afficit, ipsum uidebit in gloria, & hic iterum illum in quanta sit cõdemnatione. Sapien. 5. Tunc stabũt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerũt labores eorũ. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se, pniam agentes, & præ angustia spũs gementes. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati, uitam illorũ æstimabamus insaniam, & finem illorũ sine honore. Ecce quõ cõputati sunt iter filios Dei, & inter sanctos sors illorũ est. Ostendit qđ non debeat adiuuari, nũc consequenter quod non possit. Sup hæc omnia, hoc deploratiõe est uestra calamitas, q ingẽs hiatus nos dirimit, posteaq̃ incõmutabili Dei sentẽtia, sua qbusq; sedes designata est. Chrysosto. Videre possumus, transmeare non possumus: nos uidemus qđ fugimus, uos uidetis quod perdidistis. Greg. Qui in inferno sunt, ad beatorũ cõsortium transire uelle, dubiũ non est. Iustorũ autem animæ quãuis in naturæ suæ bonitate misericordiam habeant, tanta tamen rectitudine cõstringuntur, authoris sui iustitię coniunctæ, ut nulla ad reprobos cõpassione commoueantur.

Et ait: Rogo ergo te pater Abraham, ut mittas eum in domũ patris mei: habeo enim quinq; fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in locum hunc tormentorum Et ait illi Abraham: Habent Mosen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed siquis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Mosen & prophetas non audiunt, neq; siquis ex mortuis resurrexerit credent.

Non charitate, sed timore pœnæ petit, ne tali cõsortio cresceret etiam misero mali sensus. Sed nunc frustrà supplex est, qui supplicem proximũ repulit. Gregorius: Notãdum, quòd ad pœnam diuiti cognitio seruatur & memoria, cognoscit Lazarũ quẽ contempsit, fratrum quoq; meminit suorũ quos reliquit. Vt peccatores in supplicio amplius puniantur, & eorum uident gloriam quos cõtempserunt, & de illorum etiam pœna torquentur, quos inutiliter amauerunt. Psal. 111. Peccator uidebit & irascet, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum peribit. Non autem simpliciter quempiam ex mortuis mitti, sed Lazarum rogat, ut uideant eum coronatũ in gloria & incolumitate, qui uiderãt ante infirmũ & contemptum, fiantq; testes tanti miraculi, & tãtæ gloriæ spectatores. Sic diuitem experta calamitas serò iam fecit & supplicem & doctorem.

Nam

Gala.6. Dum tempus habemus, operemur bonum. 2. Corin.6. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Sed heu. Iob.24. Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbia. In cœlo locus est præmij. Matth.5. Ecce merces uestra multa est in cœlis. In inferno locus tormenti. Iob.10. Terram tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Nihil, inquit Abraham, necesse est hac gratia Lazarum auocari à quiete sua, fratres tui si uoluerint esse frugi, habent qui in suis libris illis loquantur. Sed quia Dei uerba despexerat, hæc audire non posse suos sequaces æstimabat, dicens: Siquis ex mortuis certa renunciet quàm dira patiantur hic, qui illic uitam meo exemplo transigunt, quod ferè omnes faciunt diuites, resipiscent, seseq́ reponent ad meliorem frugem, ex inconsueta apparitione & exhortatione fortius animati. O quot sunt tales, qui dicunt, quis uenit ex inferno renuncians q̃d illic agatur? Sed isti sunt prætextus eorum, qui nunquàm uolunt quod male amant relinquere. Maior est.n. inquit, Mosi & prophetarum authoritas, quàm mortui alicuius. Ioan.5. Si crederetis Mosi, crederetis utiq; & mihi. Causarentur enim phantasma esse, aut dæmonium, Iudæi scripturas de Christo audientes, neque mortuis resurgentibus crediderunt. Nam Lazarum fratrem Marthæ occidere uoluerunt. Ioan.12. Et quia non uere crediderunt Mosi & prophetis, hodie quoque Christo è sepulchro reddito, & ad dexteram patris considenti reclamant. Hoc exemplo dominus cõsolatus est suos, qui propter amorẽ regni cœlestis multas afflictiones p̃pessuri erant in mundo: & Iudæorũ primores & diuites, elatos, ac sibi uiuentes, territat, ut uel metu supplicij uitam impiam corrigant: alioqui futurum, ut illic uicissim rideretur, qui hic Iesum ad meliora uocantem irriserunt.

De fide augenda, & humilitate seruanda. Luc.17.

ARTICVLVS XCI.

Et dixerunt Apostoli domino: Adauge nobis fidem. Dixit autem dominus: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, eradicare & transplantare in mare, & obediet nobis. Luc 17. C

Quoniam intelligebant fontẽ omnium euangelicarum uirtutum esse fidem, quam adeo diligenter dominus exigebat in edendis miraculis, quam toties comprobauit in alienigenis, quæ nihil non impetraret, & per quam ipsi quoque morbos depulerant, & dæmones, nec ignorabant fidei defectu factum, quod quendam muto obnoxium dæmoni non quiuerint liberare, dicunt domino: Domine, quando nihil boni habemus nisi ex te, fac nos perfectiores & firmiores in fide, quo lucidius cognoscamus credenda, atque firmius feruentiusq́; teneamus. Ostendit dominus fidei firmitatem & uirtuositatẽ. Granum enim sinapis, quanuis paruum sit quantitate, magnum tamen est uirtute, feruidum, amarum, ueneniq́; expulsiuum: si fides feruida esse debet per charitatẽ. In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid ualet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Amara, per patientiam aduersa tolerando. Rom.8. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Veneni omnis expulsiua erroris, per synceritatem. 2.Cor.10. In captiuitatem redigentes omnem intellectum, in obsequium Christi. Hinc. Mar.9. Omnia possibilia sunt credẽti. Sic ergo & sycaminũ trãsplãtare in mare, cuius folia uermes pascũt, unde fiunt serica.

Quis autem uestrum habens seruum arantem, aut pascentem boues, qui regressus de agro, dicat illi statim: Transi & recumbe, & non dicat: Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi, qui fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic et uos, cũ feceritis omnia omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.

Instruit de humilitate conseruanda, ut in omnibus Deo gloria tribuatur, siquid per nos præclare aut magnifice egerit. Nam seruus bona fide suo funct⁹ officio in agro, si domũ reuersus fecerit imperata, num ideo dominus habebit illi gratiam? Non opinor, sed pœnam exacturus erat nisi fecisset. Quamobrem? Non ob aliud nisi quòd seruus est, & omnem operam debet domino, cuius est etiam ipse. Eccl.33. Cibaria & uirga et opus asino: panis & disciplina, & opus seruo. Seruum inclinant operationes assiduæ. Qui seruit Deo etiam si mandata custodiat, non potest extolli. Nihil. n. utilitatis aut perfectionis Deo affert, quia bonorũ non indiget. Psal.15. Sed uæ erit ei si non fecerit. 1. Cor.9. Si non euangelizauero, uę mihi est. Aufert ergo à nobis omnem uanæ gloriæ, præsumptionis, ac pompæ occasionem, qui non solum non facimus quod debemus, sed in multis offendimus. Iac.3. Hæc modestia conseruat thesaurum fidei in nobis. Nostrum est enim humiliter sentire de nobis. 1. Cor.4. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Ipsius erit dicere, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Mat.25. Est alius seruus inutilis, non suo, sed diuino iudicio & sibi & proximo, qui proijci iubetur in tenebras exteriores. Mat.25. Videant & contremiscant, qui peccantes, & mandata Dei prætergredientes, extolluntur, cum omnia faciẽtes, nihil magni de nobis sentire nos uelit & præcipiat Deus. Pro.2. Qui relinquunt iter rectum, et ambulant per uias tenebrosas: Qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Quorum uiæ peruersæ, & infames gressus eorum. Ideo. 1. Pet.5. Humiliamini sub potẽti manu Dei, ut uos exaltet in tempore uisitationis.

De encænijs, par.2. ar.19.r
De Lazaro suscitato, par.2. ar.20.s
De conspiratione contra Iesum, par.2. ar.21.t

De ascensus in Hierusalem prænunciatione, Mat.20 Marc.10. Luc 18,

ARTICVLVS XCII.

Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident, & die tertia resurget. Et ipse nihil horum intellexerunt, et erat uerbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Luc.18. D

Ostẽdit ut in instituẽdo proximo magis ei tradamus, quæ necessaria sunt, quàm iucunda, ac salutaria magis quàm suauia. Sæpe prædixit de morte & passione, simul & resurrectione, ut claret. Matth.16. Tunc cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oportet eũ ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Mar.26 genus mortis expressit, dicens: Scitis, quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur ut crucifigatur? Hoc fecit, partim quo diuinitatẽ ipsius animaduerterent, qua futura præsciuit & prænũciauit: partim quo fidem resurrectionis in ipsis firmaret, quo minus foret molesta per mortem eius absentia, quos tam breui solatura esset resurrectionis præsentia, quæ triduo solum, & eo in com-

pleto, illis erat subtrahenda. Gregorius: Præuidens ex passione sua discipulorum animos dominus perturbandos, prædicit eis & passionis pœnam & resurrectionis gloriam, ut cum morientem cernerent, & resurrecturum non dubitarent. Et demum ut testes essent ueritatis tam uoluntariæ passionis. Actu.13. Deus suscitauit eum à mortuis tertia die, qui uisus est per dies multos his, qui simul ascenderant cũ eo de Galilæa in Hierusalẽ, qui usq; nunc sunt testes eius ad plebem. Mar.10. Erant aũt in uia ascendentes Hierosolymam, & præcedebat illos Iesus, & stupebant, & sequentes timebant. Sequuntur Iesum, sed tristes & obmurmurantes, q; se uolens in manifestũ uitæ periculũ conijceret, & illius animũ admirabantur, ac sic metuebant, ne per illũ uenirẽt in periculũ commune. Tales discipulos tã crassos & infirmos tolerauit Iesus, & nos tædet imbecillium ferre tarditatem? Mat.20. Ascẽdẽs Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secretò. Hos huius tempestatis aliqua ex parte participes etiã nõ modo testes esse uoluit, tanq; idonei qbus crederetur mysteriũ crucis, quod turba nondũ potuisset capere. Ostẽdit prophetas morte sua locutos. Mat.16. Lex & prophetæ usq; ad Ioannẽ, ex hinc regnũ Dei euangelizatur. Lu.13. Non capit prophetã perire extra Hierusalẽ. Mat.20. Ecce ascẽdimus Hierosolymã, & filius hoĩs tradetur principibus sacerdotũ & scribis, et condẽnabũt eũ morte, et tradent eũ gẽtibus. Ascendimus, inquit, ut intelligatis me uolẽtẽ ac sciẽtẽ pati quæ passurus sum. Nã ueluti nocẽtẽ & impiũ me condẽnabunt, & obiectis uarijs criminibus, addicẽt supplicio capitis, mox ut palàm facinorosum tradent gentibus. Mat. 27. Tradiderunt eũ Pontio Pilato præsidi. Io.19. Propterea q me tradidit tibi, maius pctm̃ habet. Fuit traditus à Iuda, & in illa fuit uẽditus. Mat.26. Quid uultis mihi dare, & ego eũ uobis tradam? Secundo, à Iudæis. Io.18. Gens tua & põtifices tui tradiderũt te mihi, & in illa fuit condemnatus. Matth 26. Reus est mortis. Tertio, à Pilato, & in illa fuit crucifixus. Mat. 27. Iesum flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur. Sic & adhuc traditur in mẽbris suis. Act.9. Saule Saule, qd me persequeris? Sed uæ homini illi, per quẽ filius hoĩs tradetur. Mar.26. Sunt.n. qui cũ Iuda tradunt eũ ob cupiditatẽ. Mar.14. Qui audientes, gauisi sunt, et promiserunt ei pecuniam se daturos, & quærebat qũo illũ opportune traderet. O quot tales sũt. Hinc 1. Cor.6. Tollens membrũ Christi, faciã membrũ meretricis? Cũ Iudæis, ex inuidia. Mat.27. Sciebat.n. q p inuidiã tradidissent eũ summi sacerdotes. Cũ Pilato, ex fauore. Mar.15. Pilatus aũt uolẽs ppl'o satisfacere, dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum flagellis cæsum ut crucifigeretur. Et ludibrijs afficient tanquã fatuũ. Primo in domo pontificis. Luc.22 Et uiri qui tenebant eum, illudebant ei cædentes. Secundo, ab Herode. Luc.23. Spreuit autem illum & Herodes, & illusit indutum ueste alba. Tertio, à Pilato. Matth.27. cũ spinea corona capiti imposita, & chlamyde coccinea circumposita, genuflexo, in faciẽ illuderent, dicentes: Aue rex Iudæorum. Quarto, in cruce. Mar. 15. Prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua & dicentes. Vah q destruis templũ dei, & in tribus diebus reædificas. Sic & nunc iusti deridetur simplicitas. Iob.12. Flagellis cædent. Io. 19. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit. Sic flagellatur begninitas. Ps. 72. Et fui flagellatus tota die. Sed quomodo? Ps. 128. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerũt ini-

quitatem suam. Et conspuent. Primo in atrio Pontificis. Matth.26. Tunc expuerunt in faciem eius. Secundo, à militibus præsidis. Matth.27. Et ex puentes in eum. Esa.50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas me as uellentibus. Faciem meã non auerti ab increpantibus & cõspuentibus in me. Psalm.87. Posuerunt me abominationem sibi. Sic enim tõspuitur conscientiæ puritas fœditate peccati, contra illud. 1. Cor.15. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginẽ cœlestis. Et occident. Matt.21. Hic est hæres, ueni te, occidamus eum. O quot in se Christũ occidunt. Gala.2. Viuo ego, inquit Apostolus, iam non ego, uiuit uero in me Christus. 1. Ioan.2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Semper autem dominus sicut bon⁹ Samaritanus, oleũ cũ uino miscet. dixerat quia occidẽt, alij scilicet, non ipse: sed econtra ipse resurget, & hoc breui, quia tertia die. Verum quia hic sermo ingratus erat non descendebat in animos apostolorum, ut difficile credimus quæ nolumus esse uera. Diligebant enim dominum, sed carnali quodam affectu, ut dicit Beda. Vnde Petrus. Matt.16. Absit à te domine, non erit tibi hoc. Secundo, quia nedum hominem innocentem, sed & Deũ miraculis potentem cognoscebant eum, quia & sæpe manibus illorum elapsus fuit. quare mori posse non credebant. Tertio, quia more suo parabolice ipsum loqui credebant. Quanquàm enim de domini sui fide dubitare non possent, tamen ita blandiebantur suis affectibus, & interpretabantur in his Iesu sermonibus subesse tropum aliquem, eiusmodi dominis peculiariter uti consueuit, fallens his nonnunquàm non modo populum, uerumetiam ipsos apostolos, ut claret in fermento pharisæorum. Matt.16. Sic & uerbũ resurrectionis, multis tunc minus erat credibile.

De decem leprosis. Luc.17.

ARTICVLVS XCIII.

Et factum est dum iret in Hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerũt ei decem uiri leprosi. Qui steterunt à longe, & leuauerunt uocem, dicentes; Iesu præceptor, miserere nostri, Luc.17. B

Quanto beneficium maius & liberalius, tanto deuotius & frequentius recolendum: Nihil autem recreationis excedit beneficium. Cum ergo dominus ad purgandam animæ nostræ lepram, per sui sanguinis effusionem, ad locum passionis iret, non reformidans gentem quamlibet atrocem, quamlibet effusionem sui sanguinis auide sitientẽ, pertrãsijt prius, Galilæam: qua peragrata, intrauit Samariam, quæ interiacet Iudæam & & Galilæam, ut patet. Ioan.4. Itinera autem domini plena erant miraculis & mysterijs. ambulabat enim de loco in locum, ut omnibus subueniret, omnibus adesset, occurreret singulis, concurreret uniuersis, hos miraculis, illos pręmijs ad fidem alliciens. Ioan.10. Et alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & fiet unũ ouile & unus pastor. Ante ingressum occurrerunt leprosi. Cõtagiosum enim & abominandum genus, & idcirco procul arcebantur ab hominum cõmercio. Leui.13. Omni tempore quo leprosus est, solus habitabit extra castra. Ex hoc etiam miraculum plures habuit testes. Sic & dominus cõscientiæ nostræ domum ingrediens, lepram animæ fugat. Nam lepra infecti, fœtent, & sitiunt, & inficiunt. Sic peccatores fœtent per luxuriã. Ioel.1. Computruerunt iumenta in stercore suo. Sitiunt per auaritiam. Ecclesiastes.5. Auarus non implebitur pecunia. Inficiunt per superbiam. Ecci.13.

Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicat superbo, induet superbiam. Gregorius: Peccatū quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pōdere ad aliud trahit. Claret in Dauide, q ex incauto aspectu incidit in adulteriū, & hinc in homicidium. 2. Reg 12. Qui modo separati à deo & bonis merito. Psal. 118. Longe à peccatoribus salus, quia iustifica tiones tuas non exquisierūt. Psal. 118. A lege autem tua lōge facti sunt. Sed finaliter separabuntur & præmio à consortio beatorum. Psalm. 72. Quoniam ecce qui elongant se à te, peribunt. Nullum tamen est mali genus, quod nō sanet Iesus, modo ueniatur in illius conspectū, modo prodatur illi morbus, & adsit fiducia. Psal. 50. Cor mundū crea in me deus. Loco quidem longe distabant, oratione autem appropinquabāt. Ps. 144. Propè est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in ueritate. Sūt enim qui ore suo appropinquant deo, corde autem longe sūt ab eo. Esa. 29. Osee. 7. Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis. Isti autē plena fide clamauerunt ex toto cordis affectu. Ipse. n. erat qui saluare uolebat & poterat, Iesu, inquiūt, pceptor, miserere nostri. Agnoscunt morbum, implorant medici auxilium, supponūt imperium. Præceptor. Sap. 12. Subest enim tibi, cū uolueris, posse. Eccl. 35. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit. Obserua & hic significatos homines hæreticos, intus malis affectibus totos deprauatos, foris uariegata cute, ueluti falsa ueris permiscente doctrina insyncera. Est enim omnis doctrina erronea, aliqua ueritate permista (sicut lepra bonā corporis ualetudinem non repente ex toto destruit) ne si aut aperte mendax fuerit, nō recipiatur; aut si ex toto uera, erronea non sit. Permiscent enim uera falsis,

Leprosi mystice qui.

ut dum ueritas superinducta recipitur, latens intrinsecus falsitatis morbus irrepat, more eorum qui uenena propinantes, ora calicis melle liniunt, ut dū mellis dulcedo intenditur, uirus poculi auidius insumatur. Decem euangelista commemorat, pulchra qdem quantitate cōmēdabiles, sed obscœna cute deformes. Nam falsi doctores intra denariam perfectionem se iactitant comprehensos, dum diuinorū quæ decalogo accipiunt, mandatorū impletores se affirmant, & Christianæ professores fidei affirmant. Delectat numerus, sed offendit sinistri dogmatis insynceritas. 2. Timo. 3. Habentes speciem quidem pietatis, uirtutē autem eius abnegantes. Hi arcendi & procul relegandi ab ecclesiarum proceribus. 1. Cor. 5. Modicum fermenti totam massam corrumpit. 1. Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Leuanda est ergo uox ad dominū pro salute, ut qui in uerbis saluatoris errasse se cognoscunt, saluandi præceptorē uocēt, & per cognitionē præceptoris ad formam redeāt salutis. Orauerūt non ut hominem, sed ut deum.

Quos ut uidit, dixit: Ite, ostendite uos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt, 2

Audijt clamorē dominus fiduciæ testē, & aduertit oculos. Psal. 144. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorū exaudiet, & saluos faciet illos. Felices qui se conspectui offerunt Iesu, ut misericordiam consequantur. Sic filius prodigus Luc. 15. Ibo ad patrem meum. Infelices qui fugiunt à conspectu domini, sed non aufugiunt, sicut Adam. Gene. 3. Dominus ergo ut doceret diuinæ legi semper parendū, legis à se constitutæ mādatum executurus, ad sacerdotes eos direxit, penes quos erat authoritas discernendi leprosum à mundo. Præcepit enim lex, ut siquis lepræ maculā incurrisset, ad sacerdotem duceretur, ut eius iudicio mundus uel immun-

dus iudicaretur. Leui. 14. Mat. 25. Nō ueni soluere legem, sed adimplere. Secundo, ut uidētes mūdatos quos ipsi leprosos iudicarunt, sed nec per sacerdotium uel legem mundare quiuerant, aut crederent & saluarentur, aut de sua incredulitate inexcusabiles de eius aduentu redderentur. Ioan. 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Si non facio opera patris mei, nolite credere. Hinc Ioan. 15. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem excusationē non habent de peccato suo. Tertio, ut sacerdotium ecclesiæ, cuius illud figura fuit, commendaret. Nam conuersi praui dogmatis errorē quasi cutis morbidæ uarietatem, ad examinandum pandere debent: sicque ab eis fidei regulis instructi, pristinæ munditiæ & pulchritudini restituantur. Quāuis enim dominus qui uerus magister est, interna sua eruditione quid tenendum sit ualeat inspirare, magna tamen dispēsatione uult doctoribus obsequi, ut per hoc qui docendi sunt, magna humilitate solidentur, & ad capessenda fidei sacramenta capaciores efficiantur. Sic Paulus qui per reuelationem euangelium, non per hominem accepit. Gala. 1. Ad Ananiam missus est. Actu 9. Et per reuelationem ascendit Hierosolymam ad conferendum cum Apostolis, ne in uacuum curreret, aut cucurrisset. Gala. 2. Parent illis, & abeunt, pleni bona fiducia, unde antequàm uenirent, ad sacerdotes, mundati sunt, ne legis uirtute, & non Christi crederentur mundati, & ut meritum fidei & obedientiæ ostenderetur, ac immensa Dei benignitas, quæ peccatoribus uotum emendandi habentibus, ac præceptum domini implendi, occurrit, & ipsos mundat .i. culpam atque reatum remittit, antequàm ad suos etiam perueniant uicarios, quibus dixit Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Vult tamen quòd perueniant & iussa capessant iuxta suam ordinationem. Actu. 15. Fide purificans corda illorum. Sapien. 6. Præoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat. Esa. 64. Occurristi lætanti & facienti iustitiam. Sic pater occurrit in filio reuertenti, ruens in oscula & amplexus. Luc. 15.

Vnus autem ex illis, ut uidit quia mundatus est, regressus est cum magna uoce magnificans deum: & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit: Nōne decem mundati sunt? & nouem ubi sunt? Non est inuentus qui rediret & daret gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, uade, quia fides tua te saluum fecit.

Erat par omnibus fiducia, sed dispar erat gratitudo. Samaritanus non habuit clam diuinam erga se beneficentiam. Licet enim debeamus benefacere tacita laude hominum, hi tamen quibus benefit, prædicare debent beneficium, ut ex hoc Deus laudetur, & cæteri ad idem tali exemplo moueantur, ut dicit Chrysostomus. Psalm. 65. Venite, audite, & narrabo omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Propterea exaudiuit deus, & attēdit uoci deprecationis meæ. Benedictus qui nō amouit orationem meam & misericordiam suam à me. Omnia enim regerenda sunt in Christum salutis nostræ authorem, qui tam sæpe nos à lepra mundat animæ, quæ periculosissima est. Psalm. 102. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu uitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Sed pauci animum

ad beneficia præterita retorquent. Vnde dominus sciens beneficium ad omnes peruenisse, & taxare uolens illorum ingratitudinem, qui tantum Dei suffurari beneficium studuerunt, ait: Nõne decem mundati sunt? Glos. Ingratos quasi ignotos reqrit ubi sint, sicut Adam. Gene.3. Adam ubi es? Sicut enim ingratus diuinum non recognoscit beneficium, ita nec Deus ipsum notitia approbationis.2.Timo.2. Nouit dominus qui sunt eius. Bern. Felix qui ad singula dona gratiæ redit ad eum, in quo omnis est plenitudo gratiarum: & dum pro acceptis non ingratum se exhibet, locum in se facit gratiæ amplioris.Eph.5.Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi, Deo & patri.1.Thess.5.In omnibus gratias agite.Cum ergo obmutesceret Samaritanus non solum gratus, sed etiam modestus, qui uenerat suo functurus officio, non accusaturus alios, Iesus ad circunstantes conuersus, alienigenæ fidem commendauit, Iudæorum duritiam percellendo. Penè enim in omnibus euangelij locis, Iudæos ad fidem tardos, & gentiles promptos & paratissimos fuisse inuenimus. Iudæi enim plurimum legi tribuebant, parum uel nihil gratiæ: sic isti per sacerdotes seducti, suam mundationem legi tribuebant,non gratiæ Christi. Modestiam huius sequi debemus, ne de absentibus malum,etiam si uerum sit, loquamur.Iaco.4. Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri suo, aut qui iudicat fratrem suum,detrahit legi & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Vnus est enim legislator q potest perdere & saluare.Pro.24.Abominatio hominum detractor. Nam imitator est diaboli, qui Deo detraxit mẽdacij ipsum incusans.Gene.3. Nequaquã moriemini. Scit enim Deus, quia in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut Dij, scientes bonum & malum.Ecclesiastes.10. Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Ait dominus Samaritano: Certus esto, hoc meum tibi beneficiũ fore perpetuum, quia fides tua te saluum fecit, quæ te & ad gratias agendas inclinauit. Cadit ante pedes Iesu, qui repressis præsumptionis cogitationibus, quàm sit infirmus uidet,nihil uirtutis sibi tribuens, bona quæ agit diuina intelligit. Vnde & Samaritanus custos dicitur, qui ita bona quæ accepit, Deo tribuit, ut cum Psal mista dicat: Fortitudinẽ meã ad te custodiã.Ps.58. Qui ergo humiliter sic in firmitatẽ suã agnoscẽs,añ Deũ iacuit, diuina cõsolatione surgere ad fortiora opa, et ire crescendo usq; ad perfectũ iubetur.Ps.83.Ibũt de uirtute ĩ uirtutẽ.

De obstinatione Samaritanorum.Luc.9.

ARTICVLVS XCIIII.

Factum est autem,dum complerentur dies assumptionis eius,& ipse faciem suam firmauit ut iret in Hierusalem Et misit nuncios ante conspectum suũ. & euntes, intrauerunt ciuitatem Samaritanorum, ut pararent illi. & non receperunt eum,quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Luc.9. F

Dum tempus adesset passionis, quã subsecuta est ascẽsio.Philip.2. Propter quod et Deus exaltauit illum,et dedit illi nomen quod est super omne nomẽ ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium,terrestrium & infernorum: & omnis lingua confiteatur,quia dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei patris. Io.13. Sciens Iesus quia uenit hora eius,ut transeat ex hoc mũdo ad patrem. Modum insinuat.Luc. 22.Et filius quidem hominis,secundũ quod definitum est,uadit.Lu.24.Nõne sic oportuit pati Christũ, & ita intrare in gloriam suam? Decreuit ergo non ultra hinc inde obambulare, sed ascendere in Hierusalem mente constanti & imperterrita, ut ubi uetus agnus offerretur, ubi typicus immo-

labatur. Sciens autem suos non recipiendos, nihilhominus misit tamen, ut sibi pararent hospitium, quo omnē tolleret excusationē q̄ nō crediderūt. Non.n.receperūt eos, eo q̄ ex ipso habitu uultuq́ coniectabant q̄ peteret Hierosolymā. Samaritani uero, qm̄ in monte adorabant, adorant & abominabantur omnes, qui religionis causa peterent Hierosolymam.

2 *Cum uidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, uis dicamus ut ignis descendat de cœlo, & consumat illos? Et conuersus, increpauit illos dicens: Nescitis cuius spiritus estis? Filius hominis nō uenit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.*

Erant discipuli adhuc imperfecti, quare Christus increpatione coercuit illorum iracundiam, docens legem suam sublimiorem uita Heliæ, quæ docet mansuete ferendos illos qui nos afficiunt iniuria. Matth.5. Orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Nolite, inquit, uobis factum Heliæ in exemplum uocare. Ille spiritu ductus eius temporis, perdidit impios. 4. Reg. I. Phinees zelo, fornicantes transfodit. Nume.25. Vos autem nondum intelligitis, cuius spiritus instinctu ducamini, an zeli, an passiōis. Mansuetior est euangelicus spiritus. Io.3. Non enim misit Deus filium suū in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mūdus per ipsum. I. Tim. I. Fidelis sermo, quoniam dominus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere. Amb. Nō semper in eos, qui peccauerunt, est uindicandū. quia nōnūquā amplius prodest clementia sibi ad patientiam, & lapso ad correptionem, sicut & ipsi Samaritani post ascensionem celeriter crediderunt. Act.8. Sic Christus contra Samaritanos non commouetur, ut ostenderet quia non habet ultionis studium uirtus perfecta, nec ulla est iracundia, ubi plēitudo est charitatis: nec excludēda est infirmitas, sed iuuanda. Procul sit à Christianis indignatio, procul à magnanimis cupiditas ultionis.

De petitione filiorum Zebedæi, Matt.20. Marc.10.

ARTICVLVS XCV.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid uis? Ait illi: Dic ut hi duo filij mei sedeant, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Mat.20. G

Affectio carnalis plurimum impedit ueri cognitionem, cum non quæ Dei, sed quę sua sunt quærat, quādoq; etiam in perniciem. Pro.I. Vsquequo paruuli diligitis infantiā, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient? Ambitio ergo honorisq́ cupiditas, quæ ex respectu sui ipsius nascitur, & nonnihil carnis habet, Iacobum & Ioānē tentauerat, quia frequenter dominum audierant loqui de regno Dei, cuius specimen uiderant in monte. Matt.17. Et domino respondente. Mat.19. Cum sederit filius hoīs in sede maiestatis suę, sedebitis & uos sup̱ sedes duodecim iudicātes duodecim trib⁹, cui⁹ gloriosi regni innouata hic fuit mētio de sua resurrectione, in qua regnaturus erat in potestate. Matth.28. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Obserua hoc euangelium duobus legi tēporibus in ecclesijs, hoc est, in festo Iacobi, quemadmodum hic ponitur, & in feria quarta secundæ dominicæ quadragesimæ, ubi præmittitur illud. Matth.20. Ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secretò, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis et condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. Secretò duodecim seduxit, ueluti selectos, ne cæteri scandalizarentur, & quia secreta non omnibus passim, sed familiarioribus pandenda, & mystica maioribus reuelanda, Prouerb.25. Cau-

sam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo non reueles. Tob. 12. Sacramentum regis abscondere, bonum est. Aderat tamen inter hos Iudas, sicut satan inter filios Dei. Iob. 1. Chrysostomus. Ecce ascendimus Hierosolymam, quare nemo me compellit. Cum ergo uideritis in cruce pendentem, ne purum æstimetis hominem. Nam etsi mori posse, puri sit hominis: tamen uelle mori, hominis non est: resurgere, Dei solius. Ioan. 10. Ego pono animam meam, & iterum sumam eam. Vide arti. 92. d. Sequitur arti. præsentis enarratio. Audierant de honore duodecim sellarum, sed rudes & adhuc humana somniantes, carnale scilicet regnum, cum statim à resurrectione uenturum hoc regnum & hos honores crederent, quia dixit, tertia die resurget, quo sibi quoque præcellētem dignitatem aliquam impetrent, cum se nossent inter discipulos specialius diligi, specialius cum beato Petro conscios sæpe factos arcanorum quæ ignorent cæteri, subornant matrem, quæ pro filijs interpellet Iesum. Hieronymus. Putabat eum mulier post resurrectionem illico regnaturum, & hoc quod in secundo aduentu promittitur, in primo esse complendum, & auiditate fœminea præsentia cupit immemor futurorum. Nec mirum cū & discipuli huius fuerint opinionis post resurrectionem. Luc. 24. Nos uero sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Actu. 1. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Preces tamen descendebant ex uolūtate filiorum. Hinc Mar. 10. Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magister, uolumus ut quodcunque petierimus, facias nobis. Priusquam proponant quid optent, obstringere conantur dominū, ne fas esset negare quod peterent. Ille autem ueluti non negaturus quicquid peterent, iubet ut eloquantur, quid magni rei postulent. Quanquā secundum ueritatem mater pro filijs postularit, ut Matthæus dicit, tamen quia id fuit subordinatione filiorum, ne alij offenderentur hoc ab ipsis audiētes, poterat enim mater pro filijs rogare sine offensa, quæ & dominum sequebatur, ideo Marcus dicit filios petisse, nam & cum matre accesserunt Iesum. Dominus autem nō ignarus quid uellent, quo cōmodius ipsorum ignorantiam argueret, quid uellent rogat. Mar. 10. Quid uultis ut faciam uobis? Et dixerunt: Da nobis ut sedeamus, unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam in gloria tua. Hoc est, ut proximi sim⁹ post te. Chrysost. Alij filijs suis militiam prouidēt, alij honores, alij diuitias, sed nemo prouidet Deum. Perditionem illorum magno pretio comparant, salutem autem illorum nec dono accipere uolūt, si uiderint eos pauperes, tristantur: sed si uiderint peccantes, non contristantur, ut ostendant se corporum parentes, non animarum.

Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus. 2

Pius dominus non arguit matrem, sed filios qui adhuc carnales erant, & matrem ad hoc induxerant, nec illorū imputat temeritati, sed ignorantiæ. Beda: Nesciebant quid petebant, qui in regno cœlestis patriæ quenquā ad sinistram Christi sessurum putabāt, cum in illa discretione nouissimi examinis, omnes electi ad dexteram summi regis et iudicis legantur statuendi, reprobi ad sinistram. Nesciebant quid petebant, qui sublimitatem præmiorum potius à domino, quā operum perfectionem quærebant. Ita enim præmia pollicetur, ut digna præmijs merita præmonstret: sic uitam donat æternā, ut angustam portā & arctā uiam ad hanc esse decernat. Lu. 13. Contendite intrare per angustam portam. Ipsi

autem exaltari uoluerunt, antequã hu miliaretur Act.14. Per multas tribula tiones oportet nos introire in regnum Dei. Ante metere, quã seminare. Gal.6. Quæ.n. seminauerit homo, hæc & me tet. Pri⁹ coronari, quã certare. 2. Tim. 2. Non coronabit, nisi qui legitime cer tauerit. Sic & nos sæpe non solum nõ utilia, sed et noxia petimus Iac.4. Peti tis, & non accipitis, eo quod male pe tatis, ut in concupiscentijs insumatis. Hinc. 1. Ioan.5. Et hæc est fiducia quã habemus ad Deum, quia quodcunq; petierimus secundũ uoluntatem eius, audit nos. Sic filij Israel in malum si bimetipsis carnes petierunt. Nume.11. Adhuc carnes erant in dentibus eo rum, nec defecerat huiusmodi cibus, & ecce furor domini concitatus in po pulum, percussit eum plaga magna ni mis. Dominus igitur regni sedem quę rentibus, iter ad ipsum regnum osten dit, dicens: delectat uos mentio regni, quod ipsum longe aliud est quàm so mniatis, sed in præsentia magis agen dum est de afflictione, deq; cruce, qua est iter ad regnum. Quoniam ergo nõ intelligitis quale sit regnum Dei, ideo nescitis quid petatis. Quęritis inanem gloriam, nec cogitatis quibus medijs ad ueram regni mei gloriam peruenia ur. Sedere à dextris meis, magnum est, & quod excellit etiam angelicos ordi nes: & uos quidem ad gloriam festina tis, ego ad passionẽ uoco. Nemo enim potest fieri particepes regni mei, nisi & mearũ passionũ particeps fiat. Mar. 10. Potestis bibere calicem quem ego bibo, aut baptismo quo ego baptizor baptizari? Passionem suam poculum nominat q statim somnum conciliet, & q ab ipso magna cũ auiditate sum pta. Sic & baptisma, quod futura esset peccatorũ purificatio. Hierony. Calicẽ in scripturis passionem intelligimus. Matt.26. Pater, si possibile est, transfer à me calicẽ istũ. Ps.115. Quid retribuã dño pro omnibus quę retribuit mihi? Calicẽ salutaris accipiã, et nomen dñi inuocabo. Origenes: Nihil dignũ red dere possumus Deo pro oĩbus quæ fe cit nobis, nisi ut calicẽ salutarẽ prõpte accipiamus, & nomẽ dñi inuocemus, & magnanimiter bibere eũ, in quo bi bendo uota nostra reddimus Deo. Nã pretiosa in conspectu dñi mors san ctorũ eius. Psal.115. Beda: Qui passio nis calicẽ humiliter, patienter, ac gau denter pro Christó susceperit, merito cum illo sublimiter regnabit. Ro.6. Si complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul et resurrectionis eri mus. Nam & mali, uelint nolint, cali cẽ domini non salutarẽ, sed iræ bibẽt. Psal.74. Calix in manu domini, uini meri plen⁹ misto. Et inclinauit ex hoc in hoc, uerũtamen fæx eius non est exi nanita. bibent oẽs peccatores terræ. Apoc.16. Et Babylon magna uenit in memoriã ante Deũ, dare illi calicẽ ui ni indignationis iræ eius. Hie.49. Ecce quibus non erat iudiciũ ut biberent calicẽ, bibentes biberũt, & tu quasi in nocens relinqueris? Non eris innocẽs, sed bibens bibes. Si ergo mens appetit quod demulcet, prius curet bibere qđ dolet: sic nanq; per amarũ poculum confectionis, peruenitur ad gaudiũ sa lutis. Illi ergo auiditate consequendi quod optabãt, sicut stulte postularãt, ita temere se pollicentur, nondũ sibi sa tis noti. Beda: Mentem quidẽ ac deuo tionem suam, qualis in præsenti erat, simpliciter domino pandũt: qui tamẽ quantæ infirmitatis essent, postmodũ ostenderunt, dũ adueniente tempore, quo ipse dominus eundem calicem bi beret, etiam illi cum cæteris discipulis relicto eo fugerunt, quemadmodũ Pe trus qui præ cæteris in mortem & in carcerem cum domino se iturum pro misit, præ omnibus negauit. Vnde. Luc.22. Paratus sum tecum & in car cerem & in mortem ire. Sed Matth. 26. ait. Non noui hominem. Non enim sumus sufficientes cogitare aliquid ex

nobis tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex Deo est. 2. Cor. 3. Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Hinc Apostolus Philip. Omnia possũ in eo qui me confortat.

Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam uel sinistram, non est meum dare uobis, sed quibus paratum est a patre meo.

Accepit quidem Iesus, quod dicerent se promptos ad imitationem suæ crucis: sed de præmio quoniam non intelligebant quid peterent, quoniam non erat illius temporis, negat hoc esse suum dare ipsis, sed eam dignitatem non obuenturã nisi ijs, quibus hoc datum esset à patre, ut insigni uirtute primum locum mererentur, uidelicet ut omnibus adderet stimulos ad summa contendendi. Calicem, inquit, quem ego bibo, bibetis: & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini. Beda: Cum Ioannes non per mortis passionem de corpore exierit, quomodo à domino calicem bibiturus dicitur? nisi quia duobus modis calix bibitur: Vno, cum à persecutore illata mors patienter suscipitur: alio modo, cum mens ad passionem prompta habetur. Promptitudinem Ioannes ostẽdit, cum flagellatus cum cæteris, gaudenter ibat à conspectu concilij. Actu. 5. Sic & cum à Domitiani præfecto in dolium feruentis olei missus, diuina se protegente gratia illæsus exiuit. Veraciter ergo calicem domini cum fratre suo Iacobo qui gladio occisus est. Actu. 12. Ioannes bibisse intelligitur: quia qui tanta pro ueritate sustinuit, quàm promptus etiam ipsam mortem, si offerretur, exciperet, ostendit. Nam post acceptã spiritus sancti gratiam, firmum de reliquo pectus ad bibendũ calicem domini tenebant: quia ad patiendum moriendumq́; pro illo, iam inuincibiles esse cœperunt. Sed quoniam iusti iudicis non est, ad gratiam dare dignitatem, sed secundum merita, ait: Non est meum, hanc dignitatem respectu consanguinitatis, prout petitis, dare uobis. Regnum enim cœlorum uim patitur & uiolenti rapiunt illud. Matth. 11 Non enim est acceptio personarum apud Deum. Ro. 2. Sed quibus paratum est? Matth. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit uolũtatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnũ cœlorum. Audiant hæc & pertimescant, qui beneficia & dignitates ex personarum acceptione metiuntur & præstant, & hoc sæpe in perniciem ecclesiæ. Iaco. 2. Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi gloriæ. Hinc. Matth. 24. Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Vnde subdit: Sed quibus paratum est. 1. Corinth. 2. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. In Christo enim Iesu, neque circuncisio aliquid ualet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Galat. 5. Hinc dicet electis Matth. 25. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Ecce quibus paratum est, qui fidem habent per charitatem operantem. Alioqui fides sine operibus mortua est in semetipsa. Iaco. 2. 1. Corinth. 13. Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Charitas omnia suffert, omnia credit, omnia sustinet.

Calix passionis quot modis bibatur.

Et audiẽtes decẽ, indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autẽ uocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent inter eos? Non ita erit inter uos, Sed quicunque uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister. Et qui uoluerit inter uos pri

mus esse, erit uester seruus: sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animã suã redemptionem pro multis.

Chrysostomus: Patitur dominus sępe discipulos suos uel dicere aliquid, uel petere non recte, ut ex eorum culpa occasiones inueniat docendi regulam pietatis: nec enim est periculosus error, præsente magistro. Glossa: Sicut illi carnaliter petunt esse super omnes sic & isti carnaliter indignãtur esse aliquem ante se de duobus fratribus. Atque interim non uenit in mentem sermo Iesu, quem habuit de minimo & maximo in regno cœlorum, deq; imitatione paruuli, profunda illis obrepserat obliuio. Mat. 18. Itaq; Iesus intelligens et duorum stultam petitionẽ & aliorum indignationem ex eodem fõte proficisci, omnes simul aduocat, ut omnibus eodem pharmaco medicinam admoueat, uocatione ante sermonem demulcens. Nouit quã sit tyrannica, & graui indigens reprehensione, plaga ambitio: ideo acri⁹ eos perstringit, & abijcit eos in infidelium & gentilium portionem, si inani gloriæ studere uoluerint. Alij, inquit, homines, quia regunt, clari sunt: & amare primas, gentilium est. Nam dominatum & tyrannidẽ exercent in illos, quibus imperãt: & qui primates sunt potestatem suam exercent in sibi subiectos. Populi enim malo, suæ consulunt authoritati, eaq; curant, non quæ conducunt multitudini, sed quæ faciunt ad strepitum fortunæ gloriæq; suę. Meos autem discipulos humilitas commendat & honorabiles facit: atq; adeo qui maior esse uoluerit gratia & gloria, debet his qui opus habent ministrare. Nec enim in aliud sibi sumit primum locum, nisi ut omnium commodis inseruiat nihil inde uenans nec honoris, nec compendij. 1. Timor. 3. Fidelis sermo: siquis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Inter hos igitur qui sunt hoc affectu, nec est cur quisquã ambiat honorẽ, nec est cur quisq; inuideat alteri dignitatẽ. Quis. n. illi inuideat, qui nihil aliud studet, quã alteri prodesse, uel uitæ suę dispendio? His etiã si defertur honor, hunc non arrogant sibi, sed Deo transcribũt. Bernar. Nõ est magnũ, esse humilẽ in obiectione. magna. n. & rara uirtus, humilitas honorata. Greg. Magnũ est, honorem non appetere: maius, oblatũ respuere: maximũ de habito nõ superbire. Principes ergo gentiũ dominãtur earũ. Immo Mar. 10. Hi qui uidentur principari gentibus, dominantur eis principes uero ecclesię seruiũt subditis. Volunt. n. non solũ præesse, sed & prodesse. Non. n. prælationem, sed affectũ excludit. Nã peccantes corã oĩbus arguẽdi, ut cæteri timorẽ habeant. 1. Tim. 5. Sic & satanæ tradẽdi in interitũ carnis, ut spũs salu⁹ fiat. 1. Cor. 5. Corripiẽdi inquieti, sed cõsolãdi pusillanimes. 1. Thes. 5. Suscipiendi infirmi. Ro. 15. Imitãdus Christ⁹ qui accessibilẽ se fecit oĩbus, et paruulis, et publicanis. Nõ pigeat uos imitari, qđ in me uidetis expresũ, prẹcipuæ humilitatis indiciũ, q sum magister uester & dñs. Nõ. n. uenit filius hoĩs in mũdũ, ut impetraret cũ põpa: nã quęsitus in regẽ, fugit. Io. 6. ut alio seruitio premeret, sed ut omniũ saluti subministraret. Qñ quis nõ solũ ministrauerit, sed & mortuus fuerit pro eo cui ministrat, qd in illo mai⁹ esse põt? Gal. 2. Qui dilexit me, & tradidit seipsum, p me. Pro multis, ait. Ambrosius. Vult oẽs homines saluos fieri, & ad agnitionẽ ueritatis uenire. 1. Tim. 2. sed si accedãt ad eũ. Nõ. n. sic uult, ut nolẽtes saluent, sed uolẽtes. Heb. 11. Accedẽtẽ ad Deũ oportet credere, quia est, & quod inquirentiũ se remunerator sit. Esa. 53. Ipse peccata multorum tulit. Hieronymus: Frustra ergo aut illi immoderata quæsierant, aut isti dolẽt super maiorum desiderio, cum ad summitatem uirtutũ, non potentia, sed humilitate ueniatur. Aut ergo ambite regnum

gnum

gnum cœleste, & expectate pręmiũ cœleste: aut si ambitis regnum huius mundi, nolite poscere præmium regni cœlorum. Chrysostomus. Quicunque primatum desiderat in terra, inueniet confusionem in cœlis: nec inter seruos Dei computabitur, qui de primatu tractauerit: nec unusquisque festinet quomodo aliis maior appareat, sed quomodo omnibus inferior uideatur, quoniam non qui maior fuerit in honore, ille iustior est: sed qui fuerit iustior, ille maior est. Vnde & Ioãnes magnus dictus, sed coram Deo. Luc. 1.

De illuminatione cæci & Zachæo, & decem minis. Luc. 18. 19.

ARTICVLVS XCVI.

Luc. 18. H *Factum est autem, cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat secus uiam, mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei quod Iesus Nazarenus transiret, & clamauit, dicens: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum, ut taceret, ipse uero multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei.*

Ostendit ueræ fidei efficaciam, quę nihil non impetrat, si perseueret in prece. Fons salutis, est cognitio Iesu, cognoscere enim, uidere est. Lumen est fides, tenebræ sunt terrenæ cupiditates. Obserua in dominica quinquagesimæ istud euangelium in ecclesia legi, & tunc præmittitur in Luca: Assumpsit autem Iesus duodecim. Vide. Art. 92. Dominus obiter & in uia miraculum cæci operatus est, ut & transitus eius nobis utilis esset & doctrina, ut semper & ubique, & apud omnes, utiles simus & non ignaui. Erat autem Hiericho inter Galileam & Hierusalem sita, quam Iosue anathema posuerat, destruente eam domino circuitu filiorum Israel septem dierum in ingressu terræ promissionis, Iosue. 6. Cæcus, cum ex strepitu uocum ac pedum deprehenderet magnam uim hominum prętereuntem, interrogabat quid hoc esset, suspicãs magnum aliquẽ transire, à quo eleemosynam peteret, ut est hoc hominum genus eo curiosius, quòd oculis careat. Protinus ergo ex his, quæ de Iesu audierat, concepta fiducia, clamabat. Chrysostomus: Experimur quòd rosa uel alius flos quicunque, antequàm uideatur, odore percipitur: sic & iste cæcus Iesum Nazarenum floridum, odore bonę famæ sensit, quem uidere non potuit. Non ergo amplius, ut solebat, eleemosynã petebat, sed magna uoce misericordiam postulabat ab eo, cuius proprium est misereri & parcere. Hinc Dauid filiũ nominat, qui misericors fuit, et quod se credere ostẽdit, ipsum fore Christum saluatorem promissum. Fuit enim uulgatum & cognitum apud Iudæos, Christum fore filium Dauid. Vnde pharisæi interrogati à domino, cuius filius esset Christus, responderunt: Dauid. Matt. 22. Porrò turba suspiçans eũ uulgarem eleemosynam petere, ac metuens, ne homo sordidus, ac mendicus publicus, molestus esset domino, increpabat eum. Quoniam autem non licebat uidere Iesum, tanto magis intendebat uocem, nesciens quantum abesset quem appellabat. Chrysostomus: Ista est natura fidei, ut quanto magis uetatur, eo magis accenditur: propter quod serui Dei in persecutionibus non uincuntur, uirtusq; fidei in periculis est secura, in securitate uero periclitatur.

Stans autem Iesus, iussit illum duci ad se, & cum appropinquasset, interrogauit illum dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uideam. Et Iesus dixit ei: Respice. fides tua te saluum te fecit. Et confestim uidit, & sequebatur illum, magnificans Deum. Et omnis plebs ut uidit, dedit laudem Deo. 3

Iesus ergo qui semel atque iterum uociferantem dissimularat, ut euidẽtiorem redderet hominis fidem, tan-

dem restitit, iussit'q; cæcum adduci ad se, ut omnium oculos ad miraculi considerationẽ prouocaret. Fortassis erant complures in turba, qui nihil aliud sperare auderent quàm stipem. Poterat & absentem curare, sed ob dei gloriam adduci fecit, dãs & prælatis exemplum pauperibus, & oppressis subueniendi. Sed dominus conqueritur. Esa. 1. Pupillo non iudicant. causa uiduæ non ingreditur ad eos. Etsi quãdoq; ingrediatur, plus expensarum impenditur q̃ causæ sit summa. Nouerat quid uellet cęcus, sed tamẽ interrogauit, quo cor ad petitionem excitet. Certe ipsi petitiones nostræ innotescunt solis desiderijs. Peti enim uult hoc, & quod nos petere & se dare prænoscit. Importune quippe nos ad orationẽ admonet, & tamen dicit, scit pater uester quid opus sit uobis, antequã petatis eum. Licet. n. dare, uelit beneficia, uult tamen rogari. Non aspernatur dominus ille fons & origo oĩs gloriæ cæcum pauperẽ, & homo peccator fastidit proximum suum. Magna autem tribus uerbis petit, quod ab homine præstari non poterat, nihil addubitans quin illico posset ut potentissimus, uellet, tanquã clementissimus. Gregor. Non aurũ, non argentum, sed lucem quærit, paruipendit extra lucẽ aliquid quæreret quia & si habere cæcus quodlibet potest, sine luce tamen uidere non potest q̃d habet. Vnde Tob. 5. Quale mihi gaudium est, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non uideo? Ecclesiast. 11. Dulce lumen, & delectabile uidere solẽ. Imitemur eũ, quẽ & corpore, & mente audimus illuminatum: petamus à Deo non quę trãseunt, sed lumen q̃d Deum hic per fidem, & post cernere possimus per speciem. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculũ in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciem. Io. 17. Hæc est uita ęterna ut cognoscant te solũ Deum uerum, et quem misisti Iesum Christum. Erat genus humanũ clare uidens à Deo creatum, sed per peccatum excæcatum. Sap. 2. Excæcauit eos malitia eorum. Sopho. 1. Ambulabunt ut cęci, quia dño peccauerũt. Vere magna cæcitas, lapides & bestias pro Deo colere. Sic & auaritiæ & uentris ingluuiei deseruire. Phi. 3. Quorum Deus uenter est, & gloria in confusionem ipsorum, qui terrena sapiunt. Ro. 15. Huiusmodi Christo dño non seruiũt, sed suo uentri. Sic et auaritia idolorũ dicitur seruit⁹. Eph. 5. Sed miserãda cæcitas, quæ seipsam ignorat. Hinc. Mar. 3. Circunspiciẽs Iesus eos cum ira contristatus est super cæcitate cordis eorum. Vnde Io. 9. ait pharisæis: Si cæci essetis, peccatum non haberetis, nũc uero dicitis, quia uidemus, peccatum uestrũ manet. Hi ergo si nondum possũnt accedere ad Iesum, quia uidere non possunt, saltem ad strepitum toti orbi terrarum Iesu gloriam prædicantiũ, interrogẽt quid hoc rei sit, & ubi cognouerint præterire Iesum, ne sinant elabi præsentem occasionem, sed miserabili clamore fatigẽt aures illius; & si præteritorum conscientia malorum, quæ obstrepit clamãti, suadeat silentium, tanto instantius clament. Huiusmodi mẽdicos amat dominus Iesus, & ideo differt nonnunquã q̃d petitur, ut plura promereaẽ, qui mendicat. Magna enim præmia, magnis sunt precibus comparanda. Transit, sed non pręterit, si uocẽ intendimus. Felix mendicus postquàm ad ipsius uocem restitit Iesus. Quid mirum si ad uocem interpellantis restitit, qui ad ouem perditam uenire dignatus est? Felicior cæcus postquã adducitur ad Iesum, iam enim saluti proximus est, nec diu cæcus esse potest, quisquis accesserit ad fontem oĩs lucis. Origenes: Transiens dominus, cæcũ audit; sed stans, illuminat, quia

per humilitatem suam nostræ infirmitatis uocibus compatitur, sed per potentiam diuinitatis lumen infundit. Fides tua, qua credidisti qđ ego sum ille filius Dauid, qui celebretur Christus, & tantum præ te tulisti feruorem, ut quãuis increparent te, non silueris, te saluum fecit. Fide conspexerat Iesum, priusquàm oculis corporis cerneret. Hæc nimirũ est, quæ nihil non impetrat à clementissimo domino: hæc est quæ in medijs fluctibus & uitiorum tenebris, procul cõpellat Iesum, ut misereatur. Vidit & ex mendico factus est Iesu sectator, & prędicator diuinæ bonitatis: quin & populus tanto conspecto miraculo, tribuit laudem Deo. Non inuidebant ut pharisæi, sed congratulabantur cæco, & collaudabant diuinam potentiam & bonitatem. Deus enim de suo beneficio hæc duo sic diuidit, ut sibi gloriam retineat, & nobis utilitatem relinquat. Ps. 113. Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriã. Esa. 42. Ego dominus, hoc est nomen meum, gloriam meam alteri non dabo. Non sufficit lumen recepisse, nisi Christum sequamur, ne in tenebris ambulemus. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino, ut filij lucis ambulate. Io. 8. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Sequamur ergo Christum, aspiciamus quà graditur: & quem mente cernimus, opere sequamur. Vidit enim & non sequitur, qui bonũ quidem intelligit, sed bene operari contemnit. Videt & sequitur, qui bonũ quod intelligit, operatur. Ecce dominus & creator angelorum, pauper de pauperibus natus parentibus, prosperari in hoc mũdo noluit, opprobria, irrisionesq; tolerauit: et quia rerum delectatione corporalium à gaudio æterno cecidimus, cum qua amaritudine illic redeatur ostendit. Quid itaque homo pro se pati debet, si tanta Deus pro hominibus pertulit? Diuerso quippe itinere ambular, qui gaudia delectationesq; appetit, cui dux suus uiã amaritudinis ostẽdit. Per fletus quippe & gaudia ducimur, ueritate pollicente quæ ait. Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Ad fletum uero per gaudia uenitur, eadem attestante. Luc. 6. Væ uobis qui ridetis nunc, quia flebitis. Si ergo retributionis gaudium in peruẽtione quęrimus, pœnitẽtiæ amaritudinem in uia teneamus. Ecclesiastes. 2. Risum reputaui errorẽ, & gaudio dixi, qd frustra deciperis? Prouerb. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Sic fit, ut uita nostra nõ solũ in deũ proficiat, sed hęc ipsa nostra cõuersatio, ad laudem dei & alios accẽdat. Marci. 10. Et ueniunt Hericho.

Et ingressus perambulat Hericho, & ecce uir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorũ et ipse diues. Et quærebat uidere Iesum, quis esset; & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens, ascendit in arborẽ sycomorũ, ut uideret eum, quia inde erat transiturus.

Ostendit quàm obuia dei sit benignitas pijs uotis humilium, plus tribuens quã petere audẽt. Cũ ingressus dñs iret per mediam ciuitatem, undiq; stipatus dẽsissima turba promiscuæ multitudinis, erat uir qdam ex re nomen habens, ardẽs desiderio iustitiæ Zachæus, quærebat ut de facie quoque nosse posset, de quo rumor tã admirãda sparserat. Credebat et amabat qđ audierat, et iõ iuxta uotũ Symeõis, Lu. 2. & p̃triarchaꝝ, Lu. 10. sãcta cupiditate gestiebat oculos explere felici spectaculo, maiora conatur⁹, ni modestia obstitisset: & ob hoc dignior, cui Iesu maior fieret copia. Diu tenuerat & Herodem desiderĩũ uiuẽdi Iesum: uidit, et aspnat⁹ est. Lu. 23. Nõ magnũ, uidere Iesum secũ

dum carnem his oculis, quibus eum conspexerunt pharisæi, & deridebãt. Io.15. Nunc autem uiderunt & oderunt & me & patrem meum. Zachæus ideo cupiebat uidere, ut sciret qs esset, nimirum unicus ille filius Dei, totius salutis author. Non uiderant quis esset qui dicebant. Mar.6. Nõne hic est faber, filius Mariæ? Sed discipulorũ beati oculi prædicantur, qui uidere meruerunt, quod multis terræ principibus negatũ esset. Luc.10. Beatus Simon pronunciatur qui uiderat, quis esset Iesus. Mat.16. Tu es Christus filius ille Dei. Hanc sequitur uisio beata. 1. Corin.13. Videmus nunc per speculũ in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. Io.3. Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondũ apparuit, quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Quod ergo natura minus habuit, ascensu supplet arboris, atque ideo iuste, quanuis rogare non audebat, benedictionem dominicæ susceptionis, quam desiderabat, accepit.

Sycomorus quid. Sycomorus, id est, caprificus, dicitur eo quod gignat ficos sui generis, unde et ficus Aegyptia dicitur, folijs morum referens. Si Iesum uidere cupimus, arborem crucis ascendamus, quia illac est trãsiturus. Ioan.12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Gal.5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cũ uitijs & concupiscentijs. Gal.2. Christo confixus sum cruci, uiuo ego iã non ego, uiuit uero in me Christus. Omnis enim princeps in malitia, paruus est in iustitia: contraria enim sunt caro & spiritus. Gal.5. Caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibij uicem aduersantur, ut non quæcunque uultis, illa faciatis, & propterea non potest uidere Iesum præ turba. Qui enim secularibus negocijs et affectionibus turbantur, non uident Iesum. Pusilli sunt, qui rebus fluxis incumbunt. Ascendant per pœnitentiam, dulcedinem, & omnem uoluptatem carnis infatuando & mortificando, in sublimiorem uitã. Ps.83. Ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus deorum Sion. Beatus uir cuius est auxilium abs te, ascẽsiones in corde suo disposuit, ĩ ualle lachrymarum, in loco quem posuit.

Et cum uenisset ad locum, suspiciens Iesus, uidit illum, & dixit ad eum: Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & suscepit illum gaudens, & cum uiderent omnes, murmurabant quòd ad hominem peccatorem diuertisset.

Sedebat in arbore, obuijs oculis expectans aduentantem Iesum, fortassis multis Iudæorum risui erat diues & publicanus, sublimis in arbore spectator unius hominis. Iesus delectatus hominis insigni cupiditate, quam ipso facto, quam oculis atque uultu præferebat, quãquàm & ante uiderat illum, tamen ut & Iudæis ostenderet exemplum promptæ credulitatis, sublatis in altum oculis uidit Zachæum. Salutem eximiam expecta, quoties obtutu suo quempiã dignatur Iesus. Habent enim oculi illius salutare fascinum. Sic conuersus dominus uidit Petrum, qui negauerat ipsum, & recordatus est Petrus uerbi domini, et egressus foras, fleuit amare. Mat.26. Sic peccatricem respexit, dicens: Remittuntur tibi peccata tua. Lu.7. Hinc. Ps.118. Aspice in me, & miserere mei. Nam oculi domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Ps.33. Vocat ex nomine, quia iam scriptus erat in libro uitæ. Luc.10. Gaudete quia nomina uestra scripta sunt in cœlis. 2. Timoht.2. Nouit dominus qui sunt eius. Vnde reprobis dicturus est. Matth.7. Non noui uos, discedite à me omnes operarij iniquitatis. Vide benignitatem Iesu

aspectum

aspectum desiderans, uocem audire meruit, & ut notus uocari ex nomine. Non despicitur, sed solam dat alacritatem, & recipit mercedē: priusq ipse uidet, spectatur à Iesu. Accepim9 dñm frequenter rogatū iuisse ad conuiuium, nunc autē accepimus ultro non inuitatum ingessisse sese, atq id uulgo parū habetur ciuile. Sed intro spexerat dñs affectum hoīs, cui tanti erat uidisse Iesum prætereuntē. Plura tentaturus erat, nisi propriæ indignitatis conscientia obstitisset: Plus. n. impetrat humilis, qui quod tacite secum optat, propter conscientiam imbecillitatis suæ non audet petere, q̃ qui ueluti deuincturus officio Iesum uocat illū ad se. Quemadmodum ille nos sua gratia trahit ad se, ita nos illum humilitate nostra ad nos īclinamus. Io. 6. Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eū. Esai. 66. Sup quem requiescet spūs meus, nisi super humilē & quietū & tremētem sermones meos? Sic & precib9 detinetur, ne puniat. Exo. 32. Cerno q populus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, ut irascat furor meus cōtra eos, et deleā eos. E sublimi speculatus fuerat Iesum per fidem. descendit ad officia pietatis, non enim satis est contemplari Iesum, quoties eget hospitio. Eget autem quoties eget proximus. Vult nos paratos esse, cum quippiā imperat: hinc festinans descendit. Ecclesiastes. 9. Quodcunq potest manus tua instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec scientia est apud inferos quò tu properas. Descendendum per humilitatem, & suscipiendus dominus. Luc. 1. Respexit humilitatem ancillæ suæ. Cum enim ipse summum sit bonum, sine ingēti gaudio suscipi non potest: et merito. Qui ipsum modo suscipit per gratiā, post suscipietur ab ipso in gloriam. Ioā. 14 Si abiero, & præparauero uobis locum, iterum uenio, & accipiam uos ad meipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Matth. 25. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudiū domini tui. Ambrosius: Qui domicilio interno recipit Christum, maximis exuberātium pascitur delectationibus uoluptatum. Sap. 7. Venerūt mihi omnia bona pariter cum illa. Hinc fructus spirit9 dicitur, charitas, gaudium, pax. Istud enim purū & uerum est gaudium. Phil. 4. Gaudete in domino semper, iterum dico, gaudete, quanquam non plenum. Ioan. 16 Petite, & accipietis, ut gaudiū uestrum sit plenū. Iterū uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudiū uestrum nemo tollet à uobis. Mundanum, error potius est, & deceptio q̃ gaudium. Eccles. 2. Dixi in corde meo, uadam & affluā delicīs, & fruar bonis, & uidi quod hoc quoq esset uanitas. Risum quoq reputaui errorē, & gaudio dixi, quid frustra deciperis? Prou. 14. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudīj luctus occupat. Venerat & iam tempus, ut salus demigratura à Iudæis, transiret ad ecclesiam gentium. Illic enim oportet manere Iesum usq ad consummationem seculi. Mat. 28. Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq ad cōsummationem seculi. Hiero. Semper uirtutes persequitur inuidia. Vnde & inuidia diaboli mors intrauit in orbē terrarum. Sapiæ. 2. Imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Dupliciter ergo peccabant: temere iudicando, cum iam peccator non esset, iustificatus à domino. Roma. 8. Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Matth. 7. Nolite iudicare & non iudicabimini. Ioann. 7. Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudiciū iudicate. Secundo, inuidia. Ad hominem, inquiunt, peccatorem diuertit: quasi non primum omnium peccatum sit, inuidere proximo, & qua-

si bonus esse possit, qui fratri salutem inuideat. O contaminatam & inuisam deo iustitiam, quæ mauult fastidire quàm sanari, mauult inuidere proximo quàm communicare. Dupliciter quis communicat peccatori uel, ut à peccato retrahat & emendet, hoc sanctum & pium. Sic medicus communicat ægroto. Matth. 9. Non est ualẽtibus opus medico, sed male habentibus. Vel ut in peccato foueat, hoc pessimum est. Psal. 9. Quoniam laudatur peccator ĩ desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Ecce unde sanari, & saluari debuerant, inde peiorati sunt.

Dupliciter peccatori quem communicare.

3 *Stans autem Zachæus, dixit ad Iesum: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus: et si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & saluũ facere quod perierat.*

Zachæus contempto murmure populi Iudaici, stat ante Iesum, ambiẽs etiam in discipulorum asciscí numerum, ostendens quousq; profecisset. Chrysostomus: Quemadmodum sol in domum per radios suos infusus, non illustrat uerbo, sed opere, ita saluator radijs iustitiæ, caliginem nequitiæ fugat. Io. 8. Ego sum lux mundi. Audi mirabile, nondũ didicit, & obedit. Hic dat dimidium bonorum, nec de præda, sed si quid fraude partum erat, restituebat fœnore quadruplo. Nam enim placet deo liberalitas, si in iniuria perseuerat: quia non spolia, sed dona quęrunt, Eccl. 34. Qui offert sacrificium de substantia pauperum, q̃si qui uictimat filium in conspectu patris. Docet itaq; nullũ esse lucrum siquidem ex iniustitia pecunias habentes alijs misereamur, relictis illis quos iniuria affecimus. Quadruplũ reddit, ut illius cui iniuria facta, damnũ resarciatur. Audiãt hoc & imitẽtur usurarij palliati, & exactores iniusti. Reddo ait, in præsenti. talis. n. semper est in mora, et possessor malæ fidei ullo tẽpore non pręscribit. Deinde de iuste acquisitis largiebatur egenis dimidium. Pro. 3. Honora dñm de tua substantia, & de primitijs frugum tuarũ da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia redundabunt. Iob. 31. De uellenbus ouium mearũ calefactus est pauper. Non parce seminauit. 2. Cori. 9. Qui parce seminat, parce & metet. Tob. 4 Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impartiri stude. 2. Co. 8. Si enim uoluntas prompta est, secũdum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet, Do, inquit, in præsenti, & per me, non per hæredes. Prou. 3. Ne dicas amico tuo, uade & reuertere: & cras dabo tibi, cum statim possis dare. O quot per hæredes decepti sunt, quis enim fidelis illi, qui sibĳpsi infidelis est? Quot intus erat in pharisæis, plenum erat rapina, dolo, Mat. 23. & habemus Zachæum hominem iustum et liberalẽ, non solum diuitem, uerumetiam publicanum, atq; adeo sui generis principem, quo magis etiam erat abominabilis apud Iudæos. Sed nihil moratur titulos dominus, mentem intuetur, et ex factis æstimat, ex his autem factis quæ ex fide & charitate proficiscuntur. Neq; uero hæc de se prædicabat Zachæus, quemadmodum ille pharisæus, suæ iustitiæ buccinator apud deum & publicanĩ derisor. Lucæ. 18. Non præfert suã iustitiam alienæ, sed ut homo peccator & publicanus, simpliciter aperit studium suum cupiens discere an quid foret addendum ad adipiscendam uitam æternã. Sic enim expediebat, ut hæc Zachæi uox audiretur ab inuidis Iudæis, & à Christo ĳsdem audientibus probaretur. Non enim poterat illis efficacius exprobare suam fraudulentiam,

auaritiam, rapacitatem, qui non solũ ipsi nihil largiebantur egenti proximo, uerumetiam prætextu pietatis parentes fraudabant à filijs debito subsidio. Vide quod nunc filium dicit, Abrahæ, cum morum similitudinem in se ostendit. Ioã. 8. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Quisquis ergo fide ac synceritate uitæ pietateq́ refert Abraham, is filius est Abrahæ, consors benedictionis olim promissæ. Galat. Si autem uos Christi, ergo semen Abrahæ estis, secundũ promissionem hæredes. Beda: Non de stirpe generatus, sed quia eius fidem est imitatus. Sed ne propriæ iustitiæ tribuatur, dicit suæ gratię munus esse. Matthę. 9. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores. Pius sanè magister, qui turbis murmurãtibus sua mysteria nõ dedignatur aperire, adeo peccatorum pœnitentiam non esse respuendam, ut ipse dei filius ob hãc maxime quærendam, sit destinatus ad terras. Quid enim magis perijt, quàm peccator, Nam deo perijt, quã diu à Christo inuentus non est & saluatus. Perijt in homine innocentia naturæ, ideo comparatur oui perditæ. Matth. 18. Similitudo gratiæ, ideo comparatur drachmæ perditæ. Luc. 15. Adeptio gloriæ, ideo assimilatur filio prodigo. Lucæ. 15. Quæramus ergo nos eum, qui tanta diligentia nos quæsiuit. Esaiæ. 55. Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum, dum propè est. Psal. 68. Quærite dominum, et uiuet anima uestra: quærite faciem eius semper.

Hæc illis audientibus, adijciens, dixit parabolam, eo quod esset propè Hierusalem, & quia existimarent, quod regnum dei confestim manifestaretur. Dixit ergo: Homo quidã nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem minas, & ait ad illos: Negociamini dum uenio. Ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos.

Luc. 19. K

Ostendit quàm exactam dominus de donis collatis exacturus sit rationem, & negligentiam puniturus. Serui enim sumus omnes, operam debemus domino, sors tota illius est, cuius sumus & ipsi. Tantum hoc pro sua uirili cuique enitendum est, ut augeat rẽ domini, de præmio relinquat arbitrium domino, qui suo tempore promptam uoluntatem nostram, ac fidelem conatum largissime remunerabit. Iudæi immo, & discipuli temporale quoddam regnum somniabant mox ipsi Messiæ futurum, prophetarum oracula carnaliter intelligentes. Esaiæ. 9. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud & corroboret in iudicio, & iustitia, amodo & usque in sempiternum, Hiere. 23. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Actu. 1. Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Hunc errorem hic excludit parabola. Nam licet homo fuerit, mansit tamen in fastigio & nobilitate deitatis, & secundum humanitatem, de nobili fuit stirpe. Dauid. Lucæ. 1. Et dabit illi dominus deus sedẽ Dauid patris sui. Apocaly. 19. Et habet in uestimento & in fœmore suo scriptum, rex regum, & dominus dominantium. Abijt in regionem longinquam, de qua Psalm. 114. Placebo domino in regione uiuorũ, unde in die iudicij reuertetur. Act. 1. Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet, quẽadmodum uidistis eum euntẽ in cœlũ. Tradidit seruis pecuniã, sic ut inter eos omnes esset æqua sortis partitio, simulq́ mandauit illis: Hanc, inquit, pecuniam uobis trado, non ut

prodigatis, uel seruetis apud uos ociosam, sed ut negociatione crescat, uidelicet ut reuersus reperiam rē adauctam. 1. Petr. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrātes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ dei. Ephesi. 4. Ascendēs in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Itaque ciues profecto cœperunt agitare de rebus nouādis, hoc molientes, ut dum alterum regnum asserit, ab eo quod possidebat excluderetur. Iudæi enim qui gaudere de ipsius aduētu, & regno debuerant. Zachariæ. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator, excæcati oderunt, eo quod uitia ipsorum argueret. Prouer. 15. Nō amat pestilens eum, qui se corripit, nec ad sapientes graditur. Ioan. 7. Me autem odit mundus, quia ego testimonium perhibeo, quoniā opera eius mala sunt. Hinc grauis fuit eis etiam ad uidendum. Sap. 2. Quare ex inuidia tradiderunt eū. Mat. 27. Sciebat. n. quod per inuidiā tradidissent eū. Omnibus aūt modis conati sunt, & ipsum, & fidē ipsius extinguere, nec ipsum recipere pro Christo. 10. 19 Non habemus regem nisi Cæsarem. Noli scribere, rex iudæorum. Hier. 11 Eradamus eum de terra uiuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Dan̄. 9. Et nō erit populus eius qui eum negaturus est.

2 *Et factum est ut rediret accepto regno, & iussit uocari seruos quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisq; negociatus esset. Venit autem primus, dicens: Domine, mina tua decem minas acquisiuit. Et ait illi: Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter uenit, dicens: Domine, mina tua fecit quinq; minas. Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates.*

Accepto regno, rediīt, Mat. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Psal. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuā terminos terræ. Hoc regnum diabolus per tyrannidem occuparat. Roma. 11. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gētium intraret uocauit seruos. 2. Co. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum, siue malum. Roman. 14. Vnusquisque pro se rationem reddet. Oportet ergo nos quod nostrum est facere, illos autem dominus iudicabit, qui inde noluerunt utilitatem percipere. Dominus industriam ac fidē serui collaudans, ait: Declarasti te fidelem, & amantem erga dominum tuum. nunc rebus meis auctis, æquū est ut particeps sis amplioris fortunæ. Obserua quod non ait, ego acquisiui uel feci, sed mina tua: quia sancti nihil sibi, sed totum diuinæ gratiæ ascribunt, quanquā & ipsi gratiæ cooperentur. 1. Cor. 15. Gratia dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia dei mecum. Qui ergo donis collatis hic laudabiliter utuntur ad dei gloriam, proximi ædificationem, & propriam salutem, copiosam in cœlis accipient mercedem. 1. Corinth. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. 2. Corin. 6. Hortamur uos ne in uacuum gratiam dei recipiatis. ait enim, Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.

Et alter uenit, dicens: Ecce mina tua quam habui repositam in sudario: timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dixit ei: De ore tuo te iudico serue nequā. Sciebas quòd ego homo austerus sum tollens quod non posui, & metens quod non seminaui? Et quare non dedisti pecuniam meam ad mēsam, & ego ueniens cum usuris utiq; exegissem illam? 3

lam? & astantibus dixit: Auferte ab illo minã, & date illi qui decem minas habet. & dixerunt ei: Domine, habet decem minas. Dico autem uobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem qui non habet, et quod habet, auferetur ab eo. Veruntamen inimicos meos illos, qui noluerũt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.

Venit tandem seruus omnium ingratissimus, pessimęq; fidei. Adeo nõ profudi, inquit, pecuniã tuam, ut nec attigerim. Hoc malui quàm uenire in periculũ, ne si male cessisset negociatio, tecum mihi res esset. Metuebam enim te, nõ ignarus quã sis lucri cupid⁹, adeo ut nõ solũ nihil dones deo tuo, uerum etiã tollas alienũ. Dominus offensus non solum ignauia serui, uerum etiam quod culpam referret in mores domini, commotus ait: Atq; hoc ipsũ te debebat ad industriam excitare, ut meam pecuniam tradidisses mẽsarijs. Itaq; quod pro sui excusatione se apte dixisse putabat, ad culpæ uertebatur augmentũ. Admirantes serui de domini sententia, qua iussit dare minam ei qui decem lucratus fuerat, dixerũt: Domine, qd opus est huic addere? Satis beat⁹ est. Tum dñs, uestra nihil refert quid habeat. sic mihi uisum est, & sic ęquum est in hac ratione, ut qui industria fideli auxerit rem dñi, huic mea benignitas adijciat aliquid, ut magis etiã abundet. Contra qui per ignauiam nihil lucri sibi parauit, huius egestati adeo nõ subueniatur, ut hoc ipsum etiam quod habet, sit auferendum. A negligenti ergo et ignauo cui non est studium ut crescat & augeatur quod accepit, & istuc ipsum tolletur. Hæc non solum de doctrina, & sermone accipimus, sed & alijs donis, & uirtutibus: & si quidem uigilantes & sobrij fuerimus, multiplicabimus hęc: sin autem negligentes, & uoluptate mortui erimus. Id enim sudario signatur, quo facies à sudore tergitur, & mortuorum corpora inuoluuntur. 1. Timo. 4. Noli negligere gratiam quę in te est. Durum deum inculpant impij cum pijssimus sit, quia pręcipit ea quæ dura ipsis uidentur & displicet, & ea prohibet quæ carni delectabilia sunt. Hinc dicũt, Quid faciam? Si quis fuerit sanctus, uult deus ut sit sanctus: me nõ uult, & nõ sum. Stulte homo, operare iuxta uirtutẽ tuã, et affer aliquid ei qui dedit, etiam si nõ quantum Paulus & Petrus. Tu ergo cum eadem acceperis quæ Petrus & Paulus, nam & illi minam, & tu minam, & postea non motus ad operationẽ boni, arguis deum. Ose. 13. Perditio tua ò Israel, tãtummodo in me auxilium tuum. Ioã. 15. Sine me nihil potestis facere. Recipit dñs pecuniã, non nostram, sed suam, & hoc cum usura salutis nostrę & proximi. Alioqui indigni inuenti, donis illis spoliabuntur. Ad hoc enim nobis habitus donorum atque uirtutum largitur, ut per eum procedamus in actũ: nec sibi totum sic attribuit, quin opera ipsa nobis imputet ad meritum, et pro eis copiosissimum conferat præmiũ, nã & gratia bono ipsius usu meretur augeri, ut aucta mereat̃ perfici. & sic habẽti dat̃. Ignauus uero seipsum & dono reddit indignũ, & merito, ac pmio sempiterno. Psal. 140. Nõ declines cor meũ in uerba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis. Iob 13. Verũtamen uias meas in conspectu ei⁹ arguã, & ipse erit saluator meus. Inimicos meos adducite. Hæc parabola etsi peculiariter notare uideatur Iudæos qui dixerũt, Non habemus regem nisi Cæsarem, Ioan. 19. cõcludit tñ omnes qui nõ obediunt euangelio, qui pœnas dabunt in interitũ æternas, à facie domini & à gloria uirtutis ei⁹, cũ uenerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in oĩbus qui crediderũt. 2. Thess. 1. Apoc. 21. Timidis autem & incredulis &

execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & ueneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulfure, quæ est mors secunda. Ga. 6. Ergo dũ tempus habemus, operemur bonum ad omnes. Bonum autẽ facientes, nõ deficiamus. tempore enim suo metemus, non deficientes.

Et his dictis, procedebat ascẽdens Hierosolymã.

Verbo & exemplo suos ad constãtiam animando.

De duobus cæcis illuminatis, Matthæi. 20. Marc. 10.

ARTICVLVS. XCVII.

Matt. 20. *Et egredientibus illis ab Hiericho, secuta est eũ turba multa et ecce duo cæci, sedentes secus uiam, audierunt quia Iesus transiret, & clamauerunt dicentes: Domine, miserere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri fili Dauid,*

Nusquam Iesus non est hoc quod dicitur. aut docet, aut sanat, aut uiuificat. Secundum Augustinum, tres cęcos dñs in hac uia illuminauit, unũ ante ĩgressum Hiericho, duos in egressu, ut dicit hic Matt. quorum unum tantum nominat Marc. 10. qui famosior erat. De primo dicit Lucæ. 18. Marc. 10 Et proficiscente eo de Hiericho, & discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timęi Bartimęus cæcus, sedebat iuxta uiam mendicãs. Qui cum audisset quia Iesus Nazarenus est, cœpit clamare & dicere: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et comminabantur illi multi ut taceret. At ille multó magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei. Cum ex strepitu sensissent immensam multitudinem esse, percontati quid hoc foret, audierunt Iesum transire. Spe ergo de salute cõsequenda, ex his quæ audierant, concepta, clamabant feruenti corde, & clara uoce. Credebant enim quod Iesus ex semine Dauid secundum carnem, Messias promissus, posset curare eos. Dissimulauit clamorem illorum Iesus, quo magis esset perspicua fides & ardor illorum. Videns autem turba Iesum ad clamorem illorum nihil respondere, ac suspicans illi hoc molestum esse, increpabat eos. At illi cõstãti fiducia erga Iesum, quem audierant beneficium in omnes, nihilominus non tacent, sed crebrius idipsum ingeminãt, ut desiderium plenum ueræ lucis ostendant, timentes ne propter strepitum non audirentur. Planè multum feruebant fide, cum increpati plus clamarent.

Et stetit Iesus, et uocauit eos, & ait: Quid uultis ut faciam uobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. Et confestim uiderunt, & secuti sunt eum. 2

Iesus igitur ubi satis spectatam reddidisset omnibus illorum fidẽ, nosq́; illorum exemplo docuisset, feruenter & constanter pulsandas aures dei, si quid uelimus impetrare. Marc. 11. Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet uobis. constitit, quãdoquidem illi sequi non poterant, nisi clamore tantum, iussitq́; uenire ad se. Marc. 10. Et stans Iesus, præcepit illum uocari. & uocant cæcum, dicentes: Animęquior esto. surge. uocat te. Qui proiecto uestimento suo, exiliẽs uenit ad eum. Tantam spem cõcepit ex uocatione, ut abiecto pallio exilierit, & occurrerit ad Iesum. Marc. 10. Et respondens Iesus, dixit illi: Quid tibi uis faciam? Cęcus autem dixit ei: Rabboni, ut uideam. Præceptor mi, ait, credens ad imperium ipsius salutem consequi posse. Quęrit autem, ut desiderium augeatur, & meritum cresceret, ac miraculum omnibus innotesceret, quia non eleemosynam, sed lumen postularent. Mar. 10. Iesus autem ait illi: Vade, fides tua te saluum fecit. Et cõfestim uidit, & sequebatur eum in uia. Non solum corporis gressu, sed & imitatiõe uirtutis. Hiericho *Hiericho quid sonet*

Sytis lunàm sonat.ea typum habet huius uitæ,quæ nihil aliud est quàm perpetua nascentium & morientiũ, lætorum & tristiũ uicissitudo. Quod mors illius erat effectura per euangelij prædicati fidem,hoc exhibet imagine corporali.Cęcum erat genus humanum ignorantia ueri,& mendicũ erat inopia omnium uirtutum. Hieronymus:Cæci,uterque populus, ꝙ alter scriptam legem,alter naturalem sequens,sine Christo cæcus fuit, nec dicere potuit:Domine,in lumine tuo uidebimus lumen, Ps.35.Nam Iudæi ignorantes dei iustitiam, & suam uolentes constituere,iustitiæ dei nõ fuerunt subiecti ,Roma.10.Gentes uero cum deum cognouissent , non sicut deum glorificauerũt,aut gratias egerunt , sed euanuerunt in cogitationibus suis,& obscuratum est insipiens cor eorum:dicentes enim se esse sapiẽtes,stulti facti sunt,Roma.1.Iesus autem suo contactu utrosq; illuminauit.Ioan.1.Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.Esa.42. Dedi te in fœdus populi,in lucem gentium,ut aperires oculos cæcorũ. Ita sanat & animum cupiditatibus mundanis excæcatum suo contactu.Non statim proditus est quisquis corpore nihil cernit,sed saluus esse non potest,qui nihil cernit oculis animi . Hos oculos recepisse salus æterna est.Psalm.12.Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte,ne quando dicat inimicus meus , præualui aduersus eum . Hieronymus: Conueniens hic ordo salutis. Audimus , clamamus, uocamur: uenimus , illuminamur , sequimur. Audimus per prophetas . Romano.10. Fides ex auditu. Ioan.5. Scrutamini scripturas. illæ sunt quæ testimonium perhibent de me. Clamamus per desiderium.Psal.118.Clamaui in toto corde meo , exaudi me domine. Vocamur per apostolos.2.Cor.5. Pro Christo legatione fungimur : tanquam deo exhortante per nos,obsecramus pro Christo,reconciliamini deo . Venimus per fidem . Hebre.11.Accedentem ad deum oportet credere quia est , & inquirentium se remunerator sit.Ideo uestimentum ueteris hominis reijciendum. Colos. 3.Expoliantes uos ueterem hominẽ cum actibus suis,& induentes nouũ eum qui renouatur in agnitionẽ dei , secundum imaginem eius qui creauit eum.Luci enim proximus est , ꝗ cæcitatis suæ magnitudinem agnoscit,& quem uehementer tædet cæcitatis suæ.Illuminamur ut uideamus uoluntatem domini.Psal. 26. Vnam petij à domino,hanc requirã, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ.Vt uideã uoluntatem dñi,& uisitẽ tẽplum eius.In hoc autẽ datur lumẽ,ut illius sequamur uestigia . Tuo enim relinqueris arbitrio , utrum dono dei bene uti uelis an male. non cogeris sequi,tantum data est lux ut cernas Iesum.abi quò uis, sed tuo periculo.Parũ est nouisse Iesum, nisi quem uides studeas imitari.Iesus recta tendit ad crucem,huc illum receptis oculis sequaris oportet.1.Ioã. 2.Qui dicit se in Christo manere,debet sicut ille ambulauit,et ipse ambulare.Galat.5.Qui Christi sunt, carnẽ suam crucifixerunt cum uitijs & cõcupiscentijs. Galat.2. Christo confixus sum cruci.uiuo ego iã non ego , uiuit uero in me Christus. Matth.16 Siquis uult post me uenire,abneget semetipsum,& tollat crucem suam , & sequatur me .

De alabastro unguenti,par.2.art.21 V.

De sessione aselli,Matth.21.Marc.11. Luca 19. Ioan. 12.

ARTICVLVS XCVIII.

Et cum appropinquassent Hierosolymis , & uenissent Bethphage , ad montem Oliueti , tunc Iesus misit duos discipulos,dicens eis: Ite in castellum quod contra uos est, & statim inuenietis asi Matt.21. M

nam alligatam, & pullum cum ea, soluite, & ad ducite mihi. Et siquis aliquid uobis dixerit, dicite quia dominus his opus habet. & confestim dimittet eos.

Quàm fallax fugaxq; mundi sit gloria, cum ipsis temporum momentis, manibus apprehendentiũ elabendo, suosq; sectatores misere decipiendo, dominus hoc ostendit portento. Luc.19. Et factum est cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniã, ad montem qui uocatur Olíueti, misit duos discipulos. Erat Bethphage uiculus quidam propè montem Oliueti, qui sabbati habebat iter ab Hierusalem, Acto.1. Duos misit, in commendationem charitatis, & ad designandum, neminem rite uerbi ministrum, nisi legitima authoritate missum. Ro.10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Hinc Ioã. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Quo contra Hiere.23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad illos, & ipsi prophetabãt. Hierusalem castellum nominat, cum nõ esset ibi ciuium unio, sed periculosa dissensio: quare ex libertate temporali in miserã Romanorũ redacti sunt seruitutẽ, & ex spirituali in seruitutẽ peccati, & sic domino suo rebellans, armis malitię munitum. Act.7. Dura ceruice & incircuncisi cordibus, & aurib9, uos semper spiritui sancto restitistis, sicut & patres uestri. Quem enim prophetarũ non persecuti sunt patres uestri? Ioan.15. Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Psa.54. Vidi iniquitatẽ & cõtradictionem in ciuitate, die ac nocte circundabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius & iniustitia. Et nõ defecit de plateis eius usura & dolus. Mar.11. Et statim introeũtes illuc, inuenietis pullũ (Lu.19. asinę) ligatum, super quẽ nemo hoīum adhuc sedit. Soluite illũ & adducite. & siquis uobis dixerit, qd facitis? (Luc.19. quare soluitis?) sic dicetis ei, quia dñs operã eius desiderat, quia domino necessarius est. & confestim illum dimittet huc. Secundum glossam, ad custodẽ refertur animalium quod dimitteret, audito quòd dñs operam eius desideraret: secundum Chrysostomum, ad dñm, q̃ statim peracto opere remitteret. Beda: Bene, cũ ad montẽ Oliueti uenisset dñs, discipulos misit qui animalia adducerent: qa non nostris meritis, sed sola ipsius gratia ad eum ꝑuenimus. 1. Ioã. 4. In hoc est charitas dei, non quasi nos dilexerimus deũ, sed quoniam ipse prior dilexit nos, et misit filium suum propiciationem ꝓ peccatis nostris. Mons quippe Oliueti, celsitudinem dominicæ insinuat dilectionis, qua nos misericorditer uisitare & salutare uenerat. Cãt.1. Oleũ effusum nomen tuum. Hinc unctus dicitur præ participibus suis, Hebrę.1. Ioan.1. De plenitudine eius omnes nos accepimus. Asina & pullus, utrique populi rudia corda designant, quibus ipse præsidens, à noxia libertate suo fręnans imperio, ad uisionem supernæ pacis adducit. In qua manet fixa immobilisq; felicitas, quę Hierusalem est mater omniũ credentium & bene uiuentiũ in Christo. Vterque enim populus funibus peccatorum erat circumplexus, & solutione diuina opus habebat: iste lege quam acceperat malę utendo, ille nunquam accipiẽdo peccauerat. Romano.3. Non est distinctio Iudæi & Græci. omnes enim peccauerunt, & egenr gloria dei. Gene.6. & 8. Sensus, & cogitatio cordis humani, in malum prona sunt ab adolescentia sua. Hinc Romano.7. Inuenio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, et captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Chri-

Asina & pullus quid designent.

ſtum. Duo miſſi ſunt, Petrus ad Iudæos, Paulus ad gentes: & in hodiernum diem duo nos ſaluāt teſtamenta. Roma. 3. Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata à lege & pphetis. Iuſtitia aūt Dei per fidem Ieſu Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credunt in eum, nō.n. eſt diſtinctio. Matt. 13. Omnis ſcriba doctus in regno cœlorꝫ, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui pfert de theſauro ſuo noua & uetera. Chryſoſt. Noſtra negligentia & uoluntate alligamur, ſed per Dei miſericordiā abſoluimur. Cum.n. peccando tradiderit ſe quis ſub regno diaboli, iam nō poteſt de poteſtate ei⁹ exire niſi adiutorio diuino. In atrio.n. fortis, ſtat alligatus. Aſina, ſenſualitas: pullus, hoc eſt uoluntatis affectus, per peccatum ligant. Prouerb. 5. Iniquitates ſuæ capient impium, & funibus peccatorꝫ ſuorꝫ conſtringetur. Eccl'es. 4. Funiculus triplex difficile rumpit. Triplex funiculus ad pc̄tm̄ trahens, Caro, mundus, diabolus. Sed dominus ſoluit compeditos. Pſal. 145. & Pſal. 115. Dirupiſti dn̄e uincula mea. Et hoc, cum appropinquat per grām ſuam. Iac. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Deinde ſoluit ſe homo per amaritudinem contritionis. Eſa. 58. Diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes. Demum per miniſtros eccleſiæ. Matt. 18. Quæcūq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlo. Ioan. 20. Quorꝫ remiſeritis peccata, remittuntur eis. Sed ad qd ſoluendi? Num ut ad libitum agant? Minime, ſed quia dn̄s opus habet, non ob ſuā neceſſitatem, ſed ipſorꝫ ſalutē. Pſal. 15. Conſerua me dn̄e, qm̄ ſperaui in te. dixi dn̄o, Deus meus es tu, qm̄ bonorꝫ meorꝫ non eges. Pſal. 49. Meus eſt orbis terrarū & plenitudo eius. Nam & peccatores conditione quidem Dei ſunt, ſed uoluntate diaboli.

Aſina myſtice quid.

Iuſtum aūt eſt, ut creatura quęq; ſuo deſeruiat creatori. Roma. 6. Sicut exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniqtatē, ita nūc exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Galat. 5. Vos enim in libertatem uocati eſtis fratres. tantum, ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem ſpūs ſeruite inuicem. 1. Pet. 2. Quaſi liberi, & nō quaſi uelamen habentes malitiæ libertatem, ſed ſicut ſerui Dei. Felix nimirum iumētum, quod dn̄ica iuſſione ſolutū, ſemper cum ipſo manet. Nam ipſo regēte tenetur ne cadat, deducit ne erret, et cū gloria ad dominicū ſuſcipit uſum. Pſal. 72. Vt iumētū factus ſum apud te, & ego ſemper tecū. Tenuiſti manum dexteram meam, & in uoluntate tua deduxiſti me, et cum gloria ſuſcepiſti me. Roma. 8. Qui ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt.

Hoc autem factum eſt, ut adimpleretur quod dictum eſt per prophetam dicētem: Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis. 2

Hæc partim ideo facta ſunt, ut diſcipuli intelligerēt illi nihil eſſe incognitum, & habere poteſtatem imperandi quibuſcunq; uellet, & qcquid uellet, ſi uoluiſſet uti uirib⁹ ſuis, partim ut Iudæi uel hoc argumēto agnoſcerent illū eſſe Meſſiam, q; uiderent hūc nouū ingreſſum olim à Zacharia propheta fuiſſe prædictū. Beda: Mediator Dei et hominū, homo xp̄s Ieſus, qui pro humano genere paſſurus uenit in mundū, appropinquante hora paſſionis, loco ipſius appropinquare uoluit, ut per hoc clareſceret qa non inuitus, ſed ſponte pateretur. In aſino ueniens, à turbis rex appellari & laudari uoluit, ut etiā eruditus quiſq; per hoc cognoſceret ipſum eſſe Chriſtum, quem ſic uenturum prophetia olim præmiſſa ſignauerat. Sed inuidentes ſcribæ & pha-

risæi, ea quę legebant, intelligere non potuerunt. Chrysost. Interrogent Iudæi, qs rex delatus super asinam, intrauit Hierusalem, & qa non habent alium qui sic uenerit, necesse erit hũc solum dicere regem ipsis per prophetam promissum. Hinc obseruandũ, ꝙ Matthæus qui Hebræis hebraice scripsit, scd̃m prophetę testimonium asinam & pullũ posuit: alij aũt tres, qui Græce scripserũt, nullum de asina, sed solũ de pullo mentionem fecerunt. Sic nempe habetur Zacha. 9. Exulta satis filia Siõ, iubila filia Hierusalem, ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascẽdens super asinam, & pullũ filiũ asinæ. Tria ergo ꝓpheta ipsi tribuit insignia, qa iustus, saluator & pauper. Deus aũt paterno per prophetam loquens affectu, ait: Dicite filiæ Sion, ad ipsius consolationem. Ecce rex in præsenti. Esa. 52. Ego ipse qui loquebar, ecce, adsum. Vere rex regũ & dominus dñantium. Apoc. 19. Nam potestatem habet super corpus et aĩam. Matt. 10. Eum timete, q potestatẽ habet & corpus & animam perdere in gehennam. Sed Ioan. 12. Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit. Nam tibi promissus. Matt. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt dom⁹ Israel. Ex te natus. Ioan. 4. Salus ex Iudæis est. Venit, post tot patrũ desideria & suspiria. Esa. 64. Vtinam disrumperes cœlos & descenderes. Agge. 1. Veniet desideratus cũctis gentibus. Venit aũt tibi. Chrysost. Ad utilitatem tuam, si credideris: contra te, si ingrata fueris. Hiere. 23. Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudiciũ et iustitiam in terra. Esa. 11. Iudicabit in iustitia pauperes, et arguet in ęquitate pro mansuetis terrę. & percutiet terram uirga oris sui, & spiritu labiorũ suoꝶ interficiet impium. Non. n. terrena inimicibus, sed cœlestia regna dat mansuetis. Psal. 36. Mãsueti autem hæreditabunt terram, & delectabunẽ in multitudine pacis. Venit non in curru aureo pretiosa purpura fulgens, neqꝫ ascendit sup equũ feruidum discordiæ amatorem & litis, sed super asinam tranqllitatis & pacis amicam. Non uenit ut suscitet bella, imponat exactiones, sed sua & seipsum donare. Dedit enim regnũ cœloꝶ in possessionem. Venite benedicti patris mei, possidete paratũ uobis regnum. Corpus in refectionẽ. Ioan. 6. Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi. siqs manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Aĩam in redemptionem. Io. 10. Aĩam meã pono pro ouib⁹ meis. Matt. 20. Filius hominis nõ uenit ministrari, sed ministrare, & dare aĩam suã redẽptionẽ pro multis. Quia ergo Iudæi pro maiori parte Xp̃m nõ receperũt, ideo regnũ diaboli manet super eos, qa spũs ĩmundus iuxta saluatoris testimonium (Matt. 12.) septem nequioribus assumptis, ipsos inhabitat, & regnũ peccati manet sup eos. Ioan. 8. Dixi uobis qa in peccato uestro moriemini. Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato uestro. Et regnum Dei ablatũ est ab ipsis. Matthę. 21. Auferet a uobis regnũ Dei, & dabitur genti facienti fruct⁹ eius. Venit ergo mansuet⁹ & humilis, ut amaretur & imitaretẽ. Matth. 11. Discite à me qa mitis sum & humilis corde. Mãsueti ergo mansuetũ portare debent. Iaco. 1. In mansuetudine suscipite insitum uerbum, qđ potest saluare animas uestras. Chryso. Idcirco asina sedisse dicitẽ, ut uiuendi nos philosophia erudiret. ita & simul prophetias implebat, & dogmata ueritatis pandebat, & uiuendi pręcepta exemplis præbebat & affirmabat. Regulã enim nobis præbet, ne maiora ꝙ̃ necessarius usus exigit, ingram⁹. Itaqꝫ qñ nascebatur, nõ magnificas ædes, nõ locupletem matrem, sed pauper-

rimam & fabro desponsatam elegit, & in tugurio nasci, & in præsepio poni. Sic discipulos non oratores, nec genere claros elegit, sed inopes ualde. Mensa sua hordeaceis panibus referta erat, recũbentibus in fœno. uestes uiles, nec conditionem uulgi excedentes. Domũ nullam habebat de loco ad locum pedibus iter faciebat, non in sede, sed in montib⁹ sedebat. Non in equis sublimibus aut mulis usus est, sed asinis, & hoc cũ necessitas scripturę exegit 2. Corin. 8. Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, qui cum diues esset, propter nos egenus factus est, ut nos inopia ipsius diuites essemus.

– *Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus, & adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos uestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt uestimenta sua in uia. Alij autem cædebãt ramos de arboribus, & sternebant in uia. Turba autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Osiana filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Osiana in altissimis.*

Sępe uenit in Hier℞m alias, sed nũquam cum tanta maiestate ut nunc. Prius delitescebat propter inuidiam illorũ, nunc aũt passione instante clarior uenit, ut si uelint, gloriã eius intelligant, & ex prophetijs quę de ipso erãt, agnoscant eum Deũ uerũ: sin nolint, in maiorem ipsorũ cõdemnationem sit, qđ etiam tam claris miraculis nõ crediderint. Bed. Instar agni paschalis ante qnq; dies q̃ pati inciperet, locũ passionis adijt, ut se insinuaret esse illũ de quo p̃dixit Esa. 53. Oblat⁹ est qa ipse uoluit. sicut ouis ad occisionem ducet, & quasi agnus corã tõdente se obmutescet, & nõ aperiet os suũ. Luc. 19. Abierunt aũt qui missi erant, & inuenerũt sicut dixit illis Iesus, stantem pullũ. Mar. 11. Ligatũ ante ianuam foris in biuio, et soluerunt eum. Luc. 19. Soluentibus aũt illis pullũ, dixerunt domini eius ad eos: (ubi uiderunt ab ignotis solui.) Marc. 11. Quid facitis soluentes pullũ? At illi dixerunt, sicut præcepit illis Iesus. Luc. 19. Quia dñs eum necessariũ habet, & duxerunt illũ ad Iesum. Admirare & imitare simplicem et promptam discipulorũ obedientiã nihil cunctantiũ. Sic nos exequi decet Dei iussa, non despicere q̃lia præcipiat aut cur. Neq;. n. Deus nos cõstituit p̃ceptorũ discussores, sed executores, ut dicit Chryso. alioqui audiemus illud Ioan. 21. Quid ad te? tu me sequere. Theoph. Non p̃mitterẽt animalia ducere, nisi diuia uirtus eis incubuisset cogens, præsertim cũ rurales essent & coloni. Qđ ergo fecerunt, ministerium fuit illorũ, uirtus aũt & authoritas Christi. Sic qđ soluerunt Iudæos & gentes, prima q̃dẽ facie uidebat opus illorũ, reuera aũt opus & uirtus fuit Christi. Nec. n. totum mundũ sub potestate diaboli ligatum soluere potuissent, nisi gratia Christi uirtutem confregisset inimici. Matth. 12. Q̃uo potest q̃sq; intrare in domũ fortis, et uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortẽ? Discipuli, quo cõmodius sederet dñs, instrauerunt pallia sua, atq; ita collocarũt eum in tergo pulli. Hiero. Scdm literã, i paruo itineris spatio sup utrũq; animal sedere non quiuit. Cum ergo historia uel impossibilitatem habet, uel turpitudinem, ad altiora trãsmittimur, ut asina animal subiugale, legis onus significet, quo Iudæi erant onerati. Act. 15. Pullus asinæ lasciuus & liber, gentiũ pp℞m, q̃bus sedit dominus, missis duob⁹ discipulis, uno in circũcisionem, altero in gẽtes. Pullum ergo adducunt indomitũ, quem soluũt & domant, q erat ligatus ante ianuam fidei, cum uinculis peccatorũ suorũ. in biuio stantem, libertate arbitrij dubitãtem inter uitã & mortem. Sedit, in eo regnare cœpit, ut nõ regnet pcc̃m in lasciua carne. Rom. 6.

Asina.

Pullus asinæ.

Non regnet peccatum in uestro mortali corpore: sed iustitia, pax & gaudium in spiritu sancto. Roma. 14. Nō enim necessitate sup pullū uenire uoluit, cum oēm Iudæā & Galilæam pedes perambulauerit: sed signū erat, q per mortem suam honor sibi regius conueniebat, cuius regnū futurū erat ecclesia ex Iudæis & gentibus cōgregata. Ioan. 11. Iesus moriturus erat pro gente, & non tantū pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, cōgregaret in unū. Hierusalem. n. cœlestē repræsentat gloriam. Gala. 4. ad quam Christus rex noster per fidei obediētiam utriq; populo īsidens, perducit utrunq;, sed prius apostolicis ornamentis decoratū, quæ sunt gratiæ doctrinæ apostolicæ. Talium dorsis gaudet insidere dñs, qui simpliciter obediunt, qui suaue iugū euangelicæ doctrinæ libenter accipiunt, qui non ferociunt aduersus sessorem. Roma. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Mundi principes amāt feroces caballos, ac bello natos & edoctos. Dñs Iesus tales amat asinos, qui mites mitem uehant dñm, nec sessorem tergo excutiant. Erant nuda iumenta prius, sed apostoli suis pallijs conuestiunt, sua doctrina, sanctæq; uitæ exēplis ea præparātes sessuro dño, q qđ semel fecit iuxta carnem, nunq̃ non facit iuxta spūalem sensum. Triplici honore Iesum prosecuti sunt. Primo uestes ad uiæ ornatū sternebant. Lucæ. 19. Eunte aūt illo, substernebant uestimēta sua in uia. Multitudo quā diu īcorrupta manebat, agnouit quā tum opus erat, & ideo singuli pro uiribus suis uenerant. Vestis, animæ caro est, quam subijciamus dño, & sternamus uiam uitæ nostræ. Secundo frondibus. Marc. 11. Alij aūt frondes cædebant de arboribus, & sternebāt in uia. Ioan. 12. In crastinum aūt (post cœnam quam fecerant ei in Bethaniā reuerso) turba multa quæ uenerat ad diem festum, cum audissent qa ueniet Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarū, & processerunt obuiā ei. Declarabant palmæ, qđ fortis qdē et uictor fuerit mortis, resuscitato Lazaro. Palma. n. uictorū erat corona ac triumphalis perpetuo uirens, procera & ascensu difficilis, sed fructu sua uissimo, genuina quadam naturæ ui surgens aduersus onus impositū. hæc Hierony. Iusti ut palma florebunt. Psal. 91. angusti in radicib⁹, lati in frōdibus & fructibus, qm̄ bonus odor Christi sunt in omni loco. 2. Corin. 2 & sternunt uiam mandatorū Dei bona fama. Incidamus ergo ab arborib⁹ ramos, hoc est, sanctorū uitas imitemur. Erat aspera uia, sed hanc discipuli substratis uestibus cōmuniunt, ostendentes facilem esse uiam pietatis, siq; per exempla sanctorū ingrediens, subdat se dño Iesu. Itur per ramos palmarū, per frondes arborū uirentes, per semper florentem & uirentem memoriā martyrū, uirginum, & confessorū. Quanta. n. uis exemplorū offert sese undiq; uiā pietatis ingressis? Tertio, uocibus. Triumphalis ac clamātis uox populi, atq; ingeminata, ad Christi gloriā pertinebat. Symmachus: Obsecro dñe, salutē imparti nobis, uel filio Dauid. Hiero. Iudæi precaturi Deum, dicunt, ana dñe, qđ LXX. ò dñe interpretantur. Symmachus apertius, obsecro dñe, dicit. Hosiah uero, saluifica, siue salutē imparti. Hinc patet, Ana interiectionē esse deprecantis: cui si addas Hosiah, ex duobus unum coalescit nomen, qđ euangelistæ interpretati non sunt, sicut & pleraq; alia. Qui præibāt prophetæ, qui sequebantur apostoli, una eadēq; confessionis laudant uoce dominum: qa una nimirū est fides eorū qui ante incarnationem & qui post fuerunt patrum, quāuis sacramenta pro temporū uarietate habuerint diuersa. Act. 15. Per gratiam dñi nostri Iesu

[Margin: Quotupliti honore Christum Iudæi prosecuti.]

[Margin: Palma.]

[Margin: Osiana uel hosiana, uel p syncopen Osanna.]

Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi, & gẽtes scilicet & Iudęi. Sic & opera nostra quæ præcedunt, & quæ sequunť, sint in gloriam Dei. Sunt.n. qui uitam honestam prę se ferunt principio, quorum uita subsequens, longe dissimilis, nõ est in gloriam Dei. Benedictus qui uenturus dicebaris & expectabaris. In nomine patris uenit, qa in omnib9 gl'iam patris quæsiuit. Ioan. 8. quanq̃ à Iudæis pro maiori parte receptus non sit. Ioã. 1. In propria uenit & sui eum non receperunt. Hinc Ioan. 5. Ego ueni in nomine patris mei, & non recepistis me: si alius uenerit in noĩe suo, illum recipietis. Marci. 11. Benedictũ qď uenit regnum patris nostri Dauid, Osiahana in excelsis. Lucæ. 1. Et dabit illi dñs Deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Hierony. Perspicue docet aduentum dñi in carnem, non solũ humani generis in terra, sed & angelorum in cœlis esse salutem: qa dum nos redẽpti ad superna reducimur, eorum profecto numerus, qui in satana cadente fuit minoratus, impletur. Ephe. 1. Instaurare omnia in Christo, quę in cœlis & quæ in terra sunt in ipso. Cum omni ergo humilitate & spũs iucunditate mysteria Christi recolere debemus, quatenus ipsum per gratiam recipere mereamur.

Luc. 19. N *Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ descendentium gaudentes laudare Deum uoce magna super omnibus quas uiderant uirtutibus, dicentes: Benedictus qui uenit rex Israel in nomine domini, pax in cælo, & gloria in excelsis.*

Pergebat ire Hierosolymam, ubi peracturus erat eximium illud sacrificium pro salute generis humani, & è specula crucis uelut auarus & ambitiosus rex, omnia pertracturus ad se. Cum ergo iam uentum esset ad pedem montis, ac recta tenderetur Hierosolymã, mirus qdam affectus corripuit animos omniũ, quorum alij comitati fuerant Iesum, alij ex Hierosolymis processerant obuiam, ut afflatu quodam numinis, cõtempta pharisæorum inuidia, redderent testimoniũ dño Iesu. Ioan. 12. Benedictus qui uenit in nomine dñi rex Israel. Hic planè noui cuiusdam regni auspicia describuntur. et nouus qdam rex festis iam acclamationibus excipitur, qui diaboli regnum extrudat atq; deuastet. Atq; hoc modo excipiunt nouũ regem, quotquot sentiunt se à tyrannide diaboli liberatos esse. In illorum animis hæc frequens est gratulatio. Hinc pax dicitur in cœlo, quia antiquum bellum qď habuimus contra Deum, diremptũ est. Ephe. 2. Ipse est enim pax nostra, q fecit utraq; unũ. Coloss. 1. Pacificans per sanguinem crucis, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Esa. 53. Disciplia pacis nostræ super eũ, cuius liuore sanati sumus. Consonat ista laus spũs sancti per ora simplicium, illi, quam angeli in natiuitate dñi cecinere. Luc. 2. Ioan. 12. Testimoniũ ergo perhibebat turba quæ erat cum eo, quando Lazarum uocabat de monumento, & suscitauit eum à mortuis. propterea & obuiam uenit ei turba, qm̃ audiebat eum hoc fecisse signum. Sed inuidorum corda principum in cũctis quæ prouide gessit, eum potius persequi q̃ in eũ credere maluerunt, & in multis miseri, uitæ authorem morti potius dare, q̃ per ipsum uiuificari uoluerunt. Ioan. 12. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis qa nihil proficimus? ecce mũdus totus post eum abijt. Ea res sacerdotum ac pharisæorum animos, propemodum in desperationem adegit, nec tamẽ ab impio cœpto resipiscunt, sed inter sese cõmurmurant, d. Videtis qm̃ omnibus machinamentis aduersus illum nihil proficimus, sed quo magis ob-

sistimus, hoc magis & illius authoritas inclarescit, & populi studiũ accenditur. Antea paucos habebat discipulos, ecce nunc totus mũdus deficit à nobis ad illum, ut nobis iam non satis tutum sit in illum manus palàm inijcere. Luc.19. Et qdam pharisæorũ de turbis, dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico uobis, qa si hi tacuerint, lapides clamabunt. Dñs piam simplicis turbæ professionem non compressit, sed pharisæorũ cæcitatem oblique taxauit, qui non uererent ea quæ magnifice gerebat dñs, tribuere Beelzebub principi dæmoniorũ. Luc.11. Qua frõte, inquit, com pescam gloriã merito canentes Deo, & quod à prophetis olim dictũ est, nunc pijs uotis occinentes? Ps.117. O dñe saluum me fac, ô dñe bñ prospe rare. Benedictus qui uenit in nomine dñi. Illud affirmo uobis, adeo Deus non uult laudem suam sileri, ut si homines conticescerent, lapides clamarent, qbus uos estis insensibiliores. Hoc, ut dicit Beda, in passione factũ est, quãdo tacentibus præ timore discipulis, petræ scissæ sunt & monumenta aperta. Matt.27. Ioan.12. Hæc non cognouerunt discipuli eius primo, sed quãdo glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, qa hæc scripta erant de eo, et hæc fecerunt ei. Hęc.n. non intelligentes, putabant oĩa agi fortuito: sed postq̃ morte, resurrectione, missoq; spiritu sancto glorificatus est Iesus, tum rem gestam cum pphetæ dictis conferentes, animaduertũt hoc de illo scriptum fuisse, qđ acclamatum est à turba, quodq; ipse sic adueniens fecit. Hoc honoris dominus Iesus, qui humilis semper uixerat, sibi passus est exhiberi, quo declararet, sibi non defuturam fuisse gloriam huius mũdi, nisi maluisset eam aspernari q̃ amplecti, quo turpius uideretur, hoc ab his qui se discipulos illius profitentur ambiri, quod ille spreuit qui solus promeruit.

De fletu super ciuitatem, & eiectione uendentium. Matt.21. Mar.11. Luc.19.

ARTICVLVS XCIX.

Et ut appropinquauit, uidens ciuitatem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses & tu. Et quidem in hac die tua quæ ad pacem tibi, nũc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Luc.19. O

Quàm noxium sit & damnabile, sic præsentibus inhærere, ut æterna & quæ salutis sunt negligant, & uerbis declarat & factis. Nam inter uoces laudãtium lachrymas fudit, turbæ laudabant, Christus lachrymat. Illi flores spargebãt & ramos in uia, ipse lachrymas. Nouerat.n.q̃ in proximo ipsum occisuri essent, quare & ciuitas illorũ subuertenda, & cuncti dispergẽdi. Cũ iã eo progressus esset dñs Iesus, ut propius ĩ pspectu esset Hierosolyma, uidẽs ciuitatem illam ędificijs magnificam ac splendidam, uiris, opibus ac religionis opinione florentem, superbam rebus præsentibus, ignoratione calamitatis futuræ securã, misericordia motus illachrymauit: ac uerbis abruptis, ueluti pre dolore singultiens, deplorauit illius exitium. Appropinquauit affectu saluandi. at habitatores ipsius maleuolentia elongabat ab eo. Psal.72. Ecce qui elongant se à te, peribũt. Ideo Iaco.4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Vidit cõpassionis affectu. Exo.3. Vidi afflictionem populi mei, & descẽdi ut liberem eum. Hinc fleuit propter mala culpæ multiplicata, & pœnæ cõminata. Fleuit aũt nõ ruinam murorũ, sed animarũ, ostendens non esse uoluntatis suę ut cæci essent & perirent, sed odium ipsos excecasse & malitiam, & odium quidem sine ulla causa. Ioan.15. Odio habuerunt me gratis. Non.n. lętatur in perditione uiuorũ. Sapien.1. Vnde quasi dolens dicit Esa.1. Heu consolabor de hostib⁹ meis, & uindicabor *Quid seu cur fleuit Christus.*

de inimicis meis. Ezech.18. Non est uoluntatis meæ mors impij, dicit do minus. Væ illis, quos nec consideratio proprij delicti, nec alieni periculi ad lachrymas mouet. Iob.30. Flebā quondam super eo qui afflictus erat, et compatiebatur anima mea paupe ri. Sic Psal.118. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, qa non custodierūt legem tuam. Augu. Scitote fratres q post mundi gaudia, æterna sequūtur lamenta, quia nemo potest hic & in futuro gaudere. Si hic gaudere cupis, scias te exulem patriæ: si hic plo raueris, cœlestis patriæ ciuis constitueris. Lucę.6. Væ uobis qui ridetis nunc, qa flebitis. De qbus Prouer.2. Qui lętantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Iob.31. Si gauisus sum ad ruinam inimici, & lætatus sum eo quod inuenisset eum malum, nō.n. dedi ad peccandū gut tur meum ut expeterem maledicens aīam eius. Videant qui nō solam de malo proximi gaudēt, sed & multis technis exitium ipsi moliuntur. 1. Corin.13. Charitas non gaudet super ini quitate, congaudet aūt ueritati. Causam fletus indicat, dicens: Si cognouisses & tu, quēadmodū ego cognoui hunc diem tuum, quo tibi pax offertur, ac remissio peccatorum, studeres amplecti quod offerēt: & quia cōtemnis, si cognouisses mala inde tibi superuetura, sicut ego cognoui, & tu mecum fleres, quę modo exultas. Nimirum hic tuus dies est, quo ad resipiscentiam prouocatis, & inuitat te Dei bonitas ad pniam: īuitat aūt extremo gradu bonitatis, ad quē nihil potest adiūgi. toties abs te spreta clementia Dei, nouo quodam modo dignatur te inuisere, ut saltem hac ratio ne mitescas, & ad pacem redeas. Sed ipsa conuertisti pacem pietatis cum mundo, quæ est, libere indulgere uoluptatibus, & sine fręno timoris Dei peccare. Hinc dn̄s Ioan.14. Pacē meā do uobis, non qūo mundus dat, ego do uobis. Non aūt uera pax. Esa.57. Non est pax impijs, dicit dn̄s. Nam excęcat intellectū, quare melior esset tribulatio dans intellectum. Esa.28. Tantūmodo sola uexatio ītellectum dabit auditui. Veniet alius dies non tuus, sed ultionis diuinæ. Esaiæ.34. Dies ultionis dn̄i, annus retributionis iudicij Sion. quo pœnas dabis omnium scelerum tuorum, quę cumulare q̄ deplorare maluisti. Roma.2. Igno ras qm̄ benignitas Dei ad pniam te adducit? scdm aut duritiam tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi irā in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuiq scdm opera sua: his qdem qui scdm patientiā bo ni operis, gloriam & honorē & incorruptionem quærentibus, uitam æternam: his autem qui sunt ex con tentione, & qui non acquiescunt ueritati, credunt aūt iniqtati, ita & indignatio, tribulatio & angustia in omnem aīam operantis malū. Nunc autem nec diem tuum agnoscis, nec illum prospicis, qm̄ uterq abscōsus est ab oculis tuis, quos habes pręsen tis felicitatis temulentia cæcutiētes. Quod Deus semel fecit scdm historiam, hoc quotidie in ecclesia per electos suos agit, cum quosdam ex bona uita ad mores reprobos peruenisse considerat. Plangit.n. eos qui nesciunt cur plangantur. 2. Corint.12. Lugeam multos ex his qui ante pec cauerunt, et nō egerunt pniam super īmunditia & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt. Qui si damnationē q̄ eis īminet prouiderent, semetipsos cū lachrymis electorum plāgerēt. Hinc Deute.32. Gens absq cō silio atq prudentia, utinam saperent atq intelligerent, ac nouissima prouiderent. Saperēt Dei benignitatem, eos ad resipiscentiā inuitātis. Psal.33. Gustate et uidete qm̄ suauis est dn̄s, beatus uir qui sperat in eo. 2. Petri.3.

Non tardat dominus promissionem suam, sicut qdam existimant, sed pa uenter agit, pter uos, nolēs aliquos perire, sed omnes ad pniam reuerti. Sed Iob.24. Dedit ei locum pniæ, & ipse abutitur eo in superbia. Nā dič præsentis uitæ quę nobis data est ad pacem pectoris, qua peruenit ad pacem æternitatis, peruertimus in pacem carnalis uoluptatis. Secūdo, pec cati fœditatem. Hiere.2. Scito et uide, qa malum & amarū est, reliquisse te dñm Deum tuum, & non esse timorem eius apud te, dicit dñs. Quàm ui lis facta es, nimis iterans uias tuas? Intelligerent, mundanorū uanitatem. Nam satisfacere nō possunt affectui hominū. Eccl'es.2. Dixi i corde meo, uadam & affluā delicijs, & fruar bonis: & uidi quod hoc quoq; esset uanitas. Risum reputaui errorē, & gau dio dixi, quid frustra deciperis? Nec diu durare. Sapiē.5. Quid nobis profuit superbia? diuitiarū iactantia qd contulit nobis? Transierūt omnia illa tanq̄ umbra, et tanq̄ nuncius prę currens. Secundo, humanam calamitatem. Iob.14. Homo natus de muliere, breui uiuens tpe, repletur multis miserijs: qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunq̄ in eodem statu permanet. Gene.8. Sensus & cogitatio cordis humani, prona sunt ad malū ab adolescentia sua. Quid de corpore? Esa 40. Omnis caro fœnum, et omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatū est fœnū, & flos eius decidit. Hinc Ecci.41. Iugum graue sup omnes filios Adæ, à die exitus de uentre matris, usq; in diem sepulturæ in matrem omniū. Nō ergo erit finis miseriarū, nisi finis fuerit uitę Ecci.10. Quid superbis ter ra & cinis? 1. Ioan.2. Transit mūdus & concupiscentia eius. Prouiderent nouissima. Mortis ineuitabilitatem. 2. Reg.14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertunt. Hebr.9. Statutum est hominibus semel mori, post hoc aūt, iu diciū. Hinc Ecci.41. O mors, q̄ amara est memoria tua homini pacē habenti in substantijs suis, uiro quieto, & cuius uiæ directæ sunt in omnib9, & adhuc ualenti accipere cibum? Ecclesiastes.9. Nescit homo finem suū: sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo, ita homines tpe malo, cum eis exemplo superuenerit. Secūdo, Iudicij æqtatem. Eccl'es.12. Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium: & pro omni errato, siue bonū siue malum sit. Vnde Matt.12. Dico autem uobis, q̄m omne uerbū ociosum, qd locuti fuerint homines, reddent rationem de Deo in die iudicij. Sapiē.1. In cogitationibus impij erit interrogatio. Nā ut dicit.1. Corin.4. Veniet dñs & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordium. Hinc Iob.31. Quid faciam, cum surrexerit ad iudicandum dñs? & cum q̄sierit, qd rñdebo ei? Iob.9. Vere scio quod ita sit, qd non iustificetur homo compositus Deo. Si uoluerit contendere cum eo, nō poterit rñdere ei unum pro mille. Greg. Sed peruersa aīa, rebus præsentibus dedita, in terrenis uoluptatibus resoluta, abscondit sibi mala pręsentia, futura præuidere negligit, quæ præsentem lętitiam perturbent: dumq; in pręsentis uitæ oblectationem se deserit, qd aliud q̄ oculis clausis ad ignem uadit? Deute.32. Incrassatus est dilectus & recalcitrauit, īcrassatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit Deum factorem suum, & oblitus est dñi creatoris sui. Hinc admonet Ecci.11. In die bonorū ne īmemor sis malorū, & in die malorū ne īmemor sis bonorū: q̄m facile est coràm Deo, in die obitus retribuere unicuiq; secundū uias suas. & Apl's.1. Corinth.7. Qui gaudent, tanq̄ nō gaudentes sint: & qui flent, tanq̄ non flentes: & qui utuntur hoc

tur hoc mundo, tanquam non utantur. Præterit enim figura huius mundi. Si quæ ergo est præsentis temporis, ita agenda est lætitia, ut nunquàm amaritudo sequentis iudicij à memoria recedat. Prou. 28. Beatus homo q semper est pauidus: qui uero mentis est duræ, corruet in malum.

2 *Quia uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & circundabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tēpus uisitationis tuæ.*

Gregorius: Quod flente domino illa Hierosolymorum subuersio describatur, quæ à Vespasiano & Tito Romanis principibus facta est, nullus qui historiam legit, ignorat. Quia non intellexerunt pacem dei, prædixit eis bellum mundi, quod erat eis superuenturum in ultionem, qua nūquam pertulerunt grauiorem, ut uel sic resipiscerēt, qui nec signis, nec uirtutibus, nec beneficijs, nec tādem miserationibus emolliri potuerunt. Dicit Iosephus, quòd in illa obsidione mortui fuerunt gladio, fame & peste undecies centena millia, nonaginta septem millia uenditi, triginta denario uno, sicuti emerant dominum 30. denarijs. Obsidione arctissima circundati erant, nequa pateret effugium: & sic destructi muri, nequa spes remaneret restaurationis. Ezec. 4. Et tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coràm te, et describes in eo Hierusalem ciuitatem. Et ordinabis aduersus eam obsidionem & ędificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & ciuitatem, & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circundabis eam. Signum est domui Israel. Mich. 3. Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Israel, qui abominamini iudicium, et omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super dominum requiescebant, dicentes: Nūquid nō dominus in medio nostrum? Non ueniēt super nos mala. propter hoc causa uestri Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum. Sēties ergo tempus uindictæ, quæ tempus uisitationis nosse nolueris. poteras & ipsa amplecti salutem oblatā. Gregorius: Creator quippe omnium per incarnationis mysterium hāc uisitare dignatus ē, sed timoris & amoris ipsius recordata non est. Vnde dominus Hiere. 8. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur & hirūdo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus nō cognouit iudicium domini. Tempus animæ peccatricis uenit quando mors adest. Supra dixerat, dies tua: hic, uenient dies in te, hoc est, contra te. quia momentaneum est quod delectat, æternū uero quod cruciat. Hinc Eccēs. 12. Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ, antequam ueniat dies afflictionis. Sed qui inimici hominis, uisi maligni spiritus, qui animam à corpore exeuntem obsident, quam in carnis amore positam deceptorijs delectationibus fouent? Quā uallo circundant, quia ante mentis oculos reductis iniquitatibus quas perpetrauit, hanc ad societatem suæ damnationis coarctant, ut in ipsa extremitate uitæ deprehensa, & à quibus hostibus circunclusa sit uideat, & tamen euadendi aditum inuenire non queat: quia operari bona iam non licet, quæ cum operari

Quot ī obsidiōe Hierosolymitana mortui ac uenditi

licuit, agere contempsit. Circundant, & coangustant, quando non tantum operis, sed & locutionis & cogitationis iniquitates replicant: ut quæ per multa se prius dilatauit in scelere, ad extremum de omnib9 angustietur in retributione. O quanta angustia, ma nere impossibile, exire necesse, rationem reddere difficile. nec erit qui redimat, neq; qui saluum faciat. Ad terrā prosternent, cū anima per cognitionem reatus sui, carnem quam uitam suam credidit, redire in puluerem cognoscit. Tunc filij, cum cogitationes illicitę, quæ modo ex illa prodeunt, in extrema uitæ ultione dissipantur, sicut scriptum est Psal.148. In illa die peribunt oēs cogitationes eorꝫ. Quæ durę cogitationes, intelligi etiam per lapides possunt. Peruersus.n. cum ꝑuersæ cogitationi peruersiorem adijcit, quasi lapidem super lapidē struit. Sed cum anima ad ultionem rapitur, talis costructio cogitationum quib9 sibi longam promittebat uitam, honores, diuitias, dissipatur. Luc.12. diuiti, longam sibi in delicijs promittēti uitam, responsum fuit: Stulte, hac nocte repetunt à te animam tuam: & quę parasti, cuius erunt? Et hoc ideo, quia non cognouit tempus uisitationis suæ. Peruersam animam uisitat deus quandoq; præcepto, Psa.64. Visitasti terrā, & inebriasti eam. Glossa: Verbo prædicationis. Sed infelix anima eruditione non corrigitur. Eccl.21 Audiuit luxuriosus & displicebit ei, & proijciet post dorsum suum, uerbum scilicet continentiæ. Luc.16. Audierunt hæc omnia pharisæi, qui erāt auari, & deridebant eum, hoc est, Iesum loquentem de eleemosyna & cōtemnendis diuitijs. Visitat flagello Psal.88 Si autē dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: Visitabo in uirga iniquitates eorꝫ, & in uerberibus peccata eorꝫ. Sed Hiere.5. Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, et renuerunt accipere disciplinam. Visitat beneficio. Iob.10. Vitam & misericordiā tribuisti mihi, & uisitatio tua custodiuit spiritum meum. Sed Prouer.1. Prosperitas stultorū perdet illos. Sed quia superbiens cōtemnit, nec de malis suis erubescit, in extremo inimicis traditur, cum quibus in iudicio ęternæ damnationis societate colligatur. Eccl.2. Si pœnitētiam non egerimus, incidemus in manus domini, & non in manus hominum. Secundum magnitudinem enim illius, sic misericordia illius cum ipso est.

Ad terram prosterni.

Et ingressus in templum, cœpit eijcere uēdentes & ementes, dicens illis: Scriptum est, quia domus mea domus orationis est, uos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat quotidie docens in templo. 3

Greg. Qui mala narrauit futura, & protinus templum ingressus, inde uēdentes & ementes eiecit, profectò innotuit, quia ruina populi maxime ex culpa sacerdotum fuit. Quia uero redemptor noster prædicationis uerba nec indignis et īgratis subtrahit, postquam disciplinæ rigorem eijciendo ꝑuersos tenuit, donū gratię mox ostendit. Templum domus dei, anima ipsa est. 1. Cori.3. Templum dei sanctū est, quod estis uos. Quæ siquando in læsionem proximi peruersas cogitationes profert, quasi in spelūca latrones resident, & simpliciter gradientes interficiunt, quando in eos qui in nullo rei sunt, læsionis gladios defigunt. Sed quia contra hæc, uerbis redemptoris nostri per sacras paginas indesinenter instruimur, nunc usque Iesus in templo docet, cum mentē fidelium ad cauēdum malū subtiliter erudit. Sed sciendum quòd tunc uerbis redēptoris nostri ueraciter erudimur, si extrema mala nostra, formidolose & indesinenter aspicimus. Eccl. 7. In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum nō

peccabis. Nam cogitandum ualde quam terribilis nobis erit hora nostræ resolutionis, qui pauor mentis, quanta tunc omnium malorum memoria, quæ obliuio transactæ felicitatis, quæ formido est, consideratio iudicis. Istud ultimum quia legitur sic in euangelio dominicæ 11. post pente. hic posui, sed nunc debitus sequitur ordo.

Matt. 21. *Et cū intrasset Hierosolymam, cōmota est uniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? Populus aūt dicebāt: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilaeae.*

P Quantum gratia dei in simplicibus operetur, & humilibus, & econtra peccatum in obstinatis & superbis, hic claret. Sedulo cum discipulis uenit Hierosolymam, ut animis illorū infigeret, se scientem ac uolentem ire in mortem, neque quenquam nociturum illi fuisse, si uoluisset resistere. Quod aliquoties uisus est se subducere periculo, non erat formidinis, sed seruantis se tēpore præfinito à patre. Quod cum tum adesset, non solum non latitat, sed ultro se ingerit, & ita se ingerit, ut nouitate pompæ totius urbis animos in se conuertat. Nec cessat interim à miraculis, nec cessat à ueritate prædicanda: quin & liberius insectatur uitam pharisæorum, & negociatores ejicit è templo, quibus rebus sciebat omnium illorum animos uehementius irritandos. Marc. 11. Et introiuit Hierosolymam in templū. Hieronymus: Introeunte Iesu cum turba, tota ciuitas Hierosolymorum commota est, mirans frequentiam, non intelligens ueritatem. Chrysostomus: Merito commouebantur uidentes rem insolitam & tam mirabilem. Homo laudatur quasi deus, sed deus laudatur in homine, puto & quod nec ipsi qui laudabant, sciebāt quem laudabant, sed spiritus subito ingressus in eos, ueritatis uerba fundebat. Glossa. A minoribus incipit confessio, ut perueniat ad maiores. Turbæ simplices & candidæ neque inuidebant Christo, neque opinionem indignam Christo habebant. Hieronymus: Propheta ille à Nazareth, quem Moses similem sui dixit uenturum, & qui proprie apud Græcos scribitur cum articuli testimonio. Deut. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loquetur que ad eos omnia quæ præcepero illi. A Nazareth, quia ibi nutritus & conceptus, Matthæi. 2. Lucæ. 1. & 2.

Et intrauit Iesus in templum dei, & ejiciebat omnes uendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras uendentium columbas euertit, et dicit eis: Scriptū est, domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fecistis illā speluncam latronum. 2

Primo templum adijt, quia domus patris, Lucæ. 2. Et ut nobis formam religionis tribueret, ut quocunque imus, primum si ibi domus orationis est, ipsam adeamus, ut per orationes deo commendati, feliciter negocia agamus. Tanquam dominus, cū uideret in templo mercatus ac fori speciem, indignitate rei commotus, ejecit uendentes, ostendens ea quæ patris sunt sua esse, interim etiam honestatis curam habens, sed translationem sacrificiorum significans. Marc. 11. Et non sinebat ut quisquam transferret uas per tēplum. Hieronymus: Mihi inter omnia signa quæ fecit dominus, hoc uidetur mirabilius esse, quod unus homo & illo tempore contēptibilis, & in tantum uilis ut postea crucifigeretur, scribis, & pharisæis contra se sæuientibus, & uidentibus lucra sua destrui, potuerit ad unius flagelli uerba tantam ejicere multitudinem, mensasque subuertere. Igneum enim quoddam et sydereū radiabat ex oculis eius signum, & diuinitatis maiestas lucebat in facie, terrens impios & oblectans pios. Addidit &

Signorum Christi omniū mirabilißimū quod.

Esaiæ.56.uaticinium,ne frustra uideretur indignatus. Voluit dñs ostendere auaritiam & quæstum fore capitalem pestem ecclesiæ suæ, quam templũ illud,cuius religio mox erat abolenda,figurabat. Nihil.n.illic syncerũ ac sanctum esse potest,ubi regnat pecuniæ studium. Sacerdotes auaritiæ suæ consulentes, fecerunt omnia esse præsentia,ne de lõge aduentantes,nõ haberent ad manum qđ offerrent,qđ in usum ipsorum cedebat,idem agentes fraudulentia,sub prætextu cultus diuini,quod latrones faciunt in itineribus,bona aliorum rapiendo per dolum. Zachari.14. Non erit mercator ultra in domo domini exercituum in illo die. Obserua negociationẽ, quanquam licita sit,circunstantĳs uitiari. Loci,ut hic. Ezech. 28. In multitudine negociationis tuæ,repleta sunt interiora tua iniquitate,& peccasti, & eieci te de monte sancto dei. In multitudine iniquitatum tuarum & iniquitate negociationis tuæ polluisti sanctificationem tuam: producam ergo ignem de medio tui qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram, in conspectu omnium uidentium te. Temporis. Tyrĳ habitauerunt in ea, inferentes pisces & omnia uenalia,& uendebant sabbatis filĳs Iuda & Hierusalem,& obiurgaui optimates Iuda,& dixi: Quę est hæc res mala quã facitis, & profanatis diem sabbati? Nunquid hęc fecerunt patres nostri? & adduxit dominus super nos omne malum,2.Esd.13. Neemiæ.13. Personæ.2.Tim.2. Nemo militans deo, implicat se negocĳs secularib9,ut ei placeat cui se probauit. Rei,quia sacrum nec uendi nec emi potest. Hieronymus: Latro est,& templum dei in latronum uertit specum,qui lucra de religione sectatur,cultusq́ eius non tã cultus dei, q̃ negociationis occasio est. Quotidie dominus ingreditur tẽplum patris,eĳciens omnes tam episcopos,q̃ presbyteros & diacones, & laicos. Vnius criminis habet reos ementes & uendentes. Matt.10. Gratis accepistis,gratis date. Hinc Giezi munera accipiens à Naaman sanato à lepra per Heliseum,lepra percussus est,4.Reg.5. Simon pecunia gratiam impositionis manuũ emere cupiens, audiuit à Petro Act.8. Pecunia tua tecum sit in perditionem,quoniam existimasti donũ dei pecunia possideri. Vendunt columbas, qui in ecclesiis gradus uendũt.spiritus.n. gratiam q̃ est columba, uendunt,unde & eĳciẽtur ex superno & inferno templo,indigni sacerdotio fungi. Origenes: Vtinam audirent hæc detenti admonitione scripturæ,qui clamãt de cathedris Mosi,in quibus sedent et uendũt omnes ecclesias columbarũ, & tradunt talibus præpositis, ad quos recte dicatur à domino. Esa.56. Speculatores eius cæci oẽs,nescierunt uniuersi,canes muti nõ ualẽtes latrare, uidentes uana,dormientes & amãtes somnia, & canes impudentissimi nescientes saturitatem. Ipsi pastores ignorauerũt intelligentiã. Omnes in uiam suã declinauerunt, unusquisq; ad auaritiam suam,à summo usq; ad nouissimũ. Hie.6. A minore quippe ad maiorem omnes auaritiæ studẽt,& à propheta usq; ad sacerdotem cuncti faciunt dolum. Hiere.9 Sapientes sunt ut faciant mala,bene aũt facere nescierunt. Modi. Si mendacĳs, periurĳs, falsis ponderibus & materĳs.1.Thes.4. Ne quis supergrediatur neq; circũueniat in negocio fratrem suum,quoniam uindex est de his omnib9 dñs. Leui.19. Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio,in regula,in põdere, in mẽsura. Statera iusta,æqua sint põdera, iustus modius, æquusq́ sextarius. Deut.25. Non habebis in sacculo diuersa pondera maius & minus, nec erit in domo tua modi9 maior & minor. Pondus habebis iustum & uerũ, & modius

Negociatio quibus circũstãtĳs uitietur.

& modius æqualis & uerus erit tibi, ut multo uiuas tempore super terrã, quam dominus deus tuus dederit tibi. Mich. 6. Adhuc ignis in domo impij, thesauri impietatis, & mẽsura minor, & iræ. Nunquid iustificabo stateram impiam, & sacelli pondera dolosa? in quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquuntur mendacia, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Prouer. 20. Pondus & pondus, mensura & mensura, utrunque abominabile est apud deum. Statera dolosa non est bona. Amos. 8. Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes: Quando transibit messis & uenundabimus merces, & sabbatum, & aperiemus frumentum ut imminuamus mẽsuram, & augeamus siclum, et supponamus stateras dolosas, ut possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti uendamus. Iurauit in superbiam Iacob, si oblitus fuero usque ad finem omnia opera eorum. Nunquid super isto nõ commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius? Marc. 11. Et docebat, dicens eis: Non'ne scriptum est, quia domus mea domus orationis uocabitur cunctis gentibus? Iustam indignationis suæ ostendit causam, non. n. negociationi, sed precationi dicata est. 2. Para. 7. Elegi locum istum mihi in domum sacrificij. Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco isto orauerit. Elegi enim & sanctificaui locũ istum, ut sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Nihil ergo aliud ibi agendum, q̃ quod ad laudem dei pertinet & animarũ salutem. Vnde frequenter ibi dñs docuit. Nunq̃ legitur dñs æque commotus, nunquam æque sæuisse. Iniurias proprias patienter tulit, Mat. 12.

In templi agendum quid.

Luc. 11. Ioã. 8. iniuriam discipulorum excusauit, in confricatione spicarum Mat. 12. in lotione manuum, Mat. 15. patris iniuriam non tulit. Chrysostomus: In proprijs iniurijs quenquam esse patientem, laudabile est: dei iniurias dissimulare, nimis impium est. Hie. 7. Numquid spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatũ est nomen meũ in oculis uestris? Ego ego sum, ego uidi, dicit dominus. Vnde Balthasar uasis templi abutens in conuiuio, eadẽ nocte interfectus fuit, & ciuitas deuastata, Dani. 5. Heliodorus thesauros è templo ablaturus, p angelos ad mortem flagellatus fuit, 2. Mach. 3. Antiochus promittens se templũ deuastaturũ, misere mortuus fuit, 2. Mach. 9. Hinc Ps. 25. Domine, dilexi decorem domus tuæ, & locũ habitationis gloriæ tuæ. Per peccatũ fit anima spelunca latronum, quæ tẽplum dei est, 1. Cor. 6. Iesu aũt intrãte ciuitatem cordis nostri per gratiam, commouetur ad cõsiderandum quãtum malũ ex peccato proueniat, utpote gratiæ subtractio, dei offensio, pœnæ dãnatio, quia de filio dei fit filius diaboli, & sic cõmouetur ad peccati detestationẽ, audiens quia Iesus transit, qui saluat à peccatis populũ suum, Math. 1. qui tandem de tẽplo cordis eijcit uendentes, & ementes, peccata nequitiæ & auaritiæ per cõfessionem, ut fiat domus orationis. 2. Co. 6. Qui cõsensus tẽplo dei cũ idolis? Vos. n. estis tẽplũ dei. Origenes: Quicunque in populo Christiano ad aliud nihil uacant in seculo isto, nisi circa uẽditiones & emptiones, rarius aũt in orationibus pmanent, uel alijs actibus rectis quos quærit sermo diuinus, ipsi sunt uendẽtes & ementes in tẽplo dei. Sap. 15. Sed & æstimauerunt lusum esse uitã nostrã, & cõuersationẽ uitæ compositam ad lucrum & oportere undecunq; etiã ex malo acquirere. Eccl. 26. Difficile exuitur

negocians à negligentia, & non iusti ficabitur caupo à peccatis labiorum. Eccl. 27. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic et inter medium uenditionis et emptionis angustiabitur peccatis.

3 *Et accesserunt ad eum caeci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum & scribae mirabilia quae fecit, & pueros clamantes in téplo, et dicentes, osiana filio Dauid, indignati sunt, & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus aût dixit eis: Vtiq; nûquã legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudẽ? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibiq; mansit.*

Turbae praeconium uerum ostendit, sententiam electionis non solum authoritate sacre scripturae, sed & miraculis confirmans. Venerunt caeci, ut uisu recepto uiderent Iesum quem audierant sic praedicari. Veniebant & claudi, ut illius uestigia sequentes, peruenirent in regnum coelorum. Ioan. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitae. Quotquot enim adibant illum, sanabat. Hieronymus: Nisi mensas nummulariorum euertisset, caeci & claudi lucem pristinam & concitum gressum non accepissent. His rebus, quibus oportebat illos tandem resipiscere, magis etiam exarserũt inuidia primores sacerdotum & scribę. est enim natura haec inuidorum, ut prospero successu alterius crucientur. Submonuerunt ergo dominum, ut eum clamorem compesceret: alioqui fore ut uideretur agnoscere tantum honoris, quo iudicabant illum indignum. Hieronymus: Non dixit quod scribę & pharisaei audire cupiebant, benefaciunt pueri, uel rursum errant, pueri sunt, debetis aetati ignoscere: sed profert exemplum de Psal. 8. ut tacente domino, scripturarum testimonium puerorum dictum cõfirmaret. Chrysostomus: Pueri loquebantur laudẽ, isti insaniunt: quia enim miracula calumniari non poterant, superbiae ipsum, & uanae gloriae cupidum arguere studens. Marc. 11. Quo audito, principes sacerdotum & scribae quęrebãt quomodo eum perderent. timebant enim eum, quoniam uniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Soli non poterant amare amabilem illum Iesum, nulli nocentem, omnibus subuenientem, tantum metuebant illum, propterea ꝙ populus suspiceret illius doctrinam, & ob conspecta miracula magnifice de illo sentiret. Lu. 19. Et erat quotidie docẽs in templo. Principes autem sacerdotum, & scribae, & principes plebis quaerebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum. O praeposteram religionem in religionis professoribus. Tam impio facinore concepto, non metuunt deum ultorem cui nihil occultum, & populum formidant. Prouerb. 15. In omni loco oculi domini contemplantur bonos & malos. Psal. 33. Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Dominus, instante iam mortis tempore, nullum tempus finit elabi sine fructu. Diem consumit in templo, noctem impendit precationi, ac priuatim animandis discipulis, Mar. 11. Et circunspectis omnibus, cum iã uespera esset hora, exijt in Bethaniam cum duodecim. Hieronymus: Intelligendũ quod tantę fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus sit, ut in urbe maxima nullum hospitem, nullam inueniret mansionem. Ab inobedientibus & ad obedientes se confert, & inter illos uersatur. dicit enim. 2. Corin. 6. Vos enim estis templum dei uiui, sicut dicit deus, (Leuit. 26.) quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum deus, & ipsi erũt mihi populus.

Chrysostomus: Malum hominem melius locum dando quã responden do quis uincere potest, quia malitia sermonibus nõ instruitur, sed excitaẽ.

De gentibus quærentibus uidere Iesum, par. 2. ar. 23 y.

De ficulnea arefacta, Matt. 21. Marc. 11.

ARTICVLVS C.

Mat. 21. *Mane autem reuertens in ciuitatem, esuriit: & uidens fici arborem, unam secus uiam, uenit ad eam, & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum, & arefacta est continuo ficulnea.*

Dominus nonnunquam & factis & uerbis instruebat discipulos, quẽadmodum, & prophetæ quandoque factis, quandoque uerbis prophetabant. Hieronymus: Esuriit, ueritatem humanæ naturæ ostendens, & salutem esuriens credentium, æstuans ad incredulitatem Iudæorum, in quibus non inuenit nisi promissionum strepitum, traditiones pharisaicas, & iactationem legis, & ornamenta uerborum, absq; ullis fructibus ueritatis. Vere famelicus humanæ salutis, & illi suauissimus erat panis, ex uoluntate patris redimere genus humanũ. Ioan. 4. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Marc. 11. Cum uidisset à longe ficum habentem folia, uenit si quid forte inueniret in ea: & cũ uenisset ad eam, nihil inuenit præter folia. Non enim erat tempus ficorũ. & respondens, dixit: Iam non amplius in æternum ex te quisquam fructum manducet. & audiebant discipuli eius. Videns arborem uirentibus foliis pollicentẽ aliquid fructus, uenit ad eam: & ueluti indignans q; spe delusus esset, execratus est eam. Hieronymus: Vidit ficum foliis, non fructib9 ornatam, id est, synagogam uestitam mandatis hominum & superstitionibus scopatam, cui denegat fructum in æuum. Origenes: Multos in ecclesia uidemus tales, qui multo tempore portarunt fidei nomen, ostẽdentes tantum quia uiuunt, sed sicci sunt: quos quia non fructificabant, uidemus recedentes à uerbo dei ad plenum siccos. Omnis homo qui se exponit deliciis huius uitę, ficui comparatur: quia fructum non habet spiritualem, ut esurienti Iesu det, folia autem tantum, temporalem ac defluentem apparentiam. Hic audiet Matthæi. 25. Ite maledicti in ignem æternum.

Et uidentes discipuli, mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo aruit? Respondens autem Iesus, ait eis: Amen dico uobis, si habueritis fidem, & nõ hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis: sed & si monti huic dixeritis, tolle te & iacta te in mare, fiet: Et omnia quæcunq; petieritis in oratione credentes, accipietis.

Ob id passus est dominus ficulneã arefieri, ut discipulis etiam atq; etiã inculcaret fidem, quæ nisi accederet, scirent mortem quoq; suam infrugiferam fore mortalibus. Mar. 11. Et cum uespera facta esset, egrediebatur de ciuitate: & cum mane transirent, uiderunt ficum aridam factam à radicib9. et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus, ait illis: Habete fidẽ dei. Amen dico uobis, quia quicunq; dixerit huic monti, tollere & mittere in mare: & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcunque dixerit fiat, fiet ei. Propterea dico uobis, omnia quæcunq; orantes petitis credite quia accipietis, & eueniẽt uobis. Qui magna affectione credit, cor suum omnino extendit ad deum, & quid facit? Vnitur illi, et feruefactum cor eius, magnam certitudinem sumit, quod uoti compos fiat. Quæcunque ergo petierimus citra hæsitationem, fidentes diuinæ uirtuti accipiemus. Iaco. 1. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est fluctib9 maris, qui à uento cir-

cunferuntur & mouentur. Non ergo existimet homo ille ꝙ accipiat aliqd à domino: nihil enim impetrat, q diffidit patrem posse præstare, cum ille nutu possit omnia, aut non uelle præstare quod rectè petitur. Cũ ergo audis fidem, accipe non stultam illam fidem, sed eam quæ reuera fides est: accipe & deprecationem illam quæ uti

Oratio quid.

ita petit. Est enim oratio, ut dicit Damascenus, petitio decentiũ à deo, hoc est, rerum quas deceat à deo postulari. Vide supra art. 55. x. Marc. 11. Et cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut & pater uester qui in cœlis est, dimittat uobis peccata uestra Quòd si uos nõ dimiseritis, nec pater uester qui in cœlis est, dimittet uobis peccata uestra. Nihil ergo impetrat, & si confidit, impudenter confidit, qui rogat patrem ut sibi remittat quæ deliquit in eum, cum ipse nolit remittere fratri, quod in ipsum admisit. Eccl. 28. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & à deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Semper indulgenda offensa seu culpa, interdum & pœna, nisi ex remissione pœnæ iustitia periret, disciplina languesceret, transgressor peioraretur, & ad peccandum pronior redderetur: sic ordo iustitiæ obseruandus. Exigens uero pœnam, solerte consideret quo moueatur zelo. Ephe. 4. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit nobis.

De quæstione baptismi, Matth. 21. Marc 11. Lucæ. 20.

ARTICVLVS CI.

Mat. 21.

R *Et cum uenisset in templum, accesserunt ad eũ docentem principes sacerdotum et seniores populi, dicentes, In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem?*

Insanientes ꝙ è templo eiecisset negociatores, quærunt occasionem, ut tametsi cupiditas occidendi esset impia, tamen apud homines studio iustitiæ facere uiderentur. Accedunt eum, ut animo perplexum redderent & authoritate cohiberent à sacra doctrina. Non enim poterant admiranda illius facta damnare, quæ tam multa populo teste gesserat. Non poterant refellere doctrinam, quæ cum lege diuinaq; uoluntate consentiebat. De authoritate uenantur ansam calumniandi, Si enim dominus quẽ nihil nisi purum hominem esse credebant, sibi uindicasset authoritatem dei, parata erat blasphemiæ calumnia: sin minus, in promptu erat calumnia seditionis, quod authoritate priuata tantum auderet in templo, sine permissu sacerdotum et seniorum. Hiero. De dei dubitant potestate, & diaboli uolunt esse quod facit, manifestissime filium dei negantes, quem putant non suis uiribus, sed alienis signa facere. Lucæ. 20. Et factum est in una dierum, docente illo populum in templo & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum, & scribæ cum senioribus. Marc. 11. Quis dedit tibi hanc potestatem ut ista facias? Stulta quæstio, cum ipsa facta clamitarent deo authore hæc geri, cum res ipsa loqueretur, hunc esse quem deus olim per prophetas uenturũ esse promiserat, cum pater post baptismum sua uoce declarasset hunc esse filium suum unice dilectum, cui deberent obedire, Matt. 3. Et interim adeo cęci, non cogitabant ꝙ Ioannem nulla hominum authoritate similia facientem in baptizando, prædicando, discipulos colligendo suspexissent adeo, ut Messiam esse contenderent, nisi ꝙ Ioannes non edebat miracula, atq; hoc nomine minus debebant obstrepere Christo, nisi maluissent calumniari quàm credere.

Respondens Iesus, dixit eis: interrogabo uos et ego unum sermonem, quē si dixeritis mihi, & ego uobis dico in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis unde erat, è cœlo, an ex hominibus?

Hieronymus: Rñdet dñs clauũ clauo pellens, quia malo arboris nodo, malus clauus aut cuneus īfigendus est. Ostendit q̃ maligne interrogantibus nō oporteat rñdere. Sensit illico cornutam īterrogationem impia illorũ conscientia, & deliberant apud se quid essent responsuri.

At illi cogitabant inter se, dicentes: Si dixerimus, è cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam. Omnes enim habebāt Ioannem sicut prophetam. Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico uobis in qua potestate hæc facio.

Videbant quæstionē esse bicornē, ut in alterũ cornu necesse esset incidere. Quàm facile diuina humanam capit astutiã, omnibus technis molientem aduersus Dei cõsiliũ. Prouer. 21. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium cõtra dñm. Iob. 5. Qui apprehendit sapiētes in astutia eorũ, & consilium prauorũ dissipat. Chrysost. Si credidissent Ioanni, hæc non interrogassent, cum ille manifeste dixerit & diuinitatē confessus sit, dicens Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. hic est de quo dixi, Medius uestrum stetit quē uos nescitis. Ipse est qui post me uenturus est, q ante me factus est, cuius ego non sum dignus ut soluam corrigiam calceamenti. Ioan. 15. Vos misistis ad Ioānem, & testimoniũ perhibuit ueritati. Luc. 20. Si dixerim⁹, ex hominib⁹, plebs uniuersa lapidabit nos. certi sunt. n. Ioannem pphetam esse. Ecce quanta peruersitas inuidorũ, certa sciētia ueritatem negāt, & publice mentiri nō uerenť. Ostendit ergo dñs q̃ semper inobedientes sint spiritui sancto, & q̃ Ioanni uiro angelico minimèq̃ carnali qui pridem apparuerat, credere noluerint. Iesu ergo rñsum exigenti, dixerunt se nescire unde eēt. Luc. 20. Iesus quoq̃ par pari referens, ait: Si uos mihi nescitis quod scitis, nec ego dico uobis in qua potestate facio quæ facio. Cõferte facta mea cum factis illius, & expendite, an si nō dubitatum est de illius authoritate, conueniat de mea dubitare. Siquidem ille prædicauit regnum Dei, & de me testimoniũ perhibuit. Non dixit, neq̃ ego scio, sed, neq̃ ego uobis dico. Nouerat. n. se authoritate patris cũcta gerere. Ioã. 14. Pater in me manens, ipse facit opera. Glos. Duabus causis occultatur ueritas, uel quia nō capaces auditores. Ioan. 16. Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo, uel quia contemptores. Matt. 7. Nolite sanctum dare canibus. Sic tamen responsum temperat, ut indicaret se opera facere potestate diuinitatis ex testimonio Ioannis.

Duabus de causis occultari ueritatē posse.

De filio qui uoluntatem facit patris. Matt. 21.

ARTICVLVS CII.

Matth. 21. S

Quid autem uobis uidetur? Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit: Fili, uade hodie operari in uineam meam. Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea autem pœnitentia motus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait: Eo domine & nō iuit. Quis ex duobus fecit uoluntatem patris? Dicunt ei: Primus.

Qm̃ simplex ac manifesta percontatio non potuit elicere cõfessionem ueri, proponit aliam sub ænigmate ut imprudentes contra se ferrent sententiam. Hiero. Primus filius, gentilis est pp̃s, per naturalis legis notitiam. Vade & operare in uinea. i. Qđ tibi ab alio oderis fieri, uide ne tu alij q̃m alteri facias. Tob. 4. & Matt. 7. Omnia quęcunq̃ uultis ut faciāt uobis hoĩes, et uos facite illis. hęc est. n. lex & pphetę. Qui ait, nolo. pœnitudine tñ ductus, postea fecit tpe Christi. Secundus, Hebræus est pp̃s, qui

respondit Mosi.Exo.24.Omnia quę locutus est dñs faciemus & erimus obedientes, sed non iuerũt in uineã, imo interfecto patrisfamiliàs filio, se putarũt hæredes.Iob.7.Non'ne Moses dedit uobis legem,& nemo ex uobis facit legem?Roma.10. Finis.n.legis Christus ad iustitiam omni cre denti.Orig. Manifestũ est,qui dixit, nolo,postea aũt iuit, & operatus est in uinea,uoluntatem patris implesse non uerbis,sed factis: qui aũt uerbis promisit & non fecit,operibus negauit uoluntatem patris facere.Rom.2 Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabũtur.Cum.n.gentes quæ legem nõ habent,naturaliter ea quæ legis sunt faciunt,eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex,qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis,testimonium reddente illis cõscientia ipsorũ.Tit.1.Confitentur se nosse Deũ, factis autem negant.Non intelligentes quo parabola tenderet, contra se sententiam tulerunt.

Dicit illis Iesus: Amen dico uobis, quia publicani & meretrices præcedent uos in regno Dei. Venit enim ad uos Ioannes in uia iustitiæ, & non credidistis ei, publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem uidentes, nec pœnitentiam habuistis postea ut crederetis ei.

Sapienter primo parabola capiẽs, post publicanis et meretricibus post habuit,dicens:præcedent, id est,ante uos ingredientur in regnum cœlorũ, ita ut si uos laboraueritis,uel post illos intrabitis:si aũt increduli, nunq̃ intrabitis. Et sic maiores meriti erũt in ecclesia militanti, & post amplioris gloriæ in triumphãti.Illi.n.prius rebelles Deo impia uoluntate & uita,tñ illico tacti pœnitentia, obtemperarunt euangelicæ doctrinæ: uos qui titulo & professione estis ppl's Dei, tot modis prouocati,non potestis ad pniam ꝓmoueri. Venit Ioannes ostendens uiam iustitiæ uita & doctrina,docens iram diuinam imminere,securim admotam arboris radicibus,ni statim resipisceretis. Matthę.3.publicani & meretrices uestro iudicio hoĩes deplorati, obtemperarunt illi: uos nec singulari Ioannis sanctimonia,nec illius minis,nec exẽplo publicanorũ prouocari potuistis ad pniam.Ita fiet,ut illi fide pripiant uobis regnum Dei: uos frustra ore Deum profitẽtes, ob incredulitatem animi uestri excludamini.

De iudice & publicano. Luc.18.

ARTICVLVS CIII.

Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniã oportet semper orare et non deficere, dicens: Iudex quidam erat in ciuitate quadam, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quadam erat in ciuitate illa, & ueniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo. & nolebat per multum tempus. Luc.18.

Docet in afflictionibus ad Deum recurrendum. ꝙ si Deus non statim liberat ab afflictione, nõ tñ ideo desistendum à precatione. Audiet.n.ille haud dubie preces suorũ cum erit tẽpestiuum,ac dilatio cedet in bonum piorũ:tantoq́; grauius opprimẽt impij quo magis sibi persuaserãt,se impune facere quod faciebant.Est enim oratio efficacissimum remedium cõtra pericula.Matt.26.Vigilate et orate,ut non intretis in tentationem.Lucæ.21.Vigilate itaq; omni tpe orãtes, ut digni habeamini fugere oĩa ista q̃ futura sunt, & stare ante filium hominis.Ecci.18.Non impediaris orare semper,et ne uerearis usq; ad mortem iustificari, qm̃ merces Dei manet in æternum.1.Thes.5.Sine intermissione orate. Erat hic iudex impius et impudens.Impietas faciebat,ut non timeret Deum:potentia, ut non reuereretur hominem. Deum multi non timent,attamen hoĩes reuerenẽ, ideo & minus peccãt: qñ autem & apud hoĩes ipudens qs fuerit, tunc oĩs malitię uertex uidetur. Vidua erat omni

Orationis efficacia et laus.

solatio destituta, quare crudelius nō subuenire. unde clamabat, Vindica ius meū aduersus aduersarij mei uiolentiam. Sed noluit, cū in hoc detur potestas, ut aduersus opulētos ac factiosos subleuēt orphanos, pupillos, uiduas ac tenues. Esa. 1. Quęrite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. Debet. n. iudex esse iustitia decorat⁹, cū uiua sit lex & animata. Sed multi huic sunt similes, qui causas plongant dilationibus frustratorijs, quo cōtra Iob. 31. Oculos uiduæ expectare non feci. Hinc Deute. 16. Iudices & magistros cōstitues in omnibus portis tuis, ut iudicēt ppl'm iusto iudicio, nec in alteram partem declinēt. Sed sunt qui fraude uel uiolentia ad hoc pertingere nituntur, quemadmodū Absalon. 2. Reg. 15. Mane cōsurgens Absalon stabat iuxta introitum portæ in uia, et omnem uirū qui habebat negotiū ut iret ad regis iudiciū, uocabat Absalon ad se, & dixit: Videnť mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat cōstitutus à rege. Quis me constituat iudicem super terram, ut ad me ueniant omnes qui habent negotium, & iuste iudicem? Sic Abimelech cupiditate iudicandi Israel, occidit. 70. uiros fratres suos super lapidem unū. Iudic. 9. Hinc Iethro ait Mosi Exo. 18. Prouide de omni plebe uiros sapientes, & timentes Deū, in quibus sit ueritas, qui oderint auaritiā, & cōstitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent ppl'm omni tpe. Ecce quales esse debent iudices. Nimirum uiri, non pueri sensu & moribus. 1. Cor. 14. Nolite pueri effici sensib⁹, sed malitia paruuli estote. Esa. 65 Qm̄ puer centum annoꝝ morieť. Sapiē. 4. Senectus. n. uenerabilis est nō diuturna, neq; annoꝝ numero computata. cani aūt sunt sensus hoīs, & ætas senectutis uita immaculata. Sic

Iudices quales eē debeant.

Daniel iuuenis senes iudicauit impudicos. Danie. 13. Secundo, sapientes. Deute. 1. Date ex uobis uiros gnaros & sapientes. Vnde Salomon dnm rogauit. 3. Reg. 3. Ego sum puer paruulus & ignorans egressum & introitum meum, & seruus tuus in medio est populi quem elegisti, populi qui numerari & supputari nō potest prę multitudine. Dabis ergo seruo tuo cor docile, ut ppl'm tuū iudicare possit, & discernere inter bonum & malum. Et dixit dn̄s Salomon: quia postulasti uerbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, nec animas inimicoꝝ tuoꝝ, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium, ecce feci scd'm sermones tuos. Sic Iosue filius Nun repletus est spiritu sapientiæ, quia Moses posuit super eum manus suas. Deute. 34. Prouer. 12. Via stulti recta in oculis eius: qui aūt sapiens est, audit cōsilia. Prouer. 14. Est uia quę uidetur homini recta, & nouissima eius ducūt ad mortem. Tertio, timentes Deum. Sunt. n. q sapientes sunt ut faciāt mala, bene autem facere nescierunt. Hiere. 4. Vnde rex Iosaphat ait iudicibus. 2. Paralip. 19. Videte quid faciatis. nō. n. hominis exercetis iudicium, sed Dei. Roma. 13. Ministri Dei sūt in hoc ipsum sęuientes. Hinc dij appellanť. Psal. 81. Ego dixi, dij estis & filij excelsi oēs. Exo. 21. Applicabiť ad Deos, hoc est, iudices. Hinc cū magno timore agendum, nam sequitur: Et quodcunq; iudicaueritis, in uos redundabit. Sic Achitophel, cuius consilio Absalon patrem è patria fugauit, spe frustratus, suspendio se strangulauit. 2. Regum. 17. Vnde. 16. dicitur: Consilium autē Achitophel qd' dabat in diebus illis, quasi siquis consuleret Deum. Esa. 19. Sapientes consilij Pharaonis, dederunt consiliū insipiens. Dn̄s miscuit in medio eius spiritum uertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in

Dij cur iudices dicti

omni opere suo, sicut errat ebrius & uomens. Sequitur: Sit timor dñi uobiscum. Qui.n.timet hominem, cito corruet: qui sperat in dño, subleuabitur. Sic iudices Iezrahel timore regis Achab, iustum Naboth lapidari fecerunt. 3.Reg.21. Ideo monet Eccũs.7. Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scãdalum in agilitate tua. Quarto, in quibus sit ueritas iustitiæ & uitæ. Deute.1. Quorũ cõuersatio sit probata in tribubus uestris. Eccl.37. Anima uiri sancti enũciat aliqñ uera, quã septem circũspectores sedentes in excelso ad speculandũ. Quinto, non cupidi munerũ. Immo qui oderint auaritiam. Exod.23. & Deute.16. Nõ accipies munera, qa munera excæcant oculos sapientum, & mutant uerba

Xenia Iustorũ. Eccl.20. * Exenia & dona excæcant oculos iudicũ, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorũ. Esa.5. Væ qui iustificatis impiũ pro muneribus et iustitiam iusti aufertis ab eo. Ideo Deuter.16. Iuste qđ iustũ est persequeris. Deute.1. Audite illos, & qđ iustum est iudicate. Siue ciuis sit ille, siue peregrinus, nulla erit distantia personarũ. ita paruum audietis ut magnũ, nec accipietis cuiusq̃ personã, qa Dei iudicium est. Exo.23. Non declinabis in iudicium pauperis. Ideo Iob.29. Causam quã nesciebam, diligentissime inuestigabam. Hinc. 2.Paralip.19. Cum diligentia cuncta facite. non.n.est apud Deũ nostrum iniquitas. (Deute.32. Deus fidelis absq̃ ulla iniquitate) nec acceptio personarũ, nec cupido munerũ. Sap.6. Audite reges & intelligite, discite iudices finium terræ. Præbete aures uos qui continetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationũ: qm̃ data est à dño potestas uobis, & uirtus ab altissimo, qui interrogabit opera uestra, & cogitationes scrutabitur: qm̃ cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neq; scdm uolũtatem Dei ambulastis. Horrende & cito apparebit uobis, qm̃ iudiciũ durissimum in his qui præsunt, fiet. Exiguo.n.concedit misericordia, potentes aũt potenter tormenta patientur. Non.n.subtrahet personam cuiusq̃ Deus, qui est omniũ dñator: nec uerebitur magnitudinem cuiusq̃, qm̃ pusillũ & magnũ ipse fecit & æqualiter est illi cura de omnibus. Ideo Sapientiæ.1. Diligite iustitiam qui iudicatis terram.

Post hæc autem dixit intra se: Et si Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc mulier uidua, uindicabo illam, ne in nouissimo ueniens sugillet me. Ait autem dominus: Audite, quid iudex iniquitatis dicat. Deus autem non faciet uindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico uobis, quia cito faciet uindictam illorum.

Victus improbitate precum, ait: Subleuabo illam à uiolentia aduersarij, non quod illi bene uelim, sed ne tandem redeat, ac toties spreta, cõuiciis suis notam aliquam inurat infamiæ. Quanto magis Deus omnis iustitiæ dux ac misericordiæ, erga suos electos non faciet breui uindictam, quãuis uideatur nõ audire orantes, differendo uindictã? Certe cum dies ille supremus uenerit, iam nec satanas, nec huius instrumẽta hoĩes mali, quicq̃ poterunt aduersus electos. Deute.32. Mea est ultio, & ego retribuã eis in tpe, ut labat pes eorũ. Iuxta est dies perditionis, & adesse festinãt tpa. Vere cito facit uindictam suorũ, quia breuis uita præsens, quã grauissima sequit ultio. Eccl.1. Vindicta carnis impij, ignis & uermis. Et qa gratia priuantur, & sic indurantur quæ grauissima & periculosissima pœna est. Psal.80. Et dimisi eos scdm desideria cordis eorũ, ibunt in adinuentionibus

nibus suis. Vnde. 2. Mach. 6. Etenim multo tpe non sinere pctōribus agere ex snia, sed statim ultiones adhibere, magni beneficij est indicium.

Verũtamen filius hominis ueniens, putas inueniet fidem in terra?

Quãuis Deus sic zeletur pro suis electis, tanta tamen tunc erit malorꝝ et multitudo et improbitas, ut apud paucissimos sit superstes futura uera fides ad Deum, & fidelitas iustitiæ ad proximum. Matth. 24. Et qm̃ abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorꝝ. Phil. 2. Omnes quę sua sunt, quærunt, non quę Iesu Christi. De oratione docens, etiam fidei meminit, declarans interim, paucorum tunc fore orare, quandoqdem in paucis tunc fides inuenietur.

Luc. 18. V *Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam, dicens: Duo homines ascendebant in templum, ut orarent, unus pharisæus, & alter publicanus.*

Non cessat dñs plurimis argumẽtis repurgare superbię uitium, quod plus alijs mẽtem humanam turbat. Et qa præcedens parabola terrebat eos qui palàm impij pios affligebãt, sed erat quoddam pharisæorꝝ genus qđ sibi stulte placebat, & alios præ se despiciebat, tanꝗ peccatores, cum illorꝝ modestia Deo gratior sit, ꝗ horum opa: aduersus hmõi pharisæos iustos, ad cõsolationem peccatorꝝ ex animo sibi displicẽtium, dñs proposuit parabolam, qua uirtus humilitatis cõmẽdatur, & præsumptiua superbia ꝗ sit cauenda, ostendit. Quãuis. n. iustitia mirabilis sit, & hoĩem Deo proximum constituat, cum superbiam admiserit, hoĩem in locũ infimum reijcit, & dæmonem reddit, q iam se æqualem Deo fecerat. Confidebant in se tanꝗ iusti, cum in ueritate non essent. Roma. 10. Ignorantes Dei iustitiam, & suam uolentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Finis. n. legis Christus, ad iustitiã omni credẽti. Sed quod peius est, internam malitiam externa hypocrisi palliabãt. Matt. 23. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quę à foris parent hoĩbus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorꝝ, & omni spurcitia. Sic & uos à foris qdem paretis hoĩbus iusti, intus aũt pleni estis hypocrisi & iniquitate. Stultũ est in se confidere, quia nostræ iustitiæ impuræ multis permistæ iniustitijs. Esa. 64. Facti sumus ut ímundi oẽs nos, & quasi pannus menstruatæ uniuersæ iustitiæ nr̃æ. Prouer. 20. *Iustitia* Quis potest dicere, mundum est cor *nostra* meũ, purus sum à peccato? Roma. 3. *quales.* Omnes. n. peccauerunt, & egent gloria Dei. Sunt & incertæ, si quæ sunt. Iob. 9. Si iustificare me uoluero, os meum condemnabit me. Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Eccles. 9. Sũt iusti atq; sapientes, & opera eorꝝ in manu Dei: & tñ nescit homo, utrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futurꝝ seruãtur incerta. Psal. 74. Cũ accepero tẽpus, ego iustitias iudicabo. Vñ. 1. Corin. 4. Nihil mihi cõscius sum, sed in hoc iustificatus non sum. Nõ solum autem in hoc peccabant, sed & aspernabantur cæteros tanꝗ peccatores, unde & proximum & dñm temere iudicabant, qui pctōribus benigne ob ipsorꝝ conuersionem cõmunicabat. Matt. 9. Luc. 7. & 15. Hæc enim *Proprium* ꝓpria pestis superbię, ut quanto plus *superbiæ* de se præsumit, tãto magis alios de- *quid.* spiciat. Grego. Quisquis in se superbię tyrannidem capta mente susceperit, hoc primũ dãnum patit, ꝙ clauso cordis oculo iudicij ęquitatẽ perdit. Nam cuncta quæ ab alijs geruntur, displicent: & sola ea quæ ipse uel praua egerit, placent. In templũ orationis locum ascenderũt. Esa. 56. Domus mea domus orationis uocabi-

tur cunctis populis, ait dñs Deus. 2.Paralip.7. Oculi mei erunt aperti, & aures meæ erectę ad oronem eius. qui in loco isto orauerit. Sic Petrus & Ioannes ascenderunt in templum ad horam orationis nonam. Actu.3. Pharisæus sicut religione, ita & animo ab aliis diuisus, non iustitia, et ueritate, sed reputatione & uanitate.

2 *Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, qui non sum sicut cæteri hominũ, raptores, iniusti, adulteri, uelut etiã hic publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omniũ quæ possideo. Et publicanus à longe stãs, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propicius esto mihi peccatori.*

Stabat uelut dignus, qui cum Deo cominus colloqueretur, nõ eleuatione mẽtis in Deum, sed tumore elationis. Optime incepit orationem secũdum apparentiam, sed non secũdum ueritatẽ. Bernar. Confitenti humiliter, & gratias agenti, & non imerito ampliora beneficia promittuntur. Nam qui fidelis inuenitur in minimo, iure constituitur super multa. Econtra indignus est accipiendis, qui fuerit ingratus de acceptis. Aug. O pharisæe cæce, plenus es, abũdans es, nõ est quæ re dicas, dimitte nobis debita nostra Prouer.18. Iustus in principio accusator est sui. Augu. Diceret saltem, nõ sum sicut multi hominum, quid est, cæteri homines, nisi omnes præter ipsum? Ego, inqt, solus sum, cæteri peccatores sunt. Secũdum duas partes iustitiæ se iactabat. Nam declinãdo a malo, & faciendo bonum. Vnde tribus uitiis quæ sunt in mũdo, se carere dixit. 1.Ioan.2. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, et superbia uitę, quæ non ex patre, sed ex mundo est. Non aũt dixit, non sum detractor, arrogans, præsumptuosus sicut cęteri, quia de apparenti gloriabatur iustitia, quod ueram suam iniustitiã non attendebat. Augustinus: Et ecce ex sibi uicino publicano, maior tumoris occasio. Chrysostomus: Superbia et ex malis, & ex bonis facit damnũ suũ. Si iuxta se habet miserum, inde inflatur: si felices, inde liuore torquetur. Ecõtra humilitas, quæ si habet iuxta se miserum, compatitur: si felicẽ, inde humiliatur, reputãs se illo inferiorẽ. Hinc Bernar. Incentiuum elationis, est cõsideratio deterioris: sicut incentiuum humiliationis, est cõsideratio melioris. Consequenter iactitat se de altera parte iustitiæ. De ieiunio, contra adulterium: decimarum oblatione, contra rapinam. Scribæ & pharisæi, quo cæteris iustiores apparerẽt, etiã minima decimabãt olerum, ut mentham, anethum, & cyminũ, relinquẽtes quæ grauiora sunt legis, iudiciũ, misericordiam, & fidem. Matth.23. Augu. Quid rogauerit, quære in uerbis eius, et nõ inuenies. Ascendit orare, noluit Deum rogare, sed se laudare. Prouer.27. Laudet te alienus, non os tuum: extraneus, non labia tua. Hæc erat tumidi pharisæi precatio, quæ tametsi uera cõmorabat, ac Deo gratias agebat, tamen hoc ipso displicebat oculis Dei, quod placebat adulator sibi contumeliosus in proximum. O quot habet imitatores, qui festucam in oculo cõsiderant fratris, trabem in suo non cernunt? Roma.14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? suo domino stat aut cadit. Ecce non confitetur errata sua, cum tamen inter ipsas preces grauissime peccaret, sua iactans, ac pœnitentem despiciens, & accusans. Econtra, publicanus totus sibi displicens ob peccatorum conscientiam, procul abstitebat à sacris, & non tam loco, quàm gestibus & sermone ac compunctione cordis distabat à pharisæo, ostendens in se ueræ pœnitentiæ formam. Stabat à longe, ob diuinę maiestatis timorem quã se nouerat offendisse. Prouer.15. Per timorem domini declinat omnis

à malo. Ecci. 2. Fili, accedens ad serui tutẽ Dei, sta in timore. Ecci. 1. Timor domini expellit peccatum, nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Augu. Publicanus de longinquo stabat, sed dominus eum de propinquo attendebat. Excelsus. n. dñs, & humilia respicit, & alta à lõge cognoscit. Psal. 137. Sic uidens pater filium à longe, misertus est, non qñ profectus est in regionem lõginquam, sed cũ reuersus est. Luc. 15. Psal. 144. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem ipsorꝫ exaudiet, & saluos faciet illos. Oculos, quibus illicita & terrena cœlestib⁹ prætulerat, & eum qui in cœlis est offenderat, præ pudore in cœlum leuare non audebat. Bernar. Qua frõte attollo iam oculos ad uultum tam boni patris, tam malus & ingratus filius? pudet tãto patri uixisse degenerem. Exitus aquarꝫ deducant oculi mei, quia non custodierũt legem eius. Psal. 118. Ambro. In ipsa oratione nostra multum uerecundia placet, multum conciliat gratiæ apud Deum. 1. Esdr. 9. Deus meus, confundor, & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatę sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt usqꝫ ad cœlum. Pectus quod mala cogitauerat, ut excitet qd' obdormierat, percutiebat, quasi supplicium sibi de seipso exigens, ueniam scelerum non tam impetrabat q̃ꝫ exigebat. Matt. 15. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ: hæc sunt quę coinquinãt hominem. Sicut ergo per cordis auersionem à Deo in peccatum cecidimus, ita oportet per conuersionem ad Deum redire. Hiere. 2. Scito & uide, quia malum & amarum est dereliquisse te dñm Deum tuum, & nõ eẽ timorẽ eius in te. Hinc Ecci. 17. Quã magna misericordia dñi, & ppitiatio illius cõuertentib⁹ ad se? Ore, quo multa nociua locutus fuerat, diuinam supplicat misericordiã. Deus, propitius esto. Habes. n. semper posse & scire, rogo ergo te uelle. Sap. 12. Subest. n. tibi, cum uolueris, posse. Misereris. n. omnium, qa omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Sapi. 11. Mihi, quem fecisti. Mala. 2. Nunquid non pater unus omnium nostrum? Nunquid nõ Deus unus creauit nos? Peccatori, nõ peccanti. Sap. 1. In maleuolam animam non introibit sapiẽtia. Prouer. 28. Qui abscõdit scelera sua, non dirigetur: qui autẽ confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiã consequef. Sic Manasses post multa flagitia ductus in Babyloniã, & ibi in carcere Deum inuocando, ad regnũ restitutus fuit. 2. Paralip. ulti. Cõtra, Adam & Eua excusantes, & non recognoscentes peccatum, è paradiso eiecti fuerunt. Gene. 3. Augustinus: Quid miraris, si Deus ignoscit, quod ipse agnoscit?

Dico uobis, descendit hic iustificatus in domũ suam ab illo, quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. 3

Audisti de pharisæo & publicano cõtrouersiam, accipe sniam. Audisti superbũ accusatorem, audisti reũ & humilem cõfessorem, audi iudicem. Publican⁹ ille qui peccator uenerat in templum, abijt domum in oculis Dei iustior illo pharisæo, qui sibi uidebatur iustissimus. Grego. Oratio hominis placentis sibi, non ascendit ad cœlum. Humilium enim et mansuetorꝫ sibi semper placuit oratio, Iudith. 9. Ecci. 35. Oratio humiliãtis se, nubes penetrabit: & donec propinquet, non consolabitur: & non discedet, donec altissimus aspiciat: & dñs non elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudicium. Rom. 8. Deus qui iustificat, qs est qui condẽnet? Quisqs. n. apud sese extollit semetipsum,

deijcietur in oculis Dei. Sũt quatuor species tumoris. Cum quis bonum qđ habet, à se habere putat. 1. Cor. 4. Quid habes qđ non accepisti? Si aũt accepisti, qd gl'iaris q̃si non accepis? Secundo, cũ meritis suis credit se habere qđ habet. Roma. 11. Quis prior dedit illi, & retribuetur illi? Tertio, quando iactitat se habere quod non habet. Gala. 6. Siquis existimat se aliquid esse cum nihil sit. Quarto, cum despectis cæteris, appetit singulariter uideri habere quæ habet, qualis fuit hic pharisæus. Exaltari ab alio, honorificum est. Luc. 14. Amice ascẽde superius, tũc erit tibi gl'ia coràm simul discumbẽtibus. Sed seipsum ingerere, confusibile. Esa. 14. Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris? Qui autẽ se humiliat ex corde. Matthę. 11. Discedite à me, qa mitis sum, & humilis corde. Est. n. qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Eccĩ. 19. Exaltabitur Deo iustificante & glorificante. Augusti. Audisti snĩam, caue causam. Aliud dico, audisti snĩam, caue superbiam. Eccĩ. 10. Initiũ omnis peccati superbia. 1. Pet. 5. Omnes humilitatem inuicem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiam.

Tumoris spẽs quatuor.

De uinea locata agricolis. Matt. 21. Marci. 12. Luca. 20.

ARTICVLVS CIIII.

Matth. 21. X

Aliam parabolam audite: Homo erat paterfamilias, qui plantauit uineam, & sepem circundedit ei, et fodit in ea torcular, et ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre pfectus est.

Ostẽdit quemadmodum pc̃m̃ qđ per pniam non diluitur, semp in peius ruere facit. Prouer. 18. Impius cũ in pfundum pc̃oꝝ uenerit, contemnit. Breuis qdem parabola, multa & magna nos docet. Curã quam Deus erga Iudęos semper exhibuit, qui ab initio fuerunt homicidæ. Vnum esse Deum ueteris ac noui testamenti, uocandas gentes. Hiero. Ponit parabolam, quæ illos & impietatis arguat, & ad gentes regnũ Dei doceat transferendũ. Deus dicit pater humano affectu, qui duas habet familias, unam in cœlo, aliam in hoc mundo congregationem fidelium. Qui. n. in inferno sunt, nõ de ipsius sunt familia. Ioã. 8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria pr̃is uestri uultis pficere. Psal. 79. Vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eã. Esa. 5. Vinea dñi exercituũ, domus Israel est; & uiri Iuda, germen eius delectabile. Hieron. Sepes, angeloꝝ custodia est. Esa. 62. Super muros tuos Hierusalẽ constitui custodes, tota die ac nocte non tacebunt in ppetuum. Psal. 99. Angelis suis Deus mãdauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs tuis. Marc. 12. Et fodit lacum. Legem cõprimentem, signis, minis, & promissis. Exo. 19. Turrim, hoc est, templũ. Mich. 4. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, usq; ad te ueniet, & ueniet potestas prima, regnum filiæ Hierusalem. Sepsit ergo ne pateret incursibus, ptexit sua custodia, ornauit templo, nihil omisit qđ ad curam illius pertineret, atq; sic pulchre instructã, locauit eã agricolis, ut bona fide colerent sub pacto. Luc. 20. Et ipse peregre fuit multis tp̃ibus. Hieron. Nõ locum mutando, sed liberũ arbitriũ ad bene operandũ relinquẽdo, pmittens eos agere, & ingredi iuxta liberũ arbitriũ. Ambr. Qui ubiq; est præsens, diligentibus tñ adest, negligentibus abest. Nam qũo abesse potest, quo cõplent omnia? Hiere. 23. Putas ne Deus è uicino ego sum, dicit dñs, & non Deus de longe? Si occultabit uir in absconditis, & ego nõ uidebo eum, dicit dñs? Nunqd non cœlũ & terram ego impleo? Eccĩ. 15. Deus ab initio cõstituit hoĩem, & reliquit eũ in manu consilij sui: adiecit mandata & pręcepta sua, si uolueris mandata conseruare, considerabunt te.

Cum

2 *Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, ut acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum. Agricolæ autem uidentes filiū dixerunt intra se: Hic est hæres, uenite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius, Et apprehensum eum, eiecerunt extra uineam, & occiderunt.*

At bene curata uinea colonorum uitio, posteaquam expectata est, ut faceret uuas, tandē produxit labruscas. Esa.5. Nam agricolæ non solū non dederunt fructus debitos, uerū etiam manus iniecerūt in famulos. Marc.12. Et misit agricolas in tempore seruum, ut ab agricolis acciperet de fructu uineæ. Qui apprehensum eum cęciderunt, & dimiserunt uacuū. Et iterum misit ad illos aliū seruum, & illum in capite uulnerauerunt, & contumeliis affecerunt. Et rursum alium misit, & illum occiderunt. Remiserūt uacuos, sed cōtumeliis onustos. Cęciderunt Hieremiam. Hier.38. Occiderunt Esaiam. 4.Re.21. & alios plures. Lapidauerunt Zachariam. 2.Par.24. Mar.12. Et plures alios, quosdam cędentes, alios uero occidētes. Hiere.25. Et misit dominus ad uos oēs seruos suos prophetas, consurgēs diluculo, mittensq́, & non audistis, neq; inclinastis aures uestras, ut audiretis, cum diceret: Reuertimini unusq́sq; à uia sua mala, & à pessimis cogitationibus uestris. Act.7. Quem prophetarum non persecuti sunt patres uestri? & occiderunt eos qui prænunciauerūt de aduentu iusti, cuius uos nūc proditores & homicidę fuistis, qui accepistis legem in dispositione angelorū, & non custodistis. Matt. 23, Hierusalem Hierusalem, quę occidis prophetas, & lapides eos, qui ad te missi sunt. Misit seruo suos prophetas, ut haberet de fructu non omnem fructum uineæ. Quid enim lucrifaceret Deus ex nobis, nisi sui agnitionem? illud etiam nostrum est, lucrumq́ nostrum suum facit. Sed in tantam peruenerunt insaniam & ingratitudinem, ut nō solum declinarint à bono, & nullum dederint fructum, sed & mala fecerint, quod maiori supplicio dignū. Non enim coloni domino, sed sibi coluerant uineam. Hoc cognio, paterfamilias non statim uocauit eos ad supplicium, sed expectans ut resipiscerent, alios atq; alios misit seruos. At postremo quo uinceret eos lenitate sua, misit filium. Luc.20. Dixit autem dominus uineæ: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum. Marc.12. Adhuc ergo unum habens filium charissimum, & illum ad eos misit nouissimum, dicens, quia reuerebuntur filium meum. Hieronymus: Patientiam ostendit patrisfamilias, quod frequētius miserit, ut malos colonos ad pœnitentiam prouocaret: illi autem thesaurizauerunt sibi iram in die iræ. Rom. 2. Semper ambigere dicitur Deus, ut libera uoluntas hominis reseruetur. Nō ignorabat futurum, q́ peius eū essent tractaturi, quàm prophetas, sed illud dicit quod fieri debuit. Debebant enim filium reuereri. Hæc autem proprietas sæpe in scripturis inuenitur, ut cū dicitur. Si forte audiant. Neque enim illic ignorans futurum ita dicit, sed ne quidam præscientiam Dei necessariam inobedientiæ causam esse dicant, idcirco huiusmodi uerborum figura utitur. Qui natura mali sunt, solent aliquoties uel pudore cohiberi à maleficio. Placuit hoc consiliū clementissimo domino, filii sui periculo uenari salutem colonorum, uidelicet auido seruandi, ad uindi-

ctam leniſſimo. Iuit filius obediens pri Multifariã multiſq; modis olim patribus loquẽs in prophetis deus, nouiſſime dieb9 iſtis locutus eſt no bis in filio, quem conſtituit hæredẽ uniue rſorum. At agricolæ quo magis prouocabantur ad reſipiſcentiã, hoc magis irritabantur ad ſæuitiã, inuidia & auaritia moti, in mortem innocentis conſpirantes. Claret eos non ignorantia, ſed malitia dominũ occidiſſe. Io.15. Nunc autem uiderũt & oderunt, & me & patrem meũ. Ecce quanta peſtis cupiditas honoris & pecuniæ. 1. Tim.6. Radix omnium malorum cupiditas. Auguſtinus: Delectabat eos principatus terrenus, quem uidebant ſibi per Chriſtum auferri, qui paupertatẽ & humilitatem docuit, & populum ad ſe conuertit. Chryſoſtomus: Neceſſe eſt ut populus per iſtũ dimittat cõſuetudines hoſtiarũ quæ ad noſtrũ pertinet lucrum, & ſic iam non erit populus poſſeſſio noſtra, ſed eius. Si autẽ occiderimus eum, dum non eſt qui iuſtitię fructus à populo exigat, durabit conſuetudo offerendarum hoſtiarum, & ſic manebit populus poſſeſſio noſtra. Non autem ipſi ſua manu, ſed uoluntate occiderunt, tradentes prǽſidi extra ciuitatẽ crucifigendum. Heb.13. Ieſus ut ſanctificaret populum ſuum, extra portam paſſus eſt.

3 *Cum ergo uenerit dominus uineæ, quid faciet colonis iſtis? Aiunt illi: Malos male perdet, & uineam ſuam locabit alijs agricolis, qui reddãt ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis Ieſus: Nunquam legiſtis in ſcripturis, lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris? Ideo dico uobis, quia auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem uero ceciderit, conteret eum. Et cum audiſſent principes ſacerdotum & phariſæi parabolas eius, cognoue-runt quod de ipſis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam ſicut prophetam eum habebant.*

Hieronymus: Interrogat nõ quod neſciat quid reſponſuri ſint, ſed ut propria reſpõſione damnentur. Primo ænigmate decepti, ore proprio ſeſe condemnant, pronunciãtes ſeſe ob inuincibilem animi prauitatem dignos eſſe ſupplicio. Origenes: Sicut Caiphas, ſic & iſti nõ ex ſe prophetarunt cõtra ſe, qm̃ tollẽda erãt eloquia Dei ab eis, & gẽtibus dãda, fructũ in tpe daturis corde credẽdo ore confitendo, & opere perficiẽdo. Mat.28. Docẽtes eos ſeruare omnia quæcunq; mãdaui uobis. Io.6. Hoc eſt opus dei, ut credatis in eũ quem miſit ille. Sed quidam intelligentes cõtra ſe dici, intulerũt. Abſit. Lu.20. Quo audito, dixerũt illi: Abſit. Ieſus aũt aſpiciens eos, ait: Quid eſt ergo quod ſcriptũ ẽ. Pſ.117. Lapidẽ &c. Chryſoſt. Si parabolam nõ intelligitis, ſcripturam, cur nõ uidetis? Ieſus, illi ut reprobũ lapidẽ rejiciebant à ſtructura ſynagogæ, dicentes Samaritanũ, dæmoniacũ. Io.8. pctõrẽ. Io.9. uoracẽ. Mat.11. publicanorũ amicũ, Deo uolente, præter illorũ expectationẽ electus eſt ut eſſet caput anguli in ſtructura eccleſiæ, ex Iudæis pariter & gentibus ædificandæ, ut medius & immobilis utrunq; populum, uelut utrunq; parietem contineret in una fide euangelica. Ephe.2. Hieronymus: A domino factum eſt iſtud, non humanis uiribus, ſed diuina potentia, ideo indiſſolubile & perpetuum. Act.5. Si ex hominibus, ait Gamaliel, eſt conſilium hoc aut opus, diſſoluetur: ſi uero ex deo eſt, non poteritis diſſoluere, ne fortẽ & Deo repugnare uideamini. Et Petrus. Act.4. Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à uobis ędificantibus, qui factus eſt in caput anguli, et non eſt in alio aliquo ſalus. Mirabile autẽ

erat in oculis Iudęorũ, ad fidei unio nẽ recipi & gentes, ut claret in Act. 11. Nam ut canes habebant. Mat. 15. Non est bonum sumere panem filio rũ & dare canib⁹. Ablatũ est ab eis regnũ ecclesię militantis, hoc est, peculiarites qua populus Dei erat, uel sacra scriptura, ut dicit Hieronym⁹, uel ad literã regnũ cœleste daĩ aliis ab oriẽnte, occidente, meridie, & aqlone uenientibus. Mar. 8. Fructus faciẽti. Ro. 14. Non est regnũ Dei esca & potus, sed iustitia & pax, & gaudiũ in spiritu sancto. Qui. n. in hoc seruit Christo, placet Deo. Rom. 10. Finis. n. legis Christus ad iustitiam omni credenti. Vnde Petrus. Act. 10. In ueritate cõperi, quia non est personarũ acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deũ, & operatur iustitiam, acceptus est illi. 2. Pet. 1. Vos autem curam omnem subinferẽtes, ministrate in fide uestra uirtutem, in uirtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autẽ pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore fraternitatis charitatem. Hæc enim si uobiscum adsint, & superent, non uacuos nec sine fructu uos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis ueterũ suorum delictorũ. Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam uestram uocationẽ & electionem faciatis. Hæc. n. faciẽtes, nõ peccabitis aliquando. sic. n. abundanter ministrabitur uobis introitus in æternum regnum domini & saluatoris nostri Iesu Christi. Hieronymus: Locata est & nobis uinea, et locata ea cõditione, ut reddamus domino fructum temporibus suis, & sciamus unoquoq; tẽpore, quid oporteat nos loq uel facere. Sepes, uirtutum est custodia. Ecc. 36. Vbi nõ est sepes, diripieĩ possessio. Hinc dñs cõminatur. Esa. 5. Et nũc ostendã uobis, quid ego faciã uineæ meę. Auferã sepẽ ei⁹, & erit in direptionẽ. Ideo Ecc. 28. Sepi aures tuas spinis, & linguã nequã noli audire, & ori tuo facito ostia, et seras aurib⁹ tuis. Et dñs Osee. 2. Ego sepiã uiã tuã spinis, & sepiã eam maceria, & semitas suas nõ inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos. Torculat, amor cœlestium, & dolor pręsentiũ. Psal. 119. Heu mihi qa incolatus meus prolongatus est. Augustinus: Qui biberit de fluuio paradisi, cuius una gutta maior est oceano. restat ut in eo sitis mũdi penit⁹ sit extincta. Psal. 76. Renuit cõsolari aĩa mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Sed. Hier. 2. Duo mala fecit populus meus, me derelinquerũt fõtẽ aquæ uiuæ, & foderũt sibi cisternas dissipatas, quæ cõtinere nõ ualẽt aquas. Turris, fides. Pro. 18. Turris fortissima nomen dñi, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. 1. Io. 5. Hæc est uictoria, quæ uincit mundum, fides uestra. Iac. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Resistite autem diabolo, & fugiet à uobis. 1. Pet. 5. Cui resistite, fortes in fide. Sed sunt qui sibi faciunt turrim superbiæ. Gene. 11. Venite, faciamus nobis ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat usq; ad cœlum, & celebremus nomen nostrũ. Confundit autem ibi dominus linguas eorum. Sic talium linguæ confusæ sunt, cũ unus loquatur de pauperum expilatione, alius de fœneratione, tertius de mundi honore: & tanta hodie confusio, ut alter alterũ non intelligat propter dolum. Hier. 9. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Est autem uinea ista putanda. Cant. 2. Tẽpus putationis aduenit.

Sepes myst. Haec quid. *Torcular.* *Turris.*

Osee.10. Vitis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei. Ambrosius: Vinea recisa fructificat, semiputata frondescit, neglecta luxuriat. Ioan. 15. Omnem palmitem in me ferentem fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat. Sic cogitationes noxiæ resecandæ. Hiere. 4. Laua à malitia cor tuum. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Secundo: Fodiēda. Ioel. 2. Scindite corda uestra, & non uestimenta uestra. Tertio, custodienda. Cant. 1. Posuerunt me custodem in uineis, uineā meam non custodiui. Psalm. 79. Vt quid destruxisti maceriam eius, & uindemiant eam omnes qui prætergrediuntur uiam? Exterminauit eā aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Nota tria in mundo regnantia uitia, quæ domini uineā destruunt. Auaritia. Esa. 3. Vos depasti estis uineam, & rapina pauperis in domo uestra. Luxuria. Aper, syluestris est porcus. Iob. 31. Si deceptum est cor meum super muliere, & si insidiatus sum ad ostium amici mei. Hoc enim nefas est & iniquitas maxima, ignis usque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Sic adolescentior filius substantiam suam consumpsit uiuendo luxuriose. Lu. 15. Superbia quæ singularis bestia. Ecci. 10. Odibilis coràm Deo est & hominibus superbia. Hierem. 12. Pastores multi demoliti sunt uineam meam, conculcauerunt partem meam, dederūt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis, posuerunt eā in dissipationem. Est autem & quartum animalium genus eo periculosius, quo occultius, uulpium. Can. 2. Capite nobis uulpes paruulas, quæ demoliuntur uineas, nam uinea nostra floruit. Ezech. 13. Quasi uulpes in deserto prophetę tui Israel erant. Vident uana, & diuinant mendacium, dicentes: ait dominus: cum dominus non miserit eos. Ista animalia sic domini uineam uindemiant, ut uix pauci relinquantur racemi, pauperes scilicet & simplices. Mich. 7. Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos uindemiæ, non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. Perijt sanctus de terra, & rectus in omnibus non est. Omnes in sanguine insidiantur, uir fratrem suum ad mortem uenatur. Malum manuum suarum dicunt bonum. Princeps postulat, & iudex in reddēdo est. Hinc orat. Ps. 79. Deus uirtutū conuertere, respice de cœlo, & uide, & uisita uineam istam, & perfice eam, quam plantauit dextera tua. Ergo ad faciendum fructum datur, & faciendo conseruatur. Gala. 5. Fructus spiritus est charitatis, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Sed sunt qui nō fructus spiritus, sed carnis proferunt, de quibus dominus conqueritur. Hiere. 2. Ego te plantaui uineam electam, omne semen uerū. Quomodo ergo conuersa es mihi in prauum uinea aliena? Esa. 5. Quid est quod debui facere uineæ meæ, & non feci? An quod expectaui ut faceret uuas, fecit autem labruscas? Diruam maceriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam. Non putabitur, & non fodietur, & ascendent super eam uepres & spinæ, & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Luc. 20. Omnis qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum. Quemadmodum enim salutem adferet ijs qui obediunt euangelio, ita per incredulitatem repugnantibus adferet exitium. Fideles quamuis iniqui,

Tria in mundo regnantia uitia quæ.

iniqui, tamen quia in Christo fundā tur per fidem, dū peccant, cadunt in lapidem: sed non penitus conteruntur, quoniam sæpe per misericordiā reformantur, fortioresq́ꝫ resurgunt &q́in peccantibus manet fides quā-, quam informis. Infideles autem permanentes in infidelitatis peccato, cōterūtur. Hier. 17. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione cōtere eos. Esa. 28. Ro. 9. Offenderunt in lapidem offensionis, sicut scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis et petram scandali, & omnis qui credit in illū, non confundetur. Nam Iudæi primo ceciderunt super lapidem, scandalizati in eo: deinde cecidit lapis super eos, & ultus est illos. Præcedit enim peccatum meum, deinde sequitur & iusti Dei uindicta. Incidit ergo in infideles & fideles in finali impœnitentia remanentes: quia quos diu tolerat ad conuersionem uindicta Dei tandem opprimit inopinantes. His parabolis ubi sese sentirent perstringi, adeo non sunt compuncti ad pœnitentiam, ut nihil iam aliud cogitarēt animis, quā de occidendo Iesu. tantum malum est liuor & ambitio. Aderat illis homicidij uoluntas, sed deerat opportunitas. Nō metuebāt Deum talium facinorum ultorem, sed populum. Turba quidem simplex et fuci nescia, sequitur ueritatē: legisperiti autem male agunt. Chrysostomus: Hæc est differētia bonorū & malorum hominū: nā bonus homo comprehēsus in peccato, gemit quia peccauit: malus autem fremit, non quia peccauit, sed quia deprehēsus: & non solum pœnitentiam non agit, sed magis contra corripientem cōmouetur. Pro. 9. Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: et qui arguit impiū, sibi maculā generat. Noli arguere derisorē, ne oderit te: argue sapiētē, & diliget te. Amos. 5. Odio habuerunt corripientē in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. 2. Tim. 4. A ueritate qdē auditum auertent, ad fabulas aūt conuertetur. Mar. 12. Et relicto eo, abierunt. Dissimulantes irā metu hominū, sed occulte moliuntur insidias.

De ueste nuptiali. Matth 22.

ARTICVLVS CV.

Et respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens: Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias, & nolebant uenire. Matth. 22. Y

Ostēdit ꝙ qui à spiritualibus nuptijs & conuiuio & Christi societate destituuntur, ob has duas causas potissimum excluduntur, uel propter corporales uoluptates, uel auaritiæ morbū. Rursus ergo adijcit parabolā, quo magis figat animis, illorum obstinata malitia fieri ꝙ reijciātur ab euangelica salute, quodq́ gētes sint occupaturæ, quos illi se red didissent indignos, ut nulli queant imputare, quod postea tot calamitatibus puniantur, qui toties oblatā Dei beneuolentiā spreuerunt. Chrysostomus: Homo rex, Deꝰ pater est, qui dicitur homo, ut intelligamus nomen hominis, præiudicium diuinæ naturæ non facere. Regnat autē in cœlo per gloriam, in terra per gratiam, in inferno per iustitiam. Gregoriꝰ: In hoc pater cœlestis nuptias filio suo fecit, quo ei per incarnationis mysterium sanctam ecclesiā ex Iudæis & gentibus sociauit. Huius sponsis thalamus, uterus uirginis fuit. Psalm. 18. Ipse tanquā sponsus procedēs de thalamo suo. Vnde Baptista. Io. 3. Qui habet sponsam, spōsus est. Ephe. 5. Sacramentum hoc, magnum est: ego autē dico in Christo & in ecclesia. Facit & quotidie nuptias cū fidelibus. Osee. 2. Et spōsabo te mihi in sempiternū, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, &

in misericordia & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego dominus. Quanta dignatio creatoris, & quanta peruersitas creaturæ talem sponsum contemnētis, qui et auersam reuocat spōsam. Hiere.3. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit dominus, & ego suscipiam te. Misit prius per prophetas prænuncios incarnationis, misit post Apostolos uocare inuitatos, hoc est, Iudæos, per Mosen & prophetas, ad nuptias. Chryso. Vt charitatem dei agnoscas erga nos præcipuam, & rerum splēdorem nō ignores, ubi nihil triste, nihil luctuosum, sed omnia spiritualibus gaudijs plena sunt, hinc dicitur spōsus, 2. Cor. 11. Despondi uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Et nolebāt uenire, non ex impotentia uel ignorantia, sed malitia, nolentes credere. Quo ostendit nullum excludi à regno dei, sed hoc honoris habitū esse, genti Iudaicæ, q̄ primum omnium est uocata, & uocata blande, non ad tristia aut abiecta, sed ad nuptias, hoc est, ad honorem, delicias, libertatem euangelicam. Ioā.3. Amicus spōsi gaudet ad uocem sponsi. hoc gaudium meum impletum est, Apo.19. Gaudeamus & exultemus, et dem⁹ gloriā deo, q̄a uenerūt nuptiæ agni.

Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis, ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, & abierunt alius in uillam suam, alius uero ad negociationem suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni: ite ergo ad exitus uiarum, & quoscunq; inueneritis, uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias, congregauerunt omnes quos inuenerunt bonos & malos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium.

2

Tum rex misit cōplures seruos, qui rem diligentius agerent inuitando, iam omnibus paratis. Prandiū offertur in incarnatione, quia mane in die gratiæ, Ro.13. Nox præcessit, dies autem appropinquabit. cœna autē fit in æternæ refectione gloriæ, Lucæ.14. cui alia refectio non succedet. Luc. 23. Ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus, regnū, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Hierony. Per metaphoram opes regiæ describuntur, ut ex carnalibus intelligantur spiritualia. Psal.22. Parasti in cōspectu meo mensam aduersus omnes qui tribulant me. Psal.67. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. Nihil ergo iam superest nisi ut ueniatis, ne ista sint frustra parata. Gregorius: Omnia parata, q̄a Christo immolato in cruce, patet introitus regni. Heb.10. Habentes itaque, fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui initiauit nobis uiam nouam & uiuētem, per uelamen, idest carnem suam, & sacerdotem magnum super domū dei, accedamus cum uero corde, in plenitudine fidei, aspersi corda à cōscientia mala: & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. fidelis enim est q̄ repromisit. Sed sunt heu, q̄ remanere malunt ad siliquas porcorum, q̄ȝ uenire ad has delicias, per acediam negligentes salutis suæ præconium. Notat duo unde acedia uenit nō ueniendi: ambitio honorum, & cupido diuitiarum. nam abierūt auersi à deo, alius in uillam cui dominabatur: alter ad negociationem, non dei quæ laudabilis est; Luc.19. qua prudens negociator datis omnibus euangelicam comparat margaritam, Matth.13. Sed terram quæ

difficile sit sine peccato. Ecci. 26. Difficile exuitur negocians a negligentia. Hęc duo præcipue primores Iudæorum retraxerunt à Christo, cupido dominandi, & amor pecuniæ. Hinc deridebant ipsum loquentem de eleemosyna & diuitiarum contemptu, quia erant auari, Luc. 16. Hæc autem duo sunt in peccato, Auersio à bono incommutabili, & conuersio ad creaturam corruptibilem. Hiere. 2. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ aquas continere non possunt. Sed hi tantum sibi dementes erant, qui tam felici conuiuio prętulerunt curas quasdam rerum fluxarum, uiles ac sordidas, sed alij crudelitatem addiderũt ingratitudini. Hieron. Inter eos qui non recipiunt euãgelicã ueritatẽ, multa diuersitas est, minoris .n. criminis sunt, q occupati alijs reb⁹, uenire noluerũt, quã hi qui cõtempto inuitantis affectu, uerterũt humanitatẽ in crudelitatẽ. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini nescierunt uias eius, nec reuersi sunt per semitas illius. Chry. Sicut ignis quãto amplius ligna susceperit, tãto magis in flãmam erigitur: sic anima mala quo magis bonitatem audierit, eò amplius in malitiam exardescit. Claret hoc in Herode, Mar. 6. Tunc rex lenitate spreta sese uertit in furorem, non per iram perturbationem inducentem, sed inflexibilitatem iudicij. Prouerb. 6. Quoniã zelus & furor uiri nõ parcet in die uindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. Tectè innuit dominus excidium urbis Hierosolymitanæ per Romanos factum. Sic & nonnulli uocantis gratiam non solum respuunt, sed & persequũtur, qui missis exercitibus angelicis. Psal. 77. Immissiones per angelos malos, perduntur: quia non solum illorum animæ, sed caro quoq; in qua habitauerant, æterna gehennæ flamma cruciatur. Ecci. 7. Vindicta carnis impij, ignis & uermis. Esaiæ. 66. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Sed is qui inuitantem se contemni conspicit, filij sui nuptias uacuas non habebit: quia sermo dei etsi alicubi laborat, alibi tamen inuenit ubi requiescit. Omnia (inqt) parata sunt, mysterium omne incarnationis peractum est: sed inuitati declararunt se indignos hoc conuiuio, quod ipsis tamen potissimum præparauerant. Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues quę perijt domus Israel. Discurrite quoquouersum per compita, triuia, citraq; delectum quoscunq; inueneritis adducite. Apostoli gentiles, qui in uia uera non erant incidẽtes, sed alios ab alio diuisos, imo existẽtes iuxta in exit⁹ uiarũ in errore & inęqualitate multa, uocarũt. Act. 13. Vobis oportebat primũ loqui uerbũ dei: sed qm̃ repellitis illud, & indignos uos iudicatis ęternę uitę, ecce cõuertimur ad gẽtes. sic .n. pręcepit nobis dñs. Vñ egressi de Iudęa post ascensionẽ dñi, qua dixit ipsis Mar. 16. Eũtes in mũdũ uniuersum, pdicate euãgeliũ oĩ creaturę, pdicauerũt ubiq; dño cooperãte. Antea uero dictũ audierũt. Matt. 10. In uiã gẽtiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, sed potius ite ad oues q̃ perijt domus Israel. Eũtes aũt, pdicate, dicẽtes: qa appropiquabit regnũ celorũ. Ecce quõ & ad quid uocabãt. Glos. Sicut ecclesia ẽ iter cœlũ, ubi nõ sunt nisi boni, & infernũ, ubi nõ sunt nisi mali, ita indistincte colligit bonos et malos. Sic in arca Noe diuersa aĩalium erant genera, munda & immunda & in linteo Petro ostenso, diuersi generis reptilia, Act. 10. & in area

Quæ duo Iudæos potissimũ à Christo auerterint

granum mistum palea. Matth.3.& in agro triticum mstum zizanijs, Matth.13.sic & nunc boni mali misti sunt, sed in consummatione seculi separabuntur. Matth.13. In cōsummatione seculi exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum. O dura separatio, ubi amicus ab amico, frater à fratre, filius à patre separabitur in æternū. Hinc Gregorius: Si boni estis quandiu in hac uita subsistitis, æquanimiter tolerate malos: nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiā testis est, quia bonus nōn est. Terrere autem nos non debet, quod in ecclesia multi mali & pauci sunt boni: quia lata uia quæ ducit ad perditionem, & multi qui ambulant per eam. Matth.7.

3 *Intrauit autem rex ut uideret discumbentes, & uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Multi autem sunt uocati, pauci uero electi.*

Qm̄ dn̄s ostenderat graues pœnas daturos esse Iudæos, qui toties uocantes apostolos afflixerūt, ac demum occiderūt, subindicat & illos manere graue suppliciū, qui semel professi euangelicā uitam, redirent ad pristinę uitę sordes. 2. Pet. 2. Si.n. refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi. his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora peiora prioribus. Ad iudicium ueniens dominus, manifestabit conscientias, ut pateant merita & demerita iudicandorum. 1. Cor.4. Illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordium. Nam fideles ad iudicium pertinent, qui enim non credit, iam iudicatus est Ioā.3. Hieron. Discernit rex discumbentes, hoc est, in sua fide quiescentes: & in die iudicij uisitabit conuiuas, & discernet merita singulorū. Inuenit unum. Vnus iste, oēs qui sociati sunt malitia. Vestis nuptialis, præcepta sunt domini, & opera quæ ex lege & euangelio præcipiuntur, nouiq; hominis efficiunt uestimentum. Apoca.19. Vxor eius præparauit se, & datū est illi ut cooperiat se byssino. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorū. Ro.13. Induimini dn̄m Iesum Christū. Siquis igitur in die iudicij inuentus fuerit sub nomine Christiano, non habere uestem supercœlestis hominis, sed pollutam ueteris hominis exuuijs, hic statim corripitur & dicitur ei: Amice nomine, non re. Ecci.37. Est amicus solo nomine amicus. Io.15. Vos amici mei estis, si feceritis quę ego pręcipio uobis. Qua temeritate Christianitatis nomē tibi usurpasti factis negās? Tit.1. Cōfitenē se nosse Deū, factis aūt negāt. Hiero. Amicū uocat, q inuitat⁹ ad nuptias: arguit impudētiæ, qđ ueste sordida munditias polluerit nuptiales. Obmutuit pp timorē accusationis, & ignorātiā excusationis. Greg. Dici sine gemitu non pōt: in illa districtione ultimæ increpationis, omne argumentū cessat excusationis. quippe quia ille foris increpat, qui testis conscientiæ intus animā accusat. Ponit tria, corda etiā ferrea concutientia. Ligatis, inquit, manib⁹. ecce pœnæ, ineuitabilitas. Ligat pœna quos hic à bonis operibus ligauit culpa. pedes, qui hic uisitare pauperes negligunt: manus, quæ nihil indigentibus largiuntur: iā nunc ligantur sponte in uitio, tūc inuite in supplicio. Pro.5. Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur, ut nec bene opari liceat cū uelint. Io.9. Venit nox quādo nemo operari pōt. Procul à conuiuio

Vestis nuptialis.

Tria quadā & corferreū conmonentia.

submotum, conijcite in densissimas tenebras, à dignitate luceq; conuiuij, in carcerem abiectissimũ: à uoluptate summa, in summũ cruciatũ. Ecce secũdo pœnę horribilitas. Iob. 10. Dimitte me, ut plangã paululũ dolorem meum, antequam uadam & non reuertar, ad terram tenebrosam & opertã mortis caligine, terrã miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Gregorius: Damnatus quisq; illic iuste patitur tenebras ultionis, qui spõte se proiecit in tenebras erroris, et in tenebris quas dilexit remaneat. Ioan. 3 Lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras q̃ lucẽ. Erãt enim eorum mala opera. Ibi erit fletus. ecce tertio pœnæ multiplicitas indicatur. Hierony. Per metaphorã membrorum, magnitudo ostenditur tormentorum. Ostẽdit ergo pœnã damni, in eo quod submouetur à consortio conuiuij. sensus, quia in eum conijcitur locum, ubi fletus & stridor dentium, quatenus singula mẽbra supplicijs subiaceãt, quæ hic singulis uitijs subacta seruiebant. Oculi, in uanis & uagis effusi, fletu: dentes edacitate gauisi, stridore torqueãtur, qui causatur à duabus causis contrarijs, scilicet acuto & penetrabili, ardore ignis, & frigore infernali. Iob. 24. Ad nimiũ calorẽ trãsiet ab aquis niuium. Secũdo, à furia ratiõis cõtra deũ, seipsum, & illata tormẽta. Sic ergo miseris mors erit sine morte, finis sine fine, defect⁹ sine defectu, q̃a mors uiuit, & finis incipit & defectus deficere nescit. Apo. 9. In dieb⁹ illis quærẽt homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet ab eis. Horreamus igitur, cogitantes quia nisi quis uitam habeat puram, nihil ei proderit nuda fides: quia non solũ e nuptijs eijcitur, sed & in ignẽ mitti tur. Iacob. 2. Fides, sine opibus mortua est in semetipsa. Repulso uno, in quo omne corpus malorũ exprimitur, generalis sententia infertur, q̃a multi uocati, pauci uero electi. Hiero. Omnes parabolas breui sententia comprehendit, quod & in opere uineę, & in ędificatiõe domus. Luc. 14. & in conuiuio nuptiali, non initia, sed finis quæratur. Vltro uocantur omnes, sed electi non sunt, nisi q̃ uocati parent, quiq; usq; in finem respõdẽt diuinæ erga se beneficẽtię, in pietatis euangelicæ studio perseuerantes. Matth. 10. Qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Sed quos uocat? Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Greg. Ad fidem multi ueniunt, sed ad cœleste regnũ pauci perducuntur: quia plerique deum uocibus sequuntur, moribus fugiunt, quibus dicitur, Luc. 6. Quid dicitis mihi, domine domine, & non facitis quę dico? Tanto ergo unusquisq; nostrum in humilitate se deprimat, quanto si sit electus ignorat.

De tributo Cæsari reddendo. Matth. 22. Mar. 12. Luc. 20.

ARTICVLVS CVI.

Tunc abeuntes pharisæi, consilium inierunt, ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cũ Herodianis, dicentes: Magister, scimus quia uerax es, & uiam dei in ueritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi uidetur? licet censum dare Cæsari, an non? Matth. 22. Z

Quantũcunque humana astutia contra diuinã moliatur prouidẽtiã, semper finaliter cõfunditur. Iob. 5. Qui apprehendit sapientes in astutia sua, & cõsilia prauorũ dissipat. Metu plebis exclusi à palam patrãdo facinore, quod iam animo patrarãt, per cuniculos aggrediuntur efficere qđ decreuerãt, hoc etiã sceleratiores, q̃ fraudẽ addũt malitiæ, quę-

admodũ ſceleratior eſt qui ueneno occidit, q̃ qui gladio. Chryſo. Omnis malitia confunditur aliquoties, corrigitur nunquam, maxime eorũ qui propoſito malo, non ignorantia, peccant. Sicut enim non poteſt fieri, ut ligna mittendo extinguas ignem: ſic non poteſt fieri, ut rationem reddendo places hominem malum. Quemadmodum ſi aliquis occludere uoluerit aquę currẽtis meatum, quæ ſi ex una parte excluſa fuerit, uiolentia aliunde ſibi ſemitã rũpit: ſic eorũ malignitas una ex parte confuſa, alium ſibi aditum adinuenit. Viſum eſt ergo illis ſic rẽ agere cuniculis, ut inuidia facti, in Cæſarem & Cæſaris pręfectos deriuaretur. Marc.12. Et mittunt ad eum quoſdam ex phariſæis & Herodianis. Luc.20. Et obſeruantes, miſerũt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularẽt ut caperent eum in ſermone, & traderent illum principatui & poteſtati pręſidis. Quale conſilium, tales et cõſiliarij. Chryſoſt. Quo abierunt ad Herodianos, ut eorum patrocinio agerent contra Chriſtum. Nam homines coloni cuius terram poſſident, eius auxilio opus habent: qui uero iuſtitiam tenet, nullius patrocinio indiget niſi dei. Qui autem in diaboli iniquitatibus ambulat, diaboli adiutorium neceſſarium habet. Stulti conſilium ceperunt, neſcientes conſilium non eſſe contra dominum. Prouerb.21. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſiliũ contra dominum. Eſa.29. Væ qui profundi eſtis corde, ut à domino abſcondatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt, quis uidet nos? & quis nouit nos? Peruerſa ẽ hæc ueſtra cogitatio, quaſi ſi lutũ contra figulum cogitet, & dicat opus factori ſuo, non feciſti me: & figmentum dicat fictori ſuũ, nõ intelligis. Subornãt igitur aliquot inſigniter impios ex phariſæis & Herodianis, qui inter ſe diſſidebãt dogmatis., ſed conſentiebant in odium Chriſti. Nõ ergo p ſe accedũt, ſcientes ſe dño ſuſpectos: ſed ſubmittunt diſcipulos, qui ſe iuſtos ſimularẽt, ut facilius minus noti deciperent, et reprehẽſi, minus erubeſcerẽt. Cũ.n. Iudæa tributaria facta eſſet Romanis, qbuſdã indignũ uidebatur populũ Deo dicatũ, q in primitijs, decimis, & ſacrificijs Deo ſeruiebat, pendere tributũ principib⁹ idololatris. Rurſus alij Cæſari fauẽtes, iuſtũ iudicabãt, ob pacẽ & terræ negocia cõſeruãda p ſuos, qđ ſine expẽſis fieri nõ põt. Sperabant ergo, ut Chriſtus religioni fauẽs magis quàm Cæſari profano & impio, ſolita libertate pronũciaret nõ eſſe pẽdẽdũ tributũ moxq; p Herodianos deferretur Herodi, q ab Auguſto cẽſui colligendo præfectus erat, daturꝰ pœnas quas añ Theudas, & Iudas dederãt, q dixerũt hoc illicitũ, quare ut ſeditioſi ſunt puniti. Act.5. Lu.13. Qđ ſi dixiſſet reddẽdũ, iã calũniarẽtur adulari principibus profanis, minus fauẽs religioni diuinæ. Et ideo aggrediunt corã multitudine, ne res careat teſtibus. Gloſ. Quẽ nõ poterãt capere in ope, in ſermone moliũtur: qa facilꝰ labitur hõ uerbo quã facto. Iac.3. Si qs in uerbo nõ offendit, hic pfectus eſt uir. Sed fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorũ. Pro.1. Fuit.n. uir propheta potẽs in ope & ſermone. Lu.24. Eſt ergo conſiliũ optimũ, ut q neſcit diſcrete loq, diſcat prudẽter tacere. Pro.17. Stultus ſi tacuerit, ſapiẽs reputabitur: & ſi cõpreſſerit labia ſua, intelligẽs. Iob.13. Atq; utinã taceretis, ut putaremini eẽ ſapiẽtes. Tacendũ primo, qa multiloqũ ſępe eẽ ſolet cã offẽſę. Pro.10. In multiloqo nõ deerit peccatũ. q aũt moderatur labia ſua, prudentiſſimus eſt. Secũdo, qa ſignũ ſtultitiæ. Pro.29. Vi-

Conſilium quoddã inſigne.

Taciturnitatis laus ac neceſſitas.

disti hoiem uelocē ad loquēdū? ſtultitia magis ſperāda eſt quā illi⁹ correctio. Ecceſ.10. Stultus uerba multiplicat. Tertio, reddit odioſum. Eccl.20. Eſt tacēs q inuenitur ſapiēs, & eſt odibilis qui procax eſt ad loquēdū. Vnde qdā philoſophus loquaci dixit: Si auribus noſtris te audires, abſq; dubio taceres. Et alius quidā: Si optima geſſeris, & pauca loquaris hoībus placebis. Quarto, qa innaturale. Natura.n.os unum dedit ad loquendū, ſed duas aures ad audiēdū. Iac.1. Sit aūt oīs hō uelox ad audiēdū, tardus autē ad loquēdum. Exordiuntur à blandiloquētia, qua ſi poſſit blandimēto, q toties declararat ſeſe nihil neſcire. tātà erat cæcitas, ut te toties fruſtra tētata, non cōquieſcerēt. Chriſ. Hæc prima hypocritarū malitia, ſimulata laudatio. Laudāt.n. quos pdere uolūt, ut per delectationē laudis, corda hominū ad ſimplicitatē cōfeſſionis inducāt. Pro.11. Simulator ore decipit amicū ſuū. Sic apis mel ore geſtat, & retro pungit. Magiſter inquiunt, perſpecta eſt nobis tua integritas, libere loqueris, ut ne quidē in gratiā ullius quālibet potentis mentiri uelis, ſed unum Deum ſemper habes prę oculis, quod illi gratum eſt, ſimpliciter & libere doces. Marc.12. Nec enim uides in faciem hominum. Cōmendant increatam ueritatem, inimici ueritatis, quanquam adulatorie, tamen ſecundum ueritatem (quemadmodum Caiphas de morte domini præter intentionem prophetauit. Ioan.11.) de triplici ueritate. Vitæ. Fuit enim uerus Deus, uerus homo, uerus magiſter. Matt.23. Vnus eſt magiſter ueſter Chriſtus. Verus conuerſatione. Ioan.8. Quis ex uobis arguet me de peccato? Hoc nemo hominum dicere poteſt. Ideo Roman.3. Eſt autem Deus uerax, omnis homo mendax. Requiritur autem ut nos in ueritate coràm Deo ambulem⁹. Sic Ezechias ait. Eſa.38. Memento quæſo domine quomodo ambulauerim coràm te in ueritate & in corde perfecto, & quod bonum eſt in oculis tuis fecerim. Secundo, doctrinæ. In ueritate doces. hæc cōpetit doctoribus. 2. Timot.2. Solicite autem cura teipſum probabilem exhibere Deo, operariū inconfuſibilem, recte tractantē uerbum ueritatis. Prophana autem & uaniloquia deuita. multùm enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum ut cancer ſerpit. Hinc dominus. Ioan.18. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mūdū, ut teſtimonium perhibeam ueritati. Tertio, iuſtitiæ. Luc.20. Non accepis perſonam. Nouimus te ueracem eſſe, nec aſſentari cuiquam, ſed magna cum libertate doces, quod Deo placitum eſt, non quod hominibus uidetur. Hæc ad rectores ſpectat. Sap.1. Diligite iuſtitiam qui iudicatis terram. Non puder inconſtantiæ, qua nūnc magiſtrum appellant & laudant, cum ante calumniati ſint illum ſpiritum Beelzebub habere. Matt.12. Lu.11. & Ioan.8. Nunc ſcimus quia dæmonium habes. Hierony. Blanda & fraudulenta interrogatione illuc prouocant reſpondentem, ut magis Deum quàm Cæſarem timeat, dicens tributa non debere ſolui, ut audientes Herodiani, ſtatim ſeditionis contra Romanum principē teneant authorem. Fas, inquiunt eſt ut Iudæorum populus diuinę religioni deditus, pendat cenſum? Laqueum parant quem difficile effugiat, ut ſibi uidebatur, ſed comprehenſus eſt in illo pes eorum. Pſal.9. Nam ſi dixiſſet pendēdum, accuſaſſent apud populum, quòd in ſeruitutem redigere ſtudeat gentem quæ ſemen Abrahæ ſit: ſi non dandum, ad Cęſarem ut ſeditioſum traxiſſet.

Hypocritarum depictio.

Triplex ueritas.

Cognita autem Iesus nequitia eorũ, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris.

Dominus ergo omnia noscens et uersutum consilium & subdolam, tam mittentium quã missorum mẽtem, non respondet ut cogitauerãt, quin & eorum uafritiẽ aperuit, sic respondens, ut neutri factioni fieret obnoxius. Hieron. Prima respondẽtis uirtus est, interrogantium mentem cognoscere. Chrysost. Nõ secũdũ sermones illorum blãdos respõdet, sed secundum conscientiam illorum crudelem & asperam: quia deus plerunque ad animam respondet, nõ ad corpus: uoluntatibus loquitur, nõ uerbis. Hypocritæ, aliud habẽtes in corde, aliud in ore, dicit: quid me tentatis? ut quod audierũt ab eo in aure, apud semetipsos in ue nirent in corde: & considerantes ipsum humanorum cordium cognitorem, quod facere cogitabant, perficere non auderent. Pharisæi ergo blandiebãtur ut perderent, sed dominus increpabat ut saluaret. Prouer. 27. Meliora sunt uulnera diligẽtis, quã fraudulẽta oscula odiẽtis. Marc. 12. Afferte mihi denarium ut uideam. Luc. 20. Cuius habet imaginem & inscriptionem? Dabatur enim denarius pro censu, habens imaginem Cæsaris, qui ualebat decẽ numos. Hieronimus: Non de ignorãtia quęrit, sed ut competẽter eorum uerbis respondeat. Sapientia enim semper sapienter agit, ut suis potissimum tentatores sermonibus confutentur. Prouer. 26. Qui fodit foueã, incidet in eam. Chrysost. Quando interrogat, nõ ignorans facit: sed quia per responsionem ipsorũ obnoxios eos uult ostẽdere, qui nec deo, neç Cæsari redderent quod deberent.

3 *Tunc ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt dei, deo. Et audiẽtes mirati sunt, & relicto eo, abierunt.*

In corporalibus & externis obediendum est regi: in internis autem & spiritualibus, soli deo. Vtrunque enim se compatitur, nec alterum alteri præiudicat. qui enim regna constituit, & ius regni ordinauit. 1. Regum. 8. Cum autem dominus non dixerit quid reddẽdum, ex aliis scripturæ locis, & domini ipsius factis coniicere licet quid agendum. Primum ergo reddere debemus cõgruam subiectionem. Ro. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Hoc propter diuinam ordinationem. Prouer. 8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Ro. 13. Non est potestas nisi à deo. Quæ autẽ sunt, à deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati dei ordinationi resistit. 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis. Secundo, deuotam uenerationem & reuerentiã. Ro. 13. Cui honorem, honorem. 1. Pet. 2. Deum timete, regem honorificate. Tertio, æquam pensionem. Vnde ait: reddite, sicut debitum. Custodit te princeps tuus ab hostibus, uit ãtuã pacatam facit, debes itaque ei pro his tributum. Roman. 13. Reddite omnibus debita. Ideo enim tributa pręstatis. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Vnde & dominus tributum soluit, Matth. 17. Quarto, feruidã orationem. 1. Tim. 2 Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus q in sublimitate cõstituti sunt, ut quietã & traquillã uitã agamus in omni pietate & castitate. Hoc. n. bonũ & aceptum est corãm saluatore nostro deo. Prouer. 21. Sicut di-

Potestatibus seu magistratibus quid seu quæ oporteat reddi.

uiſiones aquarum, ſic cor regis in manu domini: quocunq; uoluerit, inclinabit illud. Vnde ad populi peccata dominus permiſit Dauid cadere in peccatum ſuperbiæ & inobedientiæ numerando populum, quare dominus peſte percuſſit una die ſeptuaginta millia uirorum. 2. Reg.24 Chryſoſt. Cum uero reddenda quę ſunt Cæſaris Cęſari diceret, ita ſolum dici non dubita, quæ pietati & religioni non officiunt, alioqui. Actu.4. Obedire Deo oportet magis quàm hominibus. Hinc Ro. 13. Itaque neceſſitate ſubditi eſtote, non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Heb.15. Obedite præpoſitis ueſtris & ſubiacete eis. ipſi enim peruigilant quaſi ratio nem de animabus ueſtris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes, hoc enim non expedit uobis. Chryſoſt. Numiſma Cæſaris, aurum eſt: numiſma Dei, homo. Ideo diuitias ueſtras Cæſari date, Deo autem conſcientiæ ueſtræ ſolam innocẽtiam reſeruare ubi Deus uidet. Sicut enim in denario cenſus imago Cæſaris exprimitur, ſic Deus requirit à nobis animam lumine uultus ſui inſignitam. Pſalm.4. Ad imaginem enim Dei homo creatus eſt. Gene.2. Vile numiſma titulum & imaginem habebat Cæſaris. Si hunc agnoſcis & pendis Cæſari qđ debetur, quanto magis reddendum eſt Deo, cuius imaginẽ gerit omnis homo? In baptiſmo character Dei impreſſus eſt animo tuo, cur eum tradis Diabolo? Chriſtiani titulo gloriaris, cur non reddis illi quod debes ex profeſſione? Hinc Deut.10. Et nunc o Iſrael, quid dominus Deus tuus petit à te, niſi ut timeas dominum Deum tuum, et ambules in uijs eius, & diligas eum, ac ſeruias domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, cuſtodiaſq; mandata domini? Vnde quo ad corpus, ait Apoſtolus. Ro.12. Obſecro uos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra, hoſtiam uiuentem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium ueſtrum. Et nolite conformari huic ſeculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus ueſtri, ut probetis quæ ſit uoluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta. Ephe.4. Deponite uos ſecundũ priſtinam conuerſationem ueterem hominem, qui corrumpitur ſecundum deſideria erroris: renouamini autem ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundum Deũ creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate ueritatis. Rom.8. Quos pręſciuit & prędeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Hinc admonet. 1. Corin.15. Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœleſtis. Matth.11. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Sic iuxta rationem uiuere debemus, ne ſimus beſtijs ſimiles, et imaginem animæ ipſi reſtituere per fidem ueram, ſpem firmam, & charitatem feruidam incedentes, ne falſarij inueniamur numiſmatis. Apo. 14. Siquis adorauerit beſtiã & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte ſua, aut in manu ſua, hic bibet de uino iræ Dei, quod mi ſtum eſt mero, in calice iræ ipſius. Beſtia, diabolus eſt. Imago, ſuperbia. Iob.41. Ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Character, peccatũ eſt in opere, in manu, in fronte, peccatum in manifeſtatione. Hierem.3. Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Sic manus ſanguine plenæ dicũtur. i. peccatis. Eſa.1. Sicut numus à numo imagine diſcernitur, ſic filij Dei & diaboli operatione. Ioan.8. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris

uestri uultis perficere. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahę facite. Hoc responso audito, admirati sunt, primū ꝙ intelligerent illum nō latuisse dolosum suum cōmentum: deinde prudentiam admirabilem, cui frustra tēderet insidias humana uersutia. Hieronymus: Qui enim credere debuerant ad tantam sapientiam, mirati sunt ꝙ calliditas eorum insidiandi non inuenissent locū: propter quod relicto eo abierunt, tanquā uicti per eum et confusi, infidelitatem pariter cum admiratione reportantes. Sed non desierunt odire, quem amare debebant.

De Saducæorum errore in resurrectione.

Mat. 22. Mar. 12. Lu. 20.

ARTICULUS CVII.

Matth 22. A *In illo tempore accesserunt ad eum Saducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum dicentes: Magister, Moses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filium, ut ducat frater eius uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres: & primus uxore ducta, defunctus est: & non habens semen, reliquit uxorem fratri suo. Similiter secundus & tertius usque ad septimum. Nouissime autem omnium defuncta est & mulier. In resurrectione ergo cuius erit de septem uxor? omnes enim habuerunt eam.*

Ostendit quantam perniciem fidei adferat scripturarū peruersa intelligentia, diuinæq; uirtutis ignorātia. Vnde imposito silentio duabus Iudæorum sectis unico dicto, successit his factio Saducæorum, qui negabant resurrectionē, adeo ut nec angelum, nec animas extare semotas à corpore crederent. Act. 23. Nihil esse putantes quod non uidetur. Hi cum audissent Christum crebro meminisse uitę æternæ, & futuri seculi, ac resurrectionis iustorum, adoriuntur illum, experimentū facturi, utrū cum pharisæis sentiret, qui tracꝙ cōfitentur. Act. 23. an sibi contraria doceret, et caperent illum, si secum pugnaret: uel irriderent, si cum pharisæis sentiret. Assumunt pro argumēti fundamento Mosi dictum, cui cōtradicere nefas erat. Deut. 25. Vnde hac absurditate putabāt posse refelli pharisæorum opinionem, qui contendebant animas superesse corporibus, & corpora mortuorum aliquādo reuictura.

Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis, nescientes scripturas neque uirtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent, neque ducent uxores, sed erunt sicut angeli Dei in cælo. 2

Ad hanc quæstionem qm̄ plus habebat ignorantię quā militiæ, dignatus est Iesus respondere, ostendens eos qui prætexebant legem Mosi, ignaros scripturarū. Mar. 12. Nōne ideo erratis, non scientes scripturas neꝙ uirtutem Dei? Hier. Propterea errant, quia scripturas nesciūt: & qa scripturas ignorant, consequenter ignorant uirtutem Dei, hoc est, Christū, qui uirtus Dei est. 1. Cor. 1. Nos autem prædicamus Christum Dei uirtutē. 1. Timo. 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: à quibus quidā aberrantes cōuersi sunt in uaniloquiū, uolentes esse legis doctores, non intelligētes, neꝙ de quibus loquūtur, neꝙ de qb9 affirmant. 1. Tim. 3. Mali hoies & seductores pficient in peius, errantes, & in errorem mittentes. Fuit hic fidei articulus semper maxime incredibilis, tā inter gentiles. Act. 17. Nouorum dęmoniorum uidetur annūciator esse, quia Iesum & resurrectionem annūciabat eis Paulus, quā etiam aliquibus Iudæorum, qui dicebantur Saducæi. Hunc autem errorem dn̄s affirmat prouenire ex ignorantia scripturarum & uirtutis Dei. Erratis, qui scripturas legitis quidē, at non intelligitis: & nihil imaginantes supra res corporeas quas uidetis, imaginamini talem esse rerum statum

Resurrectiōis articulus quā difficilis.

Resurrectio qui seu quibus est edatur. In futura uita, qualem in hac uidetis: Ponit ergo primo resurrectionis ueritatem, in eo q mittit ad scripturas, quæ hanc plenissime & planissime testatur. Si.n. scripturas scirent, crederēt utiq; Deū nō esse Deū mortuorum, sed uiuētiū. Ro.15. Quæcunq; scripta sunt ad nrām doctrinā scripta sūt. Iob.19. Scio q redēptor meus uiuit, et in nouissimo die de terrā surrecturus sum: & rursum circūdabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deū saluatorē meū. Quē uisurus sum ego ipse & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Ezec. 37. Hęc dicit dñs deus: Ecce ego aperiā tumulos urōs, et educā uos de sepulchris uestris populus meꝰ. Dan. 12. Multi de his q dormierūt in terræ puluere euigilabunt, alij in uitā æternā, alij in opprobriū ut uideant semper. Secundo, causalitatē. Si.n. uirtutē Dei scirēt, cognoscerēt utiq; Deo oīa esse possibilia, ut qui creauit quod non erat, reformet quod ex parte perierat. Sap.12. Tu autem dñator uirtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Subest enim tibi, cum uolueris, posse. Est ergo Deus causa efficiēs resurrectionis mortuorum, cum sit supra naturam. 1. Thes.4. Si credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita Deus eos qui dormierūt per Iesum, adducet cum eo. 1. Cor.15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Omnes quidem resurgemus sed non oēs immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima turba. Canet.n. tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Matt.24. Et mittet angelos suos cū tuba, & uoce magna, & congregbunt electos eius à quatuor uētis, à summo cœlorum usq; ad terminos eorum. Causam finalem indicat dñs Io.5. Nolite mirari hoc, quia uenit hora, in qua omnes qui in monumētis sunt, audient uocē filij Dei: & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uero mala egerunt, in resurrectionē iudicij. 2. Cor.5. Oēs nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonū, siue malū. Heb.9. Statutū est hoibus semel mori, post hoc autem, iudiciū. Hinc dñs admonet. Mat.10. Eū timete, qui pōt & aīam & corpus pdere in gehennā. Hæc.n. sola fideliū est spes & glia. Vnde.2. Mach.7. Tertius filius ait: E cœlo ista possideo, sed propter Dei leges nūc hæc ipsa despicio, qm̄ ab ipso me ea recepturum spero. 1. Cor.15. Si in hac uita tm̄ in Christo sperantes sumus miserabiliores sumus oībus hoibus. Nūc autē Christus surrexit à mortuis primitię dormientiū: qm̄ quidē per hoiem mors & per hoiem resurrectio mortuorum. Tertio, insinuat resurgentiū qualitatē. Lu.20. Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi uero q digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neq; nubēt, neq; ducent uxores, neq; ultra mori poterūt, æquales.n. angelis sunt, & filij sunt Dei, cū sint filij resurrectionis. Ro.8. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis: qui suscitauit Iesum Christū à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter inhabitātē spiritū eius in uobis. 2. Cor.4. Habemus aūt eundē spiritū fidei, sicut scriptū est Psal.115. Credidi, propter quod locutus sum, & nos credidimus, pp quod & loquimur, scientes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & constituet uobiscū. Qm̄ illi carnales carnalem sapiebant resurrectionē, ostēdit quod nō sit corporalis uita tūc, quo factū est, ut dogma corum statim

obtusa opinione, & inualido fundamento cōcideret. Hic ubi uices sunt nascentium ac morientium, coniugium adhibetur ad propagationem humani generis. Cæterum iam erit absorpta mortalitas, & homines erunt spirituales, quod futurum est in resurrectione, quæ nos reddet eosdem quidem, sed immutatos, neque ducet quisquam uxorem, neq; nubet ulla, sed quemadmodum in cœlis angeli, quoniam inter eos nulla est mortalitas, nesciunt usum matrimonij. Phil.3. Nostra conuersatio in cœlis est. Vnde & saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundū operationem uirtutis suæ, qua etiā possit subijcere sibi oïa. Ecce quanta gloria resurgentium in Christo, quia similes ei erunt, sed non æquales. 1. Cor.15. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, alia claritas stellarū. Stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorū. Ecce dos prima claritatis. Vnde. Mat.13. Tūc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. O quanta iucunditas, tot uidere luminaria. Non ergo erūt tunc carnali, sed spirituali uoluptate fruentes. Petrus dominum cernens in transfiguratione quoddam specimen huius ostendisse, omnium quæ in cœlis & in terris erant, oblitus, ait: Domine, bonum est nos hic esse. Ad hanc pulchritudinem festinemus, & toto corde suspiremus. Ephe.5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, ut filij lucis ambulate. Secunda, impassibilitas. 1. Cor.15. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est Osee.13. Absorpta est mors in uictoria. Anselmus: Sanitate perfecta hic caremus, à prima natiuitatis die esurimus, sitimus, unus claudus, alter scabiosus, & quibusdam delinimur medicamentis, ne summa sit miseria. In futuro autem summa sanitas erit, de qua Psal.36. Salus autem iustorum à domino. Sed dicis, undiq; sanus sum. Quid dicis ô homo? tangaris fuste, & clamabis, teq; deceptum querulaberis. Ibi & longæuitas uitæ erit, quam hic nullus perfecte habet. moriturus, quantumlibet uiuat diutius, somnium sibi uidetur esse, cum moritur quod uixit. Hinc Gene.5. dicitur. Vixit Adā. 930. annis, & mortuus est. Sed Esa.25. Apo.21. Et absterget Deus omnem lachrymā ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Ideo Gala. 6. Quæ seminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionē: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Tertia. Subtilitas. 1. Corint.15. Sed dicet aliquis: Quomodo resurgent mortui? quali autem corpore uenient? insipiens tu. quod seminas, non uiuificatur nisi prius moriatur. Et quid seminas? Non corpus quod futurū est seminas, sed nudum granum, ut pote tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autē dat illi corpus sicut uult & unicuiq; seminum propriū corpus. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Hinc omnia peruia, quemadmodum dominus clausis ianuis stetit in medio discipulorum. Io.20. Petrum animale adhuc corpus habentem, è carcere eduxit, sed ianuis apertis. Act.12. Quarta. Agilitas. 1. Cor.15. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. ipsam

Dotes resurgētium quot.

quodammodo

quodammodo uoluntatis sequitur cogitationē. Anselmus: Nunc partim agiles sumus, sed in hoc à passeribus superamur, sed tūc sicut angeli à cœlo in terrā dicto uelocius mouebimur. Vides n. cum quanta celeritate Abacuc delatus sit Danieli, à Iudæa in Babylonē, Danie. 14. & Philippus reductus in Azotum. Actu. 8. Nunc. n. corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sap. 9. Ideo. 1. Co. 15. Seminatur in ignobilitate, surget ī gloria. Eph. 4 Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis filij dei, in uirū perfectū, in mensurā ætatis plenitudinis Christi. Obserua quod nō dixit, in mensurā corporis Christi, sed ętatis plenitudinis Christi. Nam sancti omni deformitate (natura errante, uel aliàs cōtracta) reformata, in tali resurgent statu, in quo fuissent illa ætate, uel fuerunt, quæ iucunda simulq́; robusta est ætas & florida. Sed unde miseris nobis tanta gloria? Audi dñm Ioā. 12. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus, qui est in cœlis. Ro. 6. Si. n. complantati facti sumus similitudini mortis ei⁹, simul & resurrectionis erimus. Vnde dñs Lu. 21. His fieri incipiētibus, respicite & leuate capita uestra, qm̄ appropinquat redēptio urā. Cōtra maloꝶ plena calamitas. Ap. 6. Dicunt mōtibus & petris: Cadite super nos, & abscōdite nos à facie sedētis super thronū, & ab ira agni, quoniā uenit dies magnus iræ ipsoꝶ, & quis poterit stare?

3 *De resurrectione autem mortuorum nō legistis, quod dictum est à deo dicēte uobis: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob? Non est deus mortuorum, sed uiuentium. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius.*

Hieronymus ad cōprobandā resurrectionis ueritatē, multo alijs manifestiorib⁹ exemplis uti potuisset, sicut Esa. 26. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgēt. & Dañ. 12. Sed Saducæi qui aīarum interitū prædicabant, nō nisi quinq; libros Mosi recipiebant. Stultū ergo erat inde proferre testimonia, cuius authoritatē nō sequebant. Sic & hodie in ecclesia quidā ad peruersum suū constabiliēdum dogma, nōnulla rejiciunt quę ipsis palàm aduersantur, quod communis tamen tenet ac tenuit ecclesia, quod certissimū erroris & peruersi cordis est indiciū. Moses inquit, cuius cum in cæteris authoritatem agnoscatis, hic non est rejiciendus. Marc. 12. De mortuis autem quod resurgant, nō legistis in libro Mosi Exod. 3. super rubum, quo modo dixerit illi deus, inquiens: Ego sum &c. Vos ergo multum erratis. Lucæ. 20. Omnes enim ei uiuunt. Oportet ergo ut animæ uiuant, cum corpora mortua sint, & quia creatura refertur ad deū relatione reali, quæ non fundatur nisi in ente: id ergo cuius deus dicitur deus, oportet realiter esse aliquid. Hi itaq; si toti perissent morte corporum, nō diceret esse deum illorum, sed fuisse. Quod si est deus illoꝶ, utiq; uiuunt illorum animæ, uiuūt & ipsi toti quodammodo spe resurrectionis. Quid enim magni est, superstites animas in pristini corporis domiciliū reuocare? Populus autē cum uidisset oībus os obturari prudētibus respōsis, admirabat eius efficacem & promptam doctrinam.

De mandato magno. Matt. 22. Marc. 12. Matt. 22.

ARTICVLVS CVIII. B

Pharisei aūt audientes, quod silentiū imposuisset Saducæis, conuenerunt in unū. Et interrogauit eum unus ex eis legisdoctor, tentans eū: Magister, quod est mandatum magnum in lege?

Nihil charitate sublimius, & utilius, sine qua omnia alia nihil. 1. Co. 13. Gaudentes pharisæi refutatos Saducæos, & Iesum ex ipsoꝶ sententia respōdisse, ac illos obmutuisse, exprobrata etiā inscitia scripturarum, rursum sese uelut recepto spiritu conglomerant, ac unum quēdam legis peritum subornant; qui docta uidelicet

quæstione Christū adoriretur. Chrysostomus: Frequenter Iudæi diuersis interrogationibus dñm tentãtes, sibi quidem acquisierūt interitum, nobis autem prouiderunt salutē. Nā uerba Christi illis profecerunt ad cõfusionem, nobis autem ad ædificationem: quoniam responsis eius uincebantur sed non placabãtur. Malitia.n. frequēter confunditur, placatur autem nunquam. Debuissent quidem timere Saducæorꝶ exēplum, ut ne similiter confunderentur. cõfutati fuerant in dena rīj ostensione, sed maleuolentia & liuor nutrit impudentiã, & ardens malitia dum se satiare festinat, non aspicit exitum rei, ut tantummodo alteri noceat, nec sibi parcēs. Venena enim inuidiæ superari possunt, sed difficile conquiescunt. Conueniunt ut multitudine uincerent, quem ratione non poterant. à ueritate se nudos esse professi sunt, qui se multitudine armauerunt. Dicebant.n. unus loquatur pro omnibus, & omnes loquãtur p unū, ut si quidem uicerit, oēs uideamur uicisse: sin aūt uictus fuerit, solus uideatur cõfusus. O pharisæi, qui omnia, ꝑpter homines & facitis & dicitis: putatis quia uno uicto, homines non intelligant uos esse uictos? Nunquid nõ conscientiæ uestræ sentient se esse confusas? Leuis est consolatio, qui in seipso cõfusus est, quod ab alijs ignoratur Duplici notatus erat dignitate: uitę, quia pharisęus: doctrinæ, quia legisdoctor, Hieronymus: Maleuolētia et liuor nutrit impudentiã. Quicūque nouit, & interrogat non uoto discendi sed studio cognoscēdi an nouerit ille qui respõsurus est, in similitudinē pharisæorum, non quasi discipulus, sed quasi tentator accedit. Mar.12 Et accessit unus de scribis, qui audierat illos cõquirentes: & uidens quoniam bene illis responderit, interrogauit eum quod esset primum oīum mandatum. Hieronymus: Interrogãt mellitis uerbis, & circundant, sicut apes mel portantes in ore, & aculeū à tergo. Magistrum uocat, cuius non uult esse discipulus. Vnde Io.9. Pharisæi cæco nato dixerunt: Tu discipulus illius esto, nos Mosi discipuli sumus, sed quo sub blãda specie facilius decipiat. Chrysost. De magno interrogat, qui nec minimū impleuit. Ille interrogare debet de maiori, qui iam minora impleuit. Erat tunc quæstio inter Iudæos, q̃d maius esset mandatum, eo quod pharisęi auari sacrificia etiam parentum præferrent honori, suis commodis cõsulentes, nõ aliorꝶ saluti: alij aliud iudicabãt. quare pro utraq; parte rõnes habebãt, quibus respondentē arguerēt, q̃d & dño cõtingere sperabant, ut reprehēderet, quasi qui emendaturus esset legem.

Ait illi Iesus: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, et in tota mēte tua. Hoc est maximum & primum mãdatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximū tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. 2

Ponit tria. Actum. Diliges, inquit Chrysostomus: Non dicit, timebis: quia diligere maius est q̃ timere. 1. Ioan.4. Perfecta charitas foras mittit timorem. Non solum cognosces, quia deum cognoscere naturæ est corruptæ, ut claret Roman.1. Qui cum cognouissent deum non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Diligere uero, religiosi est cordis. Cant.1. Recti diligunt te. Diligere enim ab eligendo sumptum, quare nihil illi charius reputandum. Cant.5. Nunciate dilecto, quia amore langueo. Obiectum: dominum, quia gubernator: deum, quia creator: tuum, quia redemptor & glorificator. Deut.32. Nūquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? Triplici respectu aliquid diligitur, quæ summe sunt in deo. Vel quia bonum. Augustinus: Cum ista non diligantur,

Trifariã aliquid diligi.

nisi quia bona sunt: pudeat non amare bonum istud, à quo omnia bona sunt. Mat.19. Nemo bonus nisi solus deus. Iaco.1. Omne datum optimum & omne donum perfectũ, desursum est descendẽs à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Aut quia pulchrum. Dionysius: Omnia bonum & pulchrum desiderant. Sapiẽtiæ.13. sit si specie eorum delectati, deos putauerunt, sciant quanto his dominator eorum speciosior est. Speciei enim generator hæc omnia constituit. Aut tertio benignum. Ambrosius: Quid tam insitum naturę, quid tam impressum humanis affectibus, quã ut diligas diligentem? 1. Ioan.4. Nos ergo diligamus deum quoniam ipse prior dilexit nos. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed qm̃ ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propiciationem pro peccatis nostris. Bernardus: Si totum me debeo pro me facto, quid pro me sic refecto? Nec enim tã facile refectus sum quàm factus. Siquidem in faciendo dixit, & facta sunt: in reficiendo dixit multa, gessit mira, pertulit dura: nec tantum dura, sed & indigna. Hiere.31 In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Modũ, quia ex toto corde. August. Totum exigit à te, qui totum te fecit: sed noli tristis esse, quasi nihil unde gaudeas, remaneat in te ex hoc enim totum diligis te, quia diligis deum ex toto corde. Ex toto corde, ut sit suauis affectui, contra male diligentes illecebras huius mundi. Psal.33. Gustate & uidete, qm̃ suauis est dñs. Psal.144. Suauis dñs uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Chrysostomus: Quid est diligere toto corde, nisi ut cor tuum non sit inclinatum ad ullius rei declinationem amplius q̃ dei? nec delecteris quasi specie mundi amplius quã dei, siue auri, siue filiorũ, &c. sed hæc omnia æstimes tibi esse in deo, ut prę his omnibus ames deũ. Si aũt in aliquo horum amor tuus fuerit occupatus, iam non ex toto corde amas deũ. Pro quanta enim parte cor tuum fuerit ad aliquam rem, pro tanto minus est ad deum. 1. Corin.6. Qui adhæret domino, unus spiritus est. Tota ergo uoluntatis intẽtio ad eum dirigatur. Nam sicut cor principium est motus naturalis in corpore, sic uoluntas est principium mouẽs animam ad suos actus uoluntarios. Tota anima, ut sit intellectui præuia lux cõtra fallacias & errores. Chrysost. Quid est, in tota anima? Id est, certissimum animũ habere in ueritate & fide. Si enim cœperis dubitare de deo, iam non tota anima diligis. Tota mente, ut tota mentis cogitatio circa ipsum occupetur. Mẽte enim cogitatiões disponimus, ut dicit Grego. Chrysost. Quid est tota mente, nisi ut oẽs sensus tui, qui ptinent ad mentem, deo uacent? Cuius intellectus deo ministrat, cuius sapiẽtia circa deum est, cuius cogitatio ea quæ dei sunt, tractat, cuius memoria quæ bona sunt, recordatur, tota mẽte deum diligit. 1. Cor.14. Psallã spiritu, psallã & mente. Psa.144. Memoriam abundantię suauitatis tuę eructabũt, & in iustitia tua exultabunt. Psal.76 Renuit consolari anima mea. memor fui dei, & delectatus sum. Mar.12. Iesus aũt respõdit ei, quia primum omnium mandatum est: Audi Israel dominus deus tuus, deus unus est, et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota uirtute tua. Ecce quartum, ut tota uirtus executiua secundum suã possibilitatem operetur. Cant.8. Fortis est ut mors dilectio. 1. Io.3. Non diligamus uerbo neque lingua, sed ope & ueritate. Io.14. Qui nõ diligit me, sermões meos nõ seruat. Cũ ergo charitas sit habitus infusus. Ro.5. Charitas dei diffusa est

In tota anima.

in cordibus nostris, per spiritum sanctũ, qui datus est nobis, & nõ acquisitus, ideo depẽdet ex actione dei infundẽtis, cui infusioni per peccatum obstaculũ ponitur. Hinc Eccl.2. Qui diligunt illum, cõseruabunt uerbum illius. Roma.8. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Sicut scriptum est. Psalm.43. Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eũ qui dilexit nos. Marc.12. Secundũ autem simile est illi. Diliges ꝓximũ tuũ tanq̃ teipsum. Duo nos ad interitũ ducunt: mala doctrina, & corrupta uita. Vt igitur nõ incidamus in malã doctrinã, diligendus est deus, ne aũt sit peruersa uita, diligendus est proximus. 1. Cor.13. Charitas nõ agit ꝑperam. Legisperitus q̃siuit de magno mandato: dixit dominus dilectionis dei, mandatũ maximum et primum, quia singula magna sunt. 1. Corinth. 13. Maior his charitas scilicet fide & spe. Nã dilectio proximi, magnũ est: sed non primum, sed simile: quia qui proximũ amat, dei imaginem amat. Gene.1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et hæc est ratio amandi proximum per inde ac seipsum: quia dei imago & similitudo est æque ut ipse, quantum est ex natura. Quare primum nemo uere seruat, nisi seruet et secundum simile. 1. Ioan.4. Et hoc mandatum habemus à deo, ut qui diligit deum, diligat & fratrem suum. Siquis dixerit, qm̃ diligo deũ, et fratrẽ suũ oderit mendax est. Qui.n. nõ diligit fratrem suũ quẽ uidet, deũ quẽ nõ uidet, qũo põt diligere? Ponit modũ, sicut, inqt, teipsum. Veraciter, uel qa bonus uel ut fiat bonus. Qui.n. diligit iniquitatẽ, odit aĩam suã. Psal.10. Ioã.15. Hoc est ꝑceptũ meũ, ut diligatis inuicẽ, sicut dilexi uos. Augustiñ. Qui diligit homines, aut quia iusti sunt, aut ut iusti sint, amare debet. Ordinabiliter, ut deum super omnia, deinde aĩam, hinc corpus. Sic proximum non supra nec cõtra deum, inde in eo bona spũalia animæ, postea corporis. Cãt. 2. Ordinauit in me charitatẽ. Efficaciter, bona ꝓcurãdo, & mala deuitãdo. Ro.13. Dilectio ꝓximi malũ nõ operatur. 1. Cor.13. Nõ gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Perseuerãter. Prouerb.17. Omni tempore diligit qui amicus est. Diligendus ergo deus in se, & propter se: proximus in deo, & propter deum. His duobus nõ est aliud maius quoniam totius legi summam complectuntur. 1. Timot. 1. Finis autem præcepti est charitas de corde puro conscientia bona, & fide non ficta. Roma 13. Plenitudo legis est dilectio. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nã non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & siquod est aliud mandatum, in hoc uerbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Marc. 12. Maius horum mandatum aliud non est. Ait illi scriba: Bene magister, in ueritate dixisti, quia unus est deus, & non est alius præter eum, & ut diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tãquam seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. Iesus autem uidens quod sapienter responderet, dixit illi: Non es longe à regno Dei. Siquidem quicquid in tota lege precipitur, quicquid docent prophetæ, hoc totum in his duobus præceptis comprehẽditur. Quisquis enim deum toto pectore diligit, nihil negliget quod ille præcipit, & qui proximum diligit tanquam seipsum, nihil faciet alteri quod sibi nolit fieri.

Duo ad interitũ ducẽtia quæ.

Diligendi ꝓximi modus.

Tum

Tum pharisæus propemodum ex tẽtatore factus discipulus, intelligebat quid esset optimum, tãtũ hoc deerat, ut affectu sequeretur, quod intellectu tenebat, & nõ pergeret insidiari. Hoc dicto dñs pharisęos auaros, qui cõuenerant ut reprehenderẽt, ore illius reprehẽdit, sacrificia oblationũ magna ob suum quæstũ facientes, proximo neglecto Mat. 15 Atq; ide tacite mordet conscientiã illorũ, qui Iesu moliebantur insidias capitales. Eoq; dum illi tantum interrogassent de summo mandato, cuius obseruationẽ sibi falsò arrogabãt, ultro adiecit, & secũdũ de diligendo proximo. Nõdum. n. suspicabantur Christũ esse deum, certe proximũ & benemeritum negare nõ poterãt, in quẽ tamen machinabãtur quod nemo sibi uellet accidere.

3 *Congregatis autem pharisæis, interrogauit eos Iesus, dicens: Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu uocat eum dominum, dicens, (Psal. 109.) Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum? Si ergo Dauid uocat eum dominũ, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respõdere uerbum, neq; ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.*

Hieronymus: Qui ad tentãdum Iesum fuerant congregati, & ueritatem fraudulenta interrogatione capere nitebantur, occasionẽ præbuerunt cõfutationis suæ. Quanq; igitur cessabãt à tentando, Iesus tamẽ nõ cessabat à docẽdo: sed ubi maior pharisæorum frequentia conuenisset, tot quęstionibus pulsatus ab illis, proposuit & illis quæstionem uicissim, quæ ad illorum salutem pertinebat, obscure quidem & per ænigma subindicans, sibi non solum esse humanam naturam, in quam sæuituri erant, & quam uidebant, uerumetiã diuinã, quã utranque ex ipsis factis poterãt cõiectare, nisi liuor, odiũ, ambitio, auaritia, cæteraq; uitia animos eorũ excæcassent, Quia. n. purum hominẽ Christũ putabant, subuertit eorũ opinionem, docens ueritatem p Dauid prophetam, diuinitatem suã prædicando nõ manifeste, ne occasionẽ haberent sæuiendi tanq̃ in blasphemum, sed scripturæ, & cõscientiæ ipsorũ testimonio, ne ueritatẽ taceret, ob quã prædicandã uenit. Io. 18. Ad hoc ueni in mũdum, ut testimoniũ perhibeã ueritati. Cyprianus: Interrogat de illo quẽ credebant esse uenturũ. Respõderunt incũctãter, Dauid. promittitur. n. Dauid, quatenus ad naturæ humanæ propagationẽ. Ps. 131. Iurauit dñs Dauid ueritatem, & nõ frustrabitur eũ, de fructu uetris tui ponã super sedẽ tuam. Hie. 23. Suscitabo Dauid germẽ iustũ & regnabit rex et sapiẽs erit, & faciet iudiciũ & iustitiã in terra. Vnde Ro. 1 Qui factus est ei ex semine Dauid secundũ carnẽ. Mar. 12. Et respõdẽs Iesus, dicebat docens in templo: Qũo dicunt scribæ Christum filiũ esse Dauid? Ipse. n. Dauid dicit in spiritu sancto. Lucæ. 20. In libro Psalmorũ &c. Qui cõsistit, ut si filius est Dauid pater filium appellet dñm, cum maior sit authoritas pgenitorũ q̃ nepotũ? Chrysostomus: Filius nobis esse potest, q post nos futurus est: dñs autẽ esse nõ potest, nisi q aut est nobiscũ, aut ante nos. Ita ratiocinatur dñs, nõ quia uelit ostẽdere Christũ Dauid filium nõ esse, sed ut falsam opinionẽ illorũ in melius reducat, qua illum solum hominem, non etiam deum credebant. Declarat itaq; q nõ sit aduersarius deo patri, sed multã cum illo habeat concordiam: siquidem inimicos eius humiliat, quo simul & conscientias illorũ terrore concutere curat, ut à concepta desisterent malitia. Esa. 63. Calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea. I. Corint. 15. Oportet illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedib9 eius. Nec erat quisquam illorũ qui posset

nodum soluere, propterea ꝙ de diuina Iesu natura nihil adhuc suspicari poterant. Siquidem Christus ut secũdum corpus humanũ erat filius Dauid, ita secundum diuinam naturam dominus est omnium, non modo Dauid. Hoc mysterium nondum intelligebant scribæ & pharisæi, qui spiritũ habebant carnis .1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Dauid autem afflatus spiritu cœlesti, uidebat in Christo nondum nato quiddam homine maius, cũ ipse nihil aliud esset quàm homo. Neq; quisquam posthac ausus est illũ adoriri quæstionibus cum uiderent insidias in illum intentatas, in suum caput recidere. Mar. 12. Et multa turba eum libenter audiebat. Hiero. Pharisæi & scribæ sermonibus confutati, eum ultra non interrogant: sed apertissime comprehensum, postmodum Romanę tradunt potestati. non enim tacuerũt uolentes, sed quid amplius interrogarent non habentes. Origenes: Si interrogassent ex uoluntate discendi, nunquam ei talia proposuissent, ut postmodum non essent ausi interrogare: sed tentantes interrogabant, ideo obstruere eos uoluit interrogatione sua, ut erubescẽtes quiescerẽt ab audacia sua. Pro. 3 Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiã.

De doctrina pharisæorum audienda,
Matth. 23. Marc 12. Luc. 20.

ARTICVLVS CIX.

Matt. 23 *Tunc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi. omnia ergo quæcunq; dixerint uobis, seruate & facite: secundum opera uero illorum nolite facere. Dicunt enim & non faciunt, Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.*

C Quã perniciosa pestis sit hypocrisis, superbiæ filia, deo & hominibus abominabilis, & ipsi homini damnabilis, clare ostendit. Quia ergo discipulos orbis magistros mittit, merito eos admonet ne imitentur pharisæorum arrogantiam & ambitiosam mẽtem, & simpliciter ne cogitent quomodo placeant hominibus. Auersus igitur à pharisæis, in quibus nullam uidebat esse spem uitę emendatioris, turbis ac discipulis loquitur. Chrysost. Ideo dominus conuertit ad suos sermonem, ut pharisæorum & scribarum confusio, illorum fieret disciplina. infructuosum nanq; est uerbum, in quo alter confunditur, & alter nõ eruditur. Horum autem malitia quoniam erat deplorata, nullisq́; remedijs sanabilis, restabat ut admoneretur simplex populus & rudis, ne horum fucis & artibus circũuenīretur: qui cum essent omni religione uacui, tamen summam simulabant pietatẽ, non alio spectantes, ꝗ̃ ad gloriam & quæstum suum, & hac de causa modis omnibus obstrepentes glorię dei, ac proximorum saluti. Hos Iesus depinxit suis colorib⁹, idq́; populo audiente, ut uitarentur qui corrigi non poterant, & desinerent fallere qui nolebant resipiscere. Non erat hoc alienæ famæ obtrectare, sed simplicium saluti consulere. Cum igitur toties illis obstruxisset os teste multitudine, ne prorsus illorum authoritas concideret apud populũ, cui doctores præsidebant, audiendos quidem docet, sed non imitandos. Reuerentia quam illorum mores non promerentur, dãda est authori cuius præcepta recitāt. Sedent in cathedra Mosi, qui ea quæ in lege habentur, docent. Eos igitur qui docent diuinam legem, etiamsi ipsi non faciant, audire oportet. Origenes: Ante aduentum Christi quidam sedebant boni, qui secundum rationẽ dicta Mosi interpretabãtur, quidam male. Sic & super cathedram Christi quidã bene sedent, qui uerbum Christi bene interpretantur: quidam male, qui eiusmodi sunt de quibus fal- *In cathedra Mosi qui sedeãt.*

uator. Matth. 5. Qui soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno cœlorum. Horum quidem doctrina audienda, non uita imitanda. Nam propter suas traditiones irrita faciunt mandata dei, Matthæ. 15. Glossa: Doctrinam tenete, nō uitam. Origenes: Quid doctore illo miserabilius, cuius uitam discipuli cum nō sequuntur, saluantur: cum imitātur, perduntur. Chrysostomus: Frequenter de homine malo doctrina bona procedit. Ecce terra uilis pretiosum aurum producit. nunquid propter terram uilem aurum contemnitur? Non. Sic nos doctrinam bonam eligentes, malos mores contemnamus. nam & apes flores, non herbas, requirunt. Si uiuerent quemadmodum docent, totos oporteret imitari. Nunc q̄ docent, ipsi non præstant. Chrysostomus: Fidem prædicant, & infideliter uiuunt: pacem alijs dant, sibi non habent: ueritatem laudant, et mendacia amant: auaritiam castigant, cupiditatem exercent. In alijs austeri, in se lenissimi. Alligāt onera grauia, quo ad affectum: & importabilia, quo ad effectum: & imponunt ea in humeros hominum, sed non in suos. Sed digito suo nolunt ea mouere, quanquam possint. Chrysostomus: Circa tuam uitam esto austerus, circa aliorum benignus, audiant te homines parua mandantem, & grandia facientem. Quando is qui docet, non solum docet, sed & operatur, uidetur simul cū ijs qui docentur, operari: cum uero ille me onerat, ipse autē ociosus uiuit, magis me grauat.

2 *Omnia uero opera sua faciunt ut uideantur ab hominibus. Dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias. amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutatiōes in foro, et uocari ab hominibus rabbi.*

Quòd si quæ præstant iuxta legis præscriptionē, non id faciunt ex animo, sed ad laudem auramq́ popularem. In quo innotescit eoꝝ uanitas et uilitas, ob uanā & momentaneā laudem, perdere gloriā æternam & dei fauorem. 1. Cor. 10. Siue mādúcatis, siue bibitis uel aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite. Obambulant lata phylacteria circunferentes: in his præcepta legis ostendunt inscripta, cum uita nusquam appareat. At hæc animis inscribi oportet, uita decebat exprimi. Hoc uolebat deus, dicēs Deute. 6. Eruntq́ uerba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo &c. & ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntq́ & mouebuntur ante oculos tuos. Non intelligebant q̄ hæc portanda erant in corde, & sic membranis inscripta decem præcepta, capiti imponebant, quasi ad rememorādū. Incedūt latis & magnificis fimbrijs, quas ad distinctionem dominus in quatuor palliorum angulis fieri prę̄cepit Num. 15. Deute. 22. Marc. 12. Et dicebat eis in doctrina sua: Cauete à scribis qui uolunt in stolis ambulare ob splendidiores stolas quærentes p̄ferri. Si condemnantur qui amant, quid ergo qui nihil nō facit pro illis, qua condemnatione dignus est? Vbi humilitatem docere debebant, ibi maiori fastu corrumpebātur. Chrysost. Nec lachrymis abstinere possum, cū primos istos cōsessus, & salutatiōes audiam, ac in mentē uenit, quot quātaq́ hinc mala ī ecclesia dei orta sint. Nam ciuitates sæpenumero & ecclesias euerterunt. Cum uersantur in foro, gaudent honorifice salutari. Luc. 20. Qui deuorant domos uiduarum (sub obtentu prolixę orationis) simulantes longam orationem, hi accipiēt damnationem maiorem. Non studēt uestræ saluti, sed suæ gloriæ: habent longas preces, quo uideantur cæteris religiosiores. His fucis captant uiduas beatas, sed simplices, non uno nomine fraudi idoneas: uel q̄a sexus

est infirmior, uel quia uiduę sunt, maritorum solatio destitutæ, uel quia diuites sunt. Clam accedunt, quasi illarum futuri patroni & tutores, & prętextu longæ orationis, & uestitu reuerentiæ, & simulatione deuorantes domos diuitum. Sed adeo nihil proderit illis ista simulata religionis species, ut grauius etiam sint à deo condemnandi, quod malitiam suam obnubilarint fuco sanctimoniæ. Christas erigunt, quoties à populo audiunt magnificum illum titulum rabbi, quasi soli sint honore digni, aut soli sapiāt, cū hoc ipso minimi sint apud deum, quòd sibi uidentur maximi: & hoc maxime desipiant, quod sibi uidentur plurimum sapere. Chrysostom⁹: Vocari uolunt, non esse: nomen appetunt, officium fugiunt. 1. Timo. 1. Volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. De ijs 2. Petr. 2. In uobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis. 2. Timot. 4. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus: & à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

3 *Vos autem nolite uocari rabbi. unus est enim magister uester. Omnes autem uos fratres estis. Et patrem nolite uocare uobis super terram, unus est enim pater uester qui in cœlis est. Nec uocemini magistri, quia magister uester unus est Christus.*

Monet fugere uanitatem, non propter dignitatem & laudem tantum, sed scientiam & officium. Galat. 6. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. Proinde siquid honoris tribuunt homines hominibus ob dei dotes, quas in illis esse suspicantur, nō debet uindicare cui tribuitur, sed totum ei ascribere, unde totum, & gratias habet, siquid habet boni. 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Sic Paulus gentium se nominauit doctorem. 1. Tim. 2. Veritatem dico, non mentior, doctor gētium in fide & ueritate. Actu. 13. Erant autem in ecclesia quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores. Vnus est in quem uere nomen istud cōpetit, qui lumen scientiæ infundit. Psal. 118. Intellectū dat paruulis. Luc. 24. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Hūc magistrum habetis commu nem. Ioan. 13. Vos uocatis me, magister & domine, & bene dicitis: sum etenim. Vos ad illum comparati, nihil aliud estis quàm condiscipuli ac fratres inuicem, inter quos mutua charitas omnia reddit paria. Fratres dicūtur ratione generalis creationis. Malach. 2. Nunquid non pater unus omnium nostrū? Nunquid non deus unus creauit nos? Deutero. 32. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creauit te? Communis cognationis. Sic Abraham dixit Loth nepoti suo. Gene. 13. Ne sit iurgium, quæso, inter me & te, & inter pastores tuos & pastores meos. Fratres enim sumus. Sic Laban filium sororis suæ Iacob, fratrē nominauit. Gene. 29. Num quia frater meus es, gratis seruies mihi? Sic frater domini nominantur in euangelio, Matth. 12 Naturalis propagatiōis, sic Iacob & Esau. Malac. 1. Nunquid frater Esau Iacob, dicit dominus? Sic communiter capitur inter uulgares. Quarto, specialis religionis. sic Iudæi diceban tur fratres. Leuit. 19. Non oderis fratrem tuum in corde tuo. Sic Christiani, inter quos Christus primogenitus. Romano. 8. Vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Heb. 2. Decebat enim eum propter quē omnia, & per quē omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorē salutis eorū per passionem cōsummari. Qui enim sanctificat, & qui sanctificant, ex uno omnes. Propter quā causam

Fratres qui quotu plicite di cant.

non confunditur fratres eos uocare, dicens: Nunciabo fratribus meis nomen tuum. Psal. 21. Matt. 28. ait mulieribus: Ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam. Exigit aũt debita fraternitas cordialem dilectionẽ. Ecci. 25. In tribus beneplacitũ est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hoĩbus. Concordia fratrum, amor proximorum, & uir & mulier si bene consentientes. 1. Ioan. 3. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scimus q̃m omnis homicida non habet uitam æternam in se manentẽ. Malac. 2. Quare ergo despicit unusquisq; uestrũ fratrem suum? Diligentem correctionem. Leuit. 19. Nõ oderis fratrem tuũ in corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super eo pctm̃ Iaco. 5. Fratres, si quis ex uobis errauerit a ueritate, & cõuerterit quis eum: scire debet, q̃m qui conuerti fecerit pctõrem ab errore uiæ suæ, saluabit animã eius a morte, & operit multitudinem pctõrum. Hinc dñs ait Petro Luc. 22. Simon, ecce satanas expetiuit uos ut cribraret sicut triticũ: ego aũt rogaui pro te, ut non deficiat fides tua. Et tu aliqñ conuersus, confirma fratres tuos. Sic Apl's. 2. Thessa. 3. Nolite quasi inimicum existimare, sed corripite ut fratrem. Efficacem subuentionem. Zacha. 7. Misericordiã & miserationes facite unusq̃sq; cum fratre suo. Matt. 25. Quandiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. 1. Ioã. 3. Qui habuerit substantiã huius mundi, & uiderit fratrẽ suũ necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo, qũo charitas dei manet in eo? In hoc cognouimus charitatem Dei, q̃m ille aĩam suã pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. In hoc fundaẽ quædam fraternitas, quæ dicitur singularis cõmunionis, qua quidam se obligant ad specialem bonorum cõmunionem, quemadmodum negotiatores lucrũ inter se diuidunt. Eccl'es. 4. Melius est duos esse simul q̃ unum. habent. n. emolumentũ societatis: si unus ceciderit, ab altero fulcietur: & si quisq; præualuerit cõtra unũ, duo resistũt ei. Funiculus triplex difficile rumpitur. Ecci. 40. Fratres in adiutorium in tpe tribulationis. Prouer. 18. Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Sic & in spiritualibus, quanq; nemo excludendus a generali bonorum participatione. Psal. 118. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. & Iac. 5. Orate pro inuicem ut saluemini. tñ possunt se ad quędam specialia in inuicem obligare, queadmodum Apl's peculiares sæpe expetĩt orationes. Roma. 15. Obsecro uos fratres per dñm nostrum Iesum Christũ, & per charitatem sancti spũs, ut adiuuetis me in orationibus uestris pro me ad Deum, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa. 2. Thess. 3 Fratres, orate pro nobis, ut sermo Dei currat & clarificetur, sicut & apud uos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Matth. 18. Vbi duo uel tres congregati fuerint in noĩe meo, ibi sum in medio eorum. Iterũ dico uobis: si duo consenserint ex uobis super terrã, de omni re quãcunq; petierint, fiet illis a patre meo qui in cœlis est. Hinc Psal. 132 Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum, habitare fratres in unum. Nec posthac patris honorificum uocabulum homini tribuatis in terris, semel professi patrẽ cœlestem, cui uere debetis & uitam & quicqd habetis, & unde pendetis toti. A quo oĩs paternitas in cœlis & in terra nominaẽ. Ephe. 3. Matt. 6. Pater noster qui es in cœlis. Esa. 63. Tu dñe pater noster, redemptor noster, a seculo nomẽ tuum. Diligit. n. filios suos feruẽter. Esa. 49. Nunquid põt mulier obliuisci infantem suum, ut nõ misereatur filio uteri sui? & si illa oblita fuerit,

Fraternitas q̃ exigat.

Patris cœlestis in filios affectus.

ego tamen non obliuiscar tui. ecce in manibus meis descripsi te. Ioā.3. Sic Deus dilexit mūdum, ut filiū suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum, nō pereat, sed habeat uitam æternā. Erudit diligēter. Heb.12. Patres quidem carnis nostræ eruditores habuim⁹, & reuerebamur eos. Nō multo magis obtempetabimus patri spirituū, & uiuemus? Et illi quidem in tpe paucorꝝ dierum scđm uoluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod utile est, in recipiēdo sanctificationem eius. Fouet clementer. 2. Corin.1. Benedictus Deus & pater dñi nostri Iesu Christi, pater misericordiarꝝ & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Psal.102. Qūo misereť pater filiorꝝ, misertus est dominus timentibus se. Fouet corporaliter, dās escam omni carni. Psal.135. Matt.6. Scit.n. pater quia his omnibus indigetis. Sic & spūaliter. Iac.1. Omne datum optimum & omne donum perfectū, desursum est, descēdēs à patre luminū. Glorificat superemi nenter. Lucæ.12. Nolite timere pusillus grex, q̃a complacuit patri uestro dare uobis regnum. Qm̄ aūt estis filij Dei, misit Deus spiritū filij sui in corda uestra clamātem, abba pater. Itaq; iam nō est seruus, sed filius. Qđ si filius et hæres ꝑ Deū. Ro.8. Hæredes q̃dē Dei, cohęredes autē Christi. Sed cōqueritur dñs per Esa.1. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi aūt spreuerunt me. Malac.1. Filius honorat patrem suū, & seruus dñm suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor me⁹? Hiere.3. Ergo saltē amodo uoca me, pr̄ meus es tu Et dixi, patrē uocabis me, et post meīgredi nō cessabis. Nec uocemini magistri, gloriātes de sciētia quasi ex uobis sit, & gloriam captetis humanam. Hierony. Sicut solus creator uocatur dñs & Deus per essentiam & uniuersalē ꝓuidentiam, alij dij & dñi participatiue, sic Deus solus est pater omniū per seipsum, et solus Christus magister noster, alij per participationem magistri & patres appellantur. Siqs bene docet, laudetur in eo sapientia Dei, quæ se per illum exierit cōmunicatq;. Siqs cura solicitudineq; patrem agit, laudeť in illo bonitas Dei, quę per illum nobis prospicit. Neq; uero hęc dixit dominus Iesus, q͂ impium sit, pręceptorem præceptoris appellare uocabulo, aut parentem parentis noīe salutare: sed hoc sermone prorsus euellere studet ex animis suorꝝ pharisaicam ambitionē, qui qđ erat Dei, sibi uindicabant, & honorē exigebant à populis pro doctrina, nōn sua, sed Dei, quasi ipsi essent authores, & nō potius ministri. Quod.n. habet aliūde accepit, & gratis accepit, & in hoc accepit, ut alijs impartiret. Iac.3. Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes q̄m maius iudiciū sumitis. Deus solus intellectū illuminare pōt. Ps.70 Deus docuisti me à iuuentute mea.

Qui maior est uestrum, erit minister uester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.

Inducit ad humilitatem, quę mater est custosq; uirtutum. Ecci.32. Rectorem te posuerunt? noli extolli, esto in illis quasi un⁹ ex ipsis. Itaq; qui maior est dotibus diuinis, non hoc erit arrogantior, sed solicitior ut cōmunicet: hoc submissior, ne semel perdat arrogantia, quæ diuina benignitas largita est. In authorē Deum gl̄iam omnem transferat, sibi præter humilis ministri sedulitatem nihil uindicans. Duplex ratio humiliationis. Damnum elationis. Prouerb.29. Superbū sequitur humilitas, humilem spiritu suscipiet gloria. Præmium humiliationis. Iob.22. Qui humiliatus fuerit, erit in gloria, & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. Is uere magnus est, qui sibi minimus est:

Humiliādæ rationes quæ.

atq; is iam icipit minimus esse apud Deum, qui suo iudicio magnus est. Ephe.4. Obsecro uos ego uinctus in dño, ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cũ patientia supportantes inuicem in charitate.

De uæ multiplici. Matth.23. Luc.11.

ARTICVLVS CX.

Matth.23. D *Væ uobis scribæ et pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines, uos enim nõ intratis, nec introeuntes sinitis intrare. Væ uobis scribæ et pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eũ filiũ gehẽnæ duplo quã uos.*

Quemadmodũ in ueteri testamento benedictiones positæ sunt obediẽtibus, & maledictiones inobedientibus. Deuter.27. & 28. sic & in nouo uæ inobedientibus prænunciaẽ. Palàm.n. dñs inuehitur in malitiã pharisæorum, minitans illis ultionem diuinam, quo uel pudore resipiscant, uel metu suppliciorum uertantur ad meliora: & omissa simulatione, incipiant esse pietatis euangelicæ cultores. Hierony. Snĩa est, pharisæi sciunt Christum de uirgine natum ex ꝓphetarum oraculis: uerum dum prædam de plebe appetunt, nec ipsi introeunt in regnum cœlorum, nec eos qui poterãt intrare, permittunt. Nam turbam bene de Christo sentientem auerterũt. Sic quasi zelum habẽtes animarum, discurrebant ut è gentibus unum aliquem pellicerent ad legis ꝓfessionem: qui cum attractus fuerat spe discendæ religionis, superstitiosa ipsorum doctrina peruersisq; moribus talem reddebãt, ut non solũ non fieret purus Dei cultor, & hæres regni cœlorum, sed scelera tior etiam Iudęus quã fuerat ethnicus, & magis obnoxius gehennæ quã ipsi erant. Vnusquisq; qui scandalizat malis exemplis discipulos suos, claudit ante eos regnum cœlorum. 2. Pet. 2. Melius erat illis nõ cognoscere uiam iustitiæ, quã post agnitionem retrorsum

Claudere regnũ cœlorum qui quõ dicantur.

conuerti ab eo, qđ illis traditum est sancto mandato. Contingit.n. illis illud ueri prouerbij Prouer.26. Canis reuersus ad uomitum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam.

Væ uobis duces cæci, qui dicitis: quicunq; iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet. Stulti et cæci, quid enim maius est? aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et quicunq; iurauerit in altari, nihil est: qui autem iurauerit in dono quod est super illud, debet. Cæci, quid enim maius est? donum, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo et in omnibus quæ super illud sunt. Et qui iurat in templo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum.

Subdoli et auari pharisęi sic legem interpretabantur, quo hoĩes ad oblationes inducerent. Stultos eos nominat, propter ignorantiam diuinorum: cęcos, propter caliginem cupiditatum & uitiorum ex eis nascentiũ. 1. Timo 6. Radix omniũ malorum est cupiditas, quam qdam appetentes, errauerunt à fide. Cæci, qui professi doctores, nescitis ipsi qđ doceatis, nimirum aberrãtes à scopo legis, nec aliò torquẽtes omnia quã ad quęstum uestrum, præpostero ordine pluris facientes, non ea quæ per se sanctiora sunt, sed quæ uestrę auaritię gratiora. Etenim quẽadmodum peruertitis pręceptum de honorãdis parentibus interpretatione uestra. Matt.15. ita hic docetis peierare. Perfectum erat non iurare omnino: sed tñ qsq; iurat per rem quãcunq;, quæ sacra habetur apud eum cui iurat, periurus est, nisi præstiterit qđ iurauit. Neq;.n. aurum aliũde est sanctum, qđ ornandi gratia additur templo, quã ꝓpter templum, cuius sanctimonia facit, ut aurum etiam alibi profanum, illic sanctum habeatur. Neq; donum aliunde sanctum est, nisi q sacro est altari impositũ. Vterq; ergo peierat, qui in altari uel dono, in templo uel auro templi iurans, non

præstat quod iurauit. Sic & in cœlo. Esa. 66. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum.

Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes.

Obiurgat itẽ ut insipientes, eo ꝙ contemnentes mandata maiora, in paruis diligenter erant. Offerebãt de minimis decimas, quo sanctiores & perfectiores haberentur, & sic consequenter exigebant. Hiero. Arguit eos auaritię, ꝙ studiose etiam uilium olerum decimas exigãt, & iudicium in disceptatione negotiorum, misericordiamq́ in pauperes, pupillos & uiduas, & fidem in Deum, quæ magna sunt, prętermittant. Luc. 11. Sed uę uobis pharisæis, qui decimatis menthã & rutam & omne olus, & præteritis iudicium et charitatem Dei. Oportet misereri et fidere Deo, qa aliàs nõ est salus. Mich. 6. Indicabo tibi ô homo quid sit bonũ, & quid dñs requirat à te: utiq́ facere iudicium, & diligere misericordiam, & solicitum ambulare cum Deo tuo. Multi paganorũ misericordes qdem fuerunt: non credentes autem in Deum, non habuerunt misericordiæ comitem fidem. Hiero. Præcepta Dei quæ magna sunt, negligimus, camelum deuorantes: & opinionem religionis in paruis quæ lucrum habent, culicem liquantes, demonstramus: in minimo superstitiosi, in maximo negligentes. Luc. 11. Vę uobis pharisęis, qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Vę uobis qui estis ut monumenta quæ nõ apparent, & hoĩes ambulantes supra, nesciunt. Rñdens aũt qdam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens, etiam contumeliã nobis facis. At ille ait: Et uobis legisperitis uæ, qui oneratis hoĩes oneribus quæ portare non possunt, & ipsi uno digito non tangitis sarcinas. Iniunctũ officium suscipere, charitatis est: appetere uero, ambitionis. Eccl. 7. Noli quærere ab hoĩe ducatum, neq́ à rege cathedrã honoris. Vę qui nihil aliud agitis, nisi ut hominum oculis placeatis, pro nihilo ducentes, ꝙ animi sordibus Deo displicetis. Cũ hæc aliaq́ magna seueritate diceret dñs Iesus in fucatã pharisæorũ sanctimoniam, qdam è legisperitis cupiens cohibere libertatem Iesu, ait: Dum ista dicis in pharisæos, nos quoq́ afficis contumelia. Non tolerat liberũ sermonem, sibi male conscius animus: & exemplum libertatis in alios, metuit ne in se recidat. Cyrillus: Redargutio quæ mansuetos transfert in melius, superbis hoĩbus intolerabilis est: correctionemq́ culpæ, cõtumeliam reputant psonæ. Prouer. 21. Vir impius procaciter obfirmat uultũ suum: qui aũt rectus est, corrigit uiam suã. Prouer. 29. Viro qui corripientẽ dura ceruice cõtemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequet. At Iesus æterna ueritas, quę nescit assentari, cum sola sit inculpabilis, nec ĩ aliud tñ obiurgat nisi ut medeat malis, rñdit: Si quæ dico, in uos quoq́ competunt, uti fateris, igit & uobis legisperitis uæ. Itaq́ fit ut hoc ipso quo studetis dissimulare malitiam uestram, ꝓdatis. Qñ is qui docet, ea quæ docet pręstat, alleuiat onera, exemploq́ suo consolationem affert discipulis: quando autẽ nihil horũ facit quę docet, grauia uident onera discipulis, ita ut à doctore recte faciendi nullam uim accipiant.

Væ uobis scribæ et pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & parapsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis et parapsidis, ut fiat & id quod deforis est, mundum. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent

hominibus

hominibus speciosa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & uos à foris quidem paretis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.

Væ qui præpostere munditiem curatis. Non. n. inquinat animū, si quis bibat ex illoto calice: sed si qs bibat uinum fraude partum, si qs ad luxū bibat, non ad necessitatem. Tu exteriores poculi partes, hoc est. exteriorem habitudinem fricas, ut elegantiores sint: intus autem te imples sordibus, rapis, iniuria afficis alios. oportet te intus lauari in anima, ut puritate animæ cohonestetur & exterior dignitas. Væ qui tantum abestis à uera munditie, ut magis similes sitis sepulchris, quæ foris nitēt opere albario, titulis uarijsq́; picturis, cum intus sit omni spurcitia referta. Ecci. 10. Cum moritur homo, hæreditabit serpētes et bestias & uermes. Sic & uos foris uidemini religiosi & integri, cū animus undiq; scateat simulatione, omniq́; genere uitiorū madeat. Origenes: Hic sermo nos instruit, ut festinemus esse iusti, nō apparere: qui. n. studet ut appareat iustus, q̄ à foris sunt mundat, & quæ uidentur curat, cor autem suum & conscientiā negligit, hic hypocrita dicit, & intus plerūq; implet auaritia, lasciuia, malignitate.

Hypocrita quis habē dus. *Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iustorum: & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non fuissemus socij eorum in sanguine prophetarum. Itaq; testimonio estis uobismetipsis, quia filij estis eorum qui prophetas occiderunt. Et uos implete mensuram patrum uestrorum. Serpētes, genimina uiperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?*

Væ quod ad falsam ostentationem sanctimoniæ, magnifice extruitis sepulchra prophetarū, et ornatis monumenta iustorū. Miseros dicit, non q ædificarēt sepulchra: hoc. n. Deo gratum: sed qui se iustos simulabant, & patres suos cōdemnabāt, deteriores illis existētes, malitiaq́; excellentes, manifeste mentiebantur. Nam maiora moliebant aduersus eum qui prophetarū dn̄s. Luc. 11. Væ uobis q ædificatis monumenta ꝓphetarū: patres autem uestri occiderunt illos. Profecto testificamini, q consentitis operibus patrum uestrorū: qm̄ quidem ipsi eos occiderunt, uos autem ædificatis eorū sepulchra. Chrysosto. Quidā ædificant martyrū monumenta, basilicas, & tn̄ uiolentiam faciūt: sed nō gaudent sancti, qn̄ pecunijs honorātur, pro quibus pauperes plorant. Ecci. 34. Qui offert sacrificiū ex substantia pauperis, quasi qui uictimat filium in conspectu patris. Agedum rn̄dete maioribus uestris, et qd' deest illorū extremæ malitiæ & crudelitati, uos nequid desit, implete. Illi prophetas occiderunt, uos eum quē prædixerunt prophetæ. Declarat eos nepotes & hæredes malitiæ Cain. Chrysost. Dicebant pharisæi: Si fuissemus in diebus patrum nostrorū, non communicassemus cum illis in facto, sed falsò. Nam germina erant uiperarū. Vt. n. uiperæ matribus ueneni similitudine coniunguntur, sic & illi patribus cupiditate cædis. Iniqui, & iniquorū filij, & parentibus multo iniquiores: fœdiora. n. scelera perpetrarunt, tum quia post illos, tum quia maiora cōmiserunt, & maxime quia iactabant se patribus in talibus non fuisse consensuros, ut tāta patrassent crimina. Cū ergo tam īuincibili (ait) sitis malitia, cū nullis beneficijs, neq; miraculis, neq; blādis sermonibus, neq; austeris, neq; pollicitis, neq; minis possitis corrigi, ut īterim effugiatis iudicium hominum, quomodo effugietis iudicium gehennæ?

Ideo dico uobis: Ecce ego mitto ad uos ꝓphetas, & sapientes, & scribas: & ex illis occidetis et crucifigetis, et ex eis flagellabitis in synagogis uestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatē, ut ueniat super uos omnis sanguis iustus, qui effusus est su- Matt. 23. E

per terram, à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico uobis, uenient hæc omnia super generationem istam.

Ostendit hominum uitio proueni re, quo minus salutem consequanť. Lucæ.11. Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident. Quid amplius faciam isti nationi intractabili? Misi Mosen, misi prophetas, mittam ad eos postremo oīum prophetas qui legem spūaliter interpretenť. Nihil intentatū relinquam quo possint ad meliora conuerti. Sap.12. Tu autem dominator uirtutis cum tranquillitate iudicas, & cū magna reuerentia disponis nos. Mitto dicit, qa nunc̄q; destitit mittere oparios in uineam suā. Matt.20. & ipsius est mittere, qa quotquot uenerunt nō missi ab eo, fures sunt & latrones. Ioan.10. Hiere.23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad illos, & ipsi prophetabant. Si stetissent in consilio meo, & nota fecissent uerba mea ppl'o meo: auertissem utiq; eos à uia sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. Hinc Matth.9. Rogate dñm messis, ut mittat operarios in messem suam. Chrysosto. Apostolos uocat prophetas, qa spiritu prophetico pleni: sapientes, quia corda hominū sapientia erudiebāt diuina, qua pleni erant. 1. Corin.2. Sapientiā loquimur inter perfectos, sapientiam uero non huius seculi, neq; principū huius seculi quæ destruetur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriā nostram, quam nemo principū huius seculi cognouit. 1. Corin.3. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Nam pmisit illis Ioan.16. Cū uenerit spiritus ille ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. 1. Corin.12. Et quosdam qdem posuit Deus in ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores. Ephe, 4. Et ipse dedit quosdam qdem apl'os, quosdam autē prophetas, alios uero euangelistas, alios aūt pastores & doctores ad cōsummationem sanctoꝝ, in opus ministerij, in ædificationē corporis Christi. Prophetæ, qui futura prædicendo, pœnæ cōminatione & præmij promissione à malis retraherent. Sapientes, qui in bono instituerent. Scribæ, qui in lege periti scripturas declararent. Matt.13. Omnis scriba doctus in regno cœloꝝ, similis est homini patrifamilias, q pfert de thesauro suo noua & uetera. Ecce quanta Dei diligentia ad reuocandos errātes. Esa.46. Redite præuaricatores ad cor. Sed Hiere.25. Misit dominus ad uos omnes seruos suos pphetas, cōsurgens diluculo mittensq;, & nō audistis neq; iclinastis aures uestras, ut audiretis cum diceret: Reuertimini unusquisq; à uia sua mala, & à pessimis cogitationibus uestris, & non audistis me, dicit dñs, ut me ad iracundiam puocaretis, in operib9 manuum uestraꝝ, in malum uestrū. Vnde sequitur, occidetis &c. Non solū non audietis, nam Iacobum occiderunt. Actu.12. & Stephanū. Actu.7. discipulos flagellarunt. Actu.5 cōuocantes apostolos, cæsis denunciauerunt, ne oīno loquerentur in noie Iesu. Adeo.n. non receperunt, ut persequerentur eos de ciuitate in ciuitatē, donec insanabili sua malitia compellerent ire ad gentes. Actuū.13. Vobis oportebat primū loqui uerbū Dei: sed qm̄ repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gētes. sic.n. præcepit nobis Deus. Sic illoꝝ malitia Dei uicit bonitatem. Dei.n. sapientia quæ ineffabili consilio temperat oīa, priusq; puniret illoꝝ pertinacem malitiam, omnibus modis reuocare studuit à crudelitate. Cæterum ubi iam decla

rata fuerat omnibus,simul & imensa Dei bonitas, & illorum inuicta pueritias,tanto atrociores passuros prænunciauit pœnas, quanto diutius tolerati sunt,quanto maioribus beneficijs prouocati sunt ad pniam.Vt ueniat,dicit,omnis sanguis,id est,ultio sanguinis iusti effusi. Sic pharisæi dicebãt apłis Act.5. Ecce replestis Hierusalem doctrina uestra, & uultis inducere super nos sanguinem hoïs istius.Tenet hic,ut,consecutiue,non causaliter: qa non est affectus uoluntatis, sed consecutio æquitatis. Abel meminit, qa propter inuidiã occisus à fratre. Gene.4. 1.Ioan.3. Non sicut Cain qui ex maligno erat,& occidit fratrem suum. Et ppter quid occidit eum? Qm opera eius maligna erant, fratris aũt eius iusta.Ita & Christus Matth.27.Sciebat.n.qm ppter inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes.Sap.2.Grauis est nobis etiam ad uidendum, qm dissimilis est alijs uita illius,& innouatę sunt uię eius. Tanquam nugaces ęstimati sumus ab illo, & abstinet se à uijs nostris tanquam ab imunditijs.O quot tales sunt,qui uolunt meliorem uitã uiuere, ne degeneres ipsi cogantur improperia sustinere. Sap.2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum.imitantur aũt illum,qui sunt ex parte illius.De Zacharia habetur.2.Paral.24.Mittebat eis prophetas,ut reuerterẽtur ad dñm,quos protestãtes illi audire nolebãt. Spũs autem dñi induit Zachariam filium Ioiadę sacerdotem,& stetit in conspectu populi, & dixit eis: Hæc dicit dñs: Quare transgredimini præceptum dñi quod uobis non proderit,& dereliquistis dñm ut derelinqueret uos? Qui congregati aduersus eum,miserũt lapides iuxta regis imperium in atrio domus dñi.Et nõ est recordatus Ioas rex misericordię quam fecerat Ioiada pater illius, sed interfecit filium eius. Qui cũ moreretur,ait: Videat dñs & requirat. Obserua Ioiadam fuisse binomium, quemadmodũ plures in nouo & ueteri testamento. Vnde in euangelio quo utunť Nazaræi, filius Ioiadę ponitur,ut dicit Hierony. Hic aũt eius iustitia prædicatur.Barachias.n.benedictus dñi dicitur. Sed cũ neutrũ occiderint, cur pœna & mala super hanc generationem uentura dicunť? ait.n.dñs Deute.24.Non occidentur patres pro filijs,nec filij pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur. Ezech.18. Filius non portabit iniquitatem patris, neque pater iniquitatem filij. Iustitia iusti super eum,& impietas impij erit super eũ. Contra hic,& Nume.14. ait Moses: Dñs patiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera, nullumque innoxium derelinquens, qui uisitas iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationẽ. Sed nunqd iniustus est Deus?Roma no.3. Nunqd iniquus est Deus q infert irã? Scdm hoiem dico:Absit,alioqui qũo iudicabit Deus hunc mundum? Interroga dñm,& audi dicentem Exo.20.Ego sum dñs Deus tuus, fortis zelotes, uisitans iniquitatẽ patrum in filios in tertiam & quartam generationẽ eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in millia, his qui diligunt & custodiunt præcepta mea.Vnde & hic ipsos filios dixit uiperarum.Chrysost. Dum dicit,requirẽtur hęc omnia à generatione ista, idẽ est quod alibi dicit,reddens iniquitatem parentum in filios in tertiam & quartam generationem.Exod.20.nõ quod alieni peccati luat quisque supplicia, sed qui multos propter peccata sua uexatos non ignorat,neque idcirco factus est melior, sed etiam cõmittens nõ curat,illorum quoque pœnas iuste sustinebit. Quantũ ad hoïes,multæ sunt generationes,diuersis tpibus sibi succedentes:quo ad Deum,duę. *Generationes quot.*

Bonorum.Psal.33. Hæc est generatio quærentium dñm, quærētium faciem Dei Iacob.Sapiē.4. O q̃ pulchra est casta generatio. Vnde Psal.13. Dñs in generatione iusta est. Quia generatio rectorū benedicetur. Altera malorū. Psal.77. Generatio praua & exasperans, generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cū Deo spiritus eius. Deut.32. Generatio praua atq; peruersa, hæccine reddis dño populo stulte atq; insipiēs? Vniuersi ergo sancti in uirtutib9 similes, in una generatione computantur, quia imitatores uirtutum: sic & mali, malitia similes, a primo parricida, usq; ad ultimum perditionis filiū in una generatione. Ioan.8. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida fuit ab initio. Signatur aūt dñs per hos duos, q̃a sacerdos scdm ordinē Melchisedech, Heb.7. & pastor ouium. Ioan.10. Sic & quo ad corpus mysticum, in quo quotidie persecutionem patiť. Hinc Saulo dixit Act.9. Saule Saule, quid me persequeris? Abel.n. simplex pastor ouium, ob uitæ innocentiam in agro passus est. Zacharias sacerdos ꝓpter sanam correptionis doctrinā, in tēplo lapidatus est. q̃a re utriusq; gradus martyres designanť, & laici, & altaris officio deseruiētes. Luc.11. Væ uobis legisperitis, qui tulistis clauem scientiæ: et ipsi non introistis, et eos qui introibant, prohibuistis. Cū hæc ad illos diceret, cœperunt pharisæi & legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, īsidiantes ei, & quærentes aliquid capere ex ore eius, ut accusarent eum. Dum legem perperam interpretamini, oppugnatis q̃d est totius legis caput. Doctrina.n. legis ad Christū ducit. Roma.10. Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Esa.7. Nisi credideritis, nō intelligetis. Ioā.5. Si crederetis Mosi, crederetis utiq; & mihi. de me.n. ille scripsit. Ad hmōi sermones, subamaros q̃dem ob liberiatem ueritatis, sed salutiferos, si uoluissent recipere pharmacum, uehementer offensi sunt & pharisæi & legisperiti. Habet.n. hoc & hypocrisis pharisaica, ut nihil tam impium moliať, cui non prætexat pietatis fucum. His dictis clementissimus dñs Iesus, q̃ pro sua bonitate nolebat quenq̃ oino perire, cōsiderans miserabile urbis Hierosolymitanæ, q̃d īminebat de ꝓpinquo excidium, nam illius oculis oia erāt præsentia, simul et illorū inexpugnabilem peruicaciam, qua diuinā lenitatem uersuri erant in furorē, oratione lamentabili deplorat Iudaicæ gentis deuastationem.

Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas & lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta.

Hierony. Non saxa & lapides ciuitatis, sed habitatores alloquiť, quos patris plangit affectu. Vnde bis replicat misertus eius, & magna compassione eam reuocans, expostulans cū ea quasi cum dilecta, quæ dilecto cōtempto nisi reuertatur, pœnas datura sit. Hinc Esa.1. Heu consolabor de hostibus meis, & uindicabor de inimicis meis, et conuertam manū meā ad te, & excoquam ad purū scoriam tuam. Hierusalem, ait, nō Aegyptus, non Babylon, sed tu quæ caput es religionis & magistra. Esa.2. De Sion exibit lex & uerbum dñi de Hierusalem. Chrysost. Non dicit quæ lapidasti, sed lapidas & occidis, quasi dicat, naturalem habes cōsuetudinem ad hoc. Qui ad te instruendam & reuocandam missi sunt. Hiere.18. Nunquid redditur pro bono malū, quia foderunt foueam animæ meæ? Luc.13. Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te mittuntur. Mira Dei benignitas, q̃a non

non obstantibus occisionibus sanctorum, non tamen destitit reuocare eos a malitia. Hinc ait, quoties, quia non semel aut bis: quo etiam uerbo indicat omnes retro prophetas a se missos. Hebręo.1. Multifariam multisq́ modis olim deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Unde Apostolus.2.Corin.5. Pro Christo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliamini deo. Congregare, ait, nõ dispergere uel punire. Ioã.10. Lupus rapit & dispergit oues. Lucæ.11. Qui non colligit mecum, dispergit. Nihil autem sic dispergit a deo ut peccatũ, & nihil sic ad deum aggregat ut uirtus. Lucæ.13. Quoties uolui congregare filios tuos, quẽadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti? Metuens enim pullis suis, congregat eos, fouetq́ sub alis. Matthæus autẽ designans, gallinam nominat, quæ affectu ifirmatur. Sic Christus sua nos gratia sub alis protectionis suæ protegit contra diabolicos incursus, & gratia sua fouet. Psal.56. Miserere mei deus miserere mei, quoniam in te cõfidit anima mea: & in tegmine alarũ tuarum sperabo, donec transeat iniquitas. Maiori quidem affectu Christus nos, quàm gallinæ (quæ naturali tantum pullos fouet affectu) congregat in unitatem fidei, & dilectionis, quia super cœlesti, & immenso amore, & super bona uoluntate. Unde & mori uoluit, Ioan.11. non solum pro gente, (Iudæorum) sed ut filios dei qui erant dispersi, congregaret in unum. Hinc Psal.35. Filij autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. A me nihil omissum est quo seruareris, sed contra nihil a te prætermissum est, quo tibi perniciem accersires, salutẽ excluderes. At cui semel data est arbitrij libertas, inuitus seruari non potest. oportebat meæ uoluntati uestram respondere uoluntatem. Deus etsi possit coactionem inducere auferendo libertatem, non tamen manẽte proprietate libertatis arbitrij & eius natura, quia hoc non solum non est impossibile, sed et non intelligibile, implicans in se duo cõtradictorie opposita. Augustinus: Volũtas dei semper impletur, aut de nobis, aut a nobis. De nobis implet, & tamen nõ implemus eam quando peccamus: a nobis, quando bonũ facimus. Ideo.n. facimus, quia deo placere scimus: & sic de homine de⁹ semper implet suam uoluntatem, quia nihil facit homo de quo deus non operetur suam uoluntatem. Non uult deus ut peccet homo: sed si peccauerit, pœnitenti uult parcere ut uiuat. Ezechi.18. Nunquid uoluntatis meæ est mors impij, dicit dominus, & non ut conuertatur a uijs suis & uiuat? In peccatis uero perseuerantem uult punire, ut iustitię potentiam nõ euadat. Rom.9. Voluntati eius quis resistit? Esai.46. Consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fiet. Ex mea ergo parte uolui, & tu noluisti: et quod uolui etiam te nolente, uoluntate effi caci feci. 4. Reg. 17. Et testificatus est dominus in Israel & in Iuda per manum omniũ prophetarũ & uidentiũ, dicẽs: Reuertimini a uijs uestris pessimis, & custodite pcepta mea & cæremonias iuxta oẽm legẽ quã præcepi patribus uestris, & sicut misi ad uos in manu seruorum meorum prophetarũ. Qui nõ audierũt, sed indurauerũt ceruicem suam, iuxta ceruicẽ patrũ suorum, qui noluerunt obedire dño deo suo. Sed quia noluerunt congregari spiritualiter, dispersi sunt & corporaliter. Chrysostomus: Sicut ante mortem præcedit insanabilis infirmitas, sic & ante ruinam aut hominis, aut ciuitatis, aut loci, inemendabilia

Voluntas dei quomodo semper impleatur

præcedũt peccata. Hinc dominus de Cananæis ait Abrahę Gen.15. Necdũ enim cõpletæ sunt iniquitates Amorræorum usq; in hunc diem. Ciuitas autem dei auxilio destituta, satis deserta est. Et quia pulli non audierunt matrem uocãtem, uenit accipiter Romanus, partim occidens, & partim dispergens. Dani. 9. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cũ duce uenturo, & finis eius uastitas. Quandiu uitam bene gerebant, & templum dei erat: quia autẽ & illud contaminauerunt, iam non erat domus dei, sed ipsorum. Discimus ergo hoc loco, quod propter nos deus tẽpla inhabitat: quod si nos pœnitendi fuerimus, relinquuntur, & templa. Sic deus nolentes colligi deserit, quia anima quæ templum est spiritus sancti, 1. Corinth. 6. igne libidinis & uitiorum concrematur. Sapiæ. 1. In maleuolam animam non introibit spiritus sapientiæ.

Cur deus inhabitet templa.

3 *Dico enim uobis, non me uidebitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini.*

Relinquemini in cæcitate mentis uestræ, donec aliquãdo, uel tantis docti malis, resipiscatis. Dico enim uobis: posthac non uidebitis me, quousque uenerit illud tempus, quo me uidentes oculis fidei, dicatis: Benedictus qui uenit in nomine domini, quem nunc calumniamini uenisse in nomine Beelzebub. Cum dominus ista dixerit post diem palmarum, in qua eum populi cum laudibus istis in Hierusalem deduxerunt, cogit mystice ipsa intelligi debere, ut Iudæi quem nunc contemnunt humilem, tunc in maiestate uenientem confiteãtur uel inuiti quando, uidebunt in quem transfixerunt, Apoca. 1. Matt. 26. Veruntamen dico uobis: amodo uidebitis filium hominis sedentem à dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus cœli. Vel secundum Hieronymum, insinuatur tempus pœnitentiæ, quasi dicat. Nisi pœnitentiam egeritis, & confessi fueritis ipsum me esse de quo prophetæ prædixerunt, filium omnipotentis patris, faciem meam non uidebitis. In quo notatur conuersio reliquiarum ante domini aduentum ad iudicium. Romano. 11. Nolo enim uos ignorare fratres mysterium hoc, ut nõ sitis uobisipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.

De oblatione uiduæ. Mar. 12. Luc. 21. *Marc. 12.*

ARTICVLVS CXI. F

Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylaciũ.

Ostendit deum donaria nostra nõ æstimare ex modo rei, sed ex affectu mentis. His enim peractis, conferebat sese in eam templi partem, in qua erat gazophylacium, in quo seruabantur donaria templi. Posita enim erat arca iuxta portam domus domini forinsecus, pro reparatione & conseruatione templi, & oblationum in eo, munera dare uolentium, 2. Paral. 24. Cum enim præcepto dei tabernaculum ædificaretur, miro affectu populus donaria præbebat. Exo. 25. Loquere filijs Israel, ut tollant mihi primitias: ab omni homine qui offert ultroneus, accipietis eas. Facientq; mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum, iuxta omnem similitudinem quam ostendam tibi, & omniũ uasorum in cultum eius. Exod. 35. Egressaq; omnis multitudo filiorum Israel à conspectu Mosi, obtulerunt mente promptissima atq; deuota, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Exod. 36. Vnde artifices uenire cõpulsi, dixerunt Mosi: Plus offert populus quàm necessarium est. Sic tempore Dauid pro ædificatione templi. 1. Paralip. 29. Locutus est Dauid rex ad omnem ecclesiam; Opus grande

est,neq; enim homini præparatur habitatio,sed deo. Lætatusq; est populus cum uota sponte promitteret, qa corde toto offerebãt ea domino. Sed & Dauid rex lætatus est gaudio magno,& benedixit domino corã uniuersa multitudine,& ait: Benedictus es deus Israel patris nostri ab æterno & in æternum. Cuncta quæ in cœlo sunt & ĩ terra,tua sunt. Tua sunt omnia,& quæ de manu tua accipimus, dedimus tibi. Scio deus meus,q pro bes corda & simplicitatẽ diligas. unde & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli uniuersa hæc, & populum tuum qui hic repertus est, uidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria Domine deus,custodi in ęternum hanc uoluntatem cordis eorum, & semper in uenerationem tui mẽs ista permaneat. Sic sub Ioiada sacerdote & Ioas rege,oblationibus populi reparata,2.Paralip. 24. Hinc dominus ait Aggei.1.Ponite corda uestra super uias uestras. seminastis multum, & intulistis parum:comedistis,& non estis saturati:bibistis,& non estis inebriati: operuistis uos, & non estis calefacti. Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus. Intulistis in domum,& exufflaui in illud. Quam ob causam,dicit dominus exercituũ? Quia domus mea deserta est, & uos festinastis unusquisq; in domum suam,propter hoc super uos prohibiti sunt cœli,ne darent rorem:& terra ꝓhibita est,ne daret germen suum: & uocaui siccitatem super terram,& super montes, & super triticum,& super uinum,& super oleum, & quæcunque profert humus, & super homines,& super iumenta,& super omnem laborem manuum. Ascendite in mõtem,portate ligna,& ædificate domum,& acceptabilis mihi erit,et glorificabor,dicit dominus.

Et multi diuites iactabant multa. Cum uenisset autem una uidua pauper, misit duo minuta, quod est quadrans.

Erat sacer thesaurus quem pij contribuerunt, quo utebantur ad apparitionem & necessaria sacrificij, & ornatum templi,quanuis & de hoc postea sacerdotes negociationem fecerint, distribuentes non in ea ad quæ cõtributus fuerat. Hinc eos qui multa mittebant, ueluti cæteris sanctiores haberi uolebãt, pietatem illorum ex doni modo metientes, & populum seducentes, quasi sine pœnitentia oblationes auferrent peccata. Hie re.11. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas? Esa.1. Quo mihi multitudinem uictimarum uestrarum,dicit dominus? plenus sum. Cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis: & cum multiplicaueritis orationem,non exaudiam. manus enim uestræ sanguine plenę sunt. Lauamini,mundi estote,auferte malum cogitationum uestrarum, quiescite agere peruerse, discite benefacere. 2.Mach.5. Non enim propter locum gentem, sed propter gẽtem deus locum elegit. Hinc Hieremi.7. Bonas facite uias uestras, & studia uestra, & habitabo uobiscum in loco isto. Nolite confidere in uerbis mendacij,dicentes,templum domini,templum domini.

Et conuocans discipulos suos,ait illis: Amen dico uobis,quoniã uidua hæc pauper plus omnibus: misit,qui miserunt in gaZophylaciũ. Omnes enim ex eo quod abundabat illis,miserunt: hæc uero de penuria sua omnia quæ habuit, misit, totum uictum suum.

Longe discrepat Iesu iudicium à iudicio pharisæorum & scribarum, quod noluit latere discipulos suos. Igitur quo magis hæc infigeret animis populi,homines apud deum nõ æstimari ex rebus uisibilibus,sed animi synceritate,simulq; taxaret scribarum,pharisæorum & sacerdotũ aua-

ritiam,ait:Hæc uidua hominum iudicio uidetur minimum misisse in gazophylacium: at ea dei iudicio plus misit quàm illi diuites,qui copiosissime miserunt.Luc.21.Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera dei, hæc autem quod deest illi,omnem uictum suum quem habuit,misit.Commendat uiduæ oblationem, quia iusta,quia de proprio.Prouer.3. Honora dominum de tua substantia. Ecci.34. Dona iniquorum non probat altissimus,nec respicit in oblationes iniquorum,nec in multitudine sacrificiorum eorum propiciabitur peccatis. Secundo,quia libera,non coacta misit.2.Corinth.9. Vnusquisque prout destinauit in corde suo,non ex tristitia aut ex necessitate. hilarem.n. datorem diligit deus.Ecci.35. In omni dato hilarem fac uultum tuum, & in exultatiõe sanctifica decimas tuas. Tertio, quia magna, non quantitate molis,sed affectus .2.Corinthio.8. Si enim uoluntas prompta est, secundum id quod habet,accepta est, non secundum id quod non habet.2.Corinth.9. Qui parce seminat, parce & metet.Ecci.35.Da altissimo secũdum donatum eius,et in bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum, quoniam dominus retribuens est,& septies tantum reddet tibi.Noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa: & noli inspicere sacrificium iniustum, quoniam deus uindex est, & non est apud illum gloria personę.

Vidua oblatio unde potissimũ commẽdetur.

De consummatione templi,ciuitatis,& mũdi, Mat.24. Mar.13. Luc.21.

ARTICVLVS CXII.

Matth 24. *Et egressus Iesus de templo,ibat. Et accesserunt* G *discipuli eius, ut ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico uobis,nõ relinquetur hic lapis super lapidem,qui non destruatur.*

Post euangelicæ legis institutionem,promulgationem, & confirmationem, de finali agit iudicio, mundiq; ac urbis Hierosolymitanæ consummatione. Egressu suo ostendit, quod à Iudęis migraturus sit,& sicut dixit quod relinqueretur domus eorum deserta, ita, & fecit inde discedens, aliud templum nobis excitaturus,uere sanctum & spirituale,solidam structuram ac firmam, aduersus quam nec inferorum portæ forent præualituræ.Discipuli admirantes, ostendũt domino templi molem,opere tam admirabili,ut indignum uideretur destrui: tum adeo firma structura, ut nõ uideretur posse dirimi.Iudęi enim præcipuam gloriam habebant in tẽplo,quod operosissime constructum magnificisq; donarijs locupletatum, magna religione uisebatur, non solũ ab omnibus Iudæis,uerum etiam ab alienigenis.Luc.21. Et quibusdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus & donis ornatum esset. Marc.13 Et cum egrederetur de templo,ait illi unus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides & quales structuræ.Et respondens Iesus,ait illi: Vides has magnas ædificationes? Luc. 21. Hæc quæ uidetis, uenient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Nihil est omnium horum tam munitum, aut pulchrum,aut sanctum,quod nõ sit demoliendum:quare nihil proderunt ei pretiositas & uenustas. Sic & unusquisq; suscipiens uerbum dei,tẽplum fit dei,quod est sanctum & pretiosum,1.Cor.6. si uero peccauerit, fit causa suæ desertionis,ita ut Christus egrediatur.

Sedente autem eo super montem Oliueti,accesserunt ad eum discipuli secretò,dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui et consummationis seculi? Et respondens,dixit eis: Videte ne quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent. Matt. 24. H

Cum sederet habens tẽplũ in prospectu.adeunt eum cognituri certius

aliquid de tempore tantę calamitatis uenturæ. Marc. 13. Et cum sederet in monte Oliuarum contra tēplum, interrogabant eum separatim Petrus et Iacobus & Ioannes & Andreas: Dic nobis, quando ista fient? & quod signū erit quando hæc omnia incipiēt cōsummari? Tria interrogabāt: Quo tempore Hierusalem destruenda, & quod signum Christi aduentus, & tertio quod signum cōsummationis seculi: hoc agentes, ut quemadmodum transfigurationis arcanum paucis seorsum crediderat, ita de tempore uenturi regni paucis communicaret, quod alijs omnibus crediturus non esset. Suspicabantur enim mox à uastatione ciuitatis Hierosolymitanæ, templiq́ demolitione, rursus aduenturum Christum in maiestate. Discipuli de regno cogitabāt, dominus autem qui suis exemerat solicitudinem uictus, libidinem uindictæ, prouidentiam uitæ, uoluit & curiositatē cognoscendi quæ ad salutem nō pertinent, eximere. Sed quemadmodum omnibus expedit hoc scire, quòd aliquando finient hanc uitam, ut semper in eum diem sese præparent: ita uolebat persuasum esse discipulis, uēturum tempus quo rediret iudex uiuorum & mortuorum: cæterum quādo id uenturum esset, quoniam non expediebat, sciri nolebat. Regnum.n. illud beatum aliquando uenturum est, & suo tempore uenturum. eius rei curam deo committere magis expedit. Acto. 1. Non est uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in potestate sua. Nostrum est interim sic nos gerere, ne regno uideamur indigni. Hinc non aperte & determinate respondet, quo cautos reddat. Lucæ. 21. Videte ne seducamini. multi enim uenient in nomine meo, dicentes quia ego sum, & tempus appropinquauit. Nolite ire post eos. Venient ante tempus illud quo uēturus sum, pseudochristi, et inuenient stultè credulos quos fallant. Nolite taliū insidijs cōmoueri & si quò uocabūt uos, nolite sequi.

Audituri enim estis prælia & opiniones præliorum. uidete ne turbemini Oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentiæ & fames & terræ motus per loca, Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent uos in tribulationem, & occident uos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem. 2

Tumultus rerum omnium, speciē præbebit iam instantis mundi finis. Verum ne protinus ista dejiciant animos uestros, ut existimetis instare tempus illud extremum. Prouer. 12. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit, impij autem replebuntur malo. Prouerbi. 28. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Non enim turbantur iusti insurgētibus tribulationibus, certi de adiutorio diuino. Psal 90. Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiā eum, & glorificabo eum. 1. Corint. 10 Fidelis deus, qui non patietur uos tētari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum dei. Hæc præludia duntaxat erunt mundi finiendi, quemadmodum in senili corpore, crebri morbi prædicunt breui collapsurum. Quin & terra ipsa uelut indignata tam impios homines sustinere & alere, motibus concutietur: quin, & aer uelut indignans impijs uita & halitu indignis, pestilens erit & letalis. Huiusmodi multa cum uideritis fieri, ne protinus expectetis finem. Erunt enim hæc tantum exordium ac procemiū

uenturæ calamitatis,quę malos perdet, bonos examinabit purgabitq́ꝫ. Nec uos iterim eritis absq; huiusmo di malis immunes: siquidem in hoc rerum tumultu pertrahent uos in uarias afflictiones. Inexpectata, terrere & conturbare consueuerunt: ideo tē pestiue interserit narrationem illam, ut ex communibus habeant consolationem quandam in proprijs calamitatibus. Non mediocris autem consolatio,quòd propter ipsum passuri erant. 1.Petr.4. Si exprobramini in nomine Christi,beati eritis:qa quod est honoris & gloriæ & uirtutis dei, & qui est eius spiritus, super uos requiescet. Nemo autem uestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: si autem ut Christianus, non erubescat: glorificet autem deum in isto nomine. Prædicit, & quod præ omnibus graue, nempe à maxime familiaribus impugnari. Ioan.16. Venit hora ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare deo.

Et multi pseudopropheta surgent, & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum Qui autem perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit.

Quin et aliud malorum genus grauius erit. Exurgent falsi doctores, qui simulantes sese prædicare euangelium meum, suæ gloriæ, sui quæstus, suiq́ꝫ uentris agent negocium: proq́ꝫ meo spiritu satanæ spiritum inferent discipulis: pro regno cœlorum, regnum huius mundi docebunt. Horum technis illaqueabuntur etiam ij,quos tormenta superare non poterant. Nullus enim capitalior hostis,quàm domesticus & fucatus amicus. Tempus consummationis falsos prophetas habebit & famē & pestilentias, ex continuis bellis, quæ contingent ob charitatis penuriam. Hieronymus: Non omnium negauit fidem, sed multorum. Multi enim uocati, pauci uero electi, Matt. 20. Sola enim perseuerantia coronabitur. 2. Timot. 2. Nam & qui certat in agone, non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Nulla malorum uis quenquam poterit perdere, nisi quem animus rectus defecerit. Consolatur ergo quod propter ipsum passuri, & quod perseueraturi saluarentur. Vnde Act.5. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati Hinc Rom.8. Certus sum quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.

Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet consummatio.

Quantumuis insurrexerint impostores, malæ doctrinæ prædicatores: aderit Christus suo euangelio, non erit prædicandi obstaculum. nō enim uenturus est mundi finis, priusquam hoc euangelium regni cœlorum, per omnia regna mundi prędicetur, omnesq́ꝫ nationes occuparit, ne qui parere noluerint, prætexere queant ignorantiam. Hoc ubi factum fuerit, tum ueniet mundi consummatio.

Cum autem audieritis prælia et seditiones, nolite terreri. oportet primum hæc fieri, sed nondū statim finis. Tunc dicebat illis: Surget gens in gentē, & regnum aduersus regnum, & terræmotus magni erunt per loca & pestilentiæ & fames, terroresq; de cælo & signa magna erunt. Luc.21

Dominus ac redemptor noster perituri mundi præcurrentia mala denunciat, ut eo minus pturbent ueniētia, quo fuerint pręscita. Minus enim iacula feriunt q̃ præuidentur: & nos tolerabilius mūdi mala suscipimus, si contra hæc per prouidentiæ clypeum munimur. Hæc Grego. Cum

autem sublata fuerit charitas, merito locum habent bella et seditiones. Cõcutietur rerum natura, ueluti malitiã hominum detestata, & in scelerũ uindictam insurgens. Grego. Quia in cũctis deliquimus, in cũctis ferimur, ut impleatur quod dictum est Sapien. 5. Acuet diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Vt quot in mundo habuimus gaudia, tot postea cogamur sentire tormenta. Fames, uelut terra negante suam alimoniam, filijs tam impijs aduersus deum, cui muta quoque famulantur elementa. Nouis & insolitis tumultibus concutietur orbis. Quin & cœlum ipsum prodigia dabit, iram dei testantia, cometis noua specie sese proferentibus, alijsq́; prodigijs nouis & admirandis. Verũ ut corpus humanum non statim emoritur morbis ingentibus concussum, sed tamen morbi subinde recurrẽtes, declarant non procul abesse mortis diem. Marc. 13. Initium dolorum hęc. Grego. Quia multa debent mala pręcurrere, ut malum sine fine ualeant prænunciare.

2 *Sed ante hæc omnia inijcient uobis manus, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges et præsides propter nomen meũ. Continget autem uobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus uestris, nõ præmeditari quemadmodum respondeatis. Ego enim dabo uobis os et sapiẽtiam, cui non poterunt resistere & cõtradicere omnes aduersarij uestri.*

Antequam hæc publica calamitas orbẽ corripiat, antecedet insignis hominum peruersitas, quæ dei bonitatẽ ad iram prouocabit. Vobis enim nomẽ meum, per quod salui fieri potuerunt, prædicantibus, inijcient manus & omni genere malorum persequentur, ueluti nocẽtes & maleficos. Act. 4. Nec enim aliud nomẽ sub cœlo est datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Nomen enim meum modis omnibus conabuntur abolere, sed frustra: per quod & uestra probata fiet constantia, & illorum intelligetur merito damnata nequitia, qđ etiam torquentes uos, ueritatem uincere non potuerunt. Ioan. 15. Si me persecuti sunt, & uos persequentur. Si de mundo fuissetis, mundus utiq; quod suum erat diligeret: quia uero de mundo nõ estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Sed quia priuati, & imperiti erant, ne turbarentur reddituri rationem apud uiros sapientes, ait: Vocati in ius, ite, ne uideamini publicam authoritatem aspernari, nam hoc profuerit ad euangelij propagationem. Cæterũ ituri, meo præsidio, uestraq́; innocentia freti, non est quod metuatis illorum tribunalia, nec quod solicite meditemini apud uos, quomodo sitis acturi causam homines idiotę & rudes legum ac forensium actionũ, apud consessum magnatum & principum. Ego per meum spiritum uobis adero patronus & aduocatus inuictus, qui uobis suppeditabit & linguam & sapientiam, cui non poterũt resistere, quantumuis crudeles aut diserti sint, etsi ad unum usque obstiterint. Act. 6. Surrexerũt quidam de synagoga, disputantes cum Stephano, & non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. 2. Cor. 13. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?

Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis: & morte afficient ex uobis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meũ. Et capillus de capite uestro non peribit. In patientia uestra possidebitis animas uestras.

Cęterum huiusmodi persecutiones non solum expectandæ sunt ab alienis & hostibus, uerumetiam ab amicis & cognatis. Prædicit et hoc, ut ne cum uenerit subito turbentur. grauiter enim hæc animam cruciant. Grego. Minorem dolorem ingerunt, quæ ab inimicis inferuntur: magis uero

nos mala premunt, quæ ab amicis in geruntur: quia cum dolore corporis, mala nos cruciant amissæ charitatis. Psal.54. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utiq;: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu uero homo unanimis, dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. Marc.13. Cum duxerint uos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum uobis fuerit in illa hora, id loquimini. Non enim uos estis loquentes, sed spiritus sanctus. Tradet aūt frater fratrem in mortē, et pater filiū, & insurgent filij in parētes & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomē meum. Qui aūt sustinuerit in finem, saluus erit. Subdit ergo maximam consolationē q̄a propter ipsum odio habendi, non propter scelera sua: & quod neq; minimum quiddā in eis corrumpatur, etiam si uideatur multis corrumpi. Quantumuis igitur deseuiant in uos persecutionum humanarum procellæ, non est quod metuatis, uidelicet me protegente. Non.n. committam ut uel pilus capitis uestri pereat, tantū abest ut sim uobis defuturus. Per patientiam possidebitis animas uestras, quas inimicus rapere cupit, & nihil uobis damni erit. Ne ergo respicite ad humana præsidia, sola tolerantia defendetis uitam uestrā. Quisquis.n. perstiterit in bene cœptis usq; in finem, hic saluus erit. Nulla enim calamitas perdere ualeat cōstanti pectore fidentem euangelio, nec potest perire qui ob mei nominis professionē occiditur, neq; peribitis ante diē. Mat.5. Beati qui psecutionem patiuntur propter iustitiam, q̄m ipsorū est regnum cœlorum. Beati estis cum male dixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, et dixerint omne malum aduersus uos, mētientes, propter me: gaudete & exultate, quoniā merces uestra copiosa est in cœlis. 2. Tim.2. Fidelis sermo: nam si commortui sumus, et conuiuemus: si sustinebimus & conregnabimus: si negauerimus, & ille negabit nos: si non credimus, ille fidelis permanet, seipsum negare non potest. Hinc ait Paulus Acto.21. Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum, propter nomen domini Iesu.

Cum ergo uideritis abominationē desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto, qui legit, intelligat: tūc qui in Iudæa sunt, fugiant ad mōtes: & qui in tecto, non descēdāt tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, nō reuertatur tollere tunicam suam. Væ aūt prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autē ut non fiat fuga uestra hyeme uel sabbato. Erit enim tūc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mūdi usq; modo neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Matt.24 K

Ostendit oratione deuota, superuētura mala euadere quempiam posse, & uita sancta. Cum uideritis idolū abominationis, quod conabitur funditus subuertere religionem euangelicā, de quo olim uaticinatus est Daniel, Danie.9. Et erit in templo abominatio desolationis, & usq; ad cōsummationem & finem perseuerabit desolatio. 2. Thess.2. Rogamus uos fratres, per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum, ut non cito moueamini à uestro sensu, neque terreamini neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam, per nos missam, quasi instet dies domini. Nequis uos seducat ullo modo. Quoniam nisi uenerit * dissensio primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostēdens se tanquam sit deus. Danie.8. Robur datū discessio

est ei contra iuge sacrificium propter peccata, et prosternetur ueritas in terram, & prosperabitur & faciet. Daniel.9. In dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium. Hiero. Qñ ad intelligentiam puocamur, mysticum monstratur esse qđ dicitur. Nõ ergo impossibilis intellectus, sed difficilis, huius prophetię. Danie.12. Tu aũt Daniel claude sermones, et signa librum usq; ad tempus statutũ, plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia. Vnde.2. Petr.1. Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturę propria interpretatione nõ fit. Nam figurarũ inuolucris obscura est, neq; ĩtelligi potest absq; interpretatione, nõ cuiuslibet, nec arbitraria. Non.n. uoluntate humana allata est aliqñ prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei hoĩes. Quod ergo adflatu diuini spũs proditum est, id requirit interpretem simili adflatum spiritu. Potest & accipi de statua quam Pilatus in templo posuit imagine Caij Cęsaris, uel quã Helius Adrianus posuit, quæ ad tpa Hieronymi durauit, ipso teste, in templo desolato & destructo. In scriptura.n. idololatria abominatio dicitur. Fuit.n. figura Antichristi, quẽadmodum destructio & desolatio ciuitatis, finis mũdi: quare mistim hic ponuntur. Luc.21 Cũ aũt uideritis Hierusalem circundari ab exercitu, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad mõtes: et qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam, quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt. Hæc ita futura olim prædixere prophetæ, necesse est aũt euenire quicqd prædixit euentuũ scriptura, quæ non fallit, quippe diuini spũs afflatu scripta. Nec ideo tñ incidet hæc calamitas, qa sic fore prędixerũt prophetæ: sed ideo prædictum est, quod Deus præuiderit hoĩum peruicacem impietatem, qua diuinã ultionem in se prouocarent. Tanta aũt erit tribulatio, ut nemo resistere possit, sed sola fuga saluare: nec tunc uacabit rebus consulere, magnum, si celeri fuga uitæ consulatur. Illa.n. recuperari possunt, uita semel amissa sarciri nõ potest. Væ aũt grauidis & mammã lactantibus, qm̃ onustæ sarcina, quam deponere nec uolent, nec possunt, nõ erunt expeditæ ad fugam. Nam pueros ob amorem neq; sine cura relinquere possunt, nec secum auferre. Et scđm Origenem, tunc nõ erit tp̃s misrendi, cum Romani & prægnantes & lactantes interficiebant. Hierony. Væ & illis animabus, quæ non ad perfectum uirũ sua germina perduxerunt, sed habent initia fidei, ut eruditione indigeant magistrorũ. De qbus Hebr.5. Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis ut doceamini quæ sint elementa exordij sermonũ Dei, & facti estis qbus lacte opus est, non solido cibo. Perfectorũ aũt est solidus cibus, eorũ qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionẽ boni & mali. Omnis.n.q lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. Paruulus.n. est. Vobis autem, quos neq; domus, neq; possessiones remorabunt, neq; liberi: tantum orandum est, ne uobis incidat & fugiendũ sit hyeme aut sabbato. nam & celeriter erit fugiendum, & procul. Cæterum hyems ob rigorem & lucis breuitatem, incõmoda est peregrinantibus, & in monte habitantibus: & sabbato legis obstat religio, quo minus p̄cul aufugiatur. Orandũ & ne finiantur fructus uestri operis cum fine tẽporis. Hyeme.n. finitur fructus, sabbato tempus. Luc.21. Erit.n. pressũra magna super terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Et

Hierusalem calcabitur à gentibus do nec impleantur tpa nationum. Hierosolyma hæc opibus et religionis opinione superba, cũ suo templo ab incircuncisis cõculcabitur, donec diutinis malis correcti Iudæi, tãdem resipiscant, & in societatem euangelicę professionis coeant cũ gentibus. Nã id futurũ est anteq̃ ueniat supremus dies mũdi. Quę hactenus dicta sunt, partim ad excidium urbis Hierosolymitanæ, partim ad tpa persecutionum, quæ lapidato Stephano incruduerunt, partim ad extremum mundi finem ptinere uident. Neq; tñ non subest tropologia, quæ docet nos ab omnibus humanis impędimẽtis expeditos, semper oportere expectare diem illum, qui nos Deo sistet iudicandos. In eum non potest paratus esse, qui uel ob temporaliũ rerũ amorem, uel ob affectus carnis, hoc est, amorem parentũ, uxoris ac liberorũ, reuocatur in periculum salutis æternę. Porrò quæ subiecit, magis uidentur pertinere ad supremũ mundi diẽ, quẽ præueniet ingens malorũ tumultus, ob aduentũ Antichristi. Mar. 13. Erunt. n. dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus, usq; nunc, neq; fient. Daniel. 11. Veniet tps quale nõ fuit ex eo ex quo gentes esse cœperunt. Quòd si hæc afflictio quemadmodũ erit sæua, sic etiam esset diuturna, non euaderet saluus qsq̃ mortalium. Psal. 77. Recordatus est quia caro sunt, spũs uadens & nõ rediens. Quãq̃ malorũ peruersitas internecionem mereatur, tñ (Marc. 13.) ppter electos quos elegit, breuiauit dies. Hierony. Non mensura, sed numero, ne temporũ mora fides concutiatur credentium. 1. Cor. 10. Fidelis Deus qui nõ patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut possitis sustinere. Erit aũt horribilis dies illa, pręsertim his qui meum tps placidum, & ultro beneficiis iuitans ad mentem meliorem, spernunt.

Tũc siquis uobis dixerit, ecce hic est Christus, aut illic, nolite credere. Surgẽt enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi uobis. Si ergo dixerint uobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret usq; in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis. Vbicũq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. 2

De consummatione seculi loquẽs, præmunit discipulos, ne se falsis prophetis ante aduentum suum uenientibus subdant. Luc. 17. Venient dies quando desiderabitis uidere unum diem filij hominis, & non uidebitis: & dicẽt uobis, Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini. Non miremini si euenerint uobis tam molesta, quę uobis desideriũ afferant dierũ qbus ego uobiscum ago. Exorientur pseudochristi, q sibi nomẽ meũ uindicabunt falsò, meamq; personã. Exorientur & pseudoprophetæ, qui fucata sanctimonię specie se mentientur esse prophetas, magnisq; prodigiis ac dęmonum arte adumbratis miraculis, imitabũtur prophetas ac me, ut eiusmodi præstigiis falli possint, siqua uis ualeret aduersus Deũ, etiã electi. Origenes: Exaggeratiuus sermo est, ut uim prędicationis illorũ ostendat. Augu st. Electi, ex eo qd ho mines sunt, errare possunt. sed ex eo quòd electi sunt à Deo, in errore permanere non possunt. Raba. Qñ non solũ tormenta creberrima, quę prius cõsueuerant, inferẽda sunt fidelibus: sed quod grauius est, signorũ operatio eos qui tormenta inferent, nõ eos qui sustinebunt, concomitabunt. Vnde Apl's. 2. Thes. 2. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dñs Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est

aduentus ſcd̄m operationem ſatanę, in omni uirtute et ſignis et prodigĳs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis his qui pereunt, eo quòd charitatem ueritatis non receperunt ut ſalui fierēt. Ideo mittet illis Deus operationem erroris ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, ſed cōſenſerunt iniquitati. Hierony. Ego reor oēs hæreſiarchas Antichriſtos eſſe, & ſub noīe Chriſti ea docere quæ contraria ſunt Chriſto. nec mirū ſi aliquos ſeducunt, cum dn̄s dicat, Et multos ſe ducēt. 1. Ioā. 4. Omnis ſpūs q ſoluit xp̄m, ex Deo nō eſt: & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis qm̄ uenit, et nūc iā eſt in mūdo. Ipſi de mūdo ſūt, et de mūdo loquunt̄, et mundus eos audit. Mar. 13. Vos ergo uidete, ecce prædixi uobis. Supereſt ut meminerītis. Siquis in deſerto gentilium aut philoſophoꝝ dogmate dicat morari Chriſtū, aut in hæreticoꝝ penettalibus, qui Dei pollicent̄ arcana, nolite exire. Nolite credere, ſiqs ſub nomine Chriſti ſe iactare uoluerit. 1. Io. 4. Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed ꝓbate ſpūs ſit ex Deo ſint, qm̄ multi pſeudoprophetæ exierunt in mundum. Qui diſpergunt uidentiū oculos in apparitione dæmonū, ut quoſdam decipiant: atq; adeo, niſi ualde ſobrĳ ſint, & iuſti seducentur. Non autē opus eſt aduentui Chriſti qui illum demōſtret, ſed manifeſtus erit oībus. Luc. 17. Nam ſicut fulgur coruſcās ſub cœlo, in ea quæ ſub cœlo ſunt fulget, ita erit fili⁹ hoīs in die ſua. Primum aūt oportet illum multa pati, & reprobari à gn̄atione hac. Non erit talis aduentus qualem hūc uidiſtis, lentus, humilis, ſed ſubitus ac maieſtatis fulgure totum orbem ſubito cōplectens. Pſal. 49. Deus manifeſte ueniet & nō ſilebit. Hierony. Nolite credere q̄ fili⁹ hoīs uel in deſerto gentilium ſit dogmatū, uel penettalibus hæreticoꝝ, ſed q̄ ab oriente uſq; in occidentem fides eius in catholicis eccleſĳs fulgeat. Stultum eſt igitur, eum in paruo loco uel abſcondito quęrere, qui totius mundi lumē eſt. Ioan. 8. Ego ſum lux mundi. Nec eſt quod metuatis ne non ſitis mecū in tanta reꝝ confuſione. Nō deerunt capiti ſua mēbra. Exemplo naturali quod quotidie cernimus, de Chriſti inſtruimur ſacro. Si terreſtres & irrationales uolucres naturali ſenſu longo terrarum ſpatio cadauer ſentiūt, quanto magis nos & oīs multitudo credētium feſtinare debemus ad eū, cui⁹ odor reuiuiſcere facit mortuos? Hierony. Aquilę appellant̄ ſancti, q̄bus ut aqlæ iuuētus innouata eſt. Pſ. 102. & q iuxta Eſa. 40. uaticiniū plumeſcunt, & aſſumunt pēnas & alas, ut ad Chriſti perueniant paſſionem. Cadauer dicitur, qa pro nobis cecidit & mortuus eſt. Vnde et in forma humana iudicabit. Raba. Vbi Chriſtus, ibi electi. 1. Theſſ. 4. ipſe dn̄s in iuſſu & in uoce archangeli, & in tuba Dei deſcēdet de Cœlo: & mortui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cū dn̄o erimus. Antichriſtus cum ſuis in terra remanebit, qui paſſionē dn̄i nec uenerati ſunt, nec imitati. 1. Cor. 1. Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudęis q̄dem ſcandalum, gentibus aūt ſtultitiam: ipſis aūt uocatis Iudæis atq; Gręcis, xp̄m Dei uirtutem & Dei ſapientiā. Vnde hic ait: Non miremini ſi paſſuri ſitis ob nomen meū. nam & ego qui uenturus ſum ſicut fulgur, prius paſſurus ſum multa, reprobanduſq; ero, & ita in gloria iſta ueniam. Itaq; hoc uobis extimulatio ſit ad patientiæ uirtutem.

Aquilæ myſtice quid.

Statim autem poſt tribulationem dierum illorum ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen

suum, & stellæ cadent de cœlo, & uirtutes cœlorum cõmouebuntur. Et tunc parebit signum filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli, cum uirtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uentis, à summis cœlorum usq; ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolã: cum iam ramus eius tener fuerit et folia nata, scitis quia ppè est æstas. ita & uos, cum uideritis hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis. Amen dico uobis, quia nõ præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Cœlũ & terra transibunt: uerba autẽ mea non transibunt.

Quia iste textus ex Matthæo in ecclesia legitur ad hunc usq; locum dominica ultima ante aduentũ, placuit annectere: sed consequenter idem sensus sub textu Lucæ legitur in aduentu, ideo subsequenter cum declaratione introducitur, ne repetitio cõfusionem pariat & tædium.

De signis iudicij. Matt. 24. Marc. 13. Luc. 17. 21.

ARTICVLVS CXIII.

Lucæ. 21. *Erunt signa in sole et luna et stellis, et in terris pressura gentium, præ confusione sonitus maris et fluctuũ, arescẽtibus hominibus præ timore et expectatione quæ superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes cœlorum mouebuntur.*

Horrorem ostẽdit signorũ, quo mali territi resipiscant & emendenẽ, boni uero reuiuiscant & consolenẽ. Triplicem.n. ipsius nouimus aduẽtum. In carnem, misericordiæ & amoris. Ioan.3. Sic Deus dilexit mundũ, ut filium suum unigenitum daret: ut oĩs qui credit in illum, nõ pereat, sed habeat uitam æternam. Ioan.12. Non.n. ueni ut iudicem mundũ, sed ut saluificem mundũ. In mentem, gratiæ & dulcoris. Ioan.14. Siquis diligit me, sermonẽ meũ seruabit: et pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. Tertius ad iudiciũ, qui est iustitiæ & terroris. Matt.16. Filius hoĩs uenturus est gl̃ia patris sui cum angelis suis, & tunc reddet unicuiq; scd̃m opera sua. Erunt ergo signa, naturę cursum excedentia & horroris plena, & portenta è cœlis pfecta, uelut oĩbus elementis in ultionem impiorũ excãdescentibus, quę primo in ministerium hominũ fuere creata. Gene.1. Fiãt luminaria in firmamento cœli & diuidant diem ac noctem, & sint in signa & tpa et dies & annos, ut luceant in firmamẽto cœli, & illuminent terrã. Marc.13. Sed in illis diebus post tribulationem illam sol contenebrabiẽ. Tria signa in sole legimus. Stationẽ, Iosue.10. Stetit sol in medio cœli, & non festinauit occũbere spatio unius diei. Retrocessionem. Esa.38. Et reuersus est sol decẽ lineis p gradus quos descenderat. Obscurationem, primo in Aegypto qñ erant tenebræ palpabiles. Exo.10. Secundo, in dñi passione. Matth.27. A sexta aũt hora usq; ad horam nonã tenebrę factę sunt super uniuersam terrã. Luc.23. Et obscuratus ẽ sol. Tertio, in iudicio. Ioel.2. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, anteq̃ ueniat dies dñi magnus & horribilis. Marc.13. Et luna nõ dabit splendorẽ suum. (Quia non habet sole obscurato) Et stellæ erunt decidentes. Non scd̃m substantiam, sed apparentiã: q͂a uapores eleuati & iñãmati in superiori regione, plus solito tũc cadent ex aere, qui casus apparet esse stellarũ. Hæc obtenebratio signũ internarũ est tenebrarũ, quas pctõres amant. Ioan.3. Lux uenit in mundũ, & dilexerũt hoĩes magis tenebras q̃ lucẽ, quæ ad æternas perducunt tenebras. Matt.25. Inutilem seruũ mittite in tenebras exteriores. Apocal.6. Et sol factus est niger tanq̃ saccus cilicinus, et luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ ceciderũt de cœlo super terrã. Nam sol oĩs luminis fõs, obtenebrescet, uelut exprobrans impijs suã cæcitatem, quĩ solem illũ ęternum uidere noluerũt, & luna influentia à sole carens, non dabit

Quotiplex Christi aduentus.

Tria in sole signa.

Stellarum casus quis.

dabit lumen, in signũ subtractionis salutaris influentiæ diuinę grę in pec catoribus. Cum aũt peracto iudicio, clarescente die futuræ glīæ, fuerit cœ lum nouũ & terra noua, tũc erit lux lunę sicut lux solis, et lux solis septẽ pliciter. Esa. 30. Stellarũ casus, indiciũ erit quod plurimi de firmamento ca dent ecclesiæ: qa iniquitate abũdan te, charitas multorũ refrigescet. Matthę. 24. Item uehemens animorũ anxietas, ac rerũ desperatio corripiet oẽs gentes, intumescente mari, tristiqꝫ fragore resonãtibus fluctibus. Vnde et mediterraneas petent regiones ob horribilem fluminũ turbationẽ. Hæc & hmõi portenta, quæ se pferent undiqꝫ ex omni parte mũdi, declarabũt ingruere terribilem ultionẽ Dei, eoqꝫ mortales extabescent, et exanimabũtur metu & expectatione eorũ, quæ mox superueniẽt uniuerso orbi. Extabescent prę tristitia, qui mũdo floruerunt uana lætitia. Esa. 13. Vlulate, quia ppe est dies dñi, quia uastitas a dño ueniet, propter hoc omnes manus dissoluent, & omne cor hoĩs tabescet, & cõteretur. Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt. Arescent ergo angustia præsentiũ, expectatione futurorũ. Sap. 17. Semper. n. præsumit sæua, perturbata cõscientia. Sed prouer. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, spũs tristis exiccat ossa. Superuenient, dicit ex omni parte et uniuerso orbi, ut nullus pateat effugiĳ locus. Sed quid mirũ, si in expectatione diuini examinis, qui in mundo sunt, exarescent, si fides quæ sine operibus fuit, emarcescet, cum & uirtutes cœlorũ cõmouebuntur, hoc est, obstupescent, & horrescent, uidentes creaturam ĩmutari, & oẽs ab Adam usqꝫ ad illud tp̃s homines rationem daturos? Iob. 26. Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius. Non erit tñ ista commotio pœnalis, sed admirationis & reuerentiæ, uel executionis. Matt. 13. Exibunt angeli, & separabũt malos de medio iustorũ, et mittent eos in caminum ignis. Nam Ephe. 1. Virtutes ĩter angelicos recitant choros. Chrysosto. Si rege terreno terrenã ad expeditionem surgente, totus cõmouetur exercitus, & tota ciuitas: quanto magis rege cœlorũ surgẽte ad iudicium, uirtutes mouebuntur? Cõcutiet etiam tota rerum natura, neqꝫ terra solum, & mare cõmutabunt: uerũetiam solidissima illa mundi corpora quæ hactenus ab elemẽtorũ ĩmutatione fuerunt ĩmunia, solitaqꝫ tãtum agere in ea quæ subiecta sunt, nõ aũt uicissim ab illis affici, cõmouebũtur. 2. Pet. 3. Adueniet autem dies dñi sicut fur, in quo cœli magno impetu trãsient, terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Cum igit hæc oĩa dissoluenda sint, quales oportet uos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes, & properãtes in aduẽtu Dei nostri, per quem cœli ardentes soluentur, & elemẽta ignis ardore tabescent? Matt. 24. Et tunc apparebit signum filiĳ hoĩs in cœlo, & tunc plangent oẽs tribus terrę. Tũc, et nõ ante ĩter dẽsissimas tenebras coruscabit e cœlo signũ filiĳ hoĩs, signũ inquam, in quo deuicit satanam, & oẽm illius tyrannidem priuit. Chrysost. Apparebit crux sole fulgidior. Nec est inconueniens, eandem crucẽ numero in qua passus est, pręsentari ad electorũ consolationem, & pctõrũ confusionem, iustamqꝫ damnationẽ. Nam qui corpora in puluerẽ redacta reparare potest, ualet & crucẽ in minutissimas etiã diuisam partes, reparare. Videbunt boni maiestatem crucis quam amauerunt. Galat. 6. Mihi absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi. Videbunt Iudæi & gentes qui irriserunt, necnon mali Christiani qui contempserunt. Hierony. Plangent hi qui municipatum nõ ha

Casus stellarũ quid signet.

Crux in iudicio apparitura.

buere in cœlis, sed scripti sunt in terra: tribus autem cœlestes exultabūt. Plangent se, non alios: quia ex ppriæ uoluntatis malitia, seipsos æternis miserijs mãciparunt, cum iam nullū uideant effugium, nullam spem terminandi doloris. Væ ergo ijs qui nunc rident, qm̃ lugebunt. Luc. 6. Multo magis qui lętant cū malefecerint, & exultãt in rebus pessimis. Prouer. 2.

2 *Et tunc uidebunt filium hominis uenientē in nube, cum potestate magna & maiestate. His aūt fieri incipiētibus, respicite et leuate capita uestra, quoniam appropinquat redemptio uestra.*

In forma humanitatis in qua iudicatus est iniuste, iudicabit iuste. Io. 5. Pater non iudicat quenq̃, sed omne iudicium dedit filio, in qua uidebit à bonis & malis, sed differenter. Vnde

Visio Christi qualis ac quotuplex.

est uisio Christi gratiosa. Luc. 10. Beati oculi qui uident quæ uos uidetis. Baruch. 3. Post hęc in terris uisus est. In mente solatiosa. Psal. 33. Gustate et uidete qm̃ suauis est dn̄s, beatus uir qui sperat in eo. Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum grãe et ueritatis. Ioã. 8. Abraham pater uester exultauit, ut uideret diem meum, uidit, et gauisus est. In regno gloriosa. Esaiæ. 33. Regem in decore suo uidebunt. 1. Ioã. 3. Videbimus eum sicuti est. Iob. 19. In carne mea uidebo Deum saluatorem meum, quem uisurus sum ego ipse & non alius, & oculi mei conspecturi sunt. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. In iudicio formidolosa. Malach. 3. Ecce uenit, dicit dn̄s exercituū, & quis poterit cogitare diem aduētus eius? & quis stabit ad uidendum eum? Ergo mali quãuis uisuri sint gloriam corporis, animæ tamen gloriam non uidebunt, nisi in qbusdam effectibus. Electi uero gloriam corporis uidebunt oculo corporali, & gloriam eius, quo ad diuinitatem clare uidebūt oculo mentali, de qua summe gaudebunt, sicut contra mali dolebūt. Qui. n. nūc aspernati sunt placidum & humilem, ac beneficū, tunc uidebunt eū, sed suo malo sublimem, quippe sup solem fulgebit ipse & crux eius. Matth. 24. Et uidebunt filium hoīs uenientē in nubibus cœli, cū uirtute multa & maiestate. Marci. 13. & gloria. Actu. 1. Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodū uidistis eū euntem in cœlum. Hoc est, propria uirtute in nube. Alioqui claritas eius uideri nec sustineri posset à peccatoribus, quia corporalis erit uisio humanitatis ipsius. Quãuis autē ut homo ueniet, aderit tñ cum potestate & gloria magna. Cū potestate, ad puniendum malos. Chrysost. Nec tunc erit resistendi uirtus, nec fugiendi facultas, nec pnīæ locus, nec satisfaciendi tp̃s. Ecclesi. 3. Magna potentia Dei solius. Attingit. n. super corpus & animam. Matt. 10. à summo cœlorum usq; ad inferni infima. Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Et maiestate, id est, gloria quãtam nec oculus uidit, nec auris audiuit, comitãtibus angelis. Matt. 25. Cum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cū eo. Grego. In ptãte & maiestate uisuri sunt, quem in humilitate positum audire noluerunt: ut uirtutem eius tanto districtius sentiant, quanto ceruicē cordis ad eius patientiam iam nō inclinãt. Matt. 24. Et mittet angelos suos cum tuba & uoce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uentis, à sūmis cœlorum usq; ad terminos eorum. Tūc mittet angelos, omnia mystici corporis membra suo capiti aggregaturos, ut qui fuerint consortes afflictionum ob euangelium, consortes sint ęternæ felicitatis, ut triticum uētilatum de area totius terræ. Non solum aūt electos, sed & reprobos ex abyssis inferorū usq; ad terminos eorum cōgregabunt, & ad sinistram

Tria quædam in resurrectione consideranda.

collocabunt. Richar. Tria in resurrectione sunt cōsideranda: præparatio ad corporꝝ reformationem, istud fiet uirtute creata, id est, ministerio angelico. Secundum, corporꝝ reformatio. Tertio, reformatorꝝ cum animabus reunio. Hęc fient uirtute diuina, et in eodem instanti. Chrysosto. Me quidem, hæc cum in mentē ueniunt, horror inuadit terribilis: & amarissime perflens, ex profundo corde ingemisco: Si propter Christum nil triste pati uoluerimus, necesse est tamē multa tristia sustinere. Non. n. quia mori ꝑpter Christum non uis, idcirco immortalis futurus es: nec qm̄ propter Christū diuitias tuas nō distribuis, idcirco eas tecum afferes. His fieri incipientibus, non finitis ipsis signis, subrigite oculos, & attollite capita uestra ad cœlestem illam gloriā, qm̄ in ꝓpinquo erit regnum Dei, in quo nulla iā erit afflictio, sed perpetua trāquillitas, & ęterna felicitas. Apoc. 21. Absterget Deus omnē lachrymā ab oculis eorꝝ, et mors ultra nō erit, neqꝫ luctus, neqꝫ clamor, nec dolor erit ultra, q̃ prima abierunt. Primus aduētus liberauit à culpa, sed non ab omni miseria. Ioan. 16. In me pacem, in mundo pressuram habebitis. Secundus liberabit ab omni miseria, quando mortale hoc induerit īmortalitatem, & corruptibile īcorruptionem. 1. Corint. 15. Et creatura liberabitur à seruitute corruptionis. Roma. 8. Gregorius: Cum plagæ mundi crebrescunt, cum terror iudicij uirtutibus commotis ostenditur, exhilarate corda uestra: quia dum finitur mundus cuius amici non estis, propè fit redēptio quam quæsistis. Qui autem appropinquante mundi fine non gaudet, amicum se illius testatur, atque per hoc inimicus Dei esse conuincitur. Iacobi quarto. Qui uoluerit amicus esse huius seculi, inimicus Dei constituitur.

Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniā prope est æstas. Ita & uos cū uideritis hæc fieri, scitote quoniā propè est regnum Dei. Amen dico uobis, quoniā non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra trāsibunt, uerba autem mea non transibunt.

Porrò ne uos omnino imparatos 3
opprimat hoc tempus, ex cōiecturis qbusdam diuinare licebit iam instare. Exemplum ab arboribus sumite, quæ signis certis pręmonent hoīes secuturi fructus. Ita & uos cum uideritis hæc præludia mundi transformādi, cōcipite certam spem, iamiam proferēdum regnū Dei, nec amplius fore malis ius affligendi bonos: sed impij pœnis æternis afficienť, pij gaudijs fruenť perennibus. Matt. 24. Ab arbore autem fici discite parabolam: Cū iam ramus eius tener fuerit, et folia nata, scitis quia ꝓpè est æstas. Ita & uos cum uideritis hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis. Aduentus dñi, iust⁹ ęstas est ab hyeme: peccatoribus, hyems ab ęstate. Cōparať regnū Dei æstati. Primo, ob fructuū hubertatem. Hierony. Aestas diei iudicij, in quo unaquæqꝫ arbor manifestabit quæ intus habuit, an aridū ad cōburendum, an uiride ad plantandum in ædem cū ligno uitę, cuius folia ad salutē gentiū, id est, uerba quibus diceť: Venite benedicti pr̄is mei, possidete paratū uobis regnum à cōstitutione mundi. Matt. 25. Apoc. 14. Opera. n. illorꝝ sequuntur illos. Apoca. 22. Ecce uenio cito, et merces mea mecum est, reddere unicuiqꝫ secundum opera sua. Secundo, propter claritatem. Apocal. 21. Ciuitas illa non eget sole, neqꝫ luna, ut luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est agn⁹. Tertio, propter iucunditatem. Nam iustis serenitas erit, impijs uero peccatoribus hyems & turbatio maior. Gregorius: Regnum cœlorum idcirco ęsta-

ti comparatur, quia tūc mœroris nostri nebulę transeunt, et dies uitę ęterni solis claritate fulgescunt. Hoc regnū quotidie petimus, dicentes: Adueniat regnum tuum. Matt.6. Hierony. Nolite putare iam adesse cōsummationem seculi, sed quasi proœmia & præcursores quosdam uenire, ut ostendant quod ꝓpe sit & in ianuis. Quia enim tribulationes & bella & alterationes dixit futuras, tā elementorum ꝙ rerum, ut nequis suspicetur, qd forte aliqñ destruendus sit Christianismus, confirmat præmissa, dicens: Amen &c. Hieron. Nomine generationis, uel omne genus hominū accipi potest, quia aliqui remanebūt ista uidētes. Et licet aliqui per Antichristum & suos seducantur, tamen per Enoch & Heliam, mortuo Antichristo, cōuertentur. Aut Iudæorum significat. Cum.n. plenitudo gētium intrauerit, tūc oīs Israel saluus fiet. Roma.11. Aut ecclesiam per spiritū sanctum regeneratam, quæ non desinet. Luc.22. Ego rogaui pro te Petre, ut nō deficiat fides tua. Matt.16. Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam, nec transibit ad īmortalitatem donec omnia fiant. Nihil est in rebus corporalibus cœlo firmius, nihil immobilius terra: uerum cœlum & terra citius mutatura sunt naturā suā, ꝙ uerba mea futura sint inania. Ecclesiastes.1. Terra in æternum stat. Transibunt uero per īnouationem, non per substantiæ mutationē.1.Corinth.7. Præterit enim figura huius mundi.2.Pet.3. Nouos cœlos & nouam terram & promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Nihil enim habebunt corruptionis & noxæ, ut nos iuxta ꝓmissa ipsius, in quibus nihil erit corruptæ mentis, fruamur illis bonis incorruptis. Hieronymus: Facilius est trāsire terram quàm Christi uerba. Quomodo enim Christi uerba quę persona-liter locutus est, non adimpleri debeant, si omnia quæ in lege & prophetis scripta sunt, implebunt? Matthæ.5. Iota unum aut unus apex nō præteribit à lege donec omnia fiant.

Attendite autem uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula & ebrietate, & curis huius uitæ, & superueniat in uos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim ueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Luc 21. M

Proinde certi uenturum tempus hoc formidabile, præparate uos in aduentū illius, ne uos opprimat oscitantes. Diuersa enim ex gula oriunt uitia tum animi, utpote loquacitas, somnolentia, acedia, lasciuia, hebetudo, tum corporis. Eccl.37. In multis escis erit īfirmitas, & auiditas appropinquabit usq; ad choleram. Propter crapulam multi obierūt: qui aūt abstinens est adiecit uitā. Rom.8. Debitores sumus non carni, ut scdm carnem uiuamus. si.n. scdm carnem uixeritis, moriemini. si aūt spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Roma.13. Non in comessationibus & ebrietatibus: nō in cubilibus, & impudicitijs, sed induimini dnm Iesum Christum. Lucæ.6. Væ uobis q; saturati estis, qa esurietis. Et curis huius uitæ. Matth.6. Nolite soliciti esse, dicentes: qd manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater uester, quia his omnibus indigetis. Hebręo.13. Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus. Ipse enim dixit (Iosue.1.) non te deseram, neq; derelinquam, ita ut confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor est, non timebo, quid faciat mihi homo, Psalmo decimo septimo. Semper paratum esse, & expectare finem, maxime omnium conferre poterit. Cæteris qui sic uiuunt, quasi tempus hoc nunquam sit uenturum, sic ueniet ille dies, quasi laqueus furtim ab insidiante positus, & inuoluet omnes

qui

qui non habent animos, & oculos sublatos in cœlum, sed habitant super faciem terræ, ubi non habemus stabilem mansionem, sed æternam inquirimus. Hebræo. 13. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Ecclesiastes. 9 Nescit homo finem suum: sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo superuenerit.

Matt. 25. *De die autem illa uel hora nemo scit, neque angeli in cœlo, neque filius, nisi pater.*

Zacha. 13. Erit dies una quæ notá est domino. Gregorius: Nouit unigenitus horam iudicij, sed nõ ex natura humanitatis. Hieroñ. Quando dicit Act. 1. Non est uestrum nosse tempora uel momenta quæ pater in sua posuit potestate, ostendit quod ipse sciat, sed nõ expediat nosse apostolis, ut semper incerti de aduentu iudicis, sic quotidie uiuãt, quasi die alia sint iudicandi. Docet ergo discipulos, ut nõ discant quærere humanam naturam transcendentia. Eccl. 3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne perscrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus: Non enim est necessarium, ea quæ abscondita sunt, uidere oculis tuis. Nam cum dixit, quod neq; angeli, admonet eos q; discere attentant quod angeli ignorant, & dum dicit, pater solus, prohibet eos anniti ut postea discant. Quod si dixisset, scio quidem, uobis autem dicere nolo: contristati essent utiq;, quasi despecti ab eo.

Cur ignoretur iudicij hora.

Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium, comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, usque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec uenit diluuium, & tulit omnes, & perdidit, erit & ita aduentus filij hominis.

Luc. 17. Matt. 24.

Hieronymus. Post pugnas, dissensiones & cætera quibus uastatur genus humanum, breui subsecutura pax, quæ quieta omnia repromittat, ut fides credentium comprobetur, utrum transactis malis sperent iudicem uenturum. 1. Thessa. 5. Cum dixerint pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus. Chrysostomus. Hinc aperte declaratur, quia tempore Antichristi, licentius omni turpi uoluptate iniqui & qui salutem suam desperabunt, utẽtur. 2. Tim. 3. Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt enim homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incõtinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, uoluptatum amatores magis q̃ dei, speciem quidem habentes pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Et merito in regno deceptoris florebunt mala. Erit enim malitia omnis & peccati sentina. Quã ergo aliam politiam inuehet miserandæ tunc hominum generationi, q̃ omnino illam quæ illi propria est? Sicut ergo in diebus Noe erant crupulose, incontinenter, & secure uiuentes, uxores ducentes, non prolis, sed libidinis amore, nec cognouerunt, quanquam Noe prænuntiarit, quia in generali, & non specifice quo ad diem uel horam, quemadmodum Christus iudicium, tamen arbitrãtes nequaquam uenturum, edebant &c. Et perierunt uniuersi, qui nolebant exemplo Noe parare sese. Quemadmodum tum pauci assumpti sunt in arcam, seruati (octo scilicet animæ. 1. Pet. 3.) cæteri foris relicti perierunt, ita tunc subito diuidentur perituri à seruandis.

Similiter sicut in diebus Loth factum est, Luc. 17.

edebant & bibebant, emebant & uendebant, plantabant & ædificabant, qua die autem exijt Loth a Sodomis, pluit Deus ignem & sulfur de cœlo, & omnes perdidit. Secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retro. Memores estote uxoris Loth.

Si.n. in diebus Loth, absq; omni stæno timoris Dei, delicijs & uoluptatibus carnis immoderanter uacabant. Gen.13. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores corâm domino nimis. Gen.19. Igitur dominus pluit super Sodomam & Gomorrā sulfur & ignem de cœlo, & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, uniuersos habitatores urbium, & cuncta terræ uirentia. Non est tunc curandum de minimis, cum instabit maxima & incomparabilis illa causa discriminis infiniti. Gene.19. Respiciensq; uxor Loth post se, uersa est in statuam salis. Sic ad carnalia & terrena se uertentes peribunt. Luc.9. Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciēs retro, aptus est regno Dei.

Luc.17. *Quicunque quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam: & quicunque perdiderit illam, uiuificabit eam.*

Vitam gloriæ sibi acquirendo merito constantiæ. Io.12. Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam.

Luc.17. *Dico uobis: In illa nocte erūt duo in lecto uno, unus assumetur, & alter relinquetur. Duæ erunt molentes in unū: una assumetur, & altera relinquetur. Duo in agro: unus assumetur, & alter relinquetur.*

Cum omnes sine solicitudine, & sua operati fuerint, unus quidem assumitur, hoc est, iustus in occursum Christi, alter autem, peccator uidelicet, infra relinquitur. Non enim opus aut locus, aut uitæ genus beabit hominem, sed affectus. Nam ubique prædestinati misti cū reprobis. August. In omni conditione & gradu, optimis iūcti sunt pessimi, oportet.n. bonitatē Abel, probari, exerceri, & coronari per malitiam Cain. Mat.24. Tūc duo erūt in agro &c. Duę molētes &c. Duo in lecto &c. Eidē operationi intēti, unus assumetur ad gloriā, alter relinquet ad pœnā: etiam qui proxime sibi inuicem copulantur, ab inuicem diuidentur.

Respondentes, dicunt illi: Vbi domine? Qui dixit illis: Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Luc.17.

Vbi filius hoīs, ibi & sancti eius leues & in sublime uolantes, sicut peccatores graues, qui & infra relinquētur. Io.17. Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meā quam dedisti mihi.

Vigilate itaque omni tempore orantes ut digni habeamini fugere omnia ista quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Luc.21.

Indesinens nobis necessaria oratio, qui tot periculis, tot hostibus inuisibilibus, atrocissimis, & infatigabilib⁹ circūuallamur. 1.Pet.5. Sobrij estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus, tāquàm leo rugiēs circuit quærens quem deuoret. Qm̄ autem nō sufficit fugere malum, sed opus est etiam bono quopiam, post quā, ut possitis fugerē mala, dixit, subdidit, & stare ante filium hominis, quod est fruitio bonorum. Angelica enim dignitas est, stare corā Deo nostro. Sap.3. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerūt, & qui abstulerunt labores eorum.

De uigilia & oratione. Matth.24. Marc.13. Luc.21.

ARTICVLVS CXIIII.

Videte, uigilate, & orate. Nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus, reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit ut uigilet. Marc.13.

N

Chrysostomus: Hæc enim res, ut uigilemus, præcipuo est illi studio, atque curæ: ac quoniam calamitatibus oppressi, magis corrigimur, delicijs uero atq; ocio corrũpimur, idcirco ubiq; in remissione atq; quiete uentura mala prænunciat. Proinde quandoquidem hęc absq; dubio sint euentura, nec potest sciri certũ tempus quo die uentura sint, semper uigilate, ne uos ille dies opprimat imparatos. Sed multi uigilant, & noctem male absumunt. Nam si nunc cum finis incertus est, mutuis odijs insanimus, quid non faceremus scientes finem? Vigilate per abstinentiam omnium corporis uoluptatum, toto pectore studentes sanctimoniæ spiritus. 2. Cor. 7. Mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. Si uigilant homines, ne pereat pecunia, quanto magis nobis uigilandum est, ne pereat anima? Orate, flagrãtibus animis inhiantes ad ea quæ promissa sunt in euangelica professione perseuerantibus. Non destituet suos electos Deus, sed amat uigilantes & attentos, sic tamen, ut cum omnia præstiterint, quæ possunt humano studio præstari, orent tamen, intelligentes & initium & progressum, & summam æternæ felicitatis, esse diuini muneris. Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum. 1. Cor. 4. Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hanc doctrinam quo magis dominus infigeret animis suorum, adiecit similitudinem ad rem appositam, quia tempus nescimus, tum mortis, tum iudicij. Christus in cœlum conscendens, reliquit (quo ad corporalem præsentiam) ecclesiam, oculis corporalibus non uidendus, sed per fidem. Ianitori aduersus nocturnũ furem præcepit ut uigilaret. Ezech. 3. Fili hominis, speculatorem dedit te domui Israel, & audies de ore meo uerbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, neq; locutus fueris, ut auertatur à uia sua impia & uiuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & à uia sua mala: ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem animam tuam liberasti.

Vigilat ergo, nescitis enim quando dominus ueniat, sero an media nocte an gallicantu, an mane: ne cum uenerit repente, inueniat uos dormientes. Quod autem uobis dico, omnibus dico, uigilate.

Vigilate, semper expectantes reditum meum. Qui dormiunt, non corpora uera, sed phantasmata intendunt, & uacui uigilant de his quæ uiderant: sic nimirũ sunt quos mundi amor rapit in uita, deserit post uitã, qđ somniabant pro certo. Cuiq; suũ opus pręstandũ, quod cõmissũ est à dño, sed præcipue ianitori uigilandũ, qui toti uigilat familiæ. Etiã si qñ dormitet populus, non uacat dormire pastorem. 2. Tim. 4. Tu uero uigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ, ministerium tuũ imple, sobrius esto. Hieron. Non dixit, quia nescimus qua hora dñs uenturus sit, sed nescitis. Porrò, tota hæc uita, quę habet non certũ discrimen bonorũ & malorum, & in qua plurimum est ignorantię, lucis quã minimũ, nox est, si conferatur ad futurã uitam. Stationes ergo nominat ad uigilandum ordinatas, ut nulla hora per somnolentiam & ocium transigatur. Quanquàm enim dominus in finem mundi semel ueniet omni-

Vnicuique quomodo ueniat dominus in mortis hora.

bus, tamen singulo cuique uenit, cū adest mortis tempus. In hunc igitur, quoniam æque incertus est, priuatim cuiq; uigilandum est. Quibusdam enim uenit sero, uelut in adolescentia: quibusdam intempesta nocte, uelut in florentissima ætate: quibusdam in gallicantu, puta in senectute. Nec uiribus, nec ætati fidendum, omnibus ex æquo incertus est mortis dies. 1. Thes. 5. Igitur nō dormiamus sicut & cæteri, sed uigilemus, & sobrij simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Rom. 13. Hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus, quā cum credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquauit. abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, sed induimini dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Sunt lumbi uestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus uestris, & uos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur a nuptijs: ut cum uenerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Luc 12.

O Hortatur dominus uitam nos habere paratam ad domini aduētum, ęternaq; gloria dignam Instat enim dies, quo quisq; pro semente rerum temporalium, messurus est messem æternam. Is dies quoniam incertus est, oportet in eum semper esse paratos & accinctos. Duo ponit. Psalm. 33. Declina à malo, & fac bonum. Non enim sufficit mala non agere, nisi etiam quisque studeat, & bonis operibus insudare. Viatores lumbos præcingunt, quo expeditiores sint ad uiam: quare indicat amouendum omne impedimentum uoluptatum, diuitiarum & honorum, ut expediti curram⁹ ad huius uitę exitum. Heb. 13. Nō enim habemus hic manentem ciuitatē, sed futuram inquirimus. Lumbi carnis, ex quibus prodeunt concupiscentiæ carnis & opera, per continentiam præcingi debent. Gregorius: Lumbos præcingimus, cum carnis luxuriā per continentiam coartamus. Iob. 40. Virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in umbilico uētris eius. O quot hoc uitio strauit. Gene. 6. Omnis quippe caro corruperat uiā suam. Dauid in adulterium lapsus, consequenter in proditorium deuenit homicidium. 2. Reg. 11. & 12. Salomon gloriæ suę maculam, per mulieres deprauat⁹ imposuit. Eccl. 47. Sampson fortitudinē diuinitus collatam amisit. Iudic. 16. Idic. 1. Pet. 2. Obsecro uos charissimi, tanquàm aduenas et pegrinos abstinere uos à carnalibus desiderijs, quæ militāt aduersus animam. Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Sic lumbi mentis, intellectus, & affectus. 1. Pet. 1. Succincti lumbos mentis uestræ, sobrij, perfecti, sperate in eam, quæ offertur uobis gratiam, in reuelationem Iesu Christi. Ergo intellectus sit sine errore, & quæ fidei sunt, meditetur. Psalm. 1. In lege eius meditabitur die ac nocte. Nec talentum sibi concreditum fodiat in terram. Mat. 25. Affectus quærat non quod sibi utile uidetur, sed quod multis ut salui fiant. 1. Cor. 10. Charitas enim non quærit quę sua sunt. 1. Corin. 13. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate. Ephe. 6. Lucernæ ardentes per charitatem, lucentes per operationis ueritatem. Qui enim facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius quia in Deo sunt facta. Ioan. 3. Sit ergo intentio simplex, Dei quærent honorem & proximi salutem. Mat. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus.

Lūbos præcingere.

tuus. Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Matth. 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Philipensium. 2. Sitis simplices filij Dei, sine querela, & sine reprehensione in medio rationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, uerbum uitæ continentes. Ecce unde lumen, quia nō à nobis. Psalm. 17. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine Deus meus, illumina tenebras meas. Hinc de Ioanne dominus ait Ioannis quinto. Ille erat lucerna ardens & lucens. Prouerbio. 6. Quia mandatum lucerna est, & lex lux. Mōstrat enim quæ facienda, & quæ non, & quomodo. Multi enim bonum quidem faciunt, sed non bene: quia uel in fastum inciderunt, uel in aliud arrogantiæ præcipitium. Psalmo. 118. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Similes, inquit, prudentibus ac fidelibus famulis, qui, quoniam incertum habent quando dominus sit rediturus à nuptijs, perpetuo stant accincti cum diligentia & patientia, nequid in dominum committant, aut imparati inuenian tur. Psalm. 26. Expecta dominum, uiriliter age, & confortetur cor tuū, & sustine dominum. Psalm. 36. Expecta dominum, & custodi uiam eius. Quotidie nuptiæ fiunt in cœlo sanctarum animarum, quas ei commendauit Apostolus. 2. Cor. 11. à quibus rediet in uniuersali iudicio. Tit. 2. Apparuit gratia Dei & saluatoris nostri Iesu Christi omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & secularia desideria, sobrie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentū gloriæ magni Dei & salu atoris nostri Iesu Christi. Vel in uniuscuiusque propria morte expectatus ueniet. Io. 14. Si abiero, & præparauero uobis locum, iterum ueniam & accipiam uos ad meipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis. Venit et quotidie pulsādo ostiū cordis nostri. Cāt. 5. Vox dilecti mei pulsantis. Apoc. 3. Ecce sto ad ostiū & pulso: si quis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Sed hanc negligentes, post pulsabuntur sententiæ seueritate. Gregorius: Cum ad iudicium properat, pulsat: cum per ægritudinis molestias mortem esse uicinam denunciat. Confestim aperimus, si læti iudicem suscipimus. Aperire autem iudici pulsanti non uult, qui exire de corpore trepidat: & uidere eum, quem contempsisse se meminit, iudicem formidat. Felix uero, qui dicere cum Apostolo audet, Philip. 1. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo. & Psalm. 119. Hei mihi quia in colatus meus prolongatus est.

Beati serui illi, quos, cum uenerit dominus, inuenerit uigilantes. Amen dico uobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si in secunda uigilia uenerit, & si in tertia uigilia uenerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi. 2

Vere beati, quos non somnolentos, sed uigilantes, & oculos ad superna leuātes inuenit. Pro. 10. Expectatio iustorum, lætitia: spes impiorum peribit. Gregorius: Vigilat, qui ad aspectum ueri luminis mentis oculos apertos tenet, qui tenebras negligētiæ à se repellit, qui exercet operando quod credit, qui gregis curā solicite gerit. Beatus itaque seruus nō domini temporalis, sed æterni, & sempiterna bona retribuentis, quē non in terrenis, sed in suis ministerijs dominus inuenerit occupatum,

Vigilare quis dicatur.

& ad eius aduentum uigilantem. Nā dominus pro suo officio quod tamen debebat, amplissimam mercedem reponet: præcinget se, ad retributionem præparans. Apoca.22. Ecce uenio cito, & merces mea mecum est, dare unicuique secundum opera sua. Gregorius: Discumbere nostrum, in regno quiescere est. Sicut qui recumbit, toto corpore quiescit: sic sancti in secundo aduentu & anima & corpore requiescent. Etenim in hac uita corporis quietem non inueniunt, alibi cum animabus spiritalia corpora incorruptionem hæreditabunt. Et præteriens obseruansq́ quid quisque postulet, ministrabit illis: singulorum corda iucundissime uisitans, omnia ad eorum beatitudinem pertinentia copiosissime exhibebit. Esa. 64. A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt. oculus non uidit Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. Luc.22. Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Psalm.36. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sed quoniam nouit dominus pronitatem nostram in malum. Gene.8. Sensus & cogitatio cordis humani, in malum prona sunt ab adolescentia sua & instabilitatem in bono, longanimis est super nos, non statim ulciscens peccantes, sed longanimiter expectans ad pœnitentiam. Esa. 30. Expectat dominus, ut misereatur. 2. Pet.3. Non tardat dominus promissionem suam sicut quidam existimāt, sed patienter agit propter uos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitētiam reuerti. Sed Iob. 24. Dedit ei locū pœnitentiæ, & ipse abutitur eo in superbia. Ideo. 1. Cor. 15. Euigilate iusti, & nolite peccare. In nocte .n. huius uitæ semper contra hostem soliciti esse debemus, lūcem expectando futuram in iudicis aduentu. Beatus ergo quisquis quacunq; ætate inuentus fuerit uigilās, nec operando bonum negligenter se gerens: quia pius iudex moras nostras patienter expectat, & non in una sola, sed & quacunq; ætate conuersionem nostram suscipit. Venit dominus primo in morte, quia talis quis in iudicio præsentabitur, qualis in morte inuenitur, quantum ad gratiam & culpam. Non est igitur unquam cessandum in hac uita, sed ita uiuendum (cum incerti simus) quasi dies ille hodie esset uenturus. Threno.3. Bonum est uiro cum portauerit iugum domini ab adolescentia sua.

Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur ueniret, uigilaret utique, & non fineret perfodi domum suam. Ideo & uos estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. 3

Gregorius: Ad excutiendā mentis nostræ desidiam, exteriorum damnorum similitudinem adducit, ut per hoc animus ad sui custodiā excitetur. Quod si ille uigilat ne spolietur bonis terrenis, quanto magis uobis est uigilandum ne perdamus felicitatem æternam? Vnde dominus aduentum suum siue ad mortem, siue ad iudiciū, furi comparat: quia sicut fur nocturnus obrepit eo tēpore quo dormitur altissime, minimeq́ expectatur suffosor, sic dum à sui custodia spiritus dormit, improuisa mors carnis nostræ habitaculum irrumpit, & ad supplicia trahit. Furi autē resisteret, si uigilaret, quia aduentum iudicis occulte uenientem pœnitentiæ lachrymis præueniret. 2. Petri.3. Dies domini sicut fur in nocte, ita ueniet. Proinde quoniam uobis id tempus ignotū, cer-

tum tamen est illud affuturum, sitis perpetuo parati instructi bonis operibus, ab omnibus mundanarũ rerum impedimẽtis expediti. Psal. 118. Paratus sum & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. Psal. 56. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, cantabo & psalmum dicam domino. Quæ.n. paratæ erant uirgines, intrauerũt cum sponso ad nuptias: & clausa est ianua. Mat. 25 Gregor. Vltimã horã ignorare nos uoluit dñs, ut semper suspecta sit, et ad eã præparemur: uigilare nos uoluit, per omnia momenta expectantes saluatoris aduẽtũ, ne, dum quis remissius agẽs, de die in diem opera sua differt, iudicij die uel propriæ mortis præuentus, meritum suæ cõmendationis amittat. Ecci. 5. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem. subito enim ueniet ira illius, & in tempore uindictę disperdet te. Ecces. 9. Quodcunque facere potest manus tua instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia erunt apud inferos, quò tu properas. Ideo. Ecc. 39. Cor suum tradet ad uigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabit̃. I. Cor. 16. Vigilate, state in fide, uiriliter agite, & confortamini. omnia uestra in charitate fiant.

Luc. 12. P · *Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Dixit autem dominus: Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille seruus, quem, cum uenerit dominus, inuenerit ita facientem. Vere dico uobis, quoniam super omnia quæ possidet, constituet illum. Quòd si dixerit seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus uenire, & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari, ueniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, et diuidet eum, partem'que eius cum infidelibus ponet.*

Occulto quodam modo ostendit ꝙ dicta parabola ad omnes fideles pertineat: in primis autem ad eos, qui doctrina uel dignitate præsunt quo magis accenderet suos ad perpetuam instantiam officij sui, proponens & pręmium functis officio, & pœnam ei qui cessaret ab officio. Matt. 24. Quis putas est fidelis seruus? Non ignorans quęrit, sed quia rarus. Phil. 2. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quę Iesu Christi. Duo à dispensatore exiguntur, fides & prudentia. Nam si non furetur, imprudenter autem dispenset: uel si prudenter dispenset, sed furetur, nihil proderit. Omnis ergo qui accepit à Deo uel opes, uel potentiam, uel principatũ, debet fideliter et prudẽter ministrare ea, tãquã rationem redditurus. Mat. 24. ut det illis cibũ in tẽpe. Nõ ut tyrãnidẽ ĩ eã exerceat, sed ut opibus dñi, cuique suũ dimensum, quãtũ opus est, & qñ opus est depromat. Nõ illi pręscribit dñs qñ sit domũ rediturus, ne possit in officio cessare: sed quãdocunque redierit dominus nõne beatus erit seruus ille, si inuenerit eum fungentẽ officio suo? Pro certo dico uobis, quod expertus illius fidem, audebit illi maiora credere: præficietque eum omnibus bonis suis, & ueluti rerum omnium cõsortem habere dignabitur. Mat. 24. Si autem dixerit malus seruus in corde suo. Si non fuerit bonę fidei, nec prudens, sed elatus absentia domini ac delegata præfectura, dixerit: Diutius abest dominus meus, fortasse nunquã rediturus, interim morem gerã animo meo, atque hac spe cœperit non solũ nõ pascere ex tritico dñi cõmunis conseruos, uerũetiam pulsare illos uerberibus & tyrannidẽ quandã usurpare: ipse autẽ neglecta familia, bibat & edat cum temulentis, quàm is est infelix futurus cũ uenerit dominꝰ die quo

non expectabat, & hora qua non suspicabatur rediturum? Sic multi uana & stulta promissione, diabolo suggerente, falluntur. Ecclesiastes. 8. Etenim quia non cito profertur contra malos sententia, absque timore ullo filij hominum perpetrant mala. Percutitur proximus uerbis. Hiere. 18. Venite percutiamus eum lingua. Malis exemplis. 1. Cor. 8. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Beda: In hoc seruo cunctorum præsulum malorum narratur damnatio, qui neglecto dei timore, non solum ipsi luxuriæ uacant, sed etiam subditos iniurijs affliciunt. Matth. 24. Diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & stridor dentium. Famulum illum quidlibet facientem non solum submouebit ab officio suo, sed & amputabit à familia sua, nec dignabitur eum domus suæ contubernio. Esa. 26. Tollatur impius ne uideat gloriam Dei. Malachi. 3. Conuertimini, & uidebitis quid sit inter iustum & impium, & inter seruientem Deo et non seruientem ei, & portionem illius ponet cum hypocritis (qui titulum habēt euangelicæ functionis, cum factis ipsis pugnent cum euangelio) & infidelibus. Illic pro male dulcibus uoluptatibus, quibus ebrius non obseruarat aduentum domini, intolerabili punietur cruciatu, risu uerso in fletum, & cantilenis in stridorem dentium.

Proximus quot modis percutiatur.

2 *Ille autem seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum uoluntatem eius, plagis uapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum exigetur ab eo: & cui cōmendauerunt multum, plus petent ab eo.*

Etenim seruus ille quem dominus præ cæteris habuit eximium, cui concredidit dispensationem rerum suarum, cui communicauit arcana consilij sui, cui fisus est præ cæteris peregrè abiēs, nisi fecerit quod iussus est, ad bene agendum se disponens. Prouerb. 16. Hominis est, animum præparare, & domini, gubernare linguam. 1. Reg. 7. Præparate corda uestra domino, & seruite illi soli. Iac. 4. Scienti & non facienti, peccatum est illi. Quo enim plus scit qui peccat, tanto grauiorem pœnam sibi accersit. Qui ignorat, ideo punitur, quod discere potuisset & noluit, quare ipse in causa ignorantiæ. Timeamus: si enim is qui nihil scit, dignus est plagis, quæ excusatio liberabit eos qui sciēter delinquunt, maxime si doctores fuerint? grauior enim est hæc condemnatio. Cyrillus: Homo perspicacis ingenij, qui turpibus se inclinat, inexcusabile committit peccatum: sed homo rusticanus rationabilius ueniam impetrabit. Dictum Ambrosij, grauissime peccare ignorantem, intelligitur non de peccati enormitate, sed periculi magnitudine. Gratuitum est quod concreditur, & in hoc concreditur, ut proferatur in utilitatem communem totius familiæ. Quemadmodum heri rationem exactiorem exigunt à suis, cui plus commiserunt, sic ab eo cui cognitionis & authoritatis copiosius munus datum est à Deo, plus requiretur quàm à cæteris: & cuius fidei latior ac maior functio delegata est, quo pluribus prodesse debuit, hoc plus exigetur ab eo. Onus suscipit uerius quàm honorem, qui functionem suscipit ecclesiasticam. Audiāt ergo & intelligant, qui continent multitudines, & placent sibi in turbis nationum: quoniā data est ipsis à Deo potestas & uirtus ab altissimo, qui interrogabit opera eorum, & cogitationes scrutatur. Sap. 6.

3 *Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut accendatur? Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor usque dum perficiatur? Putatis quia pacem ueni dare in terram? non, dico uobis, sed separationem. Erunt enim ex hoc quinque in domo una diuisi: tres in duos, & duo in tres. Diuidetur pater in filium, & filius in patrem suum: & mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.*

Sitio hominum salutem, & huius rei gratia ueni in mundum, ac meo desiderio omnis mora longa est. Non est diluta aut humana doctrina, quã è cœlis attuli: merus ignis est, aut purgaturus hominem, aut usturus. & ideo ueni, ut hic ignis accendatur in terris. Doctrina enim euãgelica feruidum fidei zelum immittens, mentem à uitijs purgat, & ad cœlestia capessenda inflammat. Psal.118. Ignitum eloquium tuum uehementer, & seruus tuus dilexit illud. Hierem. 20. Factus est sermo domini in corde meo quasi ignis exæstuans. Lucæ.24. Nónne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur nobis in uia? Hinc.Ro.12. Spiritu feruentes. Sed non exiliet hic ignis, ni percussus fuerit in cruce hic silex corporis mei. Superest adhuc ille baptismus, quem mihi præscripsit pater, ut tingar proprio sanguine, ut mea morte pœnas luã pro peccatis totius mundi. Ab hoc baptismo non solum non abhorreo sed amore salutis humanæ uehemẽter angor, ut quàm primum perficiatur. Verum hic ignis accensus, excitabit magnos in mundo tumultus. Vehemens enim erit & cœlestis, discutiens & excutiens omnes humanos affectus. Quoniam non omnis pax uituperio caret & bona est, sed sæpe periculosa, & procul à diuina pace rejciens, ait: An creditis, quòd uenerim pacem allaturus in terras, quam mundus hic amat, cui tum tranquillitas est, cum satisfactum est animi cupiditatibus, cum mali cum malis consentiunt? Non profectò, non ueni conglutinaturus tales concordias, sed immissurus dissidia. Psalm.72. Zelaui super iniquos, pacem peccatorum uidens. Est alia pax interna fructus spiritus. Galat.5. imperturbatum quoddam mentis gaudium in Deo, quam dare potissimũ Christus uenit. Ioan. 14. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis: non quomodo mundus dat, ego do uobis. Hinc discipulis præcepit. Lucæ 10. In quancunque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Hæc prælibatio quædam est pacis futuræ in cœlis. Psal.147. Qui posuit fines tuos pacem. Quia enim non omnes obediunt euangelio. Romano.10. Hinc boni malis non consentient, potius Deo adhærere eligentes, quàm homini uitioso quantũcunq; propinquo, gratia præualente naturæ.

De decem uirginibus, & talentis, ac modo iudicij. Matth.25.

ARTICVLVS CXV.

Tunc simile erit regnum cœlorum decem uirginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt obuiam sponso & sponsæ. Quinque autem, ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Matth.25. Q

Ostendit quanta uigilantia nobis necessaria, & quantum negligentia sit nociua: atque ut penitus infigeret animis suorum, non esse cessandum, aut dormitandum in hac uita, sed assiduo studio pietatis & officijs in proximum, parandum uiaticum in uitam futuram: nam in resurrectione serò nos quæsituros, nisi dum tempus est parauerimus. Tunc, in die & hora iudicij, simile erit regnum cœlorum, eccle-

sia militans & eius negocium, quæ bonos & malos recipit. Matth.13. Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Obserua quasdam uirgines corpore tantum. Chrysostomus: Virgo est, quæ nec habet uirum nec habere desiderat: quòd si uoluntatem quidem nubendi habet, corpore uirgo est, animo corrupta: quia corpus sordidatur opere, anima uoluntate. Corpore & mente. 1. Corinth.7. Mulier innupta & uirgo, cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Mente tantum, hæc omnium Christianorum. 2. Corinth. 11. Despondi uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Hieronymus: Decem uirgines, omnes homines sunt, qui uidentur Deo credere, & applaudunt sibi in scripturis sanctis, qui gloriantur in unius Dei notitia, & mens eorum idololatriæ turbine non constupratur. Gregorius: Quia ex utroque sexu multitudo fidelium colligitur, rectè ecclesia decem uirginibus comparatur. Lampades, fidei sunt opera, quæ secundum istam continentiam fiunt: nam sicut lampas domum, sic fides illuminat animam. Nec quisquam fidelium adeo malus est, quin aliqua fidei habeat opera, & si non formata charitate. Habet enim omnis à Deo illustrationem & lampadem, & omnes surgunt in occursum dñi. Omnes.n. desiderãt occurrere illi & coniungi. Est autẽ prudentia uirtus, quæ actus humanos dirigit in debitum finem. Hieronymus: Possumus quinque sensus interpretari, quorum alij festinant ad cœlestia, & superna desiderant, alij terrenis fæcibus inhiantes, non habent fomenta ueritatis quibus sua corda illuminẽtur. Qui ergo spiritualem habent lætitiam, & Dei quærunt gloriam, habent oleum. Hinc dominus. Matthæ.6. Tu autem cum ieiunas, unge caput tuum. Romano.12. Prouidentes bona non solum coràm Deo, sed etiam coràm omnibus hominibus. Matthæ.5. Sic luceat lux uestra coràm hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est: fatuæ oleum lætitiæ spiritalis ex charitate procedentis, non acceperunt secum Psal.44. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Prudentes fidem habuerunt per charitatem operantẽ. Gal.5. 1. Corinth.13. Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc, maior horũ est charitas.

Virgo propriè quæ.

Decem uirgines mysticè quid

Lampades

Prudentia

2 *Moram autẽ faciente sponso, dormitauerunt oẽs, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est, ecce sponsus uenit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes uirgines illæ, & ornauerunt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne fortè non sufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes, & emite uobis. Dum autem irent emere, uenit sponsus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua.*

Mora, pœnitentiæ est tẽpus. Non parum temporis spatium interiectũ ostendit, opinionem discipulorum reprimens, qui statim post resurrectionem ipsius regnum futurũ sperabant, quam opinionem ex animis eorum eximere studuit. Dormitare, est ante mortem à salute languescere: dormire, mori est, quia resuscitandi. 1. Thess.4. Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut cæteri qui spem non habent. Hinc Ioan.11. Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitem eum. Omnes, dicit, dormierunt, quia. Heb.9. Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem, iudicium. Vnde & Christus

Dormitare.

Dormire.

semel pro peccatis nostris mortuus est.1.Petri.3. iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, uiuificatos autē spiritu. Media nocte dicit clamorem factū ut ostendat, quod si inexpectatus ueniat dominus, quasi media nocte, omnes dormiamus profundo somno. Dies enim domini, sicut fur in nocte, ita ueniet. Cū enim dixerunt, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.1.Thes.5. De isto clamore.1.Thes.4. Quoniā ipse dominus in iussu & in uoce archangeli, & in tuba Dei descendet de coelo.1.Cor.15. Canet.n.tuba, & mortui resurgent incorrupti. Ecce sponsus aduenit ad copulandum sibi ecclesiam. Nuptiæ enim, immortalitatis assumptio. Io.3. Qui habet sponsam, sponsus est. O quam iucunda uox in auribus piorum, & horrenda in aure impiorum. Exite obuiam sponso. Modo exeundū de sepulchro peccati. Ephe.5. Surge qui dormis, & exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.1.Cor.15. Euigilate iusti, & nolite peccare. Tūc surrexerūt.1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus. Io. 5. Nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij Dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ, qui uero mala egerūt, in resurrectionem iudicij. Hiero. Ornauerunt lampades, hoc est, sensus in quibus oleū scientię recipiebant, ut haberent opera uirtutum, quę ante uerum iudicem refulgeant. Gala. 6. Probet seipsum hō, & opus suum probet unusquisque, & sic in semetipso tantū gloriā habebit, & non in altero. Vnusquisque.n. onus suum portabit. Apo.19. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriā Deo, quia uenerūt nuptiæ agni, & uxor eius præparauit se. Et datū est illi, ut cooperiat se byssino splendenti & cādido.

Nuptiæ spiritaliter quid.

byssinum enim iustificationes sunt sanctorum. Porrò fatuæ quæ sibi de oleo non parauerant in sponsi aduētum suffecturo, quòd sibi persuaserant, non sic subito proditurū sponsum, quin spatium daretur alicūde comparandi olei, cum uiderent subito abeundum medio noctis, nec haberent oleum, ad sapientes se cōuertunt. Chrysost. Quasi dicerēt, uestra iustitia sufficiens est uos saluare, & nos excusare, date nobis testimoniū 2
dicendo de operibus nostris quod uidistis. Hieronymus: Quæ lampades suas queruntur extingui, claret quia ex parte luxerunt: sed quia fomentum charitatis non habuerunt, ideo queruntur eas extingui. Gregorius: Quorum facta aliena laude fulciuntur, eadem subtracta deficiunt: & de cōsuetudine id semper requirunt, unde gaudere animus solet. Itaque hoīum qui corda nō uidēt, testimoniū uolūt habere apud Deū qui cordis inspector est. Iob.21. Lucerna impiorum extinguetur, & superueniet eis inūdatio. Sed de muliere forti dicit. Prou. 31. Nō extinguetur in nocte lucerna eius. Cant.8. Aquæ multæ nō potuerūt extinguere charitatē. Hilarius: Prudētes uirgines hæ sunt, quæ opportunū in corporibus operādi tēpus amplexæ, in primū se aduētus dñici occursum pparauerūt: fatuę uero, quæ dissolutę ac negligētes, pręsentiū tm̄ solicitudinē habuerūt: & imemores promissorum Dei, in nullā se spē resurrectionis extēderūt, quę alienis opibus nihil adiuuātur. Quāquā nihil humani illis uirginibus fuerit, nō.n. totū petebāt, et necessitatē ostēdebāt tñ repulsæ sunt: nec humanitas eorum a quibus petebāt, nec petitiōis facilitas, nec petētiū necessitas, ut impetrarēt effecit. Ad insinuādū quia nullus nos, si opa desint, defendere ibi possit: non quia nollet, sed quia non potest. Videmus.n. prudentes ad impossibi-

Prudentes uirgines. Fatuæ.

litatem confugere, quod & Abraham ille denotauit. Luc. 16. Magnus, inquit, hiatus inter nos & uos positus est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint. Non itaque de auaritia, sed timore dictum uenit, quia unusquisque pro se rationem reddet. Roman. 14. Nec alieno testimonio quisquam iuuatur apud Deum, cui cordis secreta patent: & uix quisque sibi sufficit, ut sibi testimonium perhibeat conscientia sua. Dant quidem consilium, quod non debuerant sine oleo lampadarum sponso occurrere: sed quia tempus comparandi iam olei excesserat, ideo crimen earum ex obliquo uidentur commemorasse. q. d. Videamus modo quid uos adiuuent, qui uobis laudes uendere

Oleum qui uendant. consueuerunt. Vendunt oleum omnes adulatores, qui accepta alicuius commodi temporalis mercede, siue uera, siue falsa laudando, in errores animas mittunt. Dum irent emere, hoc est, quærere suffragium, sed nimis tarde. Gregorius: Inclinãtibus se illis ad ea quæ foris sunt & solita gaudia quærentibus, quia interna gaudia non nouerant, uenit ille qui iudicat: & illæ quibus bonum testimonium conscientia perhibebat, intrauerunt cum eo, ubi immunda anima sempiterno Dei uerbo copulatur. Apocalyp. 19. Scribe, beati qui ad cœnam nuptiarum agni uocati sunt. Et clausus est aditus regni cœlestis. Nam post iudicium, nullus precum aut meritorum patebit aditus: quia magna est eius securitas post iudicium, cuius ineffabilis misericordia prærogata est. Hieronymus. Post iudicium, bonorum operum & iustitiæ occasio non relinquetur. O si quis sapere posset in cordis palato, quid admirationis habet quod dicitur, uenit sponsus: quid dulcedinis, intrauerunt cum eo ad nuptias: quid amaritudinis, clausa est ianua.

Nouissime uero ueniunt & reliquæ uirgines, dicentes: Domine domine, aperi nobis. At ille respondens, ait: Amen dico uobis, nescio uos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neq; horam.

Vere nimis serò ueniunt, per seram pœnitentiam: pulsant per infructuosas lachrymas, foris relictæ. Hieronymus: Egregia quidem uox in domini appellatione, idque repetitum, indicium confessionis fidei est. sed quid prodest uocibus inuocare, quem operibus neges? Luc. 6. Quid autem uocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Hieronymus: Nouit quidem dominus qui sunt eius. 2. Timot. 2. Sed nescit operarios iniquitatis. Matthæ. 7. Quomodo dissimiles & à se alienos nosset? q. d. Ideo uos desero, quia per uitæ meritum non agnosco. Hierem. 4. Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Hinc. 1. Corith. 8. Si quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo. Vos igitur ad exemplum prudentium uirginum, serui fidelis, ac prouidi patrisfamilias, uigilate, in tempore uobis parate bonorum operum cõmeatum, quia nescitis diem & horam illius aduentus, qui cum subito extiterit, iam non erit amplius tempus benefaciendi, sed unicuique ferendum erit præmium pro retro gestis. Hieronymus: Prudentem semper admone lectorem, ut non acquiescat superstitiosis interpretationibus, & quæ comaticè pro fingentium dicuntur arbitrio: sed consideret priora, media, & sequentia, & nectat sibi uniuersa quæ scripta sunt. Ideo enim parabolas præmisit, ut quia ignoramus omnes iudicij diem, solicite nobis lumen bonorum operum præparemus, ne dũ ignoramus iudex ueniat. Matth. 25.

Sicut enim homo peregre proficiscens uocauit seruos

seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij uero unum, unicuique secundum propriam uirtutem & profectus est statim. Abijt autē qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui.

Ostendit dñs q donis abutentes collatis, & ipsis priuātur, & pro neglectu puniuntur, extimulans suos ad perpetuū studiū bonorꝫ operum ne committerent ut doctrinā & dotes à se acceptas, sua negligentia sinant esse steriles: sed suo studio curaq; sua uerterent in utilitatem proximi, seseq; præberēt idoneos maioribus donis, q qđ pro suo modulo captuq; accepissent, collocassent in lucrū dñi sui, q gaudet tali fœnore ditescere. Nā ascēdēs in cœlū, domesticos suos in hoc mūdo reliqt, eisq; corporalem præsentiam subtraxit. Eph.2. Nō estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei: propriæq; libertati relinquens longanimiter opus expectando, tandē huc rediturus unde ascenderat. Act.1. Hic Iesus qui assumptus est à uobis, sic ueniet, quēadmodū uidistis eum euntem in cœlum. Omnes autem serui Dei sumus. Ro.6. Liberati à peccato, serui facti Deo habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitam ęternā. Non aūt uult esse ociosos, quos de foro uocauit ad uineam. Matth.20. quare dona sua contulit. Dona sua dicit, quicquid enim habet homo, Dei donum est. 1.Cor.4. Quid enim habes quod non accepisti? ideo tradidit, non ut sibi profunderent, sed ut inde domino suo lucrū referrent, unde fortē acceperant. Eph.4. Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatē, dedit dona hoibus, prout quēq; iudicabit idoneum, ne supra uirtutem opus iniungens, ipse ruinę causa existeret, ut dicit Chrys. Vnusquisq;.n. propriū donū accipit secū dū mēsuram fidei & purificationis. De hac donorꝫ diuersitate dicit Apostolus. 1. Cor.12. Alij p spm̄ datur sermo spiæ, alij sermo sciētiæ scdm eundē spm̄, alteri fides in eodē spū, alij gratia sanitatum in uno spiritu, alij opatio uirtutū, alij prophetia, alij discretio spirituū, alii genera linguarꝫ, alii interpretatio sermonum. Hæc autē oia operatur unus atq; idē spiritus diuidens singulis prout uult. Chrys. Talenta hic pro eo qđ unusquisq; facere pōt, accipimus, siue authoritatiue protegere, siue pecunijs iuuare, siue admonere, siue alia quapiam re proximis prodesse queas. Etiā una re prodesse possumus: nam nō es pauperior illa uidua, quę duo minuta misit in gazophylaciū: non es Petro atq; Ioanne rusticior, qui q̄uis rudes & illiterati fuerint, qm̄ magno studio cōmunē utilitatē cōplexi sunt, cœlorꝫ prīceps facti sunt. Nulla quippe res Deo gratior, quā ut uniuersam uitam ad cōmune cōmodum conferas. Hiero. In quinq;, duobus, & uno talēto, uel diuersas gratias intelligamus, quæ unicuiq; traditę sunt: uel in primo omnes sensus examinatos, in secundo intelligentiam & opera, in tertio rationē qua homines à bestijs separantur. Qui quinq; acceperat, non cessauit, sed statim abijt, in opus producēdo duplicās quod accepit, deuotissime Deo seruiens in operibus pietatis. Similiter qui duo, bene uiuendo, & bene docendo, ecclesiā Dei multiplicare curauit. 2. Timo.2. Doctrinam quam accepisti à me, commenda hominibus qui idonei sunt & alios docere. Qui enim non sibi solum prodesse curat, siue per prudētiam, siue diuitias, uel artem aliquam, sed & alijs uult prodesse, is conduplicat

quod sibi datum est. Roma.12. Habentes donationes secundum gratiam quę data est nobis differentes, siue prophetiam secundum rationē fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Qui unum hoc est, intellectum accepit, abiens à deo auersus, & ad terrena se conuertens, sicut filius prodigus. Lu.15. Per ignauiam abscondit. Sunt enim aliqui, qui bona quidem intelligunt sed operari minime student. Hiere.4. Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere nescierunt. Fodit in terram, qui suæ tantum utilitatis curam habet, non aliorum contra illud. 1. Pet.4. Vnusquisque sicut accepit gratiā in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei: si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tanquā ex uirtute quam administrat Deus, ut in oībus honorificetur Deus per Iesum Christum dominum nostrū.

Talentum in terra abscondere Talentum ergo in terram abscondere, est acceptum ingenium terrenis rebus implicare, lucrum spirituale nō quærere, cor à terrenis cogitationibus nunquā leuare. Qui ergo ingenio pollens, dolo, fraude, & alijs medijs illicitis terrena congregat, seseque totum in mundi amorem obligat, talentum in terram fodit. Vnde & fossionis uerbum, laborem indicat. Hierem.9. Vt inique agerent, laborauerunt. Sap.5. Lassati sumus in uia iniquitatis, ambulauimus uias difficiles, uiam autem domini ignorauimus. Quid profuit nobis superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Abscondit pecuniā non producens in lucem. 1. Tim.4. Noli negligere gratiā quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiā, cū impositione manuum presbyteri.

Post multum uero temporis uenit dominus seruorū illorū, & posuit rationem cum eis. & accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accessit autem & qui duo acceperat talenta, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Longum tempus inter ascensionem domini, & aduentū ad iudiciū quando reuertetur exigens à seruis suis dati, & expensi rationem. Chrysost. Confitentur gratifice, & totum ei reportant, à quo sumpserunt. q.d. Non modicam quidem iustitiā habere potuissem, nisi tua gratia fuisset nobiscum. 1. Cor.15. Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius omnibus illis laboraui. Non ego autem, sed gratia dei mecum. Dominus collaudans industriam serui, ait: Euge, congaudeo tibi, & in bonum tibi sit, serue bone, non quærēs quæ tua, sed quæ Iesu Christi, & fidelis in proximos liberalis & misericors. Hierony. Omnia quæ in præsenti habemus, licet magna uideantur & plurima, tamen comparatione futurorum parua & pauca sunt. Qui ergo super pauca fidelis fuit, supra multa constituitur: quia is qui terrenam substantiam bene dispensauit, pro rebus transitorijs, perpetuam accipiet mercedem. Chrysost. Non dixit, intra ad gaudium, sed in ut possessor sit gaudij, nō spectator: iam nō minister in gaudio, sed particeps. Io.12. Vbi sum ego, illic & minister meus erit. Hiero. Quid maius dari potest fideli seruo, quā esse cum dño, & uidere gaudium dñi sui, &

accipere quod nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascendit, quod Deus preparauit diligentibus se. 1. Corin. 2. Similiter qui duo. Ambo hi qui in concreditis operantur, eodem modo à dño laudātur, et eadem bona consequuntur. Non. n. cōsiderat dñs lucri magnitudinem, sed studiū uoluntatem. Vnusquisq; ut acceperit, ita & excelsus uidebit, si bene egerit. Tunc ergo fidelis seruus supra multa constituitur, quando deuicta omnis corruptionis molestia, de æternis gaudijs in illa sede cœlesti gloriatur: tunc ad domini sui gaudium perfecte intromittitur, quando in æterna illa patria assumptus, atq; angelorum cœtibus admissus, sic interius gaudet de munere, ut non sit quod iam exterius doleat de corruptione. Nostrum erit interim humiliter de nobismetipsis sentire. Lu. 17. Cū feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite, quia serui inutiles sumus. & dei dona in nobis recognoscere: dominus suo tempore cōmendabit, cum laus erit unicuiq; à domino. 1. Cor. 4. quando illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.

Accedens autem & qui unum talentum acceperat, ait: Domine, scio quia homo durus es, metis ubi non seminasti, & congregas ubi non sparsisti: & timens abij, & abscondi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas quia meto ubi non semino, & congrego ubi non sparsi? oportuit ergo committere pecuniam meam numularijs, & ueniens ego, recepissem utique quod meum est, cum usura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. Omne enim habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non habet, & quod uidetur habere, auferetur ab eo. Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & stridor dentium.

Malus seruus iussus reddere rationem, non solum nō agnoscit culpam inertiæ, uerumetiam dominū insimulans austeritatis & auaritiæ, crimē officij neglecti cōduplicauit. Hiero. Ps. 140. Ne declines cor meū in uerba malitię, ad excusandas excusationes ī peccatis. Hoc isti seruo contigit, ut ad pigritiæ & negligentiæ uitium, superbiæ quoq; crimen accederet. Metuens ergo ne, si fors aliquo casu perisset, sæuires in me, abij per liberum arbitrium defodiq; in terrā. Sic multi in ecclesia melioris uitæ uias aggredi metuūt, & tū iacere ī sui corporis ignauia nō erubescūt. Tales de Deo cogitant, quæ nō sunt cogitāda, qa neq; durus, sed clemens, misericors & miserator, & multus ad ignoscendū, Ioel. 2. Neq; metit ubi nō seminauit, qa ubiq; seminat. Matt. 13. quare nō congregat ubi nō spargit. Ecce habes qd tuum est. si nō mereor laudē ob lucrū additū, certe fors curaui ut esset in tuto. O quot habet iste cōseruos, q dicūt: Deus fecit aīam, curet de ea, si uoluerit, præsumētes sine merito saluari. Sed attēdāt, qd huic seruo pigro obtigerit. Hiero. Qd putauerat se ꝓ excusatione dixisse, in culpā propriā uertitur. Malus dicitur, qa dñm calūniatur se excusando: piger, qa talē tū duplicare noluit, ut in altero superbiæ, in altero negligētiæ cōdenetur. Chrisost. Vere malus, q largitatem domini uocat uiolentiam. Sic multi præcepta Dei impossibilia causantur, quo contra. 1. Io. 5. Mādata eius grauia non sunt. Vnde dominus. Matth. 11. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Tanto, inquit, magis oportuit te committere pecuniam meam numularijs, & ego qui lucrum uenor illic, ubi non feci sumptum, recepissem utique. Mea erat sors, non tua. industriam tuam seruus debebas domino. Chrys. Etsi talentum non perdidit, reus tamen damni est; sicut qui semen ad se-

Pigrorum cauillatio

minandum accipit, & non seminat tempore sementis, fraudat dominũ spe fructus percipiendi. Quicquid in donis spiritualibus siue temporalibus quis accipit, pro talento imputatur: & usura.i.fructus, in se & proximo exigitur.1.Corint.9. Nam si euangelizauero non est mihi gloria. necessitas enim mihi incumbit. Væ enim mihi est, si non euangelizauero: Si autem uolens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispẽsatio mihi credita est. Tum uersus ad alios seruos, ait. Tollite &c. Nã sæpe qui administrant bona exteriora quæ acceperunt, per adiunctam gratiam ad intellectum quoq; mysticum perducuntur, ut de interna scientia polleant, qui exteriora fideliter administrant. Admirantibus seruis quòd ei iuberet addi, qui iam abundabat, ait: Ita fiet in hoc opum genere. Hieronymus: Multi, cum sapientes sint naturaliter, & habeant acumen ingenij, si fuerint negligentes, & desidia bonum naturæ corruperint, ad comparationem eius qui paulolum tardior, labore & industria compensauit, quod minus habuit, perdunt bonum naturæ: et præmium quod eis fuit promissum, uident transire ad alios. Si qui fidem habet, & bonam in domino uoluntatem, etiam siquid minus habet in opere, ut homo, dabitur ei à bono iudice. Diligentiam adhibenti dabitur maior gratia, ita ut abundet. Studium autem non adhibens, & dono quod uidetur habere, priuabitur. Negligens enim, & qui nõ operatur per ea quæ accepit, non habet donũ, sed uidetur habere, quia mercedem perdit sua negligentia. Habenti ergo fidem per dilectionem operantẽ, augetur hic gratia, & postea gloria: qua si caret, etiam cætera dona non proficiunt ei ad meritum. Vnde necesse est, ut per omne quod agimus, erga charitatis custodiã uigilemus: quia quæ sine charitate fiunt, in conspectu Dei nulla sunt, quamuis coràm hominibus magna uideantur. Porrò, inutilem seruum submouete ab oculis meis, & abijcite in tenebras externas. Ibi pro gaudio domini sui, quod promereri noluit, cruciabitur fletu & stridore dentium. Gregorius: Per pœnas in exteriores tenebras cadit, qui per culpam spõte in interiores cecidit: & illic coactus patitur tenebras ultionis, qui hic uoluntarie tenebras sustinuit uoluptatis. Consideremus ergo quæ accepimus, atq; in erogatione uigilemus, tanto enim quisq; ampliorem gloriam cum domino possidebit, quanto largius talentum acceptum pro eius amore erogauit. Nulla ergo nos à spiritali opere terrena cura impediat, ne, si in terra talentum abscondit ur, talenti dominus ad iracundiam prouocetur. Piger, seruus cum iam iudex culpas examinat, talentum de terra leuat: quia pleriq; tunc se à terrenis desiderijs & operibus subtrahunt, quãdo iam per animaduersionem iudicis ad æternum supplicium pertrahuntur. 1. Cor. 2. Nos autem non spiritum huius mũdi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.

Cum autem uenerit filius hominis in maiestate sua & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hædis, & statuet oues quidem a dextris, hædos autem a sinistris. Matth.25. S

Extrema hac narratione maiestatem aduentus sui, & segregationem bonorum à malis, & utriusq; partis diuersa merita, itemq; & præmia, breuiter totam iudicij supremi imaginem, subijcit oculis quo suos & præmiorum magnitudine, & suppliciorum

pliciorum metu extimularet ad studium euangelicæ pietatis,& ad bene merendum de proximo, atq; à cessatione & malefaciendi licentia deterruit. Hierony. Post biduum pascha facturus,& tradendus cruci,et illudendus ab hominibus,aceto & felle potãdus,recte permittit gloriam triumphantis,ut secutura scãdala,pollicitationis præmio compenset. Quoniam primus aduentus quo uenit iudicari, fuit in humilitate & opprobrijs,dicit secũdum ad iudicium fore in gloria. Filius hominis. Io.5. Potestatẽ dedit ei iudicium facere,qa filius hominis est. In maiestate. Venit primo in humilitate,& apostolorum paupere societate,& propria infirmitate:tunc uero in maiestate,et angelorũ societate,qui tunc uisibiliter apparebũt propter iudicis reuerentiam,scd'o ad malorũ terrorem,tertio,sententiæ executionem. Tunc sedebit uelut iudex omniũ,quẽ propediem uidebitis humillimum et abiectum. Nullus aũt hominum quãlibet excelsus, aut humilis,poterit illud iudicium effugere,quod non humanis cõiecturis,sed exacto dei iudicio peragẽt,cuius oculis omnia sunt conspicua. Hie.17. Prauum est cor hominis et inscrutabile,quis cognoscet illud? Ego dominus scrutãs corda & rhenes,qui do unicuiq; secũdũ opera sua. Ioel.3 Consurgant, & ascendant omnes gentes in uallẽ Iosaphat,quia ibi sedebo ut iudicẽ omnes gentes in circuitu. Habẽt singuli quiq; iudices suos,habẽt & subiectos & actores et reos:& accusatores quoq; habent leges suas,q̃s plerunq; sic administrãt, ut qui reus est,absoluatur, ac insons abeat:feratq; sententiã,q innocẽs est, & cõdemnetur. Sap.6. Cũ essetis ministri regni illius, nõ recte iudicastis, nec custodistis legẽ iustitiæ,neq; secũdum uoluntatẽ dei ambulastis. Horrende & cito apparebit uobis,q̃m iudicium durissimũ in his qui pręsunt, fiet. Hunc iudicem ut non possumus declinare. 2. Co.5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,ut referat unusquisq; propria corporis, prout gessit,siue bonũ,siue malũ, ita neq; fallere. Prodit.n. nos nostra conscientia. Ro.2. Testimoniũ reddent illis cõscientia ipsorũ, & inter se inuicẽ cogitationũ accusantiũ aut etiam defendẽtium,in die cum iudicabit dñs occulta hominum,scd'm euangelium meum p Iesum Christũ. Apo 20. Vidi mortuos magnos,& pusillos, stãtes in cõspectu throni. Et libri apti sunt, & alius liber apertus est qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his q̃ scripta erãt in libris secundũ opera ipsorum. Quisquis huic sistendus est iudici,iustã reportabit sñiam. non enim poterit corrũpi timore qui omnipotens est. Psa.75. Tu terribilis es,& qs resistet tibi?ex tũc ira tua. De cœlo auditũ fecisti iudiciũ terra tremuit et qeuit,cum exurgeret in iudicio deus,ut saluos faceret oẽs mansuetos terræ. Q̃m cogitatio hominis cõfitebitur tibi. Nec amore,quia iustissimus. Ps.10 Q̃m iustus dñs & iustitias dilexit,ęqtatem uidit uultus eius. Nec munere, quia ditissimus. Psalm.15. Dixi dño, deus meus es tu,q̃m bonorum meorum nõ eges. Nec odio quia, clementissimus. Sap.11. Diligis enim omnia quę sunt,& nihil odisti eorũ quæ fecisti. Separabit loco & præmio,quia se parati uoto & merito. Nã usq; ad illã horã boni malis misti manent. Mat. 13. Sinite utraq; crescere usque ad messem. Sic et sagena pisces bonos trahit & malos, Mat.13. Origenes: Oues dictæ sunt simplices fidelium aĩæ quæ saluantur propter mansuetudinẽ quã didicerunt ab agno tollenti peccata mundi,qui ait Matt.11. Discite à me, quia mitis sum,& humilis corde, & propter patientiam usque ad mortẽ, ac utilitatem quam in alios contulerunt. Psalm.94. Nos populus pascuę

Oues mystice quid.

eius,et oues manus eius.Et quia uias quæ à dextris sunt, ambulauerunt, ideo à dextris collocabuntur.Prou.4 Vias quæ à dextris sunt, nouit dominus:peruersæ uero sunt,quæ à sinistris sunt.Has hœdi,id est,mali ambulauerunt. Origenes:Hœdus animal est petulcum,feruens ad coitũ,aspera montium conscendens,& per abrupta & dura saxa,& præcipitia incedens.Sic mali relinquũt iter rectum,& ambulant per uias tenebrosas.Eph. 5. Hoc autem scitote intelligentes, quòd omnis fornicator,aut immũdus,aut auarus,quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei.

Hœdi

Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt.Venite benedicti patris mei,possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi potũ:hospes eram,& collegistis me:nudus, & cooperuistis me:infirmus,& uisitastis me:in carcere eram,& uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti,dicentes:Domine,quando te uidimus esurientẽ, & pauimus te:sitientem,& dedimus tibi potumẽ Quando autem te uidimus hospitem, & collegimus te?aut nudum,& cooperuimus te?aut quando te uidimus infirmũ,aut in carcere, & uenimus ad te?Et respondens rex,dicet illis:Amen dico uobis, quandiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Itaq; uniuerso mortalium genere in duos ordines distributo,tanquam iustus iudex utrisq; rationẽ proferet sui iudicij,ut boni cognoscant quib⁹ officijs promeruerunt tantã felicitatẽ & mali audiãt quibus culpis meruerunt æterna supplicia.Non antea pręmiat uel punit,quã dijudicet,docens nos ante discussionem non iudicare. sic excusatione magis carebunt qui pręcedente iudicio puniuntur.Nominat nunc regem,cuius est bonos præmiare,& in malos aĩaduertere. Hier. 23.Regnabit rex, & sapiens erit,& faciet iudicium & iustitiam in terra.Ps. 71.Deus,iudicium tuum regi da,et iustitiam tuã filio regis.Apo.19.Habẽs in uestimento & in femore suo scriptum.Rex regum & dñs dominantium.At dextrum quidem ordinẽ placido lætoq; uultu salutans:Venite,inquiet,amici mei,quos mundus quidẽ despicatos & execrabiles habuit, sed pater meus pro honoratis & laudabilibus habet.Hoc tanto beneficio compensare uisum est officia charitatis erga me uestræ,ne uobis perire putetis.Implicat tria:Gratiã, ad quam ptinet benedictio.Pro.10.Benedictio dñi super caput iusti.Ecci.11. Benedictio domini in mercedẽ iusti festinat, &.40.Gratia sicut paradisus in benedictionibus.Prou.10.Benedictio dñi diuites facit. Gloriã ad quam regni possessio.Sap.5.Accipient regnum decoris,& diadema speciei de manu domini.Ro.8.Herędes quidem dei,cohęredes aũt Christi.Præparationem,ad quã prędestinatio.Eph.1. Benedictus de⁹,& pater domini nostri Iesu Christi,q benedixit nos omni benedictione omni spirituali in cœlestibus in Christo,sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ, ut essemus sancti & immaculati in cõspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum p Iesum in ipsum,secundum propositum uoluntatis suæ,in laudem gloriæ gratiæ suæ. Ante mundi constitutionem paratũ fuit regnum per prædestinationem, à constitutione mundi per creationem, ab ascensione per apertionem.Ioã.14 Vado parare uobis locum. Mich. 2. Ascendit pandens iter ante eos. Non autem solum monstrauit quà pergeremus,sed & uirtutem,& gratiã contulit,deinde & præcepta & leges saluberrimaq; monita pręscripsit.Mat.19 Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Neq; igitur diuina prædestinatio necessitatem nobis imponit,ut etiam num illos deus delegisse putetur,qui rebelles suæ uoluntati, in omnem li-

Iudicij recti ordo.

Regnũquomodo tripliciter paratum.

bidinem se resoluunt, qui uerbis quidem confitentur, factis autem negāt, Tit. 1. Exigit enim euangelium opera ubi adest facultas, exigit fidem per dilectionem operantem. Gal. 5. Alioqui arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, Mat. 7. Audi ergo qua lege ad æternā beatitudinem prædestinatus sis. Esuriui. Esa. 58. Frāge esurienti panem tuum. Tob. 4. Panem tuum cum esurientibus & egentibus comede. Hospes Esa. 58. Egenos uagosqꝫ induc in domum tuam. Iob. 31. Foris non mansit peregrinus. Nudus. Esa. 58. Cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuā ne despexeris. Lu. 3. Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Infirmus. Iaco. 1. Religio munda & immaculata apud deum & patrem hæc est, uisitare pupillos & uiduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc seculo. Ecclesiast. 7. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat uisitare infirmum, ex hoc enim in dilectione firmaberis. In carcere. Prouer. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum, liberare non cesses. Si dixeris, uires nō suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, redderqꝫ homini iuxta opera sua. Impertistis mihi uestra qualiacunque, ego uicissim nunc cōmunico uobis totum regnum, quod mihi cum patre est commune. Hæc cum audierint iusti, qui sic exercent opera pietatis, ut quodammodo se fecisse nesciant, stupentes ad tantæ maiestatis benignitatē, dicent &c. Chrysostomus: Fratres sunt, quia fecerunt uoluntatem patris. Mat. 12. sed iuxta mundum minimi, quanquàm apud deum maximi, quos fraterni nominis dignatur honore.

Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius, Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum. Hospes eram, & non collegistis me. Nudus, & non operuistis me. Infirmus & in carcere, & non uisitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te uidimus esuriētem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico uobis, quandiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis, Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in uitam æternam.

Tum horribili uultu uersus ad sinistros, sententiam proferet formidabilem, cumulum pœnæ in tribus ostendens. In exclusione uisionis diuinæ. Discedite, qui longe fuistis merito, nec audire uoluistis uocantem. Prouerbio. 1. Vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne cōsilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in interitu uestro ridebo, & subsannabo, cum uobis id quod timebatis aduenerit. In passione ignis, quo omnis pœna designatur. Psalmo. 10. Pluet super peccatores laqueos, ignis & sulfur, spiritus procellarum, pars calicis eorum. In cohabitatione dæmonis. Esa. 30. Præparata est ab heri tophet, à rege præparata, profunda & dilatata, nutrimēta eius ignis, & ligna multa. flatus domini sicut torrens sulfuris succendens eam. Quia enim compassionis expertes sunt dæmones, & hostiliter gaudent de ruina hominum, merito idem habēt supplicium qui eiusdem sunt uoluntatis, & ipsi adhærere malunt quàm domino. Iaco. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. Horresce ergo, quòd illi neque ut scorta, neqꝫ ut latrones, neque ob aliud graue flagitium puniuntur, sed ut hi qui bonum non fecerunt. Prouerb. 21. Qui obturat autē suam ad clamorem pauperis, clama-

Tria quędam dānatorum pœnam exaggerantia.

Dānari nō ob flagitia sed de bono omisso.

bit ipse,& non exaudietur. Christus enim in membris suis egens refocillatur,uel negligitur.Augustinus:Virtute fiet diuina,ut cuiq; opera bona uel mala cuncta ad memoriam reducantur,& mentis intuitu mira celeritate cernantur,ut accuset uel excuset sciẽtia conscientiam,atque simul & omnes & singuli iudicentur. Hac prolata sententia,ibunt ĳ qui fascibus peccatorum pressi sunt, in supplicium æternum, recepturi pro diuersis criminibus diuersa supplicia. Apoca.18 Quantum glorificauit se, & in delicĳs fuit,tantum date illi tormentum & luctum.Iusti in uitam æternam,recepturi singulos denarios,Matth. 20 Sunt tamen in domo patris multæ mansiones,Ioãnis.14.& stella differt à stella in claritate,1.Cor. 15.

De modo docendi in Christo,& obstinatione Iudæorum,Luc.21.Ioan.12.

ARTICVLVS CXVI.

Luc.21. T *Erat autem diebus docens in templo,noctibus uero exiens morabatur in monte qui uocatur Oliueti.Et omnis populus manicabat ad eum in templum,audire eum.*

Nobis hęc ad figuram prætulit,ut apud fluenta nocte quidem accipiamus orationis fluxum ex uenis spiritualibus,die autem effundamus hausta his qui opus habẽt.Populus propter doctrinæ profunditatem & utilitatem, eloquentiæ uenustatem, & operum uirtuositatẽ, diluculo ueniebat in templo audire uerba salutis. Psal. 44. Diffusa est gratia in labĳs tuis.Vnde Petrus ait Ioannis.6. Domine, ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes.Vide parte.2.ar.23.b

FINIS PARTIS PRIMAE.

PRAEFATIO IN PARTEM SECVNDAM, CONTINENTEM
enarrationes in Ioannem.



HOC inter Theologiam distat & philosophiam, quod theologia increatæ nititur ueritati, atque per lumen gratiæ reuelatur: philosophia uero naturali lumini & humanæ rationi cēsetur, atque humano (ex consideratione rerū creatarum) studio inueitur. Vnde theologiæ nulla subesse potest falsitas. Psal. 92. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Nam Ioā. 17. ait saluator: Sermo tuus ueritas est. Hinc in ĳs quę fidei sunt, uaria & diuersa opinari nō licet, cum ab altissimo sumat exordium. Philosophiæ uero diuersi miscentur errores, quia ex infimis paulatim ad summa conscendere conatur. Eccēs. 7. Solummodo hoc inueni, quod fecerit deus hominem rectū & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Natura. n. diuina quoniam in immensum superat imbecillitatē humani ingenĳ, quamlibet alioqui felicis ac perspicacis, nec sensibus nostris, ut est, potest percipi, nec animo cōcipi, nec imaginatione fingi, nec uerbis explicari, Lucem. n. habitat inaccessibilem, quem nullus hominum uidit, sed nec uidere potest, 1. Tim 6. Quanquā autem in rebus conditis uestigia quædam sublucēt diuinæ sapientiæ, potentię, ac bonitatis, fit quidem ut similitudines ductę ab his rebus, quas utcunque sensibus ingenioque cōplectimur, adducant nos in tenuem aliquā & umbraticam rerū incomprehensibilium cognitionem, ut eas ueluti per somnium ac nebulam utcunque contēplemur. 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate. nulla tamē similitudo duci potest à rebus ullis cō ditis, siue spectes āngelos, siue cœlorum machinam, siue hæc inferiora corpora nostris sensibus ita familiaria, ut tamen ad plenum à nobis cōprehendi non possint, quæ per omnia quadret ad rationem ad naturā eorum, ad quorum cognitionem præstandam illæ collationes adhibentur. Itaque conuenit homini huc omne studium conferre mētis, ut amet dei bonitatē potius quam suspiciat, aut comprehēdat illius sublimitatem, quam ne Cherubim quidē, aut Seraphim, ad plenū assequuntur. Pro. 25. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Et quāquā deus in omnibus operibus suis nō potest non esse mirabilis, tamen maluit nobis ob bonitatem amabilis haberi, quā ob celsitudinem stupendus. Cæterum plenior cognitio diuinæ naturæ, futuro seculo seruatur, his qui hic per innocentis uitæ pietatem purgarunt cordis oculos. Nam uidebimus eum tunc sicuti est, 1. Ioan. 3. Quia facie ad faciem, 1. Cor. 13. Satis est interim ad consequendam salutem æternam, ea de deo credere, quæ palàm ipse de se prodidit in sacris literis per se lectos uiros ad hoc spiritu sancto afflatos, quęque post uersans in terris ipse discipulis suis aperuit, ac demum per spiritum sanctum ĳsdē in hoc selectis discipulis patefacere dignatus est. Ioan. 16. Cum uenerit spiritus ille ueritatis, docebit uos omnem ueritatē. Hæc simplici fide tenere, Christiana philosophia est: hęc puro corde uenerari, uera religio est: per hæc tēdere ad cœlestis uitę meditationem, pietas est: in his perseuerare, uictoria est: per hæc uicisse, summa felicitas est. 1. Ioan. 5. Hæc est uictoria quæ uincit mūdum, fides uestra. Cum enim natura

Fidem opiniones nō pati.

Scopus ac sūma scripturæ.

rerum diuinarum, summis etiam hominū et angelorum ingenijs sit incōprehensibilis, & euangelica professio ad omnes mortales ex æquo ptineat, de rebus diuinis tantum aperuit nobis per filium suum pater cœlestis, quantum satis esse uoluit ad consequēdam salutem. Itaq; periculosæ cuiusdam temeritatis est, quicquam affirmare de natura diuina, præter ea q̄ nobis uel Christus ipse, uel spiritus sanctus aperuit. Mat. 11. Nemo nouit filiū nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Ioā. 17. Pater, manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Sed quoniam his temporibꝰ ut creauit ecclesia & euāgelici sermonis triticum in cordibus piorum, ita suc creuit & impiorum zizania, quorū execranda temeritas eò prorupit, ut quidam non ueriti sint Iesu Christo adimere naturam humani corporis, pro homine spectrum inane ac præstigium hominis subijciētes, quidam è diuerso diuinam naturam eidem detraherent, mentiētes tum demum cœpisse, cum nasceretur ex Maria uirgine, quod excæcati terrenis affectibus, non assequerentur diuini consilij mysterium, quomodo deus uerus hominem uerum assumpserit, ut idē esset utrunq;, neq; quicq̄ interim decederet incommutabili naturæ diuinæ, & cōstaret integritas naturæ humanæ: hinc Ioannes magnus theologus, qui et frater dn̄i gratia, simplex & illiteratus, Act. 4. Cōperto q̄ homines essēt sine literis & idiotæ (Petrus uidelicet & Ioānes) admirabātur & cognoscebant eos q̄m cum Iesu erāt, dilectus præ cæteris discipulis à dn̄o, nam absolute mitis erat, suauissimisq; moribus, ut eius scripta indicāt, ac mūdo corde, nēpe uirgo, amplius notitiæ dei donum accepit, mysterijsq; plerisq; incognitis ipse dedicatus est. Nam ut dicit Chrysostomus, totius humanitatis ingenia transcendens, illuc mentis apicem direxit, quò uix angelica creatura pertingere potest, Christi diuinitatem ostēdens. Vnde in Pathmo insula euangelium conscripsit post trigintaduos annos post assumptum Iesum in cœlum, diuinam simul, & humanam declarans naturam cōtra hæreses tunc insurgētes. Historicum autem narrandi ordinem obseruans in eo, describit primo quis sit, deinde cur uenerit, postremo quid gesserit. Et primū à diuinitate Christi ordit. *Quæ tria Ioannes p sequatur.*

De æterna Christi generatione, Ioan. 1.

ARTICVLVS I.

In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. *Ioan. 1.* A

Immensam diuinæ benignitatis, ostendit abyssum, in humani generis reparatione per incarnationis mysterium, declarans deum uerum, uerum assumpsisse hominem. Initio ergo hoc agit, ut doceat uerbi naturam qua ab æterno à patre progignitur, ponens primo uerbi ad patrem inseparabilitatem. In principio, inquit, erat uerbum. Quod à principio est, eius omnino nullum tempus inuentum quando non erat. 1. Ioā. 1. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ, & uita manifestata est, & uidimus & testamur & annunciamus uobis uitam æternam quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Gene. 1. dicitur: In principio creauit deus cœlum & terram, unde non sempiternum seculum: hic autem, erat, quare sempiternum uerbū, quia tunc erat quando condi creaturæ cœperunt. Ecci. 24. Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Hebræ. 13. Christus Iesus heri & hodie, ipse & in secula. Mich. 5. Egressus eius à principio, à *Quid primo ponat Ioannes.*

diebus æternitatis. Hinc dicitur principium. Interrogatus enim, Tu quis es? respondit Ioann. 10. Principium qui & loquor uobis. Apoca. 1. Ego sum alpha & ω, principium & finis. Dictum est autem cum articulo illud uerbum: Dicitur uerbum, quia mentem patris nobis annunciauit. & quia sicut uerbum gignitur ex mẽte sine passione, sic & hic à patre natus est absque ulla affectione. Hilar. Aeternitas est in patre, species in imagine, usus in munere. Pater quippe principium sine principio. Filius uero et spiritus sanctus principium, sed de principio. Hinc dicitur imago bonitatis dei, Sapientiæ. 7. Coloss. 1. Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Secundo ponit distinguentem proprietatem, Apud deum. Impossibile est deum absque sermone & sapientia esse, sicut sol non est absque splendore. Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius. Sic erat indiuisæ naturæ cum patre, ut iuxta personæ proprietatem esset apud patrem: nec sic adhærebat patri, quemadmodum accidens adhæret subiecto, sed deus erat ex deo, & deus erat in deo circumincessabiliter. Ioã. 14. Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Quia ergo uerbum apud deum, manifestum quod duæ personæ introducantur. nullus enim apud se esse dicitur, etiam si una natura in his duobus, contra Sabellium Lybem, qui nugabatur patrem & filium & spiritum sanctum unam personam, quæ aliquando ut pater, quandoque ut filius, nonnunquam ut spiritus sanctus apparuerit. Tertio essentialem unitatem, Et deus erat illud uerbum. Non simpliciter ponitur uerbum, sed additur articulus, ut non possit de quouis accipi uerbo, sed de certo quopiam et insigni. Habet enim hãc uim articulus. Vides ergo quod & uerbum erat deus, & ita una natura, quod articulus appositus ad de⁹, indicat: & ille deus, pater & filius & spiritus sanctus, quia & una diuinitas: contra Arrium, qui filium dixit creaturam, ut mendacis patris filius, malignoq́ spiritu plenus. Ali⁹ enim de pſona, aliud de natura dicitur. Io. 8. Ego & pater unum sumus. 1. Io. 5. Scimus quoniam filius dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus deum uerum, & simus in uero filio eius. Hic est uerus deus & uita æterna. Rom. 9. Qui est super omnia deus benedictus in secula. Hinc Hiere. 23. Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomẽ quod uocabunt eum, dñs iustus noster. Vbi ponitur nomen dñi tetragrãmaton, quod nulli conuenit nisi soli deo. Quarto coæternitatem, hoc erat in principio apud deum. Tria breui hoc uerbo complexus est: uerbi diuinitatem, Hoc dicens, referendo proximam sententiã. Dicens, erat in principio, facit patri coæternum uerbum. Quod ait, apud deum, notat discrimẽ personarũ. Rursus diuinitatem ostendens, ne existimes uerbum q̃d in aera diffunditur & dissoluitur, factorem omnium, dicit tam uisibiliũ q̃ inuisibilium. Neq; n. conditus est à patre, sed per hunc sibi coęternum sermonẽ suum, pater cõdidit uniuersa quęcunque cõdita sunt, & per eundẽ gubernat uniuersa. Sapię. 8. Attingit à fine usq; in finem fortiter, & disponit omnia suauiter. & per eundẽ instaurauit uniuersa, non uelut instrumento utẽs aut ministro, sed ut eiusdem naturæ eiusdemq́ uirtutis filio, ut ex patre uelut authore summo prodirent omnia quęcunq; sunt, sed per filium quẽ sibi per omnia parem ab æterno genuerat ac semper gignet. Hebr. 1. Per

Quid secundo. *Sabellij hæresis.* *Quid tertio.* *Arrij hæresis.* *Alius & aliud qui differant.* *Quid quarto.*

quem fecit & secula. Coloss. 1. Quoniam in ipso condita sunt omnia in cœlis & in terra, uisibilia & inuisibilia. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum recõciliari omnia in ipsum, pacificãs per sanguinem crucis, siue quę in terris, siue quæ in cœlis sunt. Cum natura sit operationis principium, sicut trium personarum est una natura, ita et una indiuisaq; actio ad extra. Dicit autẽ scriptura, patrem operari ꝑ uerbum & per spiritum sanctũ: ut sciamus sanctæ trinitatis indiuiduã esse actionẽ ad extra, & per cõsequens eã dem essentiã, sicq; credatur unus simplicissimus & uerus deus. Io. 14. Pater aũt in me manens, ipse facit opera. Io. 5. Pater meus usq; modo operatur, & ego operor. Psal. 103. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Psal. 32. Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorꝝ. Omne ergo factibile per ipsum factũ est. Beda: Si nihil creaturarum sine ipso factũ est, pate profecto quia ipse creatura nõ est, per quẽ omnis creatura facta est. Cũ ergo omnis creatura dei bona sit. 1. Ti. 4. Vnde uidit cuncta quæ fecit, & erant ualde bona, Gene. 1. quare tam multa patimur mala à creatura? Audi sapientẽ: Armabit, inquit, creaturã ad ultionẽ inimicoꝝ, Sapię 5 Hinc nõ obseruantibus præcepta, cõminatus est Leui. 26. Immittam in uos bestias agri, q̃ consumant uos & pecora uestra. De pœna ergo tua peccatũ tuum accusa, non iudicem. Nam propter superbiam nostram domandam instituit deus nos à uilissimis et abiectissimis torqueri: ut cum superbus fuerit homo, & se iactauerit aduersus deũ & cum mortalis sit, ipse mortalẽ terruerit, & cum homo sit, proximum non agnouerit hominem, & se erexerit, pulicib9 subdatur. Quid enim superbis terra & cinis? Ecci. 10. Homo tibi conuicium dixit, & intumuisti ac iratus es. pulicibus resiste ut dormias. Sic ad domandam Pharaonis superbiam, non leones, non ursos aut serpentes, sed muscas immisit, ut rebus uilissimis superbia domaretur. Sic Antiocho uermes è proprio corpore scaturientes, 2. Mach. 9. Sic & Herodes non dans honorem Deo, percussus ab angelo, consumptus à uermibus expirauit, Acto. 12. Hinc Deutero 32. Moses ait: Date magnificentiam deo, dei perfecta sunt opera, & omnes uiæ eius iudicia. peccauerunt ei & nõ filĳ eius in sordibus. Generatio praua atq; peruersa, hæccine reddis domino popule stulte & insipiens? Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit & creauit te? Omnia ergo naturam seruantia, quia peccatum naturæ non seruat ordinem, sed corrumpit, per ipsum facta sunt. At à quo ad quid, nisi ab ipso, per ipsum, & ad ipsum? Quatenus enim efficiens est, ab ipso sunt omnia quatenus forma & ueritas rerum, ꝑ ipsum. Anselmus: Pater fecit omnia per uerbum, licet sit eiusdem essentię cum patre, quia fecit omnia sua potentia quæ est idem filio. est enim idẽtitas uirtutis operantis in patre & filio, ita ut uirtus illa sit à patre in filio. Quatenus finis est & consummatio omnium, ad ipsum sunt omnia. Ro. 11. Quis cognouit sensum domini? aut quis cõsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi honor & gloria in secula seculorum, amen.

Cur bonæ dei creaturæ hominẽ infestent.

Peccatũ ordinẽ naturæ corrũpit

Sine ipso factum est nihil.

Bifariam distinguitur hic locus. Chrysostomus hom. 4 & Vulgarius sic legunt: Et sine ipso factum est nihil, quod factũ est. ut intelligas nihil omnino creatum, quod nõ sit creatũ à patre per filiũ, nequis existimet spiritũ sanctum factuiam. August. Sine

ipso factum est nihil. i. quicquid factum est, non absque eo factum est. Sic & Cyrillus, ut intelligamus omnia per filium fuisse condita, tam uisibilia quam inuisibilia: & qcqd conditum fuit, in eo uerbū illud est uita, ut non solum oībus sit author originis cum patre, uerumetiā idem admistū omnibus, ueluti uita tueatur & conseruet uniuersa q̃ condita sunt. Ad hāc sniam facit, quod cum bis dixerit, uitam, priori uitæ non addidit articulum, posteriori addidit. In eo qđ conditū est, uerbum illud erat quędam uita dum impartit incolumitatē naturæ conditæ: & illa uita erat illa lux hominum, quæ ueram illam ac ineffabilem uitam significat.

Quod factū est, in ipso uita erat, & uita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ionnnes. Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.

2 Non solum in eo erat uis nutu suo condendi rerū uisibilium & inuisibilium uniuersitatem, uerumetiā in eodem erat uita, uigorque omnium quæ condita fuerant, ut per eundem unūquodque natiuo suo uigore ageret, seseque ut semel insita perpetua ppagatione tuereť. Scđm Dionysium, omnia sunt in Deo per causam & exemplar, quod aūt in alio est, in eo est secundum naturā & modum eius in quo est, & scđm pprium esse ac modum. Cum ergo Deus sit mens æterna & simplicissima, certum est q̄ oīa sint in eo per rationem simplicem & æternam, quæ appellatur idea & exēplar, quia per illam Deus cognoscit & operatur creata. Sap. 7. Candor. n. est lucis æternę, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis: & cum sit una, omnia pôt: & in se permanens, omnia īnouat. Palàm est aūt, q̄ Deus cūcta & singula pro priis rationibus ac speciebus intelligat & pducat. Vitam itaque nominat, qa fons uitæ. Psal. 35. Qm̄ apud te est fons uitæ. Ioā. 5. Sicut pater habet uitā in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso. Eo q̄ cōtineat uitam oīum in se, uitā oībus pręstās. Gene. 2. Formauit igiť dn̄s Deus hominem de limo terrę, & inspirauit in faciem eius spiraculū uitæ. & factus est homo in aīam uiuentem. Acto. 17. Ipse dat omnibus uitam & īspirationem. In ipso. n. uiuimus, mouemur, & sumus. Sap. 11. Quō autem posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses? aut quod à te uocatū non esset, cōseruaretur? Sic & spūalis uitæ reconciliator existit. Colos. 3. Cum Christus apparuerit uita uestra. Ioan. 10. Ego ueni ut uitam habeant. Modum indicat. Ioan. 5. Amen amen dico uobis, quia uenit & hora & nunc est, quando mortui audient uocem filii Dei: et qui audierint, uiuent. Demum uitæ æternæ largitor. Ioan. 17. Ego uitam æternam do eis, scilicet ouibus meis obsequentibus. 1. Corint. 15. Sicut in Adam omnes moriunť, ita et in Christo omnes uiuificabūtur. Hinc signatur per lignum uitæ. Gene. 2. Lignū uitæ in medio paradisi. Ioan. 14. Ego sum uia, ueritas & uita. Deutero. 30. Elige ergo uitam, ut & tu uiuas & semen tuū, & diligas dn̄m Deum tuū, atque obedias uoci eius, et adhęreas illi. Ipse est. n. uita tua et lōgitudo dierum. 1. Ioan. 5. Qui habet filium Dei, habet uitam: qui nō habet filiū Dei, non habet uitam. Sicut autē est fons uitæ omnibus, ita est et fons lucis, nimirum patre per ęternam natiuitatē in eum transfundente naturæ diuinę plenitudinem, adeo ut solus uitā restituat ēt mortuis, & animorū quālibet diram noctem luce sua depellat.

Est lux, non corporalis sensibilis, sed spũalis animã illustrans. Psa. 17. Qm̃ tu illuminas lucernam meã domine, Deus me⁹ illumina tenebras meas. Ratio data nobis, scd̃m quam rationales uocamur, lux est, q̃ ducit nos ad ea quæ sunt facienda & quæ non. Psal. 4. Multi dicũt, quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen uultus tui domine. Sed uiuebãt hoĩes in ignorãtia, & in peccatorꝝ tenebris uersabantur, mutas statuas ꝑ Deo uiuo colentes, cæcis cupiditatibus turpiter ĩmersi, & obscuratũ est insipiens cor eorꝝ. Roma. 1. nec habebãt cordis oculos quibus æterna ueritas conspicit. Insperserat Deus scintillulam aliquam ingenij perspicacis animis hominũ, sed hãc affectus corporales & tenebræ uitiorꝝ obcæcauerãt, ut nec humana philosophia, nec Mosaice legis religio, nec prophetarꝝ faces hanc discutere quiuerint. Tandem uenit sol iste noster æternus, ut uitam restitueret omnibus hoĩbus, & peccatorꝝ abstersa caligine, redderet omnibus oculis, ut per fidei lumen agnoscerent Deum patrem colẽdum, & huius unicum filium Iesum Christum, Ioan. 17. Hæc est uita ęterna, ut cognoscãt te solum uerꝝ Deũ, & quẽ misisti Iesum xp̃m. Psal. 42. Emitte lucẽ tuã & ueritatẽ tuã: ipsa me deduxerũt & adduxerũt in montẽ sct̃m tuũ et in tabernacula tua. Beda: Hoc uerbo apertissime docetur, qđ ipsa uitalis ratio per quam oĩa disposita sunt & reguntur, nõ omnem creaturam, sed rationalem tãtum, ut sapere possit, illuminat. Hoĩes nanqꝫ ad imaginem Dei facti, sapiẽtiã percipere possunt, cætera nõ possunt. Sed animalis homo non percipit ea quæ sunt spũs Dei. 1. Cor. 2. Vnde ĩ Aegypto tenebris existentibus, ubicunqꝫ Israel erat, lux erat. Exo. 10. Lucet autem lux in tenebris, sed tenebrę quãdiu tenebrę manent, ipsam non comprehendunt fide per dilectionẽ operante. Ioan. 8. Sermo meus non capit in uobis. Non ergo lucis uitio, nam lucet in tenebris, sed tenebrarꝝ, nõ capitur lumen. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini. nescierunt uias eius, nec reuersi sunt per semitas ei⁹. Quẽadmodum sol cæcis præsens est, ipsi uero absentes soli, sic peccatores luci gratiæ absentes sunt. Hiere. 5. Peccata uestra prohibuerunt bonũ à uobis. Tenebrę dicũtur peccatores, qui in peccatis sunt ignorantię. Sapien. 2. Excęcauit eos malitia illorꝝ. Eccl. 11. Error & tenebrę peccatorib⁹ cõcreata sunt. Hinc de gentibus ait Apl's Ephe. 4. Tenebris obscuratum habẽtes intellectum, alienati à uia Dei per ignorantiam quæ est in illis propter cęcitatẽ cordis illorꝝ. Psal. 81. Nescierunt neqꝫ intellexerunt, in tenebris ambulant. Quęrũt tenebras latentię. Ioan. 3. Dilexerunt hoĩes magis tenebras q̃ lucem, erant. n. eorꝝ mala opera. De quibus Ephe. 5. Quę aũt in occulto fiunt ab eis, turpe est et dicere. Esaiæ. 29. Vę qui profundi estis corde, ut à dño abscondatis consilium, quorꝝ sunt in tenebris opa, & dicũt: Quis uidet nos? & qs nouit nos? Peruersa est hęc uestra cogitatio, quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo, non intelligis. Vadunt ad tenebras gehẽnæ. Iudę. 1. Quibus ꝓcella tenebrarꝝ seruata est in æternum. & Matt. 25. Inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores, ibi erit flet⁹ & stridor dentium. Purget ergo qsqꝫ oculos à puluere, pituita, fumo. s. peccatorꝝ, clamans cum propheta Psal. 12. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, neqñ dicat inimicus meus pręualui aduersus eum. Prouer. 4, Via impiorꝝ tenebrosa, nesciũt quò corruant. Nã timentibus Deum huius lucis ortus ꝓmittit. Malac. 4.

Tenebræ, qui dicantur.

Oriet uobis timentibus nomen meũ sol iustitiæ. Psal. 96. Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia. Quid autẽ facias his, qui scientes ac uolẽtes, lucem oblatam à se depellunt: qui inuitati ad lucem, ultro claudunt oculos ne uideant? Certe nihil ab ipso factũ nõ est, uti ne quicquam esset expers sui luminis. Non. n. ingessit se subito mortalium oculis, ne magis etiam illos exocularet ob incredulitatem. Quis enim rem tam admirãdã credidisset, nisi paulatim multis modis præparasset mẽtes hominũ ad credulitatẽ? Facturus ergo sermonem de incarnatione, præmittit de præcursore, quem missum dicit. Nam pseudoprophetæ non mittunt. Hiere. 23. Non mittebã prophetas, & ipsi currebant. Hinc Mosi dicitur Exod. 3. Veni, mittam te ad Pharaonem. Psal. 104. Misit Mosen seruum suum, Aaron quem elegit ipsum. Sic saluator in euangelio se missum dicit Ioan. 8. Qui misit me uerax est. Et qui me misit, mecum est, & nõ reliquit me solum, quia quæ placita sunt illi, facio semper. Vnde discipulis ait Ioan. 20. Sicut misit me pater, & ego mitto uos. Sic Ioannes missus perhibetur, sed à Deo. Malac. 3. Ecce mitto angelum meũ, qui præparabit uiam ante faciẽ meã. Subuertens aũt opinionẽ aliquorum, qui Ioãnem angelũ opinabant natura, dicit, homo: quia nõ natura, sed officio angelus erat. Et bene Ioãnes nominatus, quia ĩ utero matris spũ sancto repletus Luc. 1. & spiritu sancto replebit adhuc ex utero matris suæ, quo maior (teste dño) nõ surrexit. Matt. 11. & quia grãm Christi primus annunciauit. Matt. 3. Pœnitentiam agite, appropinquauit regnũ cœlorum. Nam & in hoc delectus ac missus à Deo, ut iuxta prophetiam quæ de ipso erat, testimonium præberet de illo lumine diuino, quod humano corpore dissimulatũ uersabat in mundo: non quod qui Deus esset, & paterna uoce prædicatus est Matt. 3. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui, opus haberet hoĩs testimonio, sed ut omnibus modis sese insinuaret in credulitatẽ mortaliũ, Ioannem uoluit esse præcursorem lucis, quemadmodũ Lucifer solis exortũ præuius nunciat mundo: suáque prędicatione præpararet animos hominũ ad excipiendã lucem iam iamque uenturã, quanquam quidam uitio suo nõ crediderunt, quemadmodũ sol lucet ut omnes illuminet. Per illum dicit: nõ, in illum. Non. n. erat ille lux illa, effectiue illustrans, & gratiæ lumen præstans, & per essentiã lucens, tametsi priusquam Christus inclaruisset miraculis, multi suspicarẽtur Ioannẽ esse lucem illam à prophetis promissam. Esa. Ppls qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Verũ pręco tantũ ueræ lucis erat Ioannes, non ipsa lux: Lucem aũt recte dixerimus unũquenque sanctorum, sed nõ lucem illam cum articulo, quia sancti per participationẽ. Cyrillus: Omnis creatura quæ cõpositione cõstat, lux uera nõ est, neque proprie, sed participatione. Lux uera est, quæ illuminat non illuminata: ea unigenitus est filius Dei. Hoĩes et angeli lux sunt, sed id proprietate naturæ non est: nam docere possunt, illabi & creare nõ possunt ut Deus, qui unicuique semen sapientiæ infundit, hoc est, pietatis & intelligẽdi radices inserit. Sancti ergo dispositiue illuminãt, ad gratiã præparando, tum uerbo tũ exemplo. Vnde de Ioanne dñs ait Ioan. 5. Ille erat lucerna ardens & lucens. Et discipulis Matt. 5. Vos estis lux mũdi. Sic et Apls Phil. 2. Sitis sine querela, simplices filij Dei, sine reprehẽsione in medio nationis prauæ & peruersæ, ĩter quos lucetis sicut luminaria in mundo, uerbũ uitæ cõtinentes. Et ad Ephe. 5. Eratis aliquãdo tenebræ, nũc

Ioãnes Baptista qui ãgelus fuerit.

Lux quo sancti dicantur.

autem lux in dño.ut filÿ lucis ambu late.Fructus.n.lucis est in omni bonitate & iustitia & ueritate. 1.Thessa.5.Omnes uos filÿ lucis estis & filÿ Dei.Non sumus noctis neq; tenebraꝝ.Igitur nō dormiamus sicut cæteri,sed uigilem⁹ & sobrÿ simus. Nō fuit ergo ipse illa lux,id est, Christ⁹, sed eius præco. Ioan.5. Vos misistis ad Ioannem,et testimoniũ perhibuit ueritati.Acto.13. Prædicante Ioanne ante faciẽ aduentus eius baptismum pniæ omni populo Israel.Cũ impleret aũt cursum suum,dicebat:Quem me arbitramini esse,nō sum ego: sed ecce uenit post me,cuius non sum dignus calceamẽta pedũ soluere. Hinc baptizauit in noĩe uenturi. Acto.19. Ioannes baptizabat pplm baptismo pniæ,dicens,in eũ qui uenturus esset post ipsum,ut crederẽt,hoc est,in Iesum.Illa lux de qua loquor,erat lux uera, unde & Ioanni ipsi suũ lumen fluxit. Illuminat aũt omnem hoĩem lumine naturali,dans rationem qua inter bonum & malũ discernere possint,ac ex creaturis cognoscere creatorẽ Deũ. Roma.1. Inuisibilia ipsius à creatura mundi p ea quę facta sunt intellecta, conspiciuntur:sempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas,ita ut sint inexcusabiles.Hinc Sap.13.Vani sunt oẽs hoĩes in quibus non subest scientia Dei,& de his quę uidenẽ bona, non potuerunt intelligere eũ qui est,neq; operibus attendentes,agnouerũt quis esset artifex. Sic & sapientia diuina. Ecci.1. Omnis sapientia à dño Deo est. Iacob.1. Siquis indiget sapientia,postulet à Deo,qui dat omnibus affluenter,et non improperat. Demum dono fidei. Quemadmodũ enim absq; sole cęcus est hic mũdus, ita absq; hac luce caligant uniuersa. Mundus aũt, ubiq; regnante peccato & abominãdis erroribus, undiq; tenebrosus erat.Iudæi uolũt hanc lucem sibi ꝓprie uindicare, ꝙ his proprie uidereiur ꝓmissa, quod ex ÿsdẽ & apud eosdem iuxta carnẽ exorta. Num.24.Orietur stella ex Iacob. sed illa uenerat ut per euangelicã fidem illucesceret cordibus omniũ totius orbis nationũ.Esa.9.Ppls qui ambulabat in tenebris, uidit lucẽ magnã: habitantibus in regione umbrę mortis,lux orta est eis.Chrysost.Ille omnẽ hoĩem illuminat quantũ de se est: si aũt quidã oculos mentis claudentes non illuminantur,nō lucis natura obtenebratio est illis,sed à malitia sua. sicut ab introitu oĩbus patẽti & nullo prohibente,qui uoluntarie foris remanent,à ꝓpria malitia pereũt. Vnde mali conquerũtur,sed serò, Sapien.5. Errauimus à uia ueritatis, & iustitiæ lumen nō luxit nobis, & sol intelligentię non est ortus nobis.August.Ipse illuminat omnẽ hoĩem, qa nullus illuminatur nisi per ipm.Semper fuit in mundo, non ꝙ qui ĩmensus est, ullo locoꝝ ambitu contineatur,sed ubiq; præsens per essentiam, pręsentiã & potentiam.Omnia.n.penetrat,& ad oĩa sua se potentia extẽdit, suoq; conspectui omnia patent. Hiere.23. Nunquid non cœlũ & terram ego impleo?Sapien.8.Attingit à fine usq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. Quare Prouer.15.In omni loco oculi dñi contemplantur bonos & malos.Nec mirum,cũ mũdus per ipsum factus sit.Ostẽdit aũt ubiq; ipsum opificẽ,partim ut Manichæi insaniam reprimeret, malignũ opificem omnia produxisse dicẽtis, & Arrium cõfutaret qui filium creaturam dixit:ac partim, ut omnẽ hominem induceret, ut factorem confiteatur, & non seruiat creaturis, sed adoret creatorem.Mundi aũt nomine uniuersum hoc significatur qđ ab ipso creatum est,& ÿ qui mundũ sapiunt.August.Si terram diligis,terra es:si Deũ,Deus.1.Ioan.5. Totus mũdus in maligno positus est, Hic eum

Qui cur nõ illuminentur.

Manichæi heresis.

Mundi nomine quid intelligendum.

non

non cognouit, quia terreni nō cognoscunt per fidem formatā. Tit. 1. Cōfitentur se nosse Deum, factis autē negant. De quibus Esa. 1. cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe dñi sui. Israel aūt me nō cognouit, & populus meus nō intellexit. Ioā. 17. Pater iuste, mundus te nō cognouit. Additur mundo articulus.

3 *In propria uenit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credūt in nomine eius: qui nō ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uolūtate uiri, sed ex Deo nati sunt. Et uerbum caro factum est, & habitauit in nobis (& uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre) plenum gratiæ & ueritatis.*

Non mirum si gentes idoloꝝ cultores, huius uitæ cōmodis omnia metientes, prophetaꝝ & legis rudes, nō agnouerūt humana specie uenientē: illud magis mirandum, ꝙ peculiariter ad suā gentem ueniēs, cui promissus messias, et tot seculis expectatus, adeo non est receptus à suis, ut quibus seruandis peculiariter uenerat, efferatis animis exitium moliti sint. Matt. 21. Hic est hæres, uenite, occidamus eum. Hac aūt occasione sic gentes admissæ sunt ad euangelicā salutem. Act. 13. Tūc cōstanter Paulus et Barnabas dixerūt: Vobis oportebat primū loqui uerbum Dei: sed qm̄ repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. ut nec Iudæis, nec ullis oīno nationibus sit ꝑclusus aditus, si modo deposita peruicacia se præbeant obedientes fidei, quę prima est ianua ad salutem æternā. Nullū dñs cogit & attrahit necessitate, sed uoluntatē relinquit & electionē. Non. n. est ꝑsonaꝝ acceptio apud Deum, sed in omni gente qui timet Deum, et operatur iustitiā, accept⁹ est illi. Acto. 10. Chrysost. Non dixit, fecit eos filios Dei, qa opus est & studio nostro. Dicēdo. n. potestatem, ostendit qm̄ non simpliciter hæc gratia superaduenit, sed nobis uolentibus et studentib⁹. Etenim in nostra potētia iacet, quid hoꝝ eligamus, id est, filios Dei fieri, uel non fieri. Modū subdit. His qui credunt, ait, qui suscepto uerbo lucem ueram per fidem receperunt, & declararūt. Nam ideo Dei filius ac De⁹ ipse sese demisit ad humilitatem nostram, ut nos per fidem ad suā sublimitatem eueheret: ideo suscepit in se nr̄æ mortalitatis ignominiam, ut nos diuinæ gloriæ faceret consortes: ideo homo ex homine nasci uoluit corporeus, ut nos renasceremur spūales. Ad hāc dignitatem summā admissi sunt humiles, reiectis elatis: nā hos filios agnoscit Deus, non qui per corporeum semen, aut carnis libidinem nascūtur filij Abrahæ, sed qui per fidem nascūtur ex Deo. Licet aūt homo, dū conuertitur ad Christū per fidem et dilectionem efficiatur Dei filius adoptiuus: hoc tamen non est, nisi in quantum habet propositū recipiendi baptismum, in quo spiritualiter renascimur, & filiatio Dei adoptiua perficitur, & sic regnum Dei percipit. Ioā. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, quod natum est ex carne, caro est: & quod natū est ex spiritu, spiritus est. Galat. 3. Omnes uos filij Dei estis per fidē quæ est in Christo Iesu. Roma. 8. Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Ex generatione terrena & naturali, carnales sumus & morti obnoxij: ex diuina, cœlestes sumus & imortales. Ex terrena peccamus, ex diuina peccare nō possumus. 1. Ioan. 3. Omnis q natus est ex Deo, non peccat, sed generatio Dei conseruat eum. Manens ergo in illa generatione, non peccat. Consideremus grām redēptoris, quanta sit, ꝙ magna multitudo dulcedinis eius. descendit ad terrā, ubi fratres sibi qbus regnū pa

Libertas arbitrij.

tris sui dare posset, acquireret. Consideremus e quanta sit uirtus fidei, cuius merito datur potestas hoībus, filios Dei fieri. Scriptū est. n. Abac. 2. Iustus ex fide sua uiuet. Viuit. n. iustus ex fide, non illa quæ labiorꝫ tantum profertur confessione, sed quæ per dilectionem operatꝛ. Gala. 5. Alioqui fides si nō habeat opera, mortua est in semetipsa. Iac. 2. Nullus seipm despiciat, nullus de se desperet. curramus omnes, curramus singuli, ut q eramus longe. Prouerb. 15. Longe est dn̄s ab impijs, mereamur fieri propè in sanguine Christi. Ephe. 2. Audiamus quod dicitur. Quotquot receperunt eum, &c. Vis aūt scire quis nobis conciliarit hāc grām adoptionis in filios? Verbū caro factū est. Filius Dei factus est hoīs filius, ut homines faceret filios Dei. Hinc Apollinaris Laodicensis dixit non hoīem, sed tantum carnem susceptā, non intelligēs scripturæ consuetudinem, quæ nonnunq̄ totum à parte denominat. Gene. 46. Descendit Iacob in Aegyptū in animabus septuaginta. & Esa. 40. Videbit oīs caro pariter quòd os domini locutum est. Neq; . n. animæ sine corporibus in Aegyptum descendere, neq; caro sine anima uidere aliquid potest. Nec assumpsit ad tēpus, mox depositurus, qđ assumpserat: sed quo certā fidem faceret hoībus, humanæ naturæ, non per fucū, quēadmodum Eutyches, Valentinus & Manichæ⁹ nugabanꝛ, diu uersat⁹ est ī terris. sitijt, esuriјt, afflict⁹ est, mortu⁹ est, oculis cōspectus est, audit⁹, cōtrectatus. Baruc. 3. Post hæc in terris uisus est, & cum hoībus conuersatus est. Non. n. dixit, Verbum caro apparuit, sed factum est. Zacha. 2. Gaude & lætare filia Sion, quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui, ait dominus, et applicabuntur gentes multę ad dn̄m, & habitabo in medio tui. Esa. 52. Propter hoc sciet ppl's meus

Apollinaris heretici error.

Eutychetis & Valētini hæreses.

nomen meum in die illa, qa ipse ego qui loquebar, ecce assum. Sūt. n. duæ in ipso naturę, & una hypostasis: q̄re & duæ generationes, & una filiatio: Generatio. n. naturam respicit, filiatio personā. Porrò ut hęc dignitas humano generi eēt perpetua, adhuc habitat in nobis carnem humanam gestans, atq; iam glorificata confidens ad dexteram patris omnipotētis. Habitauit & olim inter filios Israel, per singularem gratiā & protectionem. Exod. 25. Habitabo in medio eorum. 3. Reg. 8. Impleuerat gloria domū domini. Tunc ait Salomon: Dn̄s dixit ut habitaret in nebula. Ezec. 43. Habitabo in medio filiorꝫ Israel in ęternū. Nec mirū. Prouer. 8. Deliciæ meæ esse cum filijs hoīum. Longe tamē aliter habitat cum fidelibus, in q̄bus nō solum habitat per gratiā. 2. Cor. 6. Vos estis tēplū Dei uiui, sicut dicit Deus. Leuit. 26. Q̄m inhabitabo in illis, & inambulabo īter eos, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi ppl's. 1. Corin. 3. Nescitis q̄m templū Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? sed & per realem corporis & sanguinis pretiosi in sacro præsentiam. Dicitur aūt uerbū caro factum, ad exprimendam assumptæ naturæ ueritatem, cōtra hęreses tunc exortas. Secundo, ad ostēdendam eiusdem naturæ passibilitatem. Esa. 40. Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanq̄ flos agri: Tertio, ad inflāmandā in nobis charitatem, ex tam gratuita dilectione. Ephe. 2. Deus qui diues est in misericordia, ꝑpter nimiam charitatē suā qua dilexit nos, cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis saluati: & cōresuscitauit & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, ut ostenderet in seculis superuenientibus abūdantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. 1. Ioan. 4. In hoc est charitas, nō quasi nos dilexe

Naturæ in x̄po duæ, persona una.

Præsentia X̄pi realis in sacramento.

rimus Deum, sed qm̄ ipse prior dilexit nos, & misit filiũ suũ propiciationẽ pro peccatis nostris. Nos ergo diligamus Deum, qm̄ ipse prior dilexit nos. Quid tam magnificũ esse potest hoibus, q̃ q Deus noster factus est frater noster? Non. n. confunditur nos fratres uocare. Heb. 2. qbus simi lis passibilis factus est, ut ipsi similes efficeremur Roma. 8. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, et sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aũt prędestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit: quos aũt iustificauit, illos & magnificauit. Noster creator, factus est saluator. Lucę. 19. Venit filius hoīs quęrere & saluum facere quod perierat. Iudex noster, factus est aduocat⁹. Iac. 4. Vnus est. n. legislator & iudex, qui potest saluare & perdere. 1. Ioan. 2. Siqs peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem, Iesum Christũ iustũ. Qũo ergo diffidere possumus de Dei misericordia & beneuolentia, qui intantum se pro nobis exinaniuit. Phil. 2. Formã serui accipiens, tantaq; dilectionis signa præmonstrauit, pręueniens nos in bñdictionibus dulcedinis? Psal. 21

Mariã merę deiparã dici. Cum ergo uerbũ homo factum sit, & cũ sit filius Dei, fact⁹ est filius mulieris, ꝓprie ipsa deipara dicitur, eo q genuerit Deum in carne. Neq; tñ cum mortale corpus in terris circũferret, carebat diuina maiestate. Nos enim qui familiariter cũ eo uixim⁹, utriusq; rei testes sumus. nam ĳdem uidimus diuinã illius gloriam, quã ante incarnationem nemo uidere poterat, planè dignam unigenito filio Dei, quanta nec angeloꝝ cuiquã, nec prophetaꝝ ulli, nec patriarchis unq̃ exhibita est. Hanc uidimus in edendis miraculis. Ioã. 10. Opera quę ego facio in noīe patris mei, hæc testimonium perhibent de me. In promenda cœlesti doctrina. Ioan. 8. Ego ex Deo processi & ueni. neq; n. à meipso ueni, sed ille me misit. Quare loquelam meã non cognoscitis? In uisione mõtis Thabor, ubi & paterna uox delapsa, filiũ unice dilectum professa est. Matt. 17. & in baptismo. Matt. 3. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Sic & cum ipsum clarificasse, & clarificaturũ diceret. Ioan. 12. Deniq; uidimus in resurrectione & ascensione. Acto. 1. & spũs sancti missione. Acto. 2. Ioan. 16. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet. Immo et in morte admirabili, qua & latro socius supplicij, & centurio filium Dei agnouerunt. Luc. 23. Et quanq̃ in terris uersans, cum nostræ salutis negotium ageret, maluit nobis modestiæ, mansuetudinis & obedientiæ exemplũ exhibere, q̃ suam ostentare magnitudinem: tñ omnis illius oratio, omnia facta, gestus etiam ipse ac uultus declarabant ipsum esse plenum omnibus diuinis dotibus, plenũ ęterna & irrefragabili ueritate. Grãæ plenitudo accipitur primo ex parte ipsius gratiæ, cum tãta est intensiue & uirtualiter, ut maior esse nequeat, sic soli cõpetit homini Christo. Ioan. 3. Non. n. ad mensuram dat Deus spm̃. pater. n. diligit filium, et omnia dedit in manu eius. Coloss. 1. Quia in ipso cõplacuit omnẽ plenitudinem inhabitare. Coloss. 2. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Altero, ex parte subiecti, ut cum quis tãtã habet, q operationes ad quas diuinitus ordinaſ, facile exequi potest. Sic sancti dicuntur pleni gratia. Luc. 1. Aue grã plena, ait Gabriel Marię. & Actu. 6. Stephan⁹ plenus gratia dicitur. & apostoli repleti spiritu sancto. Acto. 2. Erant Mosis & prophetaꝝ dicta & facta, figuræ: Christi uero, plena ueritate, cũ ipsamet esset ueritas, alĳs eã suppeditãs, ac figuraꝝ umbras implens. Quia ergo Deus homo factus est, ut per co-

Plenitudo gratiæ quã multifarie accipiatur.

gnatum hominis habitũ nobiscum cõuersando congrueret, nos alloquẽdo instrueret, uiuendi nobis uiã praeberet, pro nobis contra hostem confligeret, nostram mortem moriendo ac resurgendo posset destruere: per co aeternã uero patri diuinitatẽ nos interius uiuificando ad diuina sustolleret, remissionem peccatorum pariter & spũs sancti dona concederet: & post bonorum perfectionem operum, non solũ ad uidẽdum glorificatae suę nos perduceret humanitatis, sed & incõmutabilẽ nobis essentiã suae diuinę maiestatis ostenderet: scdm illam uiuamus generationẽ quae ex Deo est, & ut filij Dei patrem agnoscamus Deũ tam eminentis generationis authorem, non ut filij hominũ qui descendunt in infernum.

De testimonio Ioannis de Christo. Ioan. 1.

ARTICVLVS II.

B *Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quem dixi: qui post me uenturus est, ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Deum nemo uidit unquam. unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit.*

Prosequitur quõ primum innotuerit mundo, cum antea ne a fratribus quidẽ suis aliud esse crederetur quam homo. Quia ergo turbę magnã de Ioanne opinionẽ habebãt, ideo in testimoniũ Christi assumit. Nam libere clamauit, non in angulo: hic est de quo antehac saepe locutus sum uobis, cui uos me per errorem anteponitis, cũ dicerem esse quendam qui me aetate ac praedicationis tpe sequeretur, simulque multitudinis opinione foret inferior. is nũc anteuertit: & qui posterior uidebat, prior esse coepit. Nec mirum, cũ etiã tum me dotibus omnibus prior esset, quia & Deus est, quãuis hominũ opinione uideretur inferior. Nec mirum, cũ fons sit oĩs ueritatis & gratiae & sapientię super effluens, dans se omnibus dignis, & effluens plenus maneat, nec unquam exhauriatur. Nos uero quos tantopere suspicitis, nihil aliud sumus quam riuuli. Siquidem hoc ipsum quod habemus, pro suo quisque modulo, de huius plenitudine haustũ est, unde promanat oĩbus siquid ad ęternam pertinet salutem. 1. Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem aũt spũs. Ephe. 4. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mẽsuram donationis Christi. Gratiam noui testamenti pro gratia ueteris testamenti, qđ antiquatũ & sublatum est. Heb. 8. Dicendo nouum, ueterauit prius. Quod. n. antiquatur & senescit, propẽ interitũ est. Vel gratiam subsequentem, & bene agẽdo meritam ac adeptam, pro gratia primo infusa, & pute gratis collata. Matt. 25. Tollite talentum ab eo, & date ei qui habet decem talenta. Omni nãque habenti dabitur. Nullus enim primam gratiã mereri potest. Alioqui gratia iam nõ est gratia. Roma. 11. Sed nunc pro seueritate legis, gratia exhibita est p Iesum Christũ, qui per fidem euangelicam non solũ gratis condonat oĩbus omnia peccata, sed et largitur filiorum adoptionem. Gala. 3. Omnes uos filij Dei estis per fidem quae in Christo Iesu. Galat. 4. Qm̃ autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda uestra clamantem, abba pater. Pro umbris exhibita est ueritatis lux, cuius ille nõ solũ pręco, uerũetiam author, ut cui Deus pater omnẽ tradiderit potestatem. Non ergo Moses legis author, sed minister. Iac. 4. Vnus est. n. legislator & iudex qui potest perdere & 2
saluare. Est aũt lex regula atque mẽsura actuũ, per quam quis ad agendũ uel non agendum bene se habet uel inducitur. & est multiplex. Aeterna, quae scdm Augustinũ est summa ratio diuinae sapientiae, inquantum est directiua

Lex quid & quotuplex.

directiua actionum & motuum omnium creaturarum, cui semper obsequendum est. Sap.12. Cum ergo sis iustus, iuste omnia disponis. uirtus enim tua, iustitiæ initiũ est. Sap.8. Attingit enim à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Hæc, ut dicit Anselm⁹, omnis rectitudinis & uirtutis, omnis ueritatis, & legis origo, & fontale atq; causale est principium. Quæ ergo ab hac promanãt, bonæ sunt & ligant. Prou.8. Per me reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Est autem lex humana quoddam rationis dictamen, quo diriguntur actus humani in ordine ad finem boni communis, in uita pręsenti ad conuiuendum pacifice, quæ ex lege naturali progreditur. Matt.7 Omnia quęcunq; uultis ut faciãt uobis homines & uos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Tob.4. Qđ ab alio oderis fieri tibi, uide ne tu aliquando alteri facias. Estq; determinatio & explicatio eius circa particularia hominum opera. Naturalis lex est notio legis æternæ impressa animæ, quæ est similitudo & imago diuinæ legis, per quam homo ad aliquid agẽdum uel omittendum inducitur. Roma.2. Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendũt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum. Ista sufficeret, nisi homo ordinaretur ad beatitudinem supernaturalem: ideo indiget supernaturali lege, per quã de uera et supernaturali beatitudine instruatur, & de præceptis & actibus perueniendi ad illam illuminetur. Est enim mensura ac regula actuum humanorum, in ordine ad felicitatem æternam lex diuina, sicut humana in ordine ad felicitatem temporalem. Siquidem per hãc ratio cognoscit et dictat quid de deo sentiẽdum, quomodo ei obsequendum, ad quem finem omne nostrum exercitiũ sit referendum. De qua Psal. 18. Lex domini immaculata, conuertens animas, testimonium domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Diuiditur autem in legem ueterem et nouã, non per diuersas species, cum utriusque sit unus finis, scilicet Christ⁹, seu deo coniungi & frui, sed sicut perfectũ & imperfectũ, quæ tamen unius sunt speciei, ut homo per uirũ & puerum. Vnde in trib⁹ excellit noua lex, quæ hic innuitur. Primo, ratione authoris. Nam uetus per angelos mediante Mose. Act.7. Hic est qui fuit i solitudine in ecclesia cũ angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus uestris, qui accepit uerba uitæ dare uobis. Noua per Christum. Heb.8. Hoc est testamentum quod disponam domui Israel: Post hæc dabo leges meas in mentem illorum, & in corda eorum superscribam eas, et ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum. Vnde hic dicitur gratia facta per Iesum Christum. Secundo respectu legis. Heb. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Gala 3. Lex pædagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. At ubi uenit fides, iam nõ sumus sub pædagogo. Lex enim gratiã non conferebat, sed promittebat. euãgelium uero includit & confert, quia sacramenta nouæ legis præstãt quod signant. Galat.3. Si data esset lex quæ posset uiuificare, uere ex lege esset iustitia. sed concludit scriptura oĩa sub peccato, ut pmissio ex fide Iesu Christi daretur credẽtibus. Heb.7. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem: introductio uero melioris spei, per quam proximamus ad deum. Hinc dicitur hic gratia per Christum facta. Tertio, finis. Vetus enim bona promittebat terrena. Esaiæ.1. Si uolueritis & audieritis me,

Lex humana quid.

Naturalis lex.

Legis diuisio.

Quot & quibus noua lex præstet ueteri

bona terræ comedetis. Leuit.26. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mãdata mea custodieritis, et feceritis ea, dabo uobis pluuias tẽporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur, &c. Respiciam uos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum uobiscum. Noua, bona præstat cœlestia. Matt.4. Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Heb.10. Habentes itaq; fratres fiduciã in introitu sanctorũ in sanguine Christi, quam initiauit nobis uiam nouã, & uiuentem per uelamen, id est, carnem suam, & sacerdotem magnum super domum dei, accedamus cũ uero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem. fidelis est enim qui repromisit. Vnde hic ait ueritatem, non figuram per Christum factam. Heb.10. Vmbram habens lex futurorum bonorum, nõ ipsam imaginem. Omnem ergo excellit legem. cum enim legis sit officium homines reddere uirtuosos, primo omnium, necessarium est, uitia extirpare, quia declinandum à malo, & faciendum bonum. Psal.33. Gal.3. Lex propter transgressionem posita est. 1. Timoth.1. Lex iusto non est posita, sed iniustis & non subditis, impijs & sceleratis. Sed lex uetus libellum permisit repudij, Matth.19. Sic humana quæ communitati proponitur, in qua plures sunt mali quàm boni, multa permittit, ne pax turbetur, impunita, quæ diuino relinquit punienda iudicio, ut claret de meretricibus & usurarijs. Euangelica uero lex nullum malum permittit, sed omnem inordinatum affectum excludit. Iræ. Mat.5 Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Concupiscentiæ. Mat.5 Qui uiderit mulierem ad concupiscẽdam eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Sic de omni uerbo ocioso rationem reddendam in die iudicij indicat, Matt.12. Secundo spectat ad legem, uirtutes inducere. Mosaica lex non sic plene interiorem reformat affectum sicut noua. Matt. 6. Lucerna corporis tui est oculus tuus. si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Lex humana non nisi exteriora ordinat. 1. Reg. 16. Homo uidet ea quæ patent, deus autem intuetur cor. Tertio pertinet ad legem, ad felicitatem perducere. Vera autem beatitudo supernaturalis est, ad quam non pertingitur nisi per gratiam gratificantem, quam lex uetus promittere, sed præstare non potuit. Romano.3. Arbitramur enim iustificari hominem sine operibus legis. Matthæ.7. Qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Quarto lucide tradi debet, ut ab omnibus intelligatur, et plene sciatur. humana infinitis, ob particulares casus, scatet labyrinthis. Mosaica uelaminibus, & figuris tegitur, quare & importabile pondus dicitur Act.15. quia plurimis, & hoc non suauibus plena, timore pœnarũ retrahens à malo, & inducẽs ad bonum. Vnde & data est cum terroribus. Exo.20. Cunctus populus uidebat uoces, & lãpades, & sonitũ buccinæ, montemq; fumantem: & perterriti ac pauore concussi, steterunt procul, dicentes Mosi: Loquere tu nobis & audiemus: non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Et ait Moses ad populum: Nolite timere. ut.n. probaret uos, uenit deus, & ut terror illius esset in uobis, & nõ peccaretis. Lex noua placide & sedendo tradita Matth.5. cœlestia bona pollicens, facilem, & compendiosam fidei commonstrat uiam. Matthæi. 11. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde & inuenietis requiem animabus ue-

ſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, et onus meum leue. Nam amor omnia leuia facit. Auguſtinus: Breuis differentia legis & euangelij, amor & timor. 2. Timo. 1. Non enim dedit nobis deus ſpiritum timoris, ſed uirtutis, & dilectionis, & ſobrietatis. Roma. 8. Quicunque enim ſpiritu dei agũtur, hi ſunt filij dei. non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritũ adoptiõis filiorum dei, in quo clamamus, abba pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimoniũ reddit ſpiritui noſtro, quod filij dei ſumus. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem dei, cohęredes aũt Chriſti: ſi tamen compatimur, ut cõglorificemur. Heb. 12. Non. n. acceſſiſtis ad tractabilem & acceſſibilem ignem et turbinem, & caliginem, & procellã, & turbæ ſonũ, & uocem uerborum, quam qui audierunt, excuſauerunt ſe ne eis fieret uerbũ. Sed acceſſiſtis ad Sion montem, & ciuitatem dei uiuentis Hieruſalem cœleſtem, & multorum millium frequentiam, & eccleſiam primitiuorum qui conſcripti ſunt in cœlis, & iudicem omnium deum, & ſpiritum iuſtorum perfectorum, & teſtamenti noui mediatorem Ieſum, & ſanguinis aſperſionem melius loquẽtem quam Abel. Videte ne recuſetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recuſantes eum qui de terra loquebatur, multo magis nos qui de cœlo loquẽtem nobis auertimus, cuius uox mouit terram tunc, nunc autem repromittit dicẽs, Aggei. 2. Adhuc ſemel, et ego mouebo non ſolũ terram, ſed & cœlũ. Deum, ut eſt, nemo mortalium quamlibet magnus uidit unquam. Io. 5. Neque uocem eius unquã audiſtis, neque ſpeciẽ eius uidiſtis. quare nec Moſes nec aliquis ſanctorum ſic liquidam & manifeſtam nobis de illo narrationem dicere potuit, quẽadmodum Chriſtus qui in ſinu eſt patris. More humano loqtur, quo dulcem affectum, amoroſiſſimamque patris & filij ac coæternã inſinuet unionem. Io. 17. Pater, manifeſtaui nomen tuum hominibus, quos dediſti mihi 1. Io. 5. Et ſcimus quoniam filius dei uenit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcamus deum uerum, & ſimus in uero filio eius. Hoc inſuperabiliter roborat fidem noſtram, quod ab unigenito ſumus edocti. Io. 3. Amen amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod uidimus teſtamur.

Et hoc eſt teſtimonium Ioannis quando miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes et Leuitas ad eum, ut interrogarent eum, Tu quis es? Et confeſſus eſt, & nõ negauit: & confeſſus eſt, quia nõ ſum ego Chriſtus. Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dixit: Non. Propheta es tu? Et reſpondit: Non. Ioan. 1. C

Quã ſolicite nos gratiæ præparare debeamus, quę firmum & immobilẽ in bono reddit hominem, oſtenditur. Heb. 13. Optimum eſt gratia ſtabilire cor. Cum ergo famoſa tunc de Chriſti aduentu eſſet opinio, nedum apud Iudęos, ſed & ſamaritanos, ut claret Io. 4. Scio quia Meſſias (ait mulier ad Chriſtum) uenit, qui dicitur Chriſtus. Cũ ergo uenerit ille, nobis nunciabit omnia. tũ ex oraculis prophetarũ, tũ Ioannis teſtimonio, plurimi Ioãnem eſſe ipſum Chriſtũ autumabant. Lu. 3. Exiſtimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Ioãne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus. Videbant ablatum regnũ, et in alienigenas tranſlatum. Gene. 49. Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat qui mittẽdus eſt, & ipſe erit expectatio gentiũ. Videbant Ioannis nouitatem in prædicatione & baptizatione, cuius prænouerant ſingularem conceptionem & natiuitatem, Luc. 1. ſimul, & uitæ auſteritatem, & de ſacerdotali ſtirpe natum. hinc ſummum hunc ſibi honorem offerebant per ſolennes nuncios, è ciuitate regia, ut perſuaderent

per adulationem, ut se confiteretur Christum, ac ipsi tanquam promotores huius dignitatis inde commodũ sentirent. sed secus euenit. Vnde Ioã. 5. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit ueritati. Ille erat lucerna ardens & lucens, uos autem uoluistis ad horam exultare in luce eius. Non ergo honori Ioannis, sed suæ auaritiæ consulere satagebant, quia testimonio ipsius de ipso credere noluerunt. O quot habent imitatores, eo animo proximis adulantes. Prou. 11. Simulator ore decipit amicum suum. Hiere. 9. Sagitta uulnerãs lingua eorũ, dolum locuta est. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Miserũt ergo uiros authoritate præditos, sacerdotes & Leuitas, ut præsente multitudine percontarentur eũ. Ipsorum enim erat, scire de Christi conditione ex lege & prophetis. Malac. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem exquirunt de ore eius. Hinc dominus ipsis improperat. Luc. 12. Hypocritæ, faciem cœli, & terræ nostis probare. hoc autem tempus quomodo non probatis? Non autem quæsierunt de nominis qualitate, uel generis claritate, quæ nouerant, sed officij dignitate, quia baptizabat. Verum secus quàm uolebant euenit. nam inueniunt eum quem pro fideli habebãt, præclara testari de Christo, & non sibi ipsi honorem arrogare, sed falsam de se suspicionem, quæ poterat Christi gloriæ officere apud plebem, reppulit: ac forti animo contempta falsi nominis gloria, confessus est se non esse Messiam, significans hoc cognominis alteri potiori deberi, qui tamẽ illorum opinione contemptior erat. Non enim erat arundo uento agitata, Matthæi. 11. Gregorius: Cum tantæ uirtutis esset, ut credi Christus potuisset, elegit solide subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter supra se. Audito hoc, pergunt quærere. Nam ob uitæ austeritatem, iustitiæ firmitatem, & promissionem propheta lem Helias à multis credebatur, de quo dicitur Mala. 4. Ecce ego mittam uobis Heliam, antequam ueniat dies domini magnus & horribilis: & cõuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres. Sed in hoc errabant, quia non de primo, sed secundo Christi intelligitur aduentu. Negat ergo se illum esse Heliam, quã quam in spiritu Heliæ, præcursor esset Christi. Lucæ. 1. Ipse præcedet ante illum in spiritu, & uirtute Heliæ. Hinc dominus discipulis quærentibus, Matthæi. 17. Quid ergo scribæ dicunt, quod Heliam oporteat primum uenire? respondit: Helias quidem uenturus est & restituet omnia. Dico autem uobis, quia Helias iam uenit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eum quæcunq; uoluerũt. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Vnde Mat. 11. loquens de Ioanne, ait: Si uultis recipere, ipse est Helias, Non ergo in persona, sed officio Helias erat, & spiritu. Pergunt ulterius quærere, an sit propheta ille quem Moses uenturum prænunciauit, Deute. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies. Hunc se esse negauit, quanquam esset propheta. Luc. 1. Et tu puer propheta altissimi uocaberis. Et populus omnis Ioannem sicut prophetam habebat, Matt. 21. Immo erat plus q; propheta, Matth. 11. Sed non ille propheta.

Dixerunt ergo ei: Quis es, ut responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait: Ego uox clamantis in deserto, dirigite uiam domini, sicut dixit Esaias propheta. 2

Iam uero cum illos defecisset percontandi materia, consumptis hominum de Ioanne suspicacionibus, urgent ut ipse de se ꝯfiteatur quis nam

sit; &

sit: & ne diutius tergiuersetur, urgent authoritate sacerdotum, quo uel metu potestatis fateretur quis esset, friuolum autumātes redire ad summos plebis sine responsione. Hic Ioannes quoniam legisperitis loquebatur, ne sibi uideretur hoc ipsum quod erat, humana temeritate arrogare, ex ipsa Esa. 40. prophetia pharisęis non ignota respondet: simul docens & se nihil aliud esse quàm Christi præcursorem, & iam ipsum dominū adesse, quē oporteret purgatis oculis suscipere. Gregorius: Sicut uox præcedit uerbum ut audiatur, sic Ioannes Christum ut cognosceretur. Ioā. 1. Hic uenit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine. Seruus, inquit, sum. uias pręparo. uidetis desertum, auditis uocem. quod superest, uos abiectis mūdi cupiditatibus, præpaparate obliquos & dolosos animos uestros in illius aduentum, ut uobis salutifer adueniat. Moses uobis illum adumbrauit, prophetæ olim uenturum uaticinati sunt, ego uobis iam aduenientem ostendo. Gregorius: Via domini ad cor dirigitur, cum ueritatis sermo humiliter auditur, cum ad præceptū uita præparatur. Vnde Ioan. 14. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionē apud eum faciemus. Quisquis ergo in superbia mentem eleuat, quisquis auaritiæ æstibus anhelat, quisquis luxuriæ inquinationibus se polluit, cordis ostium contra ueritatem claudit: & ne ad se dominus ueniat, claustra animi seris uitiorum damnat. Iob. 21 Qui dicunt deo, recede à nobis, scientiam uiarum tuarum nolumus. Prouerb. 2. Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per uias tenebrosas. Et uere. Pro. 4. Via peccatorum tenebrosa, nesciunt enim quò corruunt. Nam & ad æternas perducit tenebras. Prouer. 12. Iter deuium ducit ad mortem. Quo contra uia domini ingredientibus uidetur tædiosæ. Matt. 7. Arcta uia quæ ducit ad uitā. Durum luxurioso, continere: auaro, largiri: inuido, diligere: & supra omnia, quàm maxime seipsum negare. Sed progredientibus redditur plana. Proue. 4. Ducam te per semitas æquitatis, quas cū ingressus fueris, nō artabuntur gressus tui, & currens nō habebis offendiculum. Psa. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meū. Egredientibus iucunda. Esa. 55. In lætitia egrediemini, & in pace deducemini. Sap. 10. Reddidit deus mercedē laborum sanctorum suorum, & deduxit illos in uia mirabili. An non mirabile, ubi per fletum itur ad gaudium? Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, Matth. 5. per paupertatem ad regnum. Beati pauperes, quia uestrum est regnum dei, Lucæ. 6. Per humilitatem ad gloriam. Lu. 14. Qui se humiliat, exaltabitur. Hinc. 1. Reg. 7. ait Samuel: Præparate corda uestra domino.

Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis. Et in 3
terrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo ba
ptizas, si tu non es Christus, neq; Helias, neq; pro
pheta? Respōdit eis Ioānes: Ego baptizo in aqua,
medius aūt uestrum stetit quem uos nescitis. ipse
est qui post me uenturus est, qui ante me factus
est, cuius ego non sum dignus, ut soluam eius corri
giam calceamēti. Hæc in Bethania facta sunt trās
Iordanem, ubi erat Ioannes baptizans.

Videntes non sibi ad uotum rem successisse, quod adulatione non quibant, minis tentant perficere. nam hi tum temporis peritia legis, opinione sanctimoniæ & authoritate præcellebant cęteris. Notant ergo eum de pręsumptione, & temeritatę, quod sine authoritate talia præsumpserit, cum tamen Ioannes sine authoritate agerę se ostenderit minime, quod aduertere noluerunt. Nouerunt in aduentu Messiæ baptismum dandum, iuxta Ezech. 16. Effundam super uos

aquam mundam,& mũdabimini ab omnibus inquinamẽtis uestris,quod figuratum fuit per trãsitum maris rubri,1.Cor.10. & Iordanis.Sed in hoc errabant,ꝙ Christum aliũ existimabant à propheta illo de quo locutus fuit Moses,quia una & eadem est persona.Hinc in Græco cum articulo ponitur,Ille propheta, scilicet insignis, Messias.Aduerte Ioannis humilitatem & mansuetudinem,qui non dura respondet pro duris.Vide & ueritatem, quia liberrimus testis gloriæ Christi.neque enim domini gloriam occultabat ut sibi nobilitatem pararet, sed cõfitebatur imperfectionẽ sui baptismi,& Christi pfectionẽ.Meus, inquit,baptismus talis est, qualis & mea pdicatio.Nam sicut mea prędicatio pfecta non est,sed tantũ præparat animos euãgelicę philosophię,sic baptismus meus qui tantũ aqua cõstat nõ abluit sordes meritiũ,sed imagine quadã ueri baptismi præparat rudes, ut superioris uitę pœnitẽtia præparati, capaces sint illius baptismi, quo Messias p spiritũ suum, semel abluet sordes omnes omniũ qui crediderint illius doctrinæ cœlesti. Ambro.Vſũ instituo baptizãdi,donec ueniat qui animã abluat p spiritum suũ.Obserua hic,ꝙ baptisma Ioãnis conueniebat cũ Christi baptismate ĩ materia, qa utrunqꝫ in aqua:sed differebat primo in forma,qa Christi dabat̃ in nomine patris & filij & spũs sãcti,Mat. 28. quanqꝫ in primitiuę ecclesię initio ob noĩs Christi diuulgationẽ daretur in noĩe Christi Iesu,Act.2.Ioãnis aũt, in noĩe uenturi.Act.19.Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populũ, dicẽs in eũ qui uenturus esset post ipsum,ut crederẽt,hoc est,in Iesum. Secundo,in effectu:quia gratiã nõ cõferebat,nec peccata laxabat.Grego. Ioannes nõ spiritu, sed aqua baptizat: quia peccata soluere non ualẽs,baptizatoꝵ corpora lauat, sed tñ mentem

Differẽtia baptismi Ioãnis & Christi.

per ueniam non sanat.Et sicut nascendo nasciturum dñm præuenerat, ita baptizaturum dñm,baptizando prę uenit.Hunc & in medio hominũ stetisse asserit,& nesciri, quia per carnẽ dominus apparens, & uisibilis extitit corpore, & inuisibilis maiestate. Stetit medius tanqꝫ unus de populo, sed ut mediator dei & hominũ, 1.Timo.2.Iudæoꝵ & gentium. Eph.2.Ipse est de quo dixeram ꝙ post me uenit,sicut rex post nunciũ,sicut uerbũ post sonum,quiqꝫ hominum opinione me posterior,dignitate tamen anteuertisset.Cuius dignitati adeo non sum æquandus, ut ipse me iudicem indignum,qui apud illum infimi mãcipij fungar officio. tantum abest ut ipsius nomen mihi usurpem.Mirabãtur omnes Ioannem, multos ille undique discipulos colligebat, magna hominum turba ad baptismum confluebat. Christus uero illo præstantior ignorabatur, latebat ipsum deũ esse,quare multo posterior ac minor Ioanne uidebatur.Maiorem enim & gloriam & honorem ab hominibus Ioãnes ꝙ̃ Christus habebat.Sic post ueniens,prior factus est,maior atque præstantior indies reputatus.Ab operibus enim ipsis deus esse cernebatur, cum Ioannes hominis uires, & terminos non excedens, in posterioribus relictus sit. Id Paulus declarat Roma.1.dicens: Qui prædestinatus est filius dei in uirtute, secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri.Gregorius: Si sancti uiri cum fortia agunt, de se uilia sentiunt,quid in sua excusatione dicturi sunt, qui sine opere uirtutis intumescunt? Sed & si quælibet bona assint opera,nulla sunt nisi humilitate condiantur. Miranda enim actio cũ elatione non eleuat,sed grauat. Qui enim sine humilitate uirtutes congregat, quasi in uentum puluerem portat; & unde

aliquid tenere cernitur, inde grauius excæcatur. In cunctis ergo quæ agimus, radicem necesse est boni operis, humilitatem teneamus. Tam magnificum, tamque plenum testimonium Ioannes perhibuit de Christo, ipsis pharisæis, sacerdotibus & Leuitis, teste copiosa populi multitudine, idque in loco solenni Bethabara.

Ioan.1. *Altera uidit Ioannes Iesum uenientem ad se,* D *& ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Ostendit Ioãnem non proprio motu, sed patris & sancti spiritus authoritate & indicio, Christo testimoniũ perhibuisse, ideo ipsi credendum. Cũ enim iam è populo multi, studiosi quærerent, quis nam esset ille tantus, cuius dignitati tantum cederet Ioannes omnium iudicio uir summus habitus adiji Ioannem. Is admonitus spiritu quid esset agendum, conspicatus Iesum uenientem ad se, uersus ad populum, digito demonstrat illis Iesum, ut iam de facie quoque notum mirari atque amare consuescerent, & illum potius quàm se sequerentur, illius ambirent baptisma potius quã suum. Venerat prius ad baptismum sicut unus è populo, sed mox spiritu in desertum expulsus, Marc.1. nunc autem uenit manifestãdus super omnem populum per Ioannem. Malac. 3. Ecce ego mitto angelum meum, & præparabit uiam ante faciem meam. Videns ergo Ioannes tam humiliter uenientem, ait: Hic est purissimus ille agnus, quem deus iuxta uaticiniũ Esaiæ. 1. sibi gratissimam uictimam destinauit, ad expianda peccata totius mundi, omnium uitiorum genere inquinati. Vere agnus, non natura, sed proprietate similitudinis. Primo, innocentiæ. Esaię.53. Eo quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius. Secundo, mansuetudinis. Hieremi.11. Ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad uictimã. Esai.53. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus corã tondente se obmutescet, & non aperiet os suũ. Tertio, figuræ. Sicut enim filij Israel sanguine agni à percussione angeli sunt liberati, sic nos à peccatis. Exo. 12. Ezech.9. Habentes signum Thau in frontibus, percussi non sunt ab angelo, cæteris extinctis. Tollit autem peccata effectiue inquantum deus. Luc.5. Quis potest peccata dimittere, nisi solus deus? Iob.14. Quis potest facere mundum de immundo cõceptum semine? non'ne tu qui solus es? Meritorie uero, inquantum homo: quia pro nobis satisfaciens, gratiam nobis meruit qua iustificamur. 1.Cor.1. Qui factus est nobis sapientia & iustitia & sanctificatio & redẽptio. Esa.53. Ipse uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eum, cuius liuore sanati sumus. Propter scelus populi mei percussi eũ, & ipse peccata multorum tulit. 1.Pet.2. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus, cuius liuore sanati sumus. Obserua quod ait, qui tollit, quia quotidie tollit peccata nostra: & aliorum quidem per baptismum, aliorum autem per pœnitentiam. Matt.1 Vobis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Abstulit ergo peccata, sed oportet ut meritum ipsius per sacramenta fidei hominibus applicetur. Ioan.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Nemo nunc ob multitudinem, magnitudinem'ue peccatorum desperet, ut Cain. Gene. 4. Maior, inquit, est iniquitas mea quàm ut ueniam merear. Nemo ut Adam à facie domini fugiat. Gene.3. Domine, audiui uocem tuam, & timui. Ecce agnus, ecce mansuetus.

Christus quo et cur dictus agnus.

Quibus et quã diuersis medijs peccata tollat Christus.

Luc.19. Venit filius hominis quęrere & saluum facere quod perierat. Hinc ait Matt.11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Dicamus ergo illud Psal. 56. Miserere mei deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea: & in umbra alarum tuarum sperabo, donec trāseat iniquitas. Qui enim nunc contemnunt mansuetum, in iudicio uidebunt et horrebunt iratum, dicentes illud Apocalyp. 5. Dicent montibus et petris, cadite super nos: & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni, quoniā uenit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare? Habet hic agnus, & alios agnos pascendos, Ioā.21. sed quibus tollantur peccata, non qui tollant.

2 *Hic est de quo dixi: Post me uenit uir, qui ante me factus est, quia prior me erat & ego nesciebam eum. Sed ut manifestaretur in Israel, propterea ego ueni in aqua baptizans.*

Testatus fuit in eius absentia, nūc in præsentia. Post me uenit, uir ætate & officio, quia omnis animæ, & ecclesiæ sponsus. 2. Corinth. 11. Aemulor uos dei æmulatione. despondi enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo, cuius ego pronub⁹ & nuncius. Zacha. 6. Ecce uir, oriens nomen illi. Post me uenit in manifestum, ad prædicandum, & baptizandum: sed mihi dignitate prælatus, q̄a prior me deitate, quāquam posterior humanitate. Hebrę.13. Christus Iesus heri & hodie, ipse & in secula. Ego ignorabam quis esset facie. Nā à pueritia in desertis fuit. Luc. 1. Puer autē crescebat, & confortabatur spiritu, et erat in desertis, usque in diem ostēsionis suæ ad Israel. Nouerat eum uenisse, ad cuius præsentiam, adhuc in utero matris exultauit in gaudio, Luc.1. sed quo ad determinatam personam, non nouit nisi reuelatione diuina.

Chrysostomus, Ostendit ergo testimonium suum insuspicabile, monstrans illud non humanæ amicitiæ esse, sed reuelationis diuinæ. Pandit itaque rationem sui baptismi. Nec in aliud iussu dei missus sum, nisi ut p̄dicarem pœnitentiam superiorum delictorum, annunciarem instare regnū cœlorum, & aqua uos tingerem, ut ille ueniens, uestris animis iam rudimentis huiuscemodi præparatis, facilius innotesceret, posteaquam mihi quoq; certis indicijs esset à patre demonstratus. Vbique in suo baptismo aquę tantum meminit, uim abluendi peccata Christo relinquēs. Lu.3. Ego quidem aqua baptizo uos, ueniet autem fortior me, cuius nō sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius, ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni.

Et testimoniū perhibuit Ioannes, dicens: Quia uidi spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, et mansit super eum, Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi, et testimonium perhibui quia hic est filius dei. 3

Chrysostomus: Vt authores omnes merito in stuporem conuertat, quòd peccata mūdi tollat, uolēs hoc credibilius facere, in deum patrem & spiritum sanctum hoc reduxit. Non igitur ex habitu corporis, nec humana coniectura certum quiui cognoscere, q̄ is esset unicus fili⁹ dei, & agnus ille purissimus, per fidem aboliturus omnia peccata mundi, sed ex insigni symbolo cœlitus didici, hunc esse, cui ego præcursor essem datus. Mar. 1. Venit Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Ioanne in Iordane. Et statim ascendens de aqua, uidit cœlos apertos, et spiritum tanquā columbam descendentem, & manentem in ipso. Esai. 11. Et requiescet super eum spiritus domini. Non sic manet in alijs sanctis, quin per pecca-

tum expelli possit. Nec putandum, quod in descensu columbæ noua sit gratia aliqua ĩfusa uel aucta in anima Christi, quia ab instanti conceptionis plenus fuit simpliciter omni gratia, sed ipse descensus & mansio perfectionẽ et efficaciam gratiæ Christi signãt. Dum aũt creatura subiecta apparet in psona Dei eum repræsentans, uel in eius persona loquẽs uel opans, hoc quoque Deo ascribitur. Sic Deus dicitur ore ad os locutus cum Mose. Nume. 12. cum factũ sit per angelum in psona Dei. Acto. 7. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Syna. Spiritus aũt sanctus cui bonitas appropriat̃, in columbæ specie, apparuit, quæ felle caret, animal simplex & innocẽs: quo insinuatur, neminem posse eius donis impleri, nisi colũbinã studuerit simplicitatem imitari. Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Prouer. 10. Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter. Ante id tẽpus non certo noueram eũ, cuius essem præcursor: occultabat. n. cœlestẽ illius dignitatem, corporis humilitas. Sed qui misit me. Ioan. 1. Fuit hõ missus à Deo. Luc. 3. Factum est uerbum dñi super Ioannẽ Zachariæ filium in deserto, et uenit in omnẽ regionẽ Iordanis, prædicans baptismũ pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum. Roma. 10. Quõ prędicabũt nisi mittantur? Baptizare in aqua. Actu. 1. Ioannes quidem baptizauit aqua. Hic in spiritu sancto baptizat, intus aĩam à uitijs purgando, per ĩfusam spiritus sancti gratiã. Nã baptizãdi potestatem in aliũ nõ trãsfert, sed ministerium: quia homo tingit aqua, solus ille cœlesti uirtute, sublatis peccatis, confert iustitiam. Ego uidi, inquit, Ioan. 3. Quod uidimus, testamur. Quia hic est filius Dei. Ergo & saluare potest. Ioan. 3. Pater. n. diligit filium, & oĩa dedit in manu eius.

Columba proprietates.

qui credit in filium, habet uitam æternam: qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum.

Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. & respiciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt eum. Conuersus autem Iesus, et uidens eos sequẽtes se, dixit eis: Quid quæritis? Qui dixerũt: Rabbi, quod dicitur interpretatum magister, ubi habitas? Dicit eis: Venite & uidete. Venerunt & uiderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo. Ioan. 1. E

Quàm ordinata, efficax, & intima penetrans, diuina sit sapientia, ostendit. Hinc dñs, suscepto baptismo, & expleto ieiunio, aliquoties uenit ad baptismum, quo frequentius Ioãnes de ipso testaretur ad instructionẽ electorum, & iustam cõdemnationem obstinatorum. Non sat habuit Ioannes populi studium à se diuertisse in Christum, suos etiam discipulos quos habebat peculiares, à se alienatos, Christo studet tradere. Ecce, ĩquit, ille est agnus Dei, de quo toties tam testificatus sum, qui solus tollit peccata oĩa mũdi. Quisquis uerum & efficacem baptismũ desiderat, quisquis amat ueram innocentiã, quisquis ueram & psectam salutem desiderat, huius magisterio se tradat oportet. Discipuli ergo crebris testimonijs demulsi, secuti sunt Iesum, non quidem contẽnentes Ioannẽ, sed magis obedientes ei, testãti de Christo meliora. Sequebantur aũt taciti, flagrantes amore sublimioris doctrinæ, sed interpellare nõ audent eum, qui cum nulla intercesserat familiaritas. Iesus igit̃ nõ ignarus quo animo sequerentur, ut declararet quàm esset obuius ijs, qui synceris animis euangelicã sitiunt doctrinã, non expectata interpellatione, ultro subleuat & inuitat illorum uerecundiã, fiduciam tribuens colloquendi. Simili modo, si cœperim⁹ domũ quęrere, conuertet ad nos uultum, adiuuans

& consolans infirmitatem nostram. Psal.33. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies uestræ non cōfundentur. Esa.64. Occurristi lætanti & facienti iustitiã. Psal.104. Lætetur cor quærentium dñm. Quærite dñm & confirmamini, quęrite faciẽ eius semper. Volentes ergo seorsum aliquid ab eo discere, interrogãt ubi maneat. In quiete.n. cōmodius & discitur & auditur. Sentiens dñs illorũ desiderio ardenti morã omnem fore molestã, ait: Venite & uidete. Origenes: Venite bene agendo, & de uirtute in uirtutem proficiendo, & uidete Deum deorum in Sion. Psal.83. Ibunt de uirtute in uirtutẽ, uidebitur Deus deorum in Sion.

2 *Hora autem erat quasi decima. Erat autẽ Andreas frater Simonis Petri. unus è duobus qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatũ Christus, & adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eũ Iesus, dixit: Tu es Simon filius Ioanna, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.*

Andreas tanta felicitate gestiẽs, ꝙ ex indicio Ioannis, sed multo magis ex domestico Iesu colloquio certum comperisset, illum esse agnum illum cœlestem, qui solus tolleret peccata mundi, illum esse filium Dei, recōciliatorem unicum humani generis, illum esse Christum à prophetis ꝓmissum, & tot iam seculis expectatum, Simonem fratrem suũ carnalem, quẽ non carnaliter amabat, huius gratiæ participem facere contendit, tantum ostendens thesaurum. Inuenimus, inquit, Christũ, Vnctus fuit Christus oleo lætitiæ præ participibus suis. Psal.44. Esa. 61. Spiritus dñi sup me eo ꝙ unxerit me. Erat.n. rex regum. Apoc.19. & sacerdos in æternum secũdũ ordinẽ Melchisedech. Psal.109. Hebr.7. Simõ lætus tam optabili nũcio, nec audisse cōtentus, gestit & ipse uidere Iesum. Andreas Iesu comitatem expertus ac benignitatẽ, illico adducit ad Iesum, quo plenius instrueretur ab illo. Iesus intuitus illum, nō solum faciem hominis contẽplatus, in qua tamen relucebat pectoris syn ceritas, sed animum potius columbina simplicitate prędıtum, et ob hanc aptum euangelicæ gratię, delectatus illius syncero affectu, simul & pr̃is nomen indicat, iam tum declarãs sibi nihil occultum esse, simulq́; piam animi simplicitatem collaudat ex paterni nominis argumento, & ex cōmutati nominis ænigmate prædicit olim in eo futurã inuictæ fidei firmitatem. Prophetando se manifestat, ꝙ prophetia plurimũ hominibus persuadeat. Fuit.n. Petrus uere filius gratiæ saluatoris. Sic & nominis uariatio, status uariationem & gratię proprietatẽ designat, quo se ostẽdit illũ, q olim nomina patrũ mutarat Abraham & Sarai Gene.17. Nec ultra uocabitur nomen tuũ Abram, sed appellaberis Abrahã, quia patrem multarũ gentium constitui te. Sarai uxorem tuam, non uocabis Sarai, sed Saram. Cephas, scd̃m Hieronymũ, Syrum est, & Græce sonat Petrum, latine saxũm, hoc est, solidum, quia non facile moueatur. Hoc erat primũ rudimentum ecclesiæ Christi, hoc euangelicæ scholæ primordiũ. Quod autem fratrẽ frater attraxerat ad Iesum, felix erat ecclesię nascentis auspiciũ, quæ constat fraterna charitate, cōcordiaq́; mutua. Ioan.13. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis ad inuicem. Hinc idem. 1.Pet.4. Ante omnia autem mutuam in uobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinẽ peccatorũ.

Nominis uariatio.

Cephas quid sonet.

In crastinum uoluit exire in Galilaã, & inuenit Philippum, & dicit illi Iesus: Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit Moses in lege & propheta,

inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni et uide. Vidit Iesus Nathanael uenientem ad se, & dicit de eo: Ecce uere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus & dixit ei: Priusquam Philippus te uocaret, cum esses sub ficu, uidi te. Respondit ei Nathanael & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus et dixit ei. Quia dixi, uidi te sub ficu, credis: maius his uidebis. Et dicit ei: Amen amen dico uobis, uidebitis cælum apertum, et angelos Dei ascen-
3 *dentes & descendentes super filium hominis.*

Nō simpliciter uox domini diceba tur. efficax.n.erat, & dignos statim flagrare faciebat itrinsecus ad aman dum ipsum, sicut Cleophas ait Luc.24. Non'ne cor nostrū ardens erat in nobis, cū loqueretur in uia? Neq; Philippus apud se bonum hoc retinuit, sed communicat Nathanaeli: & quia legisperitus erat, ad legē & prophetas ipsum mittit. Deuter.18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis suscitabit, sicut me, tibi dñs Deus tuus, ipsum audies. Act.3. Oēs pphetæ à Samuel & deinceps qui locuti sunt, annūciauerūt dies istos. Nathanael audiens, fauet quidē lætissimo nuncio, sed offenditur scrupulo, quē illi tacite mouebat prophetia, quę palàm promittit Christum exoriturū è Bethleem: cupiensq; certius edoceri, dicit Philippo: Num à Nazareth potest aliquid boni exoriri, cuius non meminerunt prophetæ? Hunc nodū, cum ipse Philippus rudis adhuc & præter simplicem fidem nihil habēs, explicare non posset, inuitat eum ad fontē ipsum, non dubitans quin uiso & audito Iesu, statim sit crediturus, nec discessurus. Si dubitas, inqt, mihi credere, ueni ipse & uide. Iesus autē præueniens, ait: Ecce uere Israelita, patrē Iacob imitando, Deū fideliter cōtemplando, mysteria Christi sapienter intelligendo, & conuersationē uirtuosam ducendo. De talibus ait Apostolus Galat.6. Pax super Israel Dei. Est.n. Israel, non Dei, sed carnis. Roma.9. Non.n. omnes qui ex circuncisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ. Sūma laus: nā de Christo testat Esa.53. q dolus non sit inuentus in ore eius. Huic Christus testimoniū perhibet. Non ergo fuit in eo fraus, simulatio, circūuentio, sicut in scribis & pharisæis. Nouerat qm̄ simulatores & callidi puocant iram Dei. Iob.36. Quia fraudulēti uasa pessima. Esa.32. Hinc Malach.1. Maledictus dolosus. Psalmo.54. Viri sanguinū & dolosi non dimidiabūt dies suos. Nathanael uero laudibus non remissior factus, ut get euidentius quiddā discere uolēs. Iesus aūt manifestius etiam declarās se non latere quantūuis occultas hominum cogitationes, ait: Priusq; &c. Nathanael uero cui persuasum erat soli Deo perspicua cordium secreta. 1.Reg.16. Homo uidet ea quæ patēt, Deus aūt intuet cor. & homine maius esse quod audiret, nihil iam offensus scrupulo de loci natalis uocabulo, plena fide testimonium reddidit Christo: Rabbi, inquiens, tu es ille filius Dei, per quem pater decreuit liberare ppl̄m suū, tu es ille rex Israel, prophetarū uaticinijs olim pmissus. Esa.33. Dñs iudex noster, dñs legifer noster, dñs rex noster, ipse saluabit nos. At dñs confirmans fidē ipsius, ad altiora sustollit. Videbis, inquit, olim euidentiora signa his duobus, ex quibus crescet tua de me opinio. Nam etsi discipuli ueluti per somniū admirabantur quiddam in Christo hoīe maius, tamē nondū ad plenum credebant in eo plenitudinem esse diuinitatis: hinc inducit eos ad cognoscendū quiddam dignū sua deitate. Quāq;.n. angeli administratorij sint spūs, missi in ministerium pꝑter eos qui hæreditatem capiunt salutis. Hebr.1. Christo tamen non sic famulabantur, sed ut domino.

De mutatione aquæ in uinum. Ioan. 2.

ARTICVLVS III.

Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem Iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino dicit mater Iesu ad eum: Vinum nō habent. Dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi est mulier? nōdum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris: Quodcunq; dixerit uobis, facite.

Ioan. 12. F — Ostendit dn̄m nunc̄ q̄ pīis suorū deesse uotis, q̄n opportuno in tp̄e oēm subleuet defectum. Neq; .n. diu commoratus est post in Galilæa, quin edito miraculo inciperet declarare, non fuisse uanū Ioannis de se testimoniū. Est aūt Cana, ut dicit Hieronymus, in tribu Aser, unde Nathanael, & est oppidum nunc in Galilæa gentium. Verisimile est aūt, sabbatis nuptiarū conuiuia celebrari solita non fuisse ꝓpter apparatū, sed quauis alia dierum sequentiū sabbatum: quare non inconuenienter tertia die post sabbatum hæ nuptiæ celebratæ uident̄. Ad has nuptias ob affinitatē uocata fuerat mater Iesu, atq; hac occasione uocatus est & ipse Iesus. Exprimuntur hi soli, quia solū ob id mētio fit illorum: quia miraculū per matris īterpellationem factū uirtuosa Iesu operatione, fuit in confirmationem discipulorū, qui iam cœperant ipsi adhęrere propter Ioannis testimoniū. Qui ergo non est dedignatus serui formā accipere, non dedignabat̄ ad seruorū nuptias uenire, laudabilem consuetudinem non infringens, qua uicini & consanguinei conueniunt. Tob. 8. Secundo ad nuptiarū cōprobationem, contra Tacianum & Marcianū, qui dicebāt nuptias malas & à diabolo inuentas. Q̄d elidēs dn̄s, ait Mat. 19. Quod Deus cōiunxit. Tertio, ob miraculi operationem. Ioan. 5. Opa quę dedit mihi pater ut perficiam, ea ipsa opa quæ ego facio, testimoniū perhibent de me, q̄a pater misit me. Quarto, ad sacramenti insinuationē Christi & ecclesiæ, cuius ipse sponsus. Ioan. 3. Qui habet spōsam, sponsus est. Ephe. 5. Sacr̄m hoc, magnum est: egò aūt dico in Christo & in ecclesia. Venit .n. ut aīam per multa annorū curricula cum aliis amatoribus fornicatam, sibi reconciliaret & cōiungeret. Hiere. 3. Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit dn̄s, & ego suscipiam te. Sunt aūt nuptię ad legitimam humani generis propagationem. Legitima uero est, cum non uoluptas uirum & mulierem coniungit, sed Deus: q̄d fit, cum trahuntur desiderio uoluntatis Dei, legisq; diuinæ implendæ, positæ ad suscipiendā prolem, quę subinde Deum agnoscat, legemq; & uoluntatē eius custodiat. Hinc Gene. 2. Non est bonum, hoīem esse solum, faciamus ei adiutoriū simile sibi. Obserua hoc loci. Primo matrimonii nobilitatem, quia à Deo, & in loco mūdi nobilissimo institutum. Beda: Q̄d dn̄s noster atq; saluator ad nuptias uocatus non solum uenire, sed & miraculum ibidem quo conuiuas lętificaret, facere dignat⁹ est, exceptis cœlestium sacramētorū figuris, et iuxta literam, fidem recte credentium confirmat, & quàm sit dānabilis nuptiis detrahentium perfidia, īsinuat. Si .n. in thoro īmaculato & nuptiis debita castitate celebratis, culpa inesset, nequaq; dn̄s ad has uenisset, nequaq; eas initiis signorū consecrare uoluisset. Nunc aūt quia bona est castitas coniugalis, melior cōtinentia uidualis, optima ꝑfectio uirginalis, ad comprobandum omniū graduū electionem, discernendum tamen singulorū meritum, ex intemerato Mariæ uirginis utero nasci dignatus est, à ꝓphetico Annæ uiduæ ore mox natus benedicitur, à nuptiarū celebratoribus iam iuuenis inuitatus, & hos suę pręsentia uirtutis honorat. Scd̄m, ordinabilitas. Fuit .n. in initio institutū ad prolis

Christus ad nuptias cur uenerit.

Taciani et Marciani hæreses.

Legitimæ nuptiæ q̄.

Matrimonii nobilitas.

prolis procreationem. Gene.1. Creauit Deus hoiem ad imaginẽ & similitudinem suã, ad imaginem Dei creauit illum, masculũ et fœminã creauit eos, benedixitq; illis, & ait: Crescite & multiplicamini, & replete terram. Post lapsum uero, cum hoc institutũ est in remedium. Vnde imediate erubuerunt se nudos, carne spiritui reluctante. 1. Corin. 7. Propter fornicationem unusquisq; uxorem suã habeat, & unaquæq; uirũ suum. Hinc cũ reuerentia & Dei timore ineunda coniugia. Tob. 6. Hi nanq; qui coniugiũ ita suscipiunt, ut Deum à se & à sua mente excludant, & suæ libidini ita uacent sicut equus et mulus quibus non est intellectus, habet dæmoniũ potestatem super eos. Tu aũt cum acceperis uirginem, ígressus cubiculũ, per tres dies continens esto ab ea: trãsacta autẽ tertia nocte, accipies uirginem cũ timore dñi, amore filiorũ ductus magis quàm libidine, ut in semine Abrahæ benedictionem in filijs consequaris. Claret quod matrimonia ineũtes libidinis uel cupiditatis, nõ prolis ad Dei laudem educandæ causa, Iesum in suis non habebunt nuptijs, & benedictione carebũt diuina: qui uero cum timore Dei contrahunt, in corpore, anima & substantia benedictionem consequuntur. Psal. 127. Beati omnes qui timent dñm, qui ambulant in uijs eius. Labores manuum tuarũ quia manducabis, ad sufficientiam, nõ indigens aliquo: beatus es, & bene tibi erit, in anima & corpore. Vxor tua sicut uitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarũ in circuitu mensæ tuæ. Excrescentes in corpore & uirtutib9. Tertium, puritas dilectionis. Ephe. 5. Viri, diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiã. Hinc de latere facta est Gene. 2. quia in adiutorium uiri. Gene. 1. Ephe. 5. Verũtamẽ uos singuli, unusq; uxorem suam sicut seipsum diligat, uxor autem timeat uirum suũ. Timeat. ait Gene. 3. Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Ecci. 25. Melior si primatũ teneat, cõtraria est uiro suo. Quartũ, firmitas adhæsionis. Gene. 2. Propter hoc relinquet homo patrẽ et matrem, & adhærebit uxori suæ. 1. Corint. 7. His aũt qui matrimonio iũcti sunt, præcipio non ego, sed dñs, uxorem à uiro non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Et uir uxorem non dimittat. Matt. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet. Obserua quod ait, Quod Deus coniunxit. Illegitima. n. connubia Deus non coniungit, sed caro & diabolus, sup quibus & potestatem habet. Porrò cum deficiẽte uino, pudore periclitaretur spõsus, quod parum liberaliter apparasset nuptias, simulq; metus eẽt ne cõuiuium parũ redderetur hilare, solicitis hac de causa ministris, Maria mater Iesu cupiens huic incõmodo mederi, cum ex multis argumentis non ignoraret uirtutem filij, ex maxima pietate præuenire uoluit totalem uini defectum, proponit affectum, sciens absq; petitione aliqua sufficere necessitatem insinuare. Psal. 37. Dñe, ante te omne desiderium meũ, & gemitus meus à te non est abscõditus. Sic Lazari sorores denunciarunt. Ioan. 11. Dñe, ecce quem amas, infirmaẽ. Misericordiæ mater quid dicere potuit, quàm misericordiam optare? Iesus autẽ iam aggressurus cœleste negotium euangelij, cuius solũ patrem authorem esse uoluit, nõ patitur ullam humanam authoritatẽ admisceri. Non enim in hoc gerebat miracula, ut suorũ cognatorũ affectibus seruiret, sed ut apud incredulã nationem signis corporalibus, spirituali doctrinæ fidem præstrueret. Itaq; non abnegat matrẽ, sed ab huius negotij quod gerendũ erat, authoritate declarat alie-

nam. Est, inquit, mihi tempus præscriptum à patre, quando & quibus modis agere debeam negotiũ humanæ salutis, id nondum uenit. Eccles. 8. Omni negotio tempus est, & opportunitas. Chrysosto. Nondũ innotuit côuiuis defectus, qui.n. defectum nõ agnoscit, nec beneficium gaudens suscipit. Pia ergo mater, filij uerba intelligens nõ increpantis esse, sed opportunitatem expectãtis, id procurabat, ne famulorꝫ incredulitas, aut non paratũ obsequiũ obstaret, quo minus conuiuio subueniretur. Admonet ergo ut faciant quæ iusserit. In hoc consistit totius iustitiæ perfectio, ut Deo in omnibus subijciamur. Sic Exo. 24 Omnia q̃ locutus est dñs, faciemus, & erimus obedientes.

Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas uel ternas: Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua, et impleuerunt eas usq; ad
2 *summum, & dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino, & tulerunt. Vt autem gustauit architriclinus aquam uinum factum, & non sciebat unde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquã, uocat sponsum architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primo uinũ bonũ ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti uinum bonum usq; adhuc.*

Secundũ purificationem Iudæorꝫ, qui crebro lauant manus & reliqua dom⁹ uasa. Marc. 7. Sex hydriæ aqua plenæ positæ erant. Nec fortuito hæc gerebantur, sed consulto Iesus differebat miraculum, quo magis innotesceret uini defectus, & necessitati, nõ ostentationi datum uideretur. Sic.n. omnia miracula sua gessit dñs, ut nõ ad laudẽ humanã affectata, sed subleuandis hominũ malis impensa uiderentur, ita temperato rerꝫ ordine, ut maiore certioreq; fide geri non possent. Iam igitur expectantibus conuiuis, & ob uini inopiã solicitis, Iesus tempus adesse sciens quo suis innotesceret, ministris mãdat hydrias impleant aqua. Nimirꝫ & hoc faciebat ad miraculi fidem, q᷑ earꝫ hydriarꝫ solennis esset usus, nec alium liquorẽ accepissent unq̃ prëterq̃ aquę. Hinc & ex subiecta materia fecit miraculum, sicut et satiauit quinq; millia uirorꝫ ex quinq; panibus. Matt. 14. & 4000. hominũ ex. 7. panibus, ne magnitudo miraculi rem redderet incredibilem. Sed ne uideretur accurrere ad miraculorꝫ operationẽ ꝓpter ostẽtationem & uanã gloriã, tempus expectauit opportunum: & ut haberet plures miraculi testes, iussit hauriri & ferri architriclino, qui côuiuio ordinando prëerat, ut dicit Beda: Architriclinus aũt suspicans per errorẽ ministrorꝫ factum, uocat spõsum, discere cupiens qua nam occasione is error accidisset, dicens: Auaritię est, primo peiora præmittere in conuiuijs: sed urbanitatis, meliora ĩ primis largiri. Tu contra, uinum hoc, quo nullum adhuc generosius est, seruasti. Sic in actibus Christi fuit eminentia quædam, ita q᷑ terminabantur ad aliquid perfectius, q̃ posset natura producere: quare fuit uinum præualidũ. Sic paralyticum sanauit, ut tolleret lectum. Lu. 5. & Ioan. 5. Deutero. 32. Dei perfecta sunt opera. Nihil orasse legitur, aut aquam uel uasa contigisse, ut sola uoluntate aquã diuina uirtute mutatam fuisse monstraret. Psal mo. 134. Omnia quæcunq; uoluit dominus, fecit in cœlo et in terra, in mari, & in oĩbus abyssis. Sap. 12. Subest enim tibi, cum uolueris posse.

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. 3

Augustinus: Vinum deficit, ut mirabiliter uino de aqua facto, uirtus latentis deitatis appareat. Maior uirtus est in creatione & gubernatione cœli & terrę, & q᷑ quotidie aqua pluuiæ per uites in uinum uertitur, & q᷑ ex paruo seminario fruges oriun-

tur. Sed q̄a hæc naturaliter fiunt, iam ex usu uiluerunt. Ideo quædam & si maiora, prętor solitū naturæ cursum sibi Deus seruauit, per q̄ uirtus quæ in maioribus ēt operatur, ad memoriam reduceretur. Ex hoc.n. discipuli fuerunt animati ad ipsum sequendū magis, q̄ antea ex uerbis Ioānis semper uinum defuit tam in lege, q̄ gentium populo, donec Christus in euāgelicis nuptijs aquam in uinū mutauit. Sine Christo omnia insipida, & lex & prophetæ. Finis.n. legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Roma. 10. Si uino uolumus hic lætitiæ spūalis, & post glorię cœlestis recreari, necessum est iussis ipsi⁹ iuxta uerbum uirginis matris obtēperemus. Ipse.n. aquam tribulationis & laboris in uinum, qđ lætificat cor hoīs. Psal. 103. cōuertet quietis & iucunditatis. Has ergo Christi nuptias & ecclesiæ, quæ tunc una in ciuitate figurabant, & nūc uniuerso celebrant in mūdo, tota diligamus mente. Osee. 2. Et spōsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio & misericordia & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide, & scies, quia ego dn̄s. Bernar. O anima deuota, unde tibi tam ineffabilis gratia, ut eius spōsa esse merearis, in quē desiderant angeli pspicere? Prouer. 8. Deliciæ meæ esse cum filijs hominū.

Tertia die nuptias celebratas esse quid. Celebrantur hæ nuptię tertia die. Primus est legis naturæ, secundus legis scriptæ, tertius legis grā. Hinc Ioannes Baptista ait Ioā. 3. Qui habet spōsam sponsus est, amicus autē sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet ppter uocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Celebrātur autem in Cana Galilææ, quia ex zelo transmigrare debemus de uetери homine in nouum. Coloss. 3. Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionē Dei, secūdum imaginem eius qui creauit eum, ut finaliter transmigrare possimus ad agni nuptias æternas. Apoca. 19. Beati qui ad cœnam nuptiarū agni uocati sunt. Has ergo per fidem uocati intremus, & mundo dilectionis habitu celebrare curemus, nīæq́ actionis simul & cogitationis maculas ante diem extremæ ultionis, ipsi solicitius examinando diluamus, ne forte ingrediens rex qui has nuptias filio suo fecit, si uiderit nos nuptialē uestem non habere, eijciat nos: & ligatis à bene agendi facultate manibus & pedibus, in exteriores mittat tenebras. Matt. 22. Mundemus fide fortia cordium nostrorum uascula, secundum purificationem præceptorum cœlestiū. Impleamus hæc aqua sapientiæ salutaris. Eccl. 15. sacræ doctrinę crebrius attēdendo. Rogemus Deum, ut ipsam quam nobis sciētiæ gratiam contulit (ne forte inflet. 1 Corin. 8.) charitatis suæ feruore calefaciat, & ad superna quęrēda sola, hac sapientia conuertat, quatenus spiritualiter inebriati, possimus & ipsi cū propheta dicere. Psal. 59. Potasti nos uino compunctionis. Sicq́ fiat ut nobis bene proficientibus, & nunc ex parte prout capere sufficimus, & in futuro perfecte Iesus nobis manifestet gloriam suam.

De primo aduentu ad pascha. Ioan. 2.

ARTICVLVS IIII.

Post hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus. Et propè erat pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo uēdentes oues & boues & columbas, et numularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoq; & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit, & his qui columbas uēdebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Recordati sunt uero discipuli eius, quia scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me. Ioan. 2. G

Quanta diligentia ea quæ diuini sunt honoris & præcepti, curāda, obseruanda, & defendenda sunt, ostendit. Bifariam.n.nos Christus docet: uerbo, dum scripturas enarrat, ut legis nouæ lator. Secūdo, facto, omnis enim Christi actio nostra est instructio. Ioan.13. Exemplum dedi uobis: Bis, ut dicit Beda, purgauit templū: in initio prædicationis post baptismum, de quo hic. Secundo, quanto ante passionis diem. Matt.21. Instabat pascha, quod Hebræis transitū sonat, hunc quotannis celebrabant ob ueteris historiæ memoriam, quod maiores eorum incolumes transissent Aegyptū, petituri terram à Deo promissam. Beda: Veniens Hierosolymam, primo quæsiuit templū, cōmonens, ut quocunque properamus, domum domini ingrediamur Deum deprecaturi. Ingressus templū, offendit illic nō templi, sed fori specimen. Ordinauerant sacerdotes cupiditate ducti, quanquam diuini cultus promotionem prætenderent, ut talia ad manum essent uenientibus è lōginquo ad offerendū, quo ipsi maioris cōmodi ex oblatis participes fierēt Numularij siue colybistæ, qui minutiore mutarent moneta maiorē, aut aurum, aut argēto: atque hinc quoque quæstus erat sordidus, nec multum abhorrens ab usura. Neque solū eiecit homines, sed oues etiam ac boues, nequid talium sordium hæreret. Hoc imagine significabat sacerdotes Iudæorum ob auaritiam ejiciendos, & eos qui templum uiolant euangelicum. 1.Corin.3. Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Siquis tēplum Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Templum.n.Dei sanctum est, quod estis uos. Sic qui malis actibus profanāt ecclesiā, ejiciēdi sunt. Sic Paulus scortatorem cum nouerca, eiecit.1.Cor.5. Sic & alijs obnoxios uitijs ejiciēdos dixit.1.Cor.5. Si is qui frater noīatur inter uos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiēs, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum hmōi nec cibum sumere. Auferte malū ex nobisipsis. Sic oues & boues uendunt, qui bestiales motus in anima īsurgētes, cum delectatione retinētur, pro quibus homo diabolo se uendit. Roma no.6. Stipēdia peccati, mors. Duplex correctionis remediū, facti & uerbi. Vtroque.n.secūdum temporis exigentiam prælati uti debent. Potuit uirtute diuina corda terrere eorum quos alloquebatur, sicut tempore passionis. Ioan.18. Iniuria quædam redundat in Deū, hæc nullo modo sustinenda. Chrysosto. In proprijs iniurijs esse quempiam patientem, laudabile est: iniurias autem Dei dissimulare, nimis impium. Alia in proximum, huic nos opponere debemus, quod spectat maxime ad prælatos. Ezech.13. Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die domini. Aliqua in nosipsos, hæc patienter sustinenda, & in bono malum uincendum. Roma.12. Matth.5. Diligite inimicos uestros, benefacite his qui oderunt uos. Sed nos proprias rigide ulciscimur iniurias, & Dei calumnias & blasphemias dissimulamus. Non dixit domum Dei, sed patris mei, ostendens quod potestatem habeat sicut filius patris, omniū. Chrysosto. Iudæi audientes quod Deum uocat patrem suum, non irascuntur, putantes non per naturam, sed grām Deum uocare patrem. Tamē postea ob id ipsum persecuti sunt. Discipuli uero paulatim incrementa sumentes boni, & scripturarum recordanē, inde testimonia recipiendo, et firmiorē de xpo sciam apud se constituendo. Obserua quod zelus trifariā distinguitur. Carnalis, uicinus īuidię, ut dicit Hieronymus super Gal. Hoc fratres Ioseph, Gene.37 Maria soror Mosi. Numer.12. Zelati sunt dolētes pręcelli. Sic

Iudæi

Pascha quid sonat.

Zelus quotuplex.

Iudæi in Christum. Luc. 4. & Apostolos. Actu. 5. de quo Ecclesiast. 30. Zelus & inuidia minuent dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. Secundo, amoris: quo animus accenditur relicto humano timore, ad aggrediendum fortia, idq́ honesti & iusti causa. Ab eo comeditur, ut dicit Augustinus, qui qualibet praua uidet, corrigere satagit: qđ si nequit, tolerat, & gemit. Hoc zelo Phinees accensus, Isaelitam cũ scorto Madianitide transfodiens, iram domini placauit. Nu. 25. Sic Helias. 3. Reg. 19. Zelo zelatus sũ pro dño Deo exercituum, quia dereliquerũt Deum Israel. Sic Matathias. 1. Mach. 2. Et uidit Matathias (Iudæum immolantem Dijs) & doluit, & contremuerunt rhenes eius, & accẽsus est furor eius secundum leges, & insiliens, trucidauit eum super aram. Psalm. 37. Zelaui super iniquos, pacem peccatorum uidens. Psalm. 118. Tabescere me fecit zelus me⁹, quia obliti sunt uerba tua inimici mei. Hoc male habere debet omnes, si domus Dei seu materialis, seu spiritualis contemnitur, si diripitur, si fœdis negociationibus contaminatur. Ps. 68. Zelus domus tuę comedit me. Tertio, Imitationis: dum aliorum aut præclara facta, aut turpiter gesta imitamur. Psalm. 36. Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.

A Zelo quis comedatur.

Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus.

Porrò, Iudæi cum audissent, quod domum patris sui nominans, peculiari quadam ratione, se declararet filiũ Dei, uiderentq́ palàm tanta authoritate sæuientem in eos, qui uidebãtur rem sacerdotum ac religionis adiuuare, obstrepunt illi, ac dicunt: Si ista facis authoritate tua, temeritas est: si diuina, quod signum profers ut credamus tibi? Quãquã enim correctio in se esset bona, non tamen ad quemlibet pertinebat. Verũ nisi cęci fuissent, utrunq; in Christo, & signum, & authoritatem, deprehẽdere potuissent. Cyrillus: Quẽadmodum omnibus quibus qui bene petunt, facile Deus cuncta largitur: sic ijs qui tentantes postulant, non modo nihil præstat, uerũetiam quasi malignos aspernatur. Sic alio in loco uocat eos generationẽ adulteram. Mat. 12. Sciens ergo eos calumniaturos, etiam siquod miraculũ ostendisset, sub ænigmate promisit eis signum: quod si tum palàm fuisset elocutus, non erant credituri, qñ ne tum quidem crediderunt cũ esset exhibitum. Id erat signũ resurrectionis. & mortis suæ, signũ Ionæ. Mat. 12. Generatio mala et adultera signũ quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Non autẽ ad cruentam cædem adhortatur, sed quod facturos nouit, ad utilitatem eorum potius, si quidem sensus habuissent, subaperit. Erat enim uerũ templum diuinitatis. Colos. 2. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Datur ergo signum incredulis rememoratiuum futuri, sicut et Achaz incarnationis. Esa. 7. Propter hoc dabit dominus ipse uobis signum: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emannel. Qualis autẽ fuit illorum intellectus, talis & responsio: nam ad templum per Zorobabel reædificatum retorquebant. Augustinus: Aedificatio Salomonis

7.annis perfecta est.3.Regum.6.Reędificatio per Zorobabel, impedientibus inimicis.46.annis cōsummata est. 1.Esd.4.&.6. Ipse autem dixerat de solutione per mortem corporis unde non dixit,reædificabo, sed excitabo. Quāquā legimus aliquot homines reuixisse,nemo tamen præter Christū Iesum excitauit seipsum ad uitam. Solus enim ipse potestatē habebat deponendi animam suam, & eam resumendi cum uellet,Ioan. 10.Obstabant duo magna, ꝙ nec discipuli intelligebant uerba Christi: alterum,ꝙ resurrectio per se tā difficilis captu,imo quasi ignota esset:alterum, ꝙ corpus Iesu Deus inhabitaret. Vbi uero rediīt ad uitam,tum crediderunt scripturæ omni quæ resurrectionis gloriam prædicabat.

3 *Cum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius,uidentes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes, & quia opus non erat ei, ut quis testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine.*

Cum itaque per aliquot dies paschæ Hierosolymis commoratus,et signis & doctrina iecisset aliqua semina fidei euangelicæ, multi fidem habuerunt dictis illius, credētes eū esse filium Dei, quem se esse prędicabat,magis commoti miraculis quæ perpetrabat,quàm uerbis. Haud enim parui erant momenti, ut patet ex uerbis Nicodemi. Ioan.3.Eo igitur quia nondum prodesse poterat, ne prębeoret malis occasionem maioris mali, subduxit sese ab illis,neqꝫ oīa dogmata,ut his qui uere credūt, cōcredebat, eo quod nosset ipse omnium cogitationes.Hebr.4. Omnia nuda & aperta sunt oculis ei⁹. Quo docemur,non quosqꝫ mox ad arcana fidei, maxime ad corpus Christi admittēdos.1.Cor.3.At ego fratres, non potui uobis loqui quasi spiritualibus,sed quasi carnalibus. Tāquā paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam. Secundo, non facile omnibus credendū.1.Ioan.4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, quoniā multi pseudoprophetæ exierunt in mundum. Ecclesiast.19. Qui cito credit,leuis corde est, & minorabitur.Hierem.12.Ne credas eis cū locuti fuerint tibi bona. Tertio,non facile ineundam cum omnibus amicitiam.Hiere.9.Vnusquisqꝫ se à proximo suo custodiat,& in omni, fratri suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulēter incedet,& uir fratrem suum deridebit,& ueritatem non loquetur. Docuerunt enim linguam suam loqui mendacium. Sagitta uulnerans lingua eorum,dolum locuta est.In ore pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Omnes iudicabis te meliores esse. Philip.2. In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes. Cęterum tuę consuetudini non omnes iudicabis idoneos, aut certe te non posse tutò cum omnibus passim diuersari.Mat.10.Cauete autem ab hominibus,tradet.n. frater fratrem,& pater filium,& insurgent filīj in parētes, & morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. 2. Timothei.3. Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. A

De Nicodemo.

ARTICVLVS V.

Erat autem homo ex pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum, hic uenit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia Deo uenisti magister, nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cū eo. Ioan.3. H

Quā obuius semper & benignus fuerit domin⁹ simplici ac recto corde ipsum accedentibus & inquirē-

tibus,ostendit. Hinc non reppulit timidum ac intempestiuum saluatorem, sed comiter accipit imbecillem quidem, sed malitię expertem, & ob hoc dignum qui paulatim ad sublimiorem proueheatur. Cyrillus: Propensus ad fidem Nicodemus uidetur fuisse, sed pudore improbo uict⁹ & gloria hominum superatus, palā accedere nō audet: ita ambigua quadam sententia, & claudicante iudicio, utrisq(ut dicitur) poplitibus laborat. Nam conscientia quidem stimulis suis, miraculorum magnitudine ad fidem eum pellebat. 1. Cor. 1. Iudæi signa petunt. Principatus autem gētis suæ, ne palàm Christo adhæreret, facile illi persuadebat, qui principatus detrimentum, calamitatem non paruam existimabat. Perpendit hic ex doctrina, signis, & miraculis, magnæ aliquid in Christo excellentiæ, cuius tantam potestatē, sapientiam imperterritamq́ constantiam in uendentium & ementiū eiectione fuit expertus, quare zelo cognoscendæ ueritatis & spiritalis profectus uenit. Psalm. 33. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies uestræ non confundentur. Erat autē Galilæus natione. Io. 7. qui & post corpus domini sepulturæ eū Ioseph tradidit. Adijt autem nocte, re declarans quod imbecillus ac uacillans adhuc in amore esset ad Christum, quem hactenus admirabatur, ut tamen nollet eius causa suæ gloriæ iacturam apud homines facere, nec eius gratia in sui ordinis inuidiam pertrahi. Ioan. 12. Veruntamen & ex principibus multi crediderūt in eū, sed propter pharisæos non confitebantur, ut de synagoga non eijcerentur. Ioan. 9. Iam enim conspirauerāt Iudæi, ut siquis eum confiteretur, extra synagogam fieret. Hinc Ioā. 7. Nemo tamen de illo palàm loquebatur, propter metum, quia Ioā. 12. Dilexerunt gloriam hominum magis quā gloriam Dei. O quot sunt tales. sed. Lu. 9. Qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum uenerit in maiestate sua, & patris, & sanctorum angelorum. A Deo eum uenisse ad magisterium cœleste mundo exhibendum, confessus est: Deum cum illo esse, miraculis prodentibus, intellexit, nec tamen ipsum Deum esse cognouit. Ioel. 2. Filię Sion, exultate & lætamini in domino Deo uestro, q͂a dedit uobis doctorem iustitię. Mat. 23. Vnus est. n. magister uester Christus. Verum dixit, sed quod minus erat à laude Christi: uenerūt & prophetæ à Deo magistri, quo & assistēte, miracula faciebant. nō sic autem Christus, cum quo Deus per hypostaticam unionem. Io. 14. Nō credis quia ego in patre, & pater in me est? Alioqui propter opera ipsa credite. Solus deus propria uirtute facit mirabilia. Psal. 71. Qui facit mirabilia solus. Sic & per suos. Io. 14. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horū faciet. Diabolus autem nō uera per se, nec per sua membra facit. Exo. 7. & 8. Non enim prodeunt à ueritate, nec ad ueritatem ducunt cui obsistunt. 2. Timot. 3. Quemadmodum Iamnes & Mambres restiterunt Mosi, ita & hi resistunt ueritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidē. Hinc de capite taliū Antichristo. 2. Thes. 2. Cuius est aduētus secūdū operationē satanæ in omni uirtute & signis & prodigijs mēdacibus, & in omni seductione iniq͂tatis his q͂ pereūt, eo q charitatē ueritatis nō receperunt, ut salui fierēt. Mat. 24. Surgēt pseudochristi & pseudoprophetę, & dabūt signa magna & prodigia, ita ut in errorē inducāt, si fieri pōt, etiā electi. Facit & De⁹ nōnunq͂ miracula p̱ malos, q͂ licet nō p̱bent, nec faciāt

ipsos iustos, probant tamen q̄ uera sit fides qua inuocant deum, & doctrina sana ad cuius confirmationē Deus talia efficit. Lu. 9. Præceptor, uidimus quendā in nomine tuo eijcientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Ait ad illos Iesus: Nolite prohibere. Qui enim nō est aduersum uos, pro uobis est. Christi autē miracula omnem creatam potestatem erant transcendentia, & ad animarum salutem inducentia, quare Iudæi inexcusabiles. Io. 15. Si opera non fecissem in eis quæ alius nemo fecit, peccatū non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Inuidia enim stimulante, ea tribuebant Beelzebub. Mat. 12. Lu. 11. Dicit ad eum, quia uenerat causa discēdæ ueritatis, & simplici cordi quęrebat, docens de sacramēto per quod est ingressus in regnum: Merito ita de me sentis. Nondum enim natus es superne, hoc est à Deo spirituali natiuitate: sed quia carnalis es, et cognitio quā de me habes, non est spiritualis, sed animalis & humana. Natiuitas. n. per baptismum. illuminationem præbens animæ, per fidē regnum Dei (hoc est, unigenitū Dei filium) uidere (hoc est, intelligere) facit. Luc. 17. Regnū Dei intra uos est, siue ecclesiam Dei quæ regnum dicitur Dei. Marc. 4. Diony. Sicut intellectualis creatura ponit̄ in esse specifico per naturam, per quam est apta ad operationes naturales et potens, sic per gratiā ponitur in esse diuino, per quod est idonea ad operandum opera meritoria.

¶ *Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo renasci cum sit senex? Nunquid potest in uentrem matris suæ iterato introire, & renasci? Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia dixit tibi, oportet uos nasci denuo. Spiritus ubi uult, spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, aut quò uadat, sic est omnis qui natus est ex spiritu.* 2
Respondit Nicodemus & dixit: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus, loquimur: & quod uidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi uobis, & non creditis, quomodo si dixero uobis cœlestia, credetis? Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo.

Nicodemus doctrinam plusquā humanā stupescit, & passus humanum quiddam, interrogat, id quod incredulitatis erat signū. Vbi fides non est, ibi queritur, quare hoc, quo modo hoc. In lege assuetus, spiritualia capere non potuit. Augustinus: Nō nouerat, nisi unam natiuitatem ex Adam & Eua, ex Deo & ecclesia non nouerat. spiritus ei loquitur, & ipse canē sapit, sicut illi. Io. 6. Durus est hic sermo. Discipuli uero interrogati, an'ne et ipsi uellent recedere, responderunt: Domine, ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes. Et dominus: Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam. Hinc Apostol9. 1. Cor. 2. Animalis homo nō percipit ea quæ sunt spiritus dei. stultitia enim est illi, & non potest intelligere quia spiritualiter examinatur. Ideo dominus consequenter non grauatur interpretari, quid scit denuo, siue ē supnis. Aliud, inquit, natiuitatis genus est, de qua loquimur: non enim carnalis, sed spiritualis est: nec constat propagatione corporum, sed trasformatione animarum ex aqua & spiritu sancto, ut ex carnali fiat spiritualis, & sic possit ingredi in regnum Dei, quod prorsus spirituale est. Sicut enim in generatione naturali uirtus est gratiæ diuinæ, ita & in baptismate aqua q̄ est materiale elemētum, subdita est, & spiritus

& spiritus omnia operatur inuisibilis actor intus mentem purificans, & efficienter intus regenerans gratiam infundendo, quæ res est sacramenti, & causa formalis intrinseca huius sacramenti & regenerationis, & inuocatio & preces, imo Dei præsentia. Symbola enim sepulturæ & resurrectionis in illa perficiuntur. Tres mersiones, triduanæ sepulturę symbola sunt, deinde regreditur hō sicut domin⁹ fulgidior et clarior, incorruptionis ferens indumenta, qui in aqua corruptionem submersit. Quia.n.ex aqua & spiritu regeneratur inuisibiliter, in nouum hominē mutatur, & de carnali efficitur spiritualis. Rom.6. An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti.n. sumus cum illo per baptismum in mortē, ut quomodo Christus resurrexit à morte per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Vide & admirare immēsam Dei benignitatem. Pater filium misit. Ro.8. Qui etiam proprio filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Filius animam dedit. Mat.20. Filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animā suā redemptionem pro multis. Spiritus sanctus sua bonitate & liberalitate in baptismo regenerat. 2.Cor.3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Distinguit autem inter generationem carnalem & spiritualem. Carnalis generatio initiū omnis mali est & certaminis. Iob.14. Homo nat⁹ de muliere, breui uiuēs tempore, repletur multis miserijs. Militia enim est uita hominis super terram. Iob.7. Hac nascimur natura filij iræ. Ephe.2. & mortis. Roman.5. Per unum hominem in hunc mundum peccatum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransijt

Tres in baptismo mersiones quid.

in quo omnes peccauerunt. Spiritualis, ponit regeneratum in esse spirituali, uitaq; gratiæ, & fit spiritus, hoc est, spiritualis, cum adoptionē filiorū in spiritu, & gratiam & honorem susceperit. 1.Cor.6. Qui adhæret Deo, unus spiritus est. Hæc ergo regeneratio facit filios dei. Gal.3. Omnes uos filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Hæredes regni. Ro.8. Quod si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Vtinam attenderemus huius admirandæ generationis diuinæ, patrem Deum, & matrem nr̄am ecclesiā, & quo spiritu uiuificemur. Cum ergo sit alia nascendi ratio, nō est quod mireris homini secundum carnem nato, ut esset filius hominis eidem secundum spiritum in uisibiliter esse renascendum, ut possit esse filius Dei, qui spiritus est, & aptus regno cœlorum, quod spirituale est, nō carnale. Quod si animo non cōsequeris, sume imaginem ab his rebus, quæ cū spiritualibus nōnullam habent congruentiam, & tamē corporeis sensibus percipiūtur. Si uentus naturali indita potestate fertur in aliquem locum incertum, multo magis spiritus sanctus liberiorem habet motionē: & quo uult, et sicut uult operabitur. Sed idem in Græco & hic & in præcedētibus positum uerbū, magis cogit de spiritu sancto accipi, qui non arbitrio nostro, sed sua uoluntate, et spiritualiū aut uerborum, aut scripturarū, aut factorum suggerit intelligentiā. Habet enim in sua potestate, cuius cor gratiæ suæ uisitationis illustret. Nō enim uentus naturaliter in certum fertur locum, cum impulsio sit aeris uiolenta. Spiritus uero sanctus diuidit singulis dona gratiæ prout uult. 1.Cor.12. Augustinus: Nemo uidet spiritum, & quomodo audimus uocem eius? Sonat psalmus, pro-

pheta, sermo diuinus, uox est spiritus. Est auditus interior quo diuinus instinctus percipitur, dum sentit se homo tangi, doceri, accendi. Psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus meus. Oseę. 2. Ducam eam in solitudinem, loquar ad cor eius. Iob. 9. Si uenerit ad me, non uidebo eum: Si abierit, non intelligam. Eccēs, 9. Nescit homo utrū amore an odio dignus sit. Sic aqua & uerborum forma euidēs aliquid est: sed principium effectiuum regenerationis spiritus sanctus, & item finis qui est beatitudo æterna, abditū est. Nicodemus in literali sensu legis & prophetarum instructus, ad spiritualem intelligētiam assurgere non ualebat: sed quia humiliter quęrebat ad ueritatē cognoscendam, nō ad calumniā parandam, meruit ulterius instrui à dño. Pro. 11. Vbi est humilitas, ibi & sapientia. Psal. 118. Intellectū dat paruulis. Iesus ergo ostendens ea quæ cœlestis sunt doctrinæ, non percipi rationibus humanis, sed fide potius comprehēdi, ait: Tu haberis magister in Israel, et ꝓfiteris te doctorē populi, & hæc q̄ potissimum oportuit scire, ignoras? Nam lege & prophetis literaliter et figuraliter designata sunt. Genesis. 6. In arca Noe in qua paucę, hoc est, octo animę saluę factæ sunt ꝑ aquā. 1. Pet. 3. Quod & uos nunc similis formæ saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deū. 1. Cor. 1. Nolo uos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari. Ezech. 36. Effundam super uos aquam mūdam, & mundabimini ab omnibus iuquinamentis uestris. Zach. 13. In die illa erit fōs patēs domui Dauid & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatę. Ostendit quàm indubitata sit sua doctrina, & ideo recipienda: nouerat. n. quæ loqueretur, cū Dei sit sapiētia. 1. Cor. 1. & in ipso omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sint recōditi. Col. 2. Sed non omnes obediūt euangelio. Ro. 10. Nostrum, inquit, testimonium, quia. 1. Io. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo: pater uerbum & spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Si mihi terrena quædam adhuc uobis prædicanti, ob carnalem sensum animi non credītis, quomodo credituri sitis, si prędicauero ea quę planè cœlestia sunt, quę tamen & ipse uidi, & certius cognoui q̄ quæ uos oculis corporeis uidetis? Generatio. n. quæ est in baptismo, terrena dicitur, quia fit sup terram, & in elemento aquę, quāuis cœlestis sit secūdum gratiam & honorē. Necesse est ergo intellectū nostrū Christi authoritati subijcere, atque humiliter obedire. 2. Cor. 10. In captiuitatem redigentes omnem intellectū in obsequiū Christi. Esa. 7. Nisi credideritis, nō intelligetis. Sed quoniam cogitare poterāt, quis cœlestia scire possit qui illic nō fuerit; ait: Noli me suspicari propterea nō esse illic, quia descēdi: sed & hic corporaliter adsum, & illic sedeo cum patre ut Deus. Quia una hypostasis Christus ex duabus naturis constituta, ideo quæ sunt hominis, dicuntur de uerbo, & iterum ea quæ sunt uerbi, attribuuntur homini. Nemo ergo proprio iure & merito et uirtute ascendit in cœlum nisi Christus quia nos merito & gratia ipsius tanquam membra. Ioan. 14. Vado parare uobis locū. & si abiero, & præparauero uobis locū, iterum ueniā & accipiā uos ad meipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis. Ioan. 14. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Hebr. 10. Habentes itaq; fratres fi-

duciā in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui initiauit nobis uiam nouam per uelamen, hoc est, carnem suam, accendamus cum uero corde, in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala: & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilē. fidelis enim est qui repromisit.

3 *Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat uitam æternam.*

Crux & mors author nobis fit gratiæ quę per baptismum data est: siquidem cum baptizamur, mortē domini repræsentamus. Ponit ergo primo exemplum, ut cognoscat Nicodemus hanc regenerationis uim esse à passione Christi, qua sanantur uulnerati & læsi a tyrānide diaboli morsu serpētis. Nu.21. Et tædere cœpit populū itineris ac laboris, locutusq́ꝫ cōtra dn̄m & Mosen, ait: Cur eduxisti nos de Aegypto, ut moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, aīa nr̄a nauseat sup cibo isto leuissimo. Quāobrē misit dn̄s in ppl'm ignitos serpentes, ad quorꝫ plagas & mortes plurimorꝫ, uenerūt ad Moses atqꝫ dixerūt: Peccauimus, q̄a locuti sumus cōtra dn̄m et te. ora ut tollat à nobis serpentes. Orauit Mosen pro pplo, & locutus est dn̄s ad eū: Fac serpentē æneū, & pone eū pro signo. q percussus aspexerit eū, uiuet. fecit ergo Moses serpētē æneū, & posuit eum pro signo. quē cum percussi aspicerent, sanabātur. 1. Cor. 10. Neqꝫ tentemus Christū sicut quidam eorū tentauerunt, & à serpentibus perierunt. hæc autē omnia in figura contingebant illis. Habuit æneus ille serpens specimen uenenatæ bestiæ, sed adeo ueneno carens, ut alios etiā ueneno tactos liberaret. Ro. 8. Deus filium suum mittens in similitudinē carnis peccati, de peccato damnauit peccatū in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. 2. Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatū fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in illo. 1 Petri. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus, cuius liuore sanati estis. Secūdo ponit modum, quia exaltandus. Io. 2. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. per fidem & dilectionem. Io. 8. Cum exultaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Fortissimum enim charitatis uinculum, passio redemptoris. Osee. 11. in funiculis Adam traham eos, in uinculis charitatis. Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Hoc collyrio oculi cordis liniti, lumine fidei illuminātur. Apo. 3. Dicis, quia diues sum & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. Suadeo tibi emere à me aurꝫ ignitū, ut locuples fias, & uestimentis albis induaris, ut non appareat cōfusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos ut uideas. Hinc. 2. Co. 4. Quod si opertum est euangelium nostrum, in his qui pereunt, opertum est, in quibus Deus huius seculi excęcauit mentes infidelium, ut non fulgeat eis illuminatio euangelij gloriæ Christi. Ideo. 1. Cor. 1. Nos autē prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus aūt stultitiam ipsis autē uocatis Iudæis atqꝫ Græcis, Christum Dei uirtutem atqꝫ dei sapientiam. Tertio fructum duplicem: alterꝫ quidē ꝙ nō perit, Vt omnis, inquit Rom. 10. Non est distin-

Serpētis a Mose erecti symbolum.

ctio Iudæi & Græci. nam idem dominus omniū, diues in omnes qui inuocāt illum, ut qui huc per fidem sustulerint oculos, à letifero peccati ueneno liberentur, & non pereant peccato obnoxij quòd mortem adferat æternam. 1. Ioā. 3. In hoc apparuit filiꝰ Dei, ut dissoluat opera diaboli. Psal. 114. Eripuit animam meā de morte (culpæ & gehennæ) oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu culpæ. Serpentes, dæmonia: iacula ignita ad mortificandū, ictus & percussiones eorū, peccata: mors subsequens, mors secunda, quam supplicium comitatur ęternū. Vnde Deut. 8. dicitur ꝙ erat serpens flatu adurens. Eph. 6. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela ignea nequissimi extinguere Si. n. Iudæi uidentes ænei serpētis imaginem, mortem effugerunt, multo magis nos ad crucifixū respicientes & credentes, mortem animę effugiemus. Ezec. 9. Omnem super quē uideris tau, non occidatis. Alterum ꝙ uitam habet, atq; uitam æternā. Ro. 6. Gratia Dei uita æterna. Est. n. petra uirga crucis percussa, unde maximæ effluunt gratiarum undæ. 1. Cor. 10. Bibebant omnes de spiritali consequente eos petra. petra autem erat Christus. Ioan. 7. Siquis sitit, ueniat ad me et bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquę uiuę. Hoc autem dixit de spiritu, quē accepturi erant credentes in eum. Vetus lex promittebat eos qui in illa Deo placebant, implendos longitudine dierum & bonis temporalibus. Esa. 1. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Euangelium uero æternam largitur uitam & indissolubilem. 1. Cor. 15. Euangeliū in quo statis, per quod & saluamini. Vnde crux prefigurata fuit per lignum uitæ, quod erat in medio paradisi. Gene. 2. Virgam Mosi, qua eleuata, mare rubrum diuisum est, & filij Israel sicco transierunt uestigio. Exod. 14. Sic merito passionis Christi aquæ uirtutem accipiunt, ut transeuntes per eam, in terrā perueniant promissionis ęternam. Ro. 6. 1. Cor. 10. Item per lignum Mosi ostensum, quòd cum misisset in amarissimas aquas in Marath, in dulcedinē uersæ sunt. Exo. 15. Hinc Apostolus. Heb. 12. Deponentes omne pondus & circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspiciētes in authorem fidei & consummatorem Iesum, qui pro posito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta atque in dextera sedis dei sedet. Ideo. Gal. 6. Mihi absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Hinc dñs. Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me: quia ego sum dominus qui facio misericordiam & iudiciū & iustitiam in terra. 1. Corin. 2. Non enim iudicaui me scire aliquid inter uos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum.

Crux per quæ seu quot præfignata.

Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suū unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam Nō enim misit Deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mūdus per ipsum. *Ioan. 3.* I

Ostendit causam nostræ salutis nō ex meritis, sed ex mera nobis dei bonitate obtigisse et dilectiōe. Quis enim crediturus erat tātam Dei bonitatem erga mundum rebellem, & tot flagitijs obnoxium, ut non solū non ulcisceretur admissa scelera, sed filium etiam unicū de cœlis demitteret in terras, atq; in mortem probrosissimā traderet, ut quisquis ho-

minū in hunc crederet, non periret, sed per fidem euangelicam uitā con sequeretur æternam? Vere commen dat deus charitatem suam in nobis: quoniam si, cum adhuc peccatores essemus, secundum tēpus Christus pro nobis mortuus est, multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Rom. 5. Vnde & obstupesce diligentis eminentiam, quia Deus insuperabilis potentiæ, imperscrutabilis sapientiæ, inæstimabilis clementiæ. Ps. 15. Dixi domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum nō eges. Tit. 3. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiā saluos nos fecit. Dilecti indigentiam, quia mundum. Ps. 13. Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligēs aut requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Rom. 3. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Ideo. Luc. 19. Venit filius hominis quærere & saluū facere quod perierat. Dilectionis excellentiam, quia pater omnium conditor & opifex, suum coæqualem & consubstantialem ac coæternum (& hoc unicū) misit filium. Esa. 9. Filius datus est nobis. Roman. 8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Nam cum esset filius uita, & de se mori non posset, fecit eum mortalem, & (excepto peccato) nobis per omnia similem, ut eum non solum daret, sed daret ad mortem pro nobis, qui eramus digni morte: et morte quidem nunquam reparabili ad uitā, nisi hi quos gratia exceperat: ille quantum erat ex se, solus erat uita dignus. Ecce quadruplex causa diligendi Deum. Prima, quia in se naturaliter bonus, immo summū bonum. Marc. 10. Nemo bonus nisi solus Deus. Psalm. 33. Gustate & uidete quoniam suauis est dominus. Psalm. 144. Suauis dominus uniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt. Secūda, quia prior nos dilexit. 1. Io. 4. In hoc est charitas Dei, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniā ipse prior dilexit nos, & misit filiū suum unigenitum propiciationem pro peccatis nostris. Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Bern. Lex est humana, dilige me, diligam te, lex diuina, dilige me, quoniam dilexi te. Tertia, quia multa bona contulit. Naturæ. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris & uolatilibus cœli & bestijs, uniuersęq; terræ, omniq; reptili quod mouetur in terra. Item gratiæ. 2. Pet. 1. Per quem maxima et pretiosa uobis promissa donauit, ut per hoc efficiamini diuinæ cōsortes naturæ, fugientes eius quę in mundo est, concupiscentiæ corruptionem. Roman. 8. Nam quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Hinc admonet Apostolus. 1. Cor. 15. Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis. Quarta, quia maiora promisit. 1. Cor. 2. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum: nobis autem reuelauit per spiritum suum. Chrysostomus: Multam indicat amoris intentionem, quia, multum medium & infinitum erat inter Deum & mundū: qui immortalis, qui sine princi-

Quadruplex diligēdi Dei causa.

pio, qui magnitudine infinita, eos qui de terra, qui de cinere, eos qui pleni erant peccatis eos qui indeuoti erant, dilexit, & ita, ut filium suũ daret, nõ seruum, non angelum, sed unicũ. Quis unquã circa filium tm̃ studium demonstrauit, quantum Deus erga seruos? Nam nec unigenito pepercit propter nos, nos autẽ pecunijs parcimus aduersum nos. Ipse filium dedit pro nobis, nos neque argentum pro nobis, neq; pro eo. Vestes in arca deponimus: & q hęc & alia dedit, circũquaq; nudus uadit, & propter nos hæc sustinet. Iaco.5. Agite nunc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris quę ad uenient uobis. Diuitiæ uestræ putrefactæ sunt, & uestimenta uestra à tineis comesta sunt: aurũ & argentum uestrum æruginauit, & ærugo eorum in testimoniũ uobis erit, & manducabit carnes ũras sicut ignis Bernardus: O duri & indurati filij Adam, quos non emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor amoris, tamq; uehemẽs amator, qui pro uilibus sarcinulis tam pretiosas merces dedit. 1. Non enim corruptibilis auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni imaculati & incontaminati Christi. 1. Corinth. 6. Empti estis pretio magno. glorificate & portate Deum in corpore uestro. Vnde. Psalm. 102. Benedic anima mea domino, et noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redemit de interitu uitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum. renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Ecce quàm lucide totius incarnationis beneficium & fructũ describit. Nã beneficia quibus indignos nos reddimus, retribuit: peccata relaxauit, animę uires p gratiã restituit, à morte liberauit, gloriam animæ contulit, & omnia uota per corporis immortalem stolam complebit. Vere dicere possumus illud. Ps. 115. Quid retribuã domino pro omnibus quę retribuit mihi? Vt ergo facilior esset salus mundi promptiorq;, fide filij sui uoluit uniuersum mundum saluatum iri. Gala.5. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid ualet, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Alioqui. Ia.2. Fides sine operibus mortua est in semetipsa. Io.10. Ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant. Non.n. uenit ut iudicet mundum pro suis sceleribus, sed ut sua morte mundo per fidem conferat salutem gratuitam: & nequis sponte periẽs, haberet quod prætexat suæ malitię, facilis aditus est omnibus ad salutem. Accipitur mundus nonnunquam pro peccatis & eis adhærentibus. 1. Ioan.2. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ, quæ non ex parte, sed ex mundo est. 1. Io.5. Et totus mundus in maligno politus est. Hic deũ non cognouit. Ioan.1. Nec potest spiritum sanctum recipere. Ioan. 14. Aliquando, pro prædestinatis. 2. Corint.5. Quoniam deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illi delicta ipsorum. Hinc Abraham hæres mundi dicitur, Roma.4. Aliquoties indifferenter pro bonis & malis, sicut & in ecclesia pisces boni & mali sunt in finem usque. Matthę.13. Sic capitur hic. Primus ergo aduentus, mansuetus & lenis, non propter iudicium factus est, nisi per accidens, iudicans eos qui non credunt, qui iam iudicati sunt. Nam uult omnes homi-

Mundus quid seu quæ significet.

nes saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. 1. Timot. 2. Pro omnibus enim passus est, quantum ad sufficientiam. 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris: & non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. sed pro solis electis, quantum ad efficaciam. 10. 17. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedidisti mihi. Secundus uero aduẽtus erit, ut omnes iudicet in iustitia & ueritate, reddens unicuiq; secundum opera sua. Matthę. 16. De primo hic aduentu agit. Ioan. 12. Non ueni ut iudicem mũdum, sed ut saluificem mundum. 1. Timo. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in mundum peccatores saluos facere. Mar. 9. Non est ualentibus opus medico sed male habentibus. Aug. Quantũ in medico est, sanare uenit ægrotũ: ipse se interimit, qui præcepta medici obseruare non uult. Qua re enim dictus est saluator mundi, nisi ut saluet mundum, non ut iudicet mundum? Saluari non uis ab ipso? ex teipso iudicaberis.

Pro omnibus quomodo quã diuerse Christus passus.

Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filij Dei. Hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem.

Qui fide per charitatem operante adhęserit, non iudicatur condemnationis iudicio, quia fides causam iudicij remouet peccatum. Actu. 15. Fide purificans corda eorum. Ioan. 5. Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam ęternam: & in iudicium non uenit, sed transiet à morte in uitam. Sed nunquid si immundam egerit uitam, non iudicatur? Maxime quidem: nõ enim uere fideles sunt eiusmodi, ut Paulus dicit. Tit. 1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Porrò quisquis non credit, nihil opus habet ut à quoquam iudicetur, cum ipse palàm condemnet seipsum, & æternæ pœnæ reddat obnoxium, hoc à se repellens, per quod licebat assequi uitam æternam. Ipsa enim incredulitas, condemnatio est, nam esse extra lucem, per se maximum supplicium est. Tob. 5. Quale gaudium mihi erit qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non uideo? Deinde quamuis gehennæ necdum sit traditus, congregauit tamen futuri supplicij occasiones. Sicut homicida tametsi sententia iudicis non condemnetur, natura tamen rei condemnatus est: & Adam die qua comedit de ligno, mortuus est: quamuis uiueret, sententia tamen & natura rei mortuus fuit. Gene. 2. De ligno scientiæ boni & mali ne comedas. in quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Augustinus: Nondum uenit iudicium, & iam factum est iudicium. Nouit dominus qui sunt eius. 2. Timoth. 2. Nouit qui permaneant ad coronam. 2. Timoth. 2 Nam & qui certat in agone, non coronatur nisi legitime certauerit. Matthæ. 24. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Nouit qui remaneant ad flammam, nouit in area sua triticum, nouit & paleam. Matthæ. 3. Triticum congregabit in horreum suum, paleas uero comburet igni inextinguibili. Nouit segetem, nouit zizania. Matthæ. 13 in tempore messis dicam messoribus: colligite primum zizania & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Quis enim non intelligit, merito illum & suapte culpa perire, qui nolens ac sciens amplectitur id per quod perit, & auersatur id per quod salus poterat restitui? Actorum quarto. Non est

in alio aliquo salus. nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum, ipse. n. saluum faciet populum à peccatis eorum. Act. 10. Huic omnes prophetæ testimoniũ perhibẽt, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in illum. Abacuc secundo: Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso. iustus autem in fide sua uiuet. Si perit ægrotus, qui medicum celat morbum ne sanetur nónne ipse de se pronunciat quod suo uitio perit? Filius enim Dei, lux est mundi. Ioan. 8. Ego sum lux mũdi. qui uenit in mũdum per incarnationis mysterium. Io. 16. Exiui à patre, & ueni in mundum. Nam secundum diuinitatem in mundo erat, & mũdus per ipsum factus est, & mũdus eum non cognouit. Io. 1. Quemadmodũ enim lux corporalis se habet ad oculum corporalem, sic Christus ad animã. Fugat tenebras culpæ: error enim & peccata tenebræ sunt animorum. Esa. 49. Dedi te in lucem gentium, ut aperieres oculos cæcorum. Matthæ. 4. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Io. 2. Tenebrę transierunt, & uerũ lumen iã lucet. Illuminat lumine gratiæ. Io. 1. Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Psal. 4. Signatũ est super nos lumen uultus tui domine, dedisti lætitiam in corde meo. Lætificat affectum animæ. Eccẽs. 11. Dulce lumen, & delectabile est uidere solem. Demonstrat uiam uitæ. Psalm. 88. Domine, in lumine uultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Esa. 60. Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Ioan. 8. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Non autem solũ in hoc peccauerunt, quòd non quæsierunt lucem: sed hoc pessimum est, quòd lux ad illos uenit, & illam non susceperũt, sed magis tenebras, hoc est, peccata dilexerunt. Peccata tenebræ dicuntur, quia rationem obnubilant. Iob. 38. Auferetur ab impiis lux sua. Ad tenebras perducunt. 1. Ioã. 2. Qui odit fratrem suũ, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò uadat, quia tenebræ obcæcauerũt oculos eius. Matthæ. 25. Seruum inutilem proiicite in tenebras exteriores. Hinc admonet Apostolus. Romano. 13. Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sic ut in die honeste ambulemus.

Erant enim mala eorum opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem: & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. 3

Quia euangeliũ non solum recta dogmata, sed & honestam uitã exigit, ipsi autẽ uolunt luto peccati inuolui, ideo nolunt impii ad lucẽ euãgelicam uenire, & se ipsi per fidem subdere. Prou. 12. Via stulti recta in oculis eius: qui aũt sapiẽs est, audit consilia. Dionysius: Nemo respiciẽs ad malum, operatur illud. non. n. inquãtum malũ est, appetit illud, sed sub ratione alicuius boni apparẽtis utpote delectabilis uel utilis. Chrysostomus: Propterea torquebũtur, quoniam tenebras dimittere & luci occurrere noluerunt. Nam si uenisset iudicans, & noxas expetens factorum, dicere possent ob hoc se resiluisse: nunc autem uenit à tenebris eripere, quis ergo miserebitur eius qui non uult ad lucẽ accedere? Qui sibi mali conscii sunt, oderunt lucem euangelicæ ueritatis, per quam

producuntur

produntur ea quæ turpia sunt, ut emendētur. Neq; enim sanari potest qui morbum amat suum. sibi oportet displiceat peccator, ut Deo placeat. 2. Tim. 3. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit hō Dei, ad omne opus bonum instructus. Naturaliter autē est peccatum erubescibile, quia ex peccato orta erubescētia. Ge. 2. Erat uterq; nudus. Adam scilicet et uxor eius, & non erubescebant, (ante peccatum, sed post) Vnde. Gene. 3. Vocem tuam domine (ait Adam) audiui, & timui, & abscōdi me eo q̃ nudus essem. Sed sunt quibus frōs meretricis facta est, nolunt erubescere. Hiere. 3. Qui peccatum suum ut Sodomam prædicant. Esa. 3. Qui lætantur cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis. Prou. Nam talem in peccatis habent complacentiam & delectationem, q̃ uolunt de ipsis argui, nec arguēti acquiescere. Amos. 5. Odio habuerunt arguentē in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. Eccēs. 8. Etenim quia non profertur cito contra malos sentententia, filij hominum absq; ullo timore perpetrant mala. Alij sunt hypocritæ, humana uitantes uituperia non diuina formidātes iudicia. Iob. 36. Simulatores & callidi prouocāt iram Dei. Ephe. 5. Quæ in occulto fiūt ab ipsis, turpe est & dicere. Valde ergo periculosum est non uenire ad lucem. Ioan. 12. Qui ambulat in tenebris, nescit quò uadat: Nam uadit nesciens in profundum inferni quasi lapis. Prouer. 14. Est uia quæ uidetur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem. Prouer. 4. Via impiorum tenebrosa. nesciunt ubi corrunt. Sed odire lucem, periculosissimum: quia non uenire, est se non præparare gratiæ: sed odire, est gratię reniti & contradicere. Iob. 24. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt uias eius, nec reuersi sunt per semitas eius. Chrys. Qui malorum sibi cōscius est, iudicē fugere solet: ignoscēti uerò, qui deliquerunt, occurrere solēt. Huic ergo occurrere decēs erat, qui peccata uenit dimittere: quare non dixit, qui male egit, sed q agit, qui semper uult uoluptari in malo. Porrò qui facit ueritatē, & aspirat & cōtendit ad uitam quæ Deo placeat, is ad euangelicam uenit lucem, quo magis in bono proficiat, & appareant eius opera secundum Deum facta. Qui talis est, is cū fide recta et uitam quoq; honestam instituit, lucetq; oībus hominibus, & in illo glorificatur Deus. Matth. 5. Sic luceat lux uestra coràm hominibus, ut uideāt opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Dicuntur facere ueritatem, uitæ, doctrinæ, & iustitiæ, quia à Deo qui est ueritas. Ioan. 14. Ego sum uia, ueritas, & uita. Ioā. 15. Sine me nihil potestis facere. Eph. 4. Veritatem autē facientes, in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus. Ioan. 17. Sermo tuus ueritas est. Ducunt ad ueritatem. Ps. 42. Emitte lucem tuam et ueritatem tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. 1. Io. 2. Qui diligit fratrem suū, in lumine manet. August. Fratres, quorum inuenit dominus bona opera? Nullorum. Quomodo ergo quidam fecerunt ueritatem, & uenerunt ad lucē .i. Christum? Sed dilexerunt, inquit, magis tenebras quàm lucem. ibi posuit uim. Multi dixerūt peccata sua multi sua sunt cōfessi. Initiū aūt bonorum operum, cōfessio est malorum. Quid ergo est facere ueritatem? non te palpes, non tibi blādiaris, non dicas, iustus sum, cum sis iniquus, &

incipis facere ueritatem. Venis ad lucem, ut manifestētur opera tua quia in deo sunt facta: quia & hoc ipsum ꝙ tibi displicet peccatum tuū, deus fecit. Non tibi displiceret nisi Deus tibi luceret, & ueritas eius tibi ostēderet. Sed qui admonitus diligit peccata sua, odit admonentem lucē & fugit eā, ut non arguātur opera eius mala quæ diligit. Veniēt finaliter ad lucem uelint nolint, quando dominus illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordiū, & tunc laus erit unicuiqꝫ à deo 1.Cor.4. Elucescit ex his ꝙ iustitia res sit audax, secura, iucunda, uictoriosa. Ro.13. Vis non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex ea. Esa.50. Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi? Ro.8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Contra, iniustitia pusillanimis. Sap.17. Cum.n. sit timida nequitia, data est in omnium condemnationē. semper enim præsumit sæua perturbata conscientia. Iob.15. Sonitus terroris semper in auribus illius: & cū pax sit, ille semper insidias suspicatur. Pro.28. Fugit impius nemine persequente. iustus autem quasi leo confidens, absqꝫ terrore erit.

De querela baptismi Christi. Ioan.3.

ARTICVLVS VI.

Ioan.3. *Post hæc uenit Iesus & discipuli eius in terram Iudæam, & illic morabatur cum eis, &* K *baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic. Et ueniebant multi & baptizabantur: nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione, & uenerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce baptizat, & oēs ueniunt ad eum.*

Ostendit quàm gloriosè Ioannes de Christo absente testatus sit, filiū Dei è cœlo missum in salutem credentium pronūciando. Iactis enim euangelicæ gloriæ fundamētis in Galilæa et Hierosolymis, Iesus quo magis ac magis propagaretur euangelium, profectus est in terram Iudæā, atqꝫ illic aliquandiu cōmoratus cū discipulis suis, īsdē initīs exordiēs prædicationem euangelicam, unde cœperat Ioannes. Prouocabat enim ad pœnitentiam, & baptizabat. Sicut dicit Augustinus: Christus primo per seipsum baptizauit, præsertim apostolos, nec dubiū quin proprio baptismate gratiam cōferente, postmodū apostolis cōmisit, & ipse prædicationi intendebat, unde infra 4. dicitur: Quanquàm Iesus non baptizaret, sed discipuli ei⁹. Sic & Paulus. 1.Cor.1. Nō enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Enon nō procul à Salim, quod Syris sonat scatebras, unde illic baptizandis suppetebat aquæ copia. Nonnulli se conferebant ad Iesum, & à discipulis illius baptizātur. atqꝫ hinc inuidia orta quibusdam discipulis Ioannis aduersus Iesum, quòd cum ipse nuper baptizatus à Ioanne, seqꝫ ueluti pro discipulo illi⁹ gessisset, ac illius testimonio fuisset populo cōmendatus, nunc repente sese æquaret illi, imo se illi anteponeret, cuius discipuli præsumerent, quod hactenus solus Ioannes fecisset. Atqꝫ hic humanus discipulorum affectus Ioannis, profecit ad gloriam Christi, et euidentius etiam testimonium Ioannis de Christo elicuit. Iudæus quidam præferebat baptisma discipulorum Christi, baptismo Ioannis: discipuli uero Ioannis, sui magistri: quare Ioannem adierunt, ut sui baptismi honorem defenderet. Quem tu clarum fecisti, inquiunt, eadē audet quæ tu: & omnes ad illum currunt, te contempto: & ita futurum est, ut per illum tua authoritas minuatur & obscuretur: ac tuipse in causa es, cum illū sic magnificatis.

Salim quid sonet.

Iob.5. Paruulũ occidit inuidia. Phil. 2. Nihil per contentionem, neq; per inanem gloriam. Cyrillus: Hic stultus discipulorum zelus à Ioãne damnatur, qui sic discipulorum suorũ prauo affectui mederi studuit, ut ostenderet sese non solum non ægre ferre quod Iesu gloria indies crescẽs suam obscuraret, uerũetiã uehementer gaudere se munus delegatum explesse, nunc ad esse Christi tempus qui lõge subli miora præstaturus esset. Sic Moses, Iosue dicẽti Num. 11. De prophetantibus. Domine prohibe eos respõdit: Quid æmularis pro me? Quis tribuat, ut prophetet omnis populus, & det eis dominus spiritum suum?

2 *Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo. Ipsi uos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim non sum ego Christus, sed missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est, amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. Qui desursum uenit, super omnes est.*

Nisi superne datũ esset, neutiquã creuisset cui inuidetis, & ita in duobus peccatis. nam & contrarij estis diuino consilio, & attentatis impossibile. Augustinus: Christus dat, homo accipit. ex se nihil habet, nisi qđ imbecille, quod imperfectũ, immo perditionẽ ex se inuenit, ex Deo autem fortitudinem & salutem. Osee. 13. Perditio tua Israel tantummodo in me auxilium tuum. Cor. 3. Non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, tãquàm ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 1. Corinth. 4. Quid enim habes quod nõ accepisti? Quod muneris mihi delegatum est iuxta modum meum, id bona fide peregi. Ipsi testes estis, ꝙ non semel publice professus sim me non esse Christum, quem multi putabãt esse, nec in aliud esse missum, quàm ut præcurrens, illi uenienti uiam præparẽ. famulus illius sum, ille dominus est. Luc. 3. Existimante autem populo, & cogitationibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus, respõdit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo uos, ueniet autem fortior me post me, cuius nõ sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius. Ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igni. Act. 13. Huius (Dauid) ex semine Deus secũdum promissionem eduxi Israeli saluatorem Iesum, prædicante Ioanne ante faciem aduẽtus eius, baptismum pœnitentię omni populo. Cũ impleret autem cursum suum, dicebat: Quem me arbitramini esse, non sum ego, sed ecce uenit post me, cuius non sum dignus calceamenta pedum soluere. Quia enim discipuli Ioannis minus digne senserunt de Iesu, ideo Ioannes magnificentiam ipsius fidelissime & clarissime pandit. Quod si ille, inquit, innotescit mundo, suaq; gloria meam obscurat, gaudeo meum testimonium uerum esse: uideo enim sponsum Christum loquentem sponsæ, populo scilicet, & ipsum docentem. Amicus sponsi nõn inuidet sponso suam felicitatem, neq; præripit illi sponsam suam, sed gratulatur ei, cui fauet ex animo, & astat illi tacitus, magnoq; animi gaudio audit uocem sponsi, colloquentis cum sponsa, ita ego, cui nihil erat optatius, gaudio perfundor, intelligens rem bene succedere. Sponsus ergo Christus, ecclesia sponsa, cuius in humanitate sibi naturam copulauit peccato secluso. *Sponsus.* Rom. 8. Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis. Hinc omnes animæ Chri-

stianæ, sponsæ censentur nomine. 2. Cor. 11. Aemulor uos Dei æmulatione. Despondi enim uos uni uiro uirginē castam exhibere Christo. Thalamus ubi copula fit, locus baptismatis, hoc est, ecclesia. Dat arrabonem sponsæ, peccatorum remissionem spiritus sancti communione. Ephe. 1. In quo credētes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, in redēptionem acquisitionis, in laudē gloriæ ipsius. Perfectiora uero in futuro præstabit, quando dignos in meliora, & pfectiora introducet. Mat. 25. Et quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias. Apoc. 19. Gaudeamus et exultemus, et demus gloriā Deo, quia uenerunt nuptię agni, & uxor eius præparauit se. Et datū est illi, ut cooperiat se byssino splendenti & cādido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorū. Est hic sponsus nobilissimus, quia rex regum & dominus dominantium. Apoc. 19. Psal. 18 Ipse tanq̃ sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gigas ad currēdam uiam suā. A summo cœlo egressio eius, & occursus eius usq; ad summum eius. Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis q est in cœlo. Liberalissimus, qa seipsum impendit pro sponsa. Eph. 5. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eā lauacro aquę in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculā aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta et immaculata. Fidelissimus, nunquā deserens. & desertos reuocans. Ephe. 5. Neq; unquā carnem suā odio habuit, sed nutrit, & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus ei9. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhęrebit uxori suę, & erūt duo in carne una. Sacramentū hoc, magnum est. ego autem dico in Christo & in ecclesia 1. Cor. 6. Qui adhæret Deo, unus spiritus est. 2. Cor. 11. Timeo autem (ait Apostolus) ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrumpātur sensus uestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu. Hinc amatores mundi. Iac. 4. Adulteri appellantur. Adulteri, inquit, nescitis quia amicitia huius mundi inimica est Dei? Quicūq; enim uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. Osee 9. Noli lætari Israel, noli exultare sicut populi, quia fornicatus es à deo tuo. Ps. 72. Quia ecce qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes q fornicantur abs te. Est ultimo pessimus. Hierem. 3. Vulgo dicitur: si dimiserit uir uxorem suam, & recedens ab eo duxerit uirum alterum, nunquid reuertetur ad eam ultra? Nunquid nō polluta erit, & cōtaminata mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamē reuertere ad me, dicit dominus, & ego suscipiam te. Osee. 2. Ecce ego sepiam uiam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas nō inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet, & dicet: Vadam ad uirū meū priorem, quia bene mihi erat tūc magis q̃ nunc. Esa. 62. Gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te dominus Deus tuus. Superius turbæ loquens Ioānes, quæ Christi maiestatem non nouit, indignum se dixit soluere corrigiam calceamentorum. Luc. 3. Nunc autem discipulis inuidia tactis, & Ioānem à Christo auertere conantibus, se dicit amicū, quo et ipsos ad Christi amicitiā prouocaret. Oportet igitur illū qui hactenus

Sponsa Thalamus.

Sponsi proprietates.

ctenus longe minor habitus est quã est, crescere, & fama & gloria augeri: me autem qui maior habitus sum quàm eram, decet minui, quemadmodum lucifer superueniente sole non extinguitur, sed occultatur. Paulatim declarauit se deum esse, & non repente: Ioannes uero præcursor cognitus est, & propheta. Matthæ. uigesimo primo. Omnes enim habebãt Ioannem sicut prophetam. Augustinus: Venit ille ut minueretur hominis gloria, & augeretur gloria dei, & ita oportet illum dare, me autem accipere: illum glorificari, me confiteri. Minuamur hic per humilitatem, & deus exaltabit illic per gloriam. Ecclesiastici tertio. Quanto magnus es, humilia, te in omnibus, & coràm deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia dei solius, & ab humilibus honoratur. Qui de cœlo uenit, humanam assumens naturam. Ioannis.16. Exiui à patre, & ueni in mundum. Baruch.3. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est, perfectione naturæ quo ad diuinitatem, & excellentia gratiæ quo ad assumptam humanitatem, omnẽ excellit creaturam.

3 *Qui de terra est, de terra est, & de terra loquitur: qui de cælo uenit, super omnes est: & quod uidit & audiuit, hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit, Qui autem acceperit eius testimoniũ, signauit, quia deus uerax est. Quem enim misit deus, uerba dei loquitur. Non enim ad mensurã dat deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet uitam æternam: qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira dei manet super eum.*

Quid enim aliud potest homo, quàm humana loqui: ipse uero ait Ioannis tertio. Quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur, & testimonium nostrum, non accipitis. Qui enim ueritatem non attendunt, ipsius testimonium non recipiunt. Lucę septimo. Pharisæi autem & legisperiti consilium dei spreuerũt in semetipsis. Ioãnis primo. Sui eum non receperunt. Vere. Omnes quæ sua sunt, quærunt, non quę Iesu Christi. Qui autem Christo credit, ostendit quòd deus uerax est, ex eo quòd credidit ei à quo missus est. Verba enim dei locutus est. Ioan. septimo. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Qui ergo homini diffidit, parum est: sed qui non credit illi qui filius est unicus, facit deum mendacem. Ioannis duodecimo. Qui spernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum. sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die, quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Quisquis igitur accipit testimonium filij, is credens filio, certo confirmat deum esse ueracem qui loquitur in filio. Eo nos docemur, non nostra sponte, neque proprio motu debere fungi euangelico munere, sed aut uocatione à deo, sicut Ioannes Lucæ. 3. aut ordinatione cœtus ecclesiastici, quod Mathiæ electio, Actu. 1. Pauli segregatio planissime edocent. Actu. 13. Ministrantibus illis & ieiunantibus, dixit illis spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Roman.10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Hinc dominus conqueritur. Hierem.23. Non mittebam prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, et ipsi prophetebant. Si stetissent in cõsilio meo & nota fecissent uerba mea populo meo, auertissem utique eos à uia sua mala, & cogitationibus suis pessimis. Locutus est deus per prophetas, et unicuique pro modulo suo spiritum suum impartiji: sed huic unico filio suo nõ dedit spiritum ad mensuram, id est, unam atq; alteram uirtutẽ, sed ipsum integrũ substantialiter

ut consubstantialem, non à quo operationem recipiat ut prophetæ. Colossen. secũdo: Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Vnde Ioan. 1. De plenitudine eius omnes nos accepimus. Ephe. 4. Vnicuiq; autem nostrum data est gratia secundum mensurã donationis Christi. Legimus sanctos orando spiritũ sanctum dedisse, Act. 8. Sed Christus omnibus ex sua amplitudine elargit. Soli enim diuinæ id seruatum est potestati 1. Cor. 12. Diuisiones gratiarũ sunt, idem aũt spiritus, diuidens singulis, prout uult. Diligit enim pater filium, non simpliciter ut omnia. Sapiæ. 11. Diligis enim omnia q̃ sunt, & nihil odisti eorũ quæ fecisti. Sed incõprehensibili affectu. Mar. 1. Tu es filius meus dilectus, ait pater è cœlis. Omnia tradidit ei in manus, non se spolians sua potentia, sed huic eandẽ quam habet uirtutem communicãs. Mat. 11. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Quia enim omnes declinauerunt, & omnia per uerbum restaurata sunt, dignum est ut agnoscant ipsum uerbũ. Col. 1. Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare & per eum reconciliari oĩa in ipsum, pacificans p sanguinem crucis eius, siue quę in terris, siue q̃ in cœlis sunt. 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo oẽs uiuificabũtur. Mat. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Dominatur enim omnibus etiamsi quidam nolint. postea. n. in secundo aduentu qñ omne genu flectetur ei. Phi. 2. Perfectum accipiet dñm, qñ malitia non ultra habebit uirtutẽ, sed inefficax manẽs, ostendet naturam boni à principio omnib9 inditã, & omnia continentem. Qui credit fide per charitatẽ operante. Gala. 5. Vitam habet nunc in spe. Rom. 8. Spe salui facti sumus. Romanor. 5. Spes autem non confundit. Recusat autem, qui non credit filium posse largiri quæ pollicetur, simulq; patrem mendaciĵ insimulat, qui per filium uana polliceatur. Qui autem diffidit filio, quoniã ipse sibi uelut oculos occludit ne lucem aspiciat, non uidebit uitam, quoniam hæc lux est uita hominum, Ioã. 1. Sed ipse in peccatis permanens, manet obnoxius ultioni diuinæ, hoc est, morti æternæ. Nam qui sponte recessit à uita, quo pacto habebit eam? Colossen. 3. Cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cũ ipso in gloria. Nam per fidem habitat in cordibus nostris. Ephesiorum. 3. Nec solum uita priuatur, sed & ira dei manet super eum, ne mortem credas temporalem, quia perpetuũ erit supplicium. Hebræorum. 10. Horrendum est incidere in manus dei uiuentis. Ecclesiast. 5. Misericordia & ira cito ab illo proximant, et in peccatores respicit ira illius. Psal. 88. Exardescet sicut ignis ira tua. Vnde Psal. 6. Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Roma. 1. Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem & iustitiam hominum eorum, qui ueritatem dei in iniustitia detinent.

De muliere Samaritana, Ioan. 4.

ARTICVLVS VII. — Ioan. 4. L

Vt ergo cognouit Iesus, quia audierũt pharisæi, quod Iesus plures discipulos facit quàm Ioannes, & baptizat, quanquam Iesus nõ baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudaam, & abijt iterum in Galilæam. Oportet autem eum transire per mediã Samariam.

Cognouit reuelatione aliorum, male ob id audire nomẽ suum, quia gloriam Ioannis, quem ipsi pharisæi suspiciebant, sua prædicatione & baptizatione obfuscaret, qui secundum quod deus omnia nouit. Heb. 4. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Tametsi Iesus non baptizaret, iam tum ostendens præclarius esse munus euangelizandi, quã m baptizan-

di. Quamuis autem potens esset cohibere inuidentes sibi, etiamsi impetu quodam nunc urgerent, secessit tamē ne uideretur phātasticum habere corpus, siquidem sæpe per medium illorum exisset. Volebat omnem occasionem calumniandi Iudæis excidere, ne dicere possent quod relictis illis concesserit ad gentes quas abominabantur. Quando autem abegerunt eum, tunc accessit ad gentes: neq; tūc ex proposito, sed obiter, docens nos, ut parcamus inimicis, & omnimodo tentemus non eis dare occasionem scandali & inuidiæ. Secundo, ne iniiciamus nos temere & inutiliter in tētationem, sed secedamus ad tempus donec insania resideat. Tertio, ut insinuaret quod ingratis quandoq; uerbum dei subtrahendum sit, ne deteriores reddantur. Matt. 7. Nolite sanctum dare canib⁹, neq; mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & canes conuersi dirumpant uos. Prouerbio. 9. Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impiū, sibi maculam generat. Noli arguere derisorem, ne oderit: argue sapientem, & diliget te. Quarto, secundum Cyrillum, hac in alienigenas transitione minari pellentibus uidetur, in alios se ab eis, nisi resipiscāt, gratiam translaturum. Sic Act. 13. Vobis oportebat primum loqui uerbum dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. sic enim nobis præcepit deus. (ait Paulus Iudæis) Ideo Apocal. 3. Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Erat autem illi iter per mediam terram Samaritanorum.

Iesu ab inimicis trāsitus, quid nobis insinuet.

M *Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob. Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. hora autē erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria haurire aquam Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Respondit Iesus, & dicit ei: Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est, unde ergo habes aquam uiuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, et dixit ei: Omnis qui bibit ex hac aqua, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternā. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hāc aquā, ut non sitiam, neq; ueniam huc haurire.*

¶ Quàm obuia diuina sit benignitas omnibus, pie et simpliciter ueritatem inquirētibus in hac Samaritana ostēdit. Vbique occasionem captat, quo humani generis peragat salutem. Sichar alias Sichem dicta. Gene. 33. ubi partem agri Iacob. 100. agnis emit in possessionem à filijs Emor patris Sichem, quam postea filij ipsius ob stuprum Dinæ sororis suæ, occisis habitatoribus, desolarunt, Gene. 34. & Iacob in morte, prædium illic Ioseph in possessionem dedit, Gen. 48. Iesus igitur è longinquo fessus itinere, quod pedes confecerat, utpote à fastu & rerum abundantia alienus non utendo iumentis, nobis iam tum præbens exemplū, qualem oporteat esse euangelij præconem, sedebat illic, ut se dabat locus, non super sede, sed simpliciter super pauimento. Erat quasi sexta cum iam sol uergens ad meridiē, æstu suo laboris molestiam conduplicat, atque his indicijs Iesus declarabat se uerum hominem esse, eisdē affectionibus obnoxiū, quibus obnoxia sunt cæterorū hominū corpora. Hilarius: Non poteramus alij dei uerbum cognoscere, nisi locutus & passus ali-

qua, ut homo fuisset. Discurrebat in paupertate & labore, quærens ouem quæ perierat. Luc. 19. Venit filius hominis quærere, & saluũ facere quod perierat. Dominus ut muliere præberet colloquij argumentum, & ex hoc quod agebat mulier, uenaretur illam ad salutem, potum postulabat. Augustinus: Omnium salutem sitiebat, qui pro omnibus sanguinem fudit. Hac tñ in re, ciuilitatis, & mansuetudinis exemplum exhibuit euangelicis prædicatoribus, qui peccatricis, & non uni prostitutæ, impudicæ, solitudine cõsuluerit. Esa. 42. Calamum quassatum nõ conteret, & linum fumigans non extinguet. Admirans mulier ciuilitatem & humilitatem Iesu, ait: Qui fit ut tu Iudæus cum sis, quemadmodum è sermone cultuq́; cõijcio, pręter morem Iudæorũ, à muliere Samaritana poscas potũ, cum soleatis uos Iudęi à cõmercio Samaritanorũ abhorrere, nefas ducentes, siquid habeatis consuetudinis nobiscum? Erãt enim duplici nomine ipsis odiosi, quia idolis seruientes, cum hoc dominum colebant. 4. Reg. 17. quem in monte Garizim non in Hierusalem, adorabant, quemadmodum Iudæi, & quia terrã ipsorũ occupabant. Erant Iudæi fimbrijs distincti à cæteris gentib⁹, quibus cognoscebant. Num. 15. Præcipe filijs Israel, ut faciant sibi fimbrias p angulos quatuor palliorũ. Vnde legimus de dño. Mat. 14. Rogabant eum ut uel fimbriã uestimenti eius tangerent: & quicunq; tetigerunt, salui facti sunt. Iesus aũt qui nõ tam sitiebat aquam illã, tametsi uere iuxta carnis naturam sitiebat, q̃ animarum salutẽ, sensim pellicit mulierculam ad cognitionẽ euangelicę gratię, respondẽs per ænigma, quo magis accẽderet in illa discendi studium. Si cognouisses, inquit, q̃ eximium sit donum quod nunc uobis offertur, quid donet de⁹, nempe æterna & incorruptibilia: scires autem & me, quod cum deus sim & possim hæc tibi dare, tu petiuisses utiq;, & accepisses aquam uiuã, per quam humana natura ab ariditate in fœcũditateq́;, qua diaboli artibus infecta fuerat, depulsa, ad pristinam pulchritudinem ac uiriditatem recurrit, magno florẽ, hoc est, uirtutum numero & charitate erga deũ suauissimos fructus producẽs. Vere si cognosceremus doni dei nobilitatem, & nostrã infirmitatem, feruide peteremus. Nã dat spiritum bonũ petẽtibus se, Luc. 11. Gratia spiritus sancti, aqua dicit. quia purificat. Eze. 36. Effundã super uos aquam mundam, et mundabimini ab omnib⁹ inquinamentis uestris, & ab idolis uestris mundabo uos, & dabo uobis cor nouum, & spiritum meum ponã in medio uestri. Refrigerat. Mat. 11. Venite ad me oẽs q laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Ioan. 7. Qui sitit, ueniat ad me & bibat, Psal. 41. Sitiuit anima mea ad deum fontẽ uiuum. Tertio fœcũdat. Psal. 1. Erit tanq̃ lignum quod plantatum est super aquas, quod fructũ suum dabit in tempore suo. Hiere. 17 Benedictus uir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia ei⁹, & erit quasi lignum quod trãsplantatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cum uenerit æstus. Et erit folium eius uiride, & in tempore siccitatis non erit solicitum, nec aliquando desinet facere fructũ. Hinc dicitur aqua uiua, quia semper agilem ad bonum facit animam, Psal. 22. Super aquã refectionis educauit me, animã meã conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum. Aqua hęc de petra fluit 1. Corinthio. 10. Bibebant omnes de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus. Nume. 20. Cum eleuasset Moses manum, percutiens bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut populus biberet, & iumenta.

menta. Vnde Apocaly. 22. Qui sitit, ueniat: & qui uult, accipiat aquam uitæ gratis. Sed heu. Hierem. 2. Duo inquit dominus, mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontē aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, q̃ continere non ualent aquas. Mulier sensui carnis adhærens, de materiali aqua intelligēs, ait: Tu mihi polliceris aquam hac præstantiorem. Vnde igitur suppetit tibi aquæ uiuę copia quam promittis, cum nec situlam in qua nec chordam cū qua haurias, habeas? Nam Iacob ex hoc fonte bibit ob eius bonitatem, & filii ac pecora propter eius copiam. Beda: Ideo Iacob patrem nominat, quia sub lege uiuebat, quarti Regū decimoseptimo. in qua magnæ reputationis fuerunt Abraham, Isaac, & Iacob. Vnde domino Iudęi dixerūt. Ioannis octauo: Nunquid tu maior es patre nostro Abraham? Non dedignatur dominus illam paulatim allicere ad maiorem sui admirationem, ostendēs aquam esse spiritualem, de qua loquebatur: quæ non reficeret corpora, sed animas. Si miraris, inquit, Iacob, qui talem dedit aquam, multo magis admirari oportet eum, qui prębet longe meliorem. Quam enim ego do, fons fit aquæ uiuæ salientis in uitam æternam, indiesq; magis ac magis multiplicatur. Qui ergo hāc bibit aquam, sitiet iterum, quia habet causam temporalē & deficientem, qui autem eam bibit, quā ego do, non sitiet, quia causam habet indeficientem & perpetuam, spiritū sanctum. Facit enim animam transilire temporalia, & in æternum pertingere uitam. Est enim pignus hæreditatis nostræ, Ephe. 1. Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Sitis capitur quandoq; pro desiderio rei non habitæ. sic rerum temporalium sitim prouocat. Ecclesiastes. 5. Auarus non implebitur pecunia: & qui

Sitis quibus aut quotmodis capiatur.

amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Sic diues Lu. 12. qui cogitans collectis bonis in requie & in deliciis se agere uitam, audiuit: Stulte, hac nocte repetunt animam tuā à te: & quæ congregasti, cuius erunt? Sic est omnis qui thesaurizat sibi, & non est in deum diues. Alio modo pro pleniori & perfectiori cōsecutione rei iam habitæ, sic qui habent gratiam, plenius & perfectius hic desiderant, & post cōsummatam gloriam. Eccl. 24. Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient, & qui operantur in me, non confundentur. Phil. 3. Quę quidem retro sunt obliuiscens, ad ea quæ sunt priora, extendens me ipsum, ac destinatum prosequor, ad brauium supernæ uocationis dei in Christo Iesu. Tertio, pro amore rei præsentis cum exclusione fastidii, sic sancti deum desiderant in patria. 1. Petri. 1. In quem desiderant angeli prospicere. Psal. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Psal. 35. Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuę potabis eos quoniam apud te est fons uitæ. Qui hac carent, sitient in ęternum sicut diues epulo, Lucæ. 16. Væ uobis qui saturati estis, quia esurietis. Esa. 65. Ecce serui mei comedent & uos esurietis: ecce serui mei bibent, & uos sitietis: ecce serui mei lætabuntur, & uos confundemini: ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis, & pręcōtritione spiritus ululabitis. Mulier necdum ad spūalia mentem eleuans, hāc petijt aquam, quo labore subleuaretur ueniendi & hauriendi. Petamus & nos non temporalia quæ sitim nō extinguunt, sed augent, sed spiritualia & æterna, quæ talem extinguunt sitim. Phil. 3. Veruntamen existimo omnia detrimētum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini nostri, propter quem omnia detri-

mentũ feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam. Psal. 33. Gusta te & uidete quoniã suauis est dominus, beatus uir qui sperat in eo.

Dicit ei Iesus: Vade, uoca uirum tuum, & ueni huc. Respondit mulier, et dixit: Non habeo uirum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, nõ habeo uirum. Quinque enim uiros habuisti, & nunc quem habes, nõ est tuus uir, hoc uere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, uideo quia propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & uos dicitis, quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei Iesus Mulier, crede mihi, quia uenit hora quando neque in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed uenit hora, & nunc est, quando ueri adoratores adorabũt patrem in spiritu & ueritate. nam & pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio, quia Messias uenit, qui dicitur Christus. Cum ergo uenerit, ille nobis nunciabit omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum.

Dominus itaq; quasi communicaturus rem tantam, nisi marito præsente, iubet ut uirum suũ accersat. Quia enim uerba ipsius non spiritualiter intellexit, procedit ad signa, & per prophetiam suam reuelat uirtutem, priores eius uiros enumerãs, & eum qui ignorabatur arguens. Non ægre tulit, nec aufugit, sed magis admirata est, & conforrata de dogmatibus interrogat illum. Huc profecit mulieris fides & credulitas. primum, Iudæum duntaxat appellat, miratur non perinde tenacem religionis Iudaicæ, q̃ præter aliorum morem à Samaritana postularet potum, mox dominũ appellat, nunc prophetici honorem tituli tribuit, q̃ ex sese aliorum nosset arcana, moxq́; omisso de reb⁹ humilioribus sermone cupiens è propheta sublimiora quædam discere, proponit quæstionem uelut inexplicabilem de ratione adorandi deum, quod hic lõge diuersum sentirent Iudæi & Samaritani. Chrysostomus: Pudeat nos & erubescamus. quinq; uirorũ mulier atq; Samaritana, tantam in discendo adhibet diligentiam, ut neq; diei tempore, neq; aliis occupationibus à Iesu doctrina abducatur. nos uero nihil ad diuinarum rerum eruditionem inquirimus, sed in omnibus secure et eodem modo afficimur & ob id omnia negligimus. In montibus orare, & sacrificare consueuerãt. hinc Abrahæ dictum fuerat. Gen. 22. Tolle filiũ tuum quem diligis Isaac unigenitũ, & uade in terram uisionis, atq; ibi offeres eum in holocaustum, super unũ montium quem monstrauero tibi. Hinc Samaritani in * Sarizim orandũ censebant, eo q̃ is locus à Mose delectus esset ubi patriarchæ benedicerent populo seruanti præcepta dei. Contra, Iudæi in Hierusalẽ: quia Deute. 12. specialis oblationũ designatur locus, &c. 3. Reg. 9. à domino designatum est templum in domum orationis. Hinc dominus Mat. 21. Scriptum est, domus mea domus orationis uocabitur, Esa. 56. cunctis populis. Sed utrorũq; errorem corrigit dominus, fidem exigens mulieris. Esaiæ. 7. Nisi credideritis, non intelligetis. Mulier, inquit, crede mihi, si uere prophetam existimas, iam adesse tẽpus quando & Samaritanorum impurus cultus abolebitur, & Iudæorum religio carnalis trãsferetur in melius, neq; post hac adorabitis patrem in hoc monte, qui non solũ huius montis deus est, sed totius orbis: neq; Hierosolymis, sed ubicunq; erit piorum hominum congregatio, ibi futura est Hierosolyma. Vos adoratis quod nescitis, existimantes deum, nõ esse deum nisi Iudæorũ & uestrum, & talem, ut dæmonum admittat cõsortium, cui soli debẽt diuini honores. Esa. 42. Ego dñs hoc est nomẽ meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meã sculptilibus. 4. Reg. 17. Cũ dñm colerent,

* Garizim

dñs quoq; suis seruiebant iuxta consuetudinem gentium, de quibus trāslati fuerant Samariam. Colentes idola, nesciunt quid colāt. Nam. 1. Cor. 8 Scimus quia nihil est idolum in mūdo, & quod nullus deus nisi unus. Et idcirco salutis initium à Iudæis profectum est, qui per prophetas tenent promissa uenturi Messiæ, qui per legem tenent figuras & umbras euangelicę pietatis. Nunc tempus est ut falsa religio gentium, cedat euangelicæ ueritati: & carnalis cultus cedat spirituali, & umbræ legis cedant luci euangelicæ. non enim in solis locis mutatio erit, sed & modus colendi deum alterabitur. Ostendit ergo primo, deum loco non concludi, quia deus. Act. 17 Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, hic cœli, & terræ cum sit dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cum ipse det omnibus uitam & inspirationem. Esaię. 66. Cœlum sedes mea, terra autē scabellum pedum meorum. Ideo ubiq; inuocari potest & adorari Psa. 102. In omni loco dominationis eius benedic anima mea domino. August. Forte quæris aliquem locum altum & sanctū, intus exhibete templum deo. In templo uis orare deum? in te ora, sed prius esto templum dei. quia ille in templo suo audit orantem. Secundo, quod adorādus spiritu, nō rebus corporeis, sed in quadam spiritus & mentis erectione & inflammatinne. Ro. 8. Nā quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secūdum deum postulat pro sanctis. Non ergo excludit orationem uocalem, qui dixit Matth. 6. Cum oratis, dicite: pater noster. & ipse uocaliter orasse legitur Ioā. 12. 17. Sic & in horto, Matth. 26. & cruce, Luc. 23. Hinc 1. Cor. 14. Orabo spiritu, orabo et mē te. Tertio, in ueritate, non in typo & umbra, quia Iudaicarum obseruationum finis. 1. Cor. 5. Epulemur in azymis synceritatis & ueritatis. Hactenus. n. satis umbris ac figuris Mosaicæ legis datū est, posthac ubicunque mens erit per fidem euangelicam à uitijs pura, ibi templum erit deo dignum. Act. 15. Fide purificans corda eorū. ubicunq; uota cœlestia, preces puræ, cogitationes sanctæ, ibi uictimæ quibus litatur deo. Psal. 144. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eū in ueritate. August. Patrem in ueritate adorat, qui patrem æternum in nomine filij inuocat, petendo quæ salutis sunt. Ioan. 14. Quodcunq; petieritis patrem in nomine meo, hoc faciā. Non adorant in ueritate, qui intellectum falsa opinione de deo habent seductum, uel affectum peruersa operatione deformatum. Matt. 7. Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit uolūtatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Dicendo, ueri adoratores, signat quosdam falsos. Mat. 15. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Nō ergo uno loco, ut Samaritani, sed in omni loco in spiritu & incorporaliter adorationem offerent, neq; sicut Iudęi qui solum Hierusalem, & cum hoc figuralem & umbratilem futurorum ostensiuum cultum adducēt, sed uerum & nihil umbratile habentem. Hinc claret, dominum cæremonias omnes nō sustulisse, sed Iudaicas & figurales, cum ipse sublatis in cœlum oculis patrem orauerit, Ioan. 17. Sic positis in terra genubus, Luc. 22. Immo procidit in terrā in faciem suā, Mat. 26. Sic Stephanus positis genubus, orauit pro lapidātibus, Act. 7. Neq; specialem esse locū orationis & oblationis prohibuisse, cum postea dixerit Mat. 11. Scriptum

Quas cæremonias Christus sustulerit, quas non.

est, domus mea domus orationis est. Vnde discipuli post assumptũ Christum in cœlum, erant semper in templo laudantes & benedicentes deum Lucæ.24. Sic accepto spiritu sancto, Petrus, & Ioannes ascenderunt in templum ad horam orationis nonam, Acto.3. Sed singularem quemadmodum templum, Deuterono. 12. &.16. quia ubique terrarum templa diuino nomini sunt dedicata. Malachi.1. Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu uestra. Ab ortu enim solis usq; ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, et in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Samaritana ad plenum non capiens uerba Messiæ, quæstionis decisionem relinquit. Is, inquit, explicabit nobis omnia quæ de nouo cultu dei dixisti. Nouerat instare tempus, quia quinq; Mosi libros receperunt Samaritani, & ex fama Ioannis testimonium perhibentis, Ioan. 1. Quia studiosa erat, manifeste se ei reuelat. non sic autem Iudæis, qui non discendi causa, sed calumniandi inquirebant. Expectes, inquit, Messiam uenturum, hũc scito uenisse, iamq; uides illum. nam ego sum qui loquor tecum. Chrysost. Si circa principium, hoc mulieri dixisset, uideretur ex uanitate loqui: nũc autem paulatim in memoriam Christi reducens, nam primo Iudæum, secundo prophetam, tertio Messiã agnouit, magis opportune reuelauit. Non enim rudibus neque contentiosis, sed illis se solet dominus reuelare hominib⁹, qui ad discendum propensiores, & credẽdi radices simplici sermone parturientes, ad perfectiorem cognitionem illuminati facilius ascendunt.

Et continuo uenerunt discipuli eius, et mirabãtur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixet, quid quæris, aut quid loqueris cũ ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier, et abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus: Venite, & uidete hominẽ qui dixit mihi omnia quæcunq; feci. Nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de ciuitate, & ueniebant ad eum. Interea rogabant eum discipuli, dicẽtes: Rabbi, manduca. Ille aũt dixit eis: Ego cibum habeo manducare quem uos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem: Nunquid attulit ei aliquis manducare? Dicit eis Iesus: Meus cibus est, ut faciã uoluntatem eius qui misit me, ut perficiã opus eius. Non'ne uos dicitis, quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis uenit? Ecce dico uobis, leuate oculos uestros, et uidete regiones, quia albæ sunt iam ad messem. & qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in uitam æternam, ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est uerbum uerum, quia alius est qui seminat, et alius est qui metit. Ego misi uos metere, quod uos non laborastis: alij laborauerunt, & uos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter uerbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quæcunq; feci. Cum uenissent ergo ad illũ Samaritani, rogauerunt eum ut ibi maneret. & mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius, & mulieri dicebãt quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus et scimus, quia hic est uere saluator mundi.

Considera, inquit Chrysostomus, quæso, hoc in loco discipulos nil ferẽtes, neq; à principio diei ullam uictus curã habentes: sed quo tempore omnes prandent, cibos emptũ pficiscuntur. Non ut nos, qui cũ primũ mane exurgimus, ante omnia coquas aduocamus, & de parandis epulis, & mensa diligenter uerba facimus: inde alijs operã damus, secularia diuinis ppонentes: & quæ superflua habẽda essent, tãquam necessaria exequimur. Ideo oĩa præpostere aguntur, quia spiritualia quæ necessaria sunt, primo curanda: & quibus perfectis, hæc alia deinceps attingere oporteret. Cõspicati discipuli illũ cum muliercula Samaritana collocutũ, mirabãtur illius tantam humanitatem, & q; contra

morem cum alienigena sermonẽ mi sceret. Sciẽtes uero nõ esse ociosum, non interrogauerunt. Mulier ergo relicta apud puteum hydria, iam enim aquæ sitis exciderat, gustata aqua quam promiserat Christus, properat in ciuitatem, quo etiã alios ad fidem adduceret. August. Mulier audito à Christo, ego sum, & ipso recepto in cor, proiecit cupiditatem, & properauit annunciare ueritatem. Chrysost. Sicut apostoli à Christo uocati, dimiserunt retia, sic ista hydriam, & euangelistarum opus fecit: & nõ tantũ unũ, sed totam aduocat ciuitatem. Ita & nos, siquid boni in cõcione uel aliàs acceperimus, proximis cõmunicare studeamus. Eccl. 17 Et mandauit illis unicuiq; de proximo suo. 1. Petri. 4. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illã administrantes. Quõ accẽsa fuit anima ei⁹ diuino igne, ad nihil eorum quæ in terra sunt respicit, non ad cõfusionem, non ad ignominiam, sed ad hoc solum, ut prædicet Christi gloriam. Nõ aũt dicit, hic est Christus affirmatiue, sed nunqd, uolens etiam illos calculum addere, & facere sermonẽ creditu faciliorẽ. Nolite, inquit, fidere uerbis meis. ipsi potius facite periculum, & me non uanã esse cõperietis. Rogabant interim magna dilectione discipuli dñm mãducare. Iesus aũt ubiq; captans occasionem hoĩes à corporalium rerũ cura, ad spiritualium studiũ euehendi, quemadmodum mulierem ex mentione aquæ pellexerat ad cognitionẽ sui, ita discipulos adhuc rudes, ex occasione cibi, ꝓuocat ad studiũ euangelizandi. Chrysosto. Hominũ salutem, cibum suũ dicit, ostẽdens quanto desiderio nostrã auebat salutem, maiori quidẽ q̃ nos cibum corporalem. Prouer. 8. Deliciæ meæ esse cum filijs hominũ. Hoc docet discipulos & pastores, ut minoris faciant cibũ corporalẽ, omnẽq; desideriũ eò transferant, ut saluent hoĩes. Sed Philip. 2. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Ezech. 34. Væ pastoribus qui pascebant semetipsos. Ideo. 1. Corin. 10. Non quęrens quod mihi utile est, sed quod multis, ut saluі fiant. Non intelligentibus discipulis quod dixerat, quo magis ĩfigeret animis eorum, obscure dictũ, apertius dicit. Leuissime mouet iste cibus corporum. est alius cibus q̃ pręcipue mihi curæ est. Glos. Volũtas patris est, ut credatur in eum quem misit. Ioan. 6. Hęc est uolũtas eius qui misit me patris, ut omnis qui uidet filiũ, & credit in eum, habeat uitã ęternã. Opus nr̃a redemptio, quam per passionem consummauit. Ioan. 17. Opus cõsummaui, qđ dedisti mihi ut faciã. Oĩbus ego delicijs uoluntas Dei præponenda et diuitijs, quia uult omnes hoĩes saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. 1. Timo. 2. Hinc Ephe. 5. Videte itaq; fratres quõ caute ambuletis, nõ quasi insipientes, sed ut sapientes, redimẽtes tp̃s, quõ dies mali sũt. ꝓpterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uolũtas Dei. Nã qui facit uolũtatem patris qui in cœlis est, ipse ĩtrabit in regnum cœlorum, Matt. 7. Tempus urget, & hominũ pronæ mentes ad euangelicã fidem, flagitant operam prędicatorum. Si uos qui rei corporum studetis, nostis instare tp̃s metendi, postq̃ à semente facta quatuor mẽses pręterierint, quãto magis oportet nos non negligere spiritualis nostræ messis tp̃s? Quod si fructus spes, facile prouocat messorem ad operam, quanto magis oportet nos alacres esse ad hanc messem patri colligendã, quæ & messori præmium amplissimũ in cœlis parabit, & Deo colliget, non triticum in horrea, sed animas hominũ in uitã æternam? Prophetæ ante prædicauerunt, & præmolliuerunt mentes hominũ, unde uobiscũ gaudent qui hoĩes ad

salutem capitis. Cæterum hic secus accidit quam in messe corporali, nam illic iuxta uulgi prouerbiũ, ad alium deuenit fructus messis, quam ad eũ qui sementem fecerat. gaudet quidẽ messor, sed discruciatur seminator. Hic cõtra fit. Nam simul gaudet & qui sementem fecit, & qui messem colligit. neuter enim caret fructu suo. Nõ autem tot millia cõuertissent in primis, nisi per prophetarũ dicta dispositi fuissent. Vnde Petrus dicto Ioel. 2. tria millia conuertit Iudæorum. Actu. 2. Non ergo turbemini, inquit, quasi ad rem difficilem missi. nã quod onerosum erat, prophetæ susceperant, uos in præparata mittimini. Similitudinibus frequenter loquitur dñs, tum ut significãtius loqueretur, & magis ob oculos poneret: Mens, n. familiariũ rerum imagine cõcepta, magis excitatur, & tanquam in pictura rem ipsam amplectitur, tum ut iucundior esset narratio, & diutius animo inhæreret. Non. n. tam facile snia capitur, neque ita trahit auditorum multitudinẽ, ut rerum narratio, & maxime quarum periculũ fecimus, descriptio. Est autem duplex ecclesiæ messis. Altera, qua per gratiã colligũtur in ecclesiam militantem. Matt. 9. Videns turbas, misertus est eis, quia erant uexati & iacẽtes sicut oues nõ habentes pastorẽ. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidẽ multa, operarij autẽ pauci. rogate ergo dñm messis, ut mittat operarios in messem suam. Huius messis sata spũalia & spicæ intellectuales, sunt qui prophetarum uoce culti, ad fidem Christi perueniũt. Quæ seges albescit, cum iam maturus, hoc est, prõptus, animus est ad suscipiendã fidem & Christi religionẽ. Messoria falx, apostolorum est prædicatio, quæ ab idolis gentes, & à legalibus figuris Iudæos abscindens, in areã. hoc est, ecclesiã Dei trãsponit, ubi labore uirtutis cõtriti, in fulgẽs triticum et diuino dignum horreo efficiũtur. Altera, qua boni à malis secernentur. Matt. 13. Messis consummatio est seculi. Sicut ergo colligũtur zizania & igni cõburuntur, sic erit in consũmatione seculi. Mittet filius hoĩs angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatẽ, & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc iusti fulgebũt sicut sol in regno patris eorum. Galat. 6. Quæ. n. seminauerit homo, hæc & metet: quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionẽ. Prou. 22. Qui seminat iniquitatẽ, metet mala. Osee. 10. Arastis impietatem, & iniquitatem messuistis. Qui aũt seminat in spiritu, de spiritu metet uitã æternã. Osee. 10. Seminate uobis in iustitia, et metite in ore misericordiæ, innouate uobis nouale. 2. Cor. 9. Qui parce seminat, parce & metet: et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Psal. 125. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, uenientes aũt uenient cum exultatione, portãtes manipulos suos. Procurrit igitur multitudo Samaritanorum è ciuitate, ut oculis cernerent, de quo tãto affectu prædicauerat muliercula: qui fidem operibus monstrãtes, obsecrabant eum ualde, ut apud se maneret. Et mansit illic biduũ dũtaxat, calumniam declinans, & nihilominus humanitatẽ ostẽdens, & haud dubie diuiniora quædã docẽs, & corda illorum illustrans, ob quæ plures crediderũt. Erat. n. docens sicut potestatẽ habẽs, & non sicut scribæ & pharisæi. Matthæ. 7. & Ioã. 7. Nunquam sic locutus est homo sicut hic loquitur. Vnde mulieri dixerunt: Tu parcius de illo prædicaras quam res habet. nos. n. iam nõ tuis uerbis adducti, credimus hũc eẽ Messiam, sed ipsi ex eius sermonibus admirandis certũ habemus quod hic est uere Messias ille Iudæis expectatus, qui salutem adferret toti mundo.

Messis ecclesiæ duplex.

Falx messoria.

N *Post duos autem dies exijt inde, & abijt in Galilaeam. Ipse enim Iesus testimoniũ perhibuit, quia propheta in sua patria honorem non habet. Cum ergo uenisset in Galilaeam, exceperunt eum Galilaei cum omnia uidissent quae fecerat Hierosolymis in die festo. Etenim ipsi uenerant ad diem festum. Venit ergo iterum in Cana Galilaeae, ubi fecerat de aqua uinum.*

Cyrillus: Solem⁹ quod tritum est & quotidianũ, etiam si magnum sit, paruipendere: sic.n.est affectus hominũ, ut familiaritas cõtemptũ pariat, & plerę res illis nõ ob aliud in pretio sint, ꝙ quod è lõginquo uenerint. Præterijt ergo patriã, non qa inanis esset gloriæ cupidus, sed quia sciebat prędicationem fidei fructũ ibi facere non posse, ubi prædicator contemnitur. Ergo nõ parum illis gratiæ facit, qui cum neglecturi sermonem eius essent, huius cõtẽptus supplicia effugerunt, quæ daturos omnes scimus qui prędicationem ueritatis paruifaciunt. Vbiꝗ uero hi celebrantur, qui abiecti habiti opinione, ut potiores fide. Nam Samaritanos alienos, Galilæos ut agrestes habebãt, qui tñ miraculis & doctrina dñi permoti fuerũt. Miraculũ itidem in Cana factũ, initio paucis cognitum, post populari rumore diuulgatum, nõnihil bonę opinionis cõciliauerat Iesu, sed tamẽ quæ non responderet ipsius dignitati. Perpauci credebant illum Messiã, pleriꝗ pphetam esse suspicabantur.

De filio reguli. Ioan. 4.

ARTICVLVS VIII.

Ioan. 4.

O *Et erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaũ. Hic cum audisset quia Iesus adueniret à Iudea in Galilaeam, abijt ad eum & rogabat eum, ut descenderet & sanaret filium eius. Incipiebat enim mori.*

Ostendit ꝙ benigne dñs humanæ fidei imbecillitati subueniens, tã uerbo ꝙ facto ipsam prouehit, fouet, & confirmat. Conceperat regulus iste ex miraculo, quod in Cana factũ fuerat, bonã quandã etsi non perfectam de Christo opinionẽ, quare dñs eum perstringit ob paruã fidem. Chrysosto. Regulus dicebatur, uel ꝙ de genere regio, uel quia aliquã principatus dignitatẽ obtinebat, aut quia sic uocatus. Non.n.tunc tpis rex in Galilæa erat nisi Herodes: nec propria, sed Cæsaris authoritate: quare hunc primatũ post Herodem in hac parte credibile est habuisse, nã & Capharnaum quę metropolis erat Galilææ, morabatur. Huius filius cum grauiter infirmaretur, audito Christi aduentu, ad ipsum pperabat. maior.n. erat morbi uis, ꝙ ut ad Iesum ægrotus deferri potuisset. Iam.n.agere animam cœpit, cum abiret regulus. Opportune Iesum adijt in re, quo ad humanũ prędidium, oĩmode desperata. Virtus.n.de illo exibat, & sanabat omnes. Luc. 6. Nam Ecci. 30. Non est census super cẽsum salutis corporis. Melior est pauper sanus & fortis uiribus, ꝙ diues imbecillis & flagellatus malitia. Hinc docemur, in necessitatibus ad dñm recurrere debere. Ipse.n.uitæ & mortis habet potestatẽ, deducit ad portas mortis & reducit. Sapie. 16. Vnde Ezechias lachrymis & precibus. 15. annos uitæ suæ obtinuit, quanꝗ esset morti per prophetam commissione dñi adiudicatus. 4. Reg 20. Esa. 38. Ideo admonet Ecclesiasticus. 38. Fili, in infirmitate tua nõ despicias teipsum, sed ora dñm, & ipse curabit te. auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto mũda cor tuũ. Non tamen spernẽda opera medici. etenim illũ domin⁹ creauit. Ecci. 38. Honora medicũ propter necessitatem. etenim illũ creauit altissimus. Altissimus de terra creauit medicinã, & uir prudens non abhorrebit illam. Sed sunt qui ad phitones et ariolos recurrunt, quibus contingit quod Ochoziæ, qui misit ad cõsulendum Deum Accaron Beelzebub, an de casu p cancellos cœnaculi sui con

ualesceret. Cui dominus per Heliam denunciauit, dicens: Nunqd non est Deus in Israel, ut eatis ad Deũ Accaron? Quãobrem hæc dicit dñs: De lectulo super quẽ ascendisti, non descẽdes, sed morte morieris. 4. Reg. 1. Leuit. 20. Aĩa quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata cum eis fuerit, ponam faciem meã contra eã, & interficiam eam de medio populi mei. Prima ergo nobis cura de salute animæ habenda, ex qua perpetua salus depẽdet corporis. Matt. 16. Quid enim prodest homini, si mundũ uniuersum lucretur, animę uero suæ detrimentũ patiatur? aut quã dabit homo cõmutationẽ pro aĩa sua? Ecci. 3. Salus animæ in sanctitate iustitię, & melior est omni auro & argẽto. Psalmo. 40. Ego dixi, dñe miserere mei, sana aĩam meã quia peccaui. Hiere. 17. Sana me dñe, & sanabor: saluum me fac, et saluus ero, qm̃ laus mea tu es. Augus. Laborat ne moriatur homo moriturus: & non laborat ut nõ peccet, in æternũ uicturus? Expedit. n. nõnunquã, infirmitatibus & aduersitatibus artari. Hebr. 12. Quem. n. diligit dñs, castigat: flagellat aũt oẽm filiũ quem recipit. Ideo patienter infirmitas toleranda. Nam aĩam sanat. Prouer. 20. Liuor uulneris absterget mala, & plagæ in secretioribus uentris. Esa. 28. Tantũmodo sola uexatio intellectũ dabit auditui. A peccatis pręseruat. Ecci. 31. Infirmitas grauis sobriam facit aĩam. 2. Corin. 12. Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, qui me colaphizet. Spiritũ roborat. 2. Cor. 12. Cũ infirmor, tunc fortior sum. Pręmium multiplicat. 2. Corin. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Roma. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorũ Dei. non solũ aũt, sed et gloriamur in tribulationibus, sciẽtes quod tribulatio patientiã operat̃, patientia aũt probationem, probatio uero spem, spes aũt non confundit. Ex his quæ audiuit, spem cõcepat. Rom. 10. Ergo fides ex auditu, auditus aũt per uerbum Christi. Psal. 77. Quãta mãdauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis. Vt ponãt in Deo spem suã, & non obliuiscãtur operum Dei, & mandata eis exquirãt. Contrã. 1. Corinth. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia mala.

Necessitates cur aliquãdo & necessariæ, non solum utiles.

Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende priusquã moriatur filius meus. 2

Cognoscens dñs fidei ipsius imbecillitatem, ad altiora eleuando, secreta cordis rimatur, ut salubriter confundatur, & ad cognitionem diuinitatis consurgat, cuius solius est, cordis secreta scire. 1. Reg. 16. Homo uidet ea quæ patẽt, Deus aũt intuetur cor. Corrigit ergo imperfectã reguli fidem, qui nondũ credidit filium sanari posse, nisi Iesus eò se cõtulisset, aut quasi medicũ accerseret. Consuetudinis erat Iudæorũ, non nisi signis testantibus credere. Vnde Moses ait Exo. 4. Nõ credent mihi neque audiẽt uocem meã, sed dicent, non apparuit tibi dñs. Deditque ei dñs signũ uirgæ in serpentem conuersæ, & manus leprosę ẽ sinu, & iterũ in pristinũ statũ reuersę. Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonẽ signi prioris, credent uerbo signi sequentis. Sic Gedeon Iudic. 6. Da mihi signũ quod tu scis qui loqueris ad me. Hinc dño dixerunt Ioan. 2. Quod signũ ostendis nobis quia hęc facis? Et Ioã. 6. Quod ergo tu facis signũ, ut uideamus & credamus tibi? 1. Corin. 1. Qm̃ & Iudęi signa petunt, & Gręci sapientiam quęrunt. Hoc signũ est infidelitatis. 1. Corin. 14. Itaque linguę in signũ sunt non fidelibus, sed infidelibus. Greg. Mirũ quod is qui ad filij salutem petendã uenerat, audiuit, Nisi signa &c. nisi. n. crederet saluare posse, non peteret. Sed mementote quid petijt, & aperte

aperte cognoſcetis quia in fide dubi
Reguli fides quàm infirma. tauit. Claret fidei ipſius infirmitas, quo ad Chriſti pręſentiam. Grego. Corporalem dñi pſentiam petebat, qui p diuinitatē nuſquam deerat: minus ergo in illū credidit, quem non puta uit ſalutē poſſe dare, niſi pręſens eēt & corpore. Hiere.23. Cœlū & terrā ego impleo. Pſal.138. Quo ibo à ſpiri tu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si aſcēdero in cœlū, tu illic es: ſi deſcen dero in infernum, ades. Si ſumpſero pēnas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc ma nus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Secundo, quo ad eius ſa piētiam, quia neſcire credebat pericu lum inſtans filio. Heb.4. Omnia nu da & aperta ſunt oculis eius. Quot & hodie ſunt, qui Dei prouidentiam ad hęc inferiora ſe extendere non cre dunt, totis affectibus inferioribus in hiantes? Iob.22. Nubes latibulū eius nec noſtra conſiderat, & circa cardi nes cœli perābulat. Eccl'es.8. Etenim quia nō profertur cito cōtra malos ſnīa, abſque timore ullo filij hominū perpetrant mala. Eccl.15. Nō dixeris per Deū abeſt, quę.n. odit ne feceris. Tertio, quo ad potentiam. Vt.n. erat totus itenrus periculo filij morietis, nihil ad ſermonem domini tēdit, quod exiſtimaret hmōi ſermonibus ipſe exi mi, cum morbus poſceret pręſens re medium. Vrget igitur ut properet ue nire Capharnaū priuſquam moreretur filius, quaſi fruſtra uenturus, ſi poſt exhalatam ſemel aīam ueniſſet. Apo ca.1. Ecce fui mortuus, & ecce ſum ui uens in ſecula ſeculorum, & habeo cla ues mortis & inferni. Deute.32. Vide te quod ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus abſque me. Ego occidam, & ego uiuere faciam: percutiam, & ego ſa nabo, & nō ſit q de manu mea poſſit eruere. 1.Reg.2. Dñs mortificat & ui uificat, deducit ad iferos & reducit. Hic ergo prę omnibus ſuſpiciendus. Matt.10. Timete eū qui pōt & aīam & corpus perdere in gehennam.

Dicit ei Ieſus: Vade, filius tuus uiuit. Cre didit homo ſermoni quem dixit ei Ieſus, & ibat. Iam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei, et nunciauerunt, dicentes, quia filius eius uiueret. In terrogabat ergo horam ab eis in qua melius ha buerit. & dicunt ei: Heri hora ſeptima reliquit eū febris. Cognouit ergo pater, quod illa hora erat in qua dixit ei Ieſus, filius tuus uiuit. et credidit ipſe, & domus eius tota, 3

Ieſus itaque nō obiurgata fidei tegu li, re ipſa oſtendit ſe plus poſſe, quàm il le ſe poſſe conſideret, rogatus ut ue niret, quia nō deſit ubi inuitatur in dicat. ſolo iuſſu ſuo ſalutē reddidit, qui uoluntate cuncta creauit. Heb.1. Per quem fecit & ſecula. Nihil, ingt, opus eſt ut hac gratia me cōferā Ca pharnaū: abi, iam filius tuus, quem morientem reliquiſti, uiuit ac ualet. Hoc dicto nonnihil confirmata eſt fi des reguli. nam facto ſe credere oſtē dens, domū pperat. Gala.5. In Chri ſto Ieſu neque circuncíſio aliqd ualet, neque præputiū, ſed fides quę per cha ritatem operař. Ecce quantū profecit ad correptionem dñi. Pſal.140. Cor ripiet me iuſtus in miſericordia & in crepabit me, oleū aūt peccatoris nō impinguet caput meum. Cauſa, quia foris increpans, intus illuminabat: alioq inutilis eſſet, ut claret in Cain, qui a Deo correptus, deſperauit, Ge ne.4. Prouer.29. Viro qui corripientē dura ceruice contemnit, repentinus ſuperueniet interitus, & cum ſanitas non ſequetur. Domū proficiſcēti oc currunt ſerui, repentina morbi cura tione ſtupefacti, rem lętā nunciaturi, quod filius morti proximus ſubito reua luiſſet, nec opus eſſe Chriſti præſen tia, quem uenturū credebant, ſuſpi cantes caſu quopiā cōualuiſſe, igna ri quod actū fuerat inter Ieſum & re gulum. Audito hoc nuncio regulus, quo & ſuos ad fidem adduceret, ho ram inquirit: & cognouit cum Chri

Fidei gradus. sti dicto sanitatem restitutã. Nec fructu suo caruit hoc miraculũ, quanquam in hoĩem ethnicum collatũ. Credidit enim ipse, & domus eius tota, exemplo ipsius persuasa, ipsum esse Messiam. Beda: Sunt in fide quemadmodum in aliis uirtutibus gradus. Est enim initiũ, est incrementũ, est & pfectio. Vnde fides reguli initiũ habuit, cum salutem filio petijt, incrementũ, qñ dictis credens ibat: perfectionem obtinuit, ubi domus eius tota cũ ipso credidit. Hinc Luc. 17. discipuli dixerunt: Dñe, adauge nobis fidem. Et dñs patri lunatici Marc. 9. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. At ille: Credo dñe, adiuua incredulitatem meã. Sunt. n. imbecilles in fide, quibus lacte opus est, non solido cibo. 1. Corin. 3. donec crescant in salutem. 1. Pet. 2. Nã fide stamus. 2. Corin. 1. Sed q stat, uideat ne cadat. 1. Corin. 10. Hinc Apl's orauit Ephe. 3. flexis poplitibus, ut Deus daret fidelibus scd̃m diuitias gloriæ suæ uirtutem corroborari per spiritum eius in interiori hoĩe, Christũ habitare per fidem in cordibus eorũ. Sed obseruãdum quod dñs ad filiũ reguli ire noluit rogatus, quo fidem ipsius confirmaret, se absentẽ curare posse: ad seruum uero centurionis ire uoluit nõ postulatus: quia hic absentem curare credidit infirmũ posse solo dicto; & ne diuitias honorare uideretur, & personarũ acceptor esse. Chrysost. Reprehendit dñs regulũ, ostẽdens signa maxime animæ gratia fieri, neque minus hoc loco patrẽ animi morbo laborantem, quam filium curat, suadetque non signa nobis desideranda, sed doctrinam attendendam.

De probatica piscina Ioan. 5.

ARTICVLVS IX.

Ioan. 5. *Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum uenisset à Iudea in Galilæam. Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymã. Est autem Hierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraice* * *Betsaida, quinque porticus habens, In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorũ, expectantium aquæ motum. Angelus autem domini descendebat secundum tempus in piscinam, & mouebatur aqua, & qui prior descendisset in piscinã post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.* *Bethesda*

Ostẽdit post acceptam, magna cũ Deo solicitudine ambulandum, utrique usque hoĩs salutem ne ad pristina relabendo uitia, ob ĩgratitudinem in maiora quam antea incidamus mala. Dñs ne uidereẽ legi cõtrarius, cõparet cũ reliquis diem festũ agens, partim ut plures per signa & doctrinas allicceret, maxime turbã simplicem tũc cõfluentẽ, partim ut humilitatis & obedientiæ præberet exemplũ docens festa ueneranda. Matt. 5. Non ueni soluere legem, sed adimplere. Erat lacus quidã siue piscina, quæ Græcis dicit̃ probatica, nimirũ à pecudibus, quod illic sacerdotes hostias immolandas abluere soleant, & ab eodẽ argumento Hebræis dicitur Bethsaida, quasi dicat domũ pecualem. Mouebat angelus aquam, sed tpibus incertis, & sanabit̃ tantũ unus. Chrysost. Aqua sordes corpis abluit, hinc uaria morborũ genera per aquam sanant̃. Siquidem cum uellet Deus appropinquãtis baptismatis fidẽ nos erudire, non solũ peccata, sed & morbos p aquã depulit. Propiores. n. ueritati imagines, & in baptismate & in passione & in aliis, certiores fuere quam uetustiores. Descendens uero angelus magni consilij mouet aquã, cum uerbũ accedit ad elementũ, & fit sacramentum. Quemadmodum enim huius aquæ natura non per se sanabat, siquidem semper sanasset, sed duntaxat dum ab angelo mouebat̃, & hoc nisi unũ, ita & in nobis nõ simplex aqua operatur, sed cum spiritus gratiam accipit, omnia abluit peccata, sed in unitate ecclesiæ & fide unius Dei. *Aquæ motio mystice qui intelligenda*

Benedictiões salis & aquæ, herbarũ & cæterorũ, unde. Sic & in sale & aqua, herbis & ceteris, quibus dæmonum fugatur potestas, uirtus diuini nominis operaĩ, qua pręsente, efficacia sunt. Nume. 6. Inuocabunt nomen meũ (sacerdotes scilicet) super filios Israel, & ego benedicam eis. Quo miraculũ esset euidentius & insignius, unum elegit ex oĩbus maxime deplorandum, ut qui morbo periculoso, penéq; ĩmedicabili, deinde uetustissimo teneretur, postremo qui maxime desideraret alienum subsidiũ, & adeo tenuis erat & ægrotus, ut neminem parare posset, à quo tempestiue deferretur in aquã. Hunc uidens oculo cõpassionis, an sanus uelit fieri interrogat, fidẽ & cõstantiam circũstantibus uolẽs ostendere, & uim morbi oĩbus conspicuã facere, simulq; subindicare, neminem ab aĩ uitijs sanari posse, nisi morbum suũ oderit, & salutis desiderio teneatur. Cyrillus: Magnũ misericordiæ sacr̃m, nõ expectare Christũ semper laborantium preces, sed sua misericordia præuenire. Præcurrit. n. ad iacentem, & misericordia flectitur anteq; ei supplicetur. Interrogat, ut cupiditate ualetudinis ad petendũ incẽderet, quod ipse facile pręstare posset, atq; paratiores ad suscipiendam gratiã interrogãdo redderet. Vide patientiam infirmi humiliter r̃ndentis. Nil blasphemum r̃ndet, non arguit Christum, quasi stulte interrogantem, & se irridentem, nec maledixit diei, ut nos sæpe solem⁹ pusillanimitate, sed mansuete et placide r̃ndit, tametsi ne sciret quis esset qui interrogaret.

Erat autem ibi homo triginta & octo annos habẽs in infirmitate sua. Hunc cum uidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Dum uenio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula, & statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suum, & ambulabat.

Volens dñs ostendere, & eos qui motu piscinæ sanabanĩ, sua uirtute sanari, sibiq; in prõptu esse, solo nutu omnes et corpor̨ et animor̨ morbos posse tollere, cum dicto sanauit hoĩem, ut lectulũ in humeros sustolleret, ac diuturni morbi monumentum cunctis uidentibus in domum referret. Chrysost. Intuere diuinę clementiæ superabundantiã. Non. n. solum sanat, sed & lectum portare iubet, ut credibile miraculũ fieret, nec quisq; phantasticũ crederet quod factum erat. Nisi. n. membra essent firmissime solidata, lectum ferre nõ potuisset. Vtinam & nos qui dissoluti sumus, & ad omne opus bonũ ĩmobiles, sanitatem assequamur, neq; habeamus rationem humanam, utpote comparati iumentis insipiẽtibus, & similes facti illis. Psal. 48. ut portet nos in piscinam lachrymar̨ pniæ, in qua sanatur primus, quia post mortem infructuosa pnía. Ecci 17. Ante mortẽ cõfitere, à mortuo quasi nihil perit confessio. Claret hoc Sapien. 5. de impijs bonor̨ irrisoribus. Dicentes intra se, & præ angustia spũs gementes. Hi sunt quos aliqñ habuimus in derisum & in similitudinem improperij. nos insensati uitam illor̨ æstimabamus insaniã, et finem illor̨ sine honore. Ecce qũo cõputati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illor̨ est? Ergo errauimus à uia ueritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Sequitur: Talia dixerũt in inferno hi qui peccauerũt, qm̃ spes impij tanq; lanugo est quæ à uento tollitur. Ideo Ecci. 17. Confiteberis uiuens, uiuus & sanus confiteberis, et laudabis Deũ, & gloriaberis in miserationib⁹ eius. Quinq; porticus, sunt *Porticus quinque quid.* qnq; uulnera redemptoris, ex cuius passionis merito omnes morbi sanãtur animar̨. Apoc. 1. Dilexit nos, &

lauit nos à peccatis nostris i sanguine suo. Multitudo languentiū in his iacet. Roma.3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei. Sed non est in aliquo alio salus. Nec.n.datū est aliud nomē sub cœlo hoïbus, in quo oporteat nos saluos fieri. Act.4. Vnde & ipse est angelus, qui turbat aquā uerbo suo, & futurorꝝ memoria suppliciorꝝ. Esa.38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Quēadmodum hic diuersæ nominātur species infirmitatū, sic sunt

Languidi qui. & peccatorꝝ. Languidi sunt, qui per inertiam & desidiā peccant. Hebr.12. Remissas manus & dissoluta genua erigite. Hiere.31. Vsquequo delitijs

Cæci. dissolueris filia uaga? Cæci, qui per ignorantiam. Psal.37. Dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorꝝ meorꝝ non est mecum. Hinc orat Psal.12. Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte, neqñ dicat inimicus meus, præualui aduersus eum.

Claudi. Claudi, qui bene operādi non hñt firmū gressum. Psal.17. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni iueterati sūt, & claudicauerūt à semitis suis. 3.Regū.18. Vsquequo claudicatis, ait Helias filijs Israel, in duas partes? Si dominus est Deus, sequimini eum. Hebrę.12. Gressus rectos facite pedibus uestris, ut non claudicans qs erret.

Aridi. magis aūt sanetur. Aridi, qui quicqd agunt, sine charitatis agunt pinguedine. Psal.142. Expandi manus meas ad te, anima mea sine terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me, qa defecit spūs meus. Hinc Psal.62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultatiōis laudabit os me-

Infirmatus annos 38. quos signet. um. Iste qui.38. annos habuit in infirmitate, signat longa cōsuetudine inueteratos, sed nō est tam capitalis & inueteratus morbus, quem Iesus uerbo suo non curet, si obaudiatur. Surge, inquit Ephe.5. Apl's, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Tolle lectum tuum. Roma.6. Sicut exhibuistis membra uestra seruire imunditiæ & iniqtati ad iniquitatē, ita exhibete nūc membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Et ambula. Psal.33. diuerte à malo, & fac bonum. Psal.83. Beatus uir cuius est auxilium abs te, ascēsiones in corde suo disposuit i ualle lachrymarꝝ, in loco quē posuit. Etenim benedictionem dabit legislator. ibunt de uirtute in uirtutem, uidebit Deus deorum in Sion.

Erat autem sabbatum in die illo. Dicebant
ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est,
non licet tibi tollere grabatū tuum. Respondit eis:
Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, tolle graba
tum tuum et ambula. Interrogauerunt ergo eum:
Quis est ille homo qui dixit tibi, tolle grabatum 3
tuum, & ambula? Is autem qui sanus fuerat effe
ctus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à
turba constituta in loco. Postea inuenit eum Ie
sus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es,
iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contin-
gat. Abijt ille homo, et nunciauit Iudæis, quia Ie
sus esset qui fecit eum sanum.

Pharisæi inde calūniæ ansam sumpsere, qui quæ legis erant carnalia & ad tpš data, superstitiose tuebantur, neglectis ijs quæ erant præcipua ac perpetuo duratura. Sabbatorꝝ ociū uiolasse, nefariū erat apud illos: pximum fraudasse sabbato, nullius erat momenti. unde malitia excæcati, nō interrogabant, quis est qui te sanum fecit, sed, qui dixit tibi, tolle grabatū tuum et ambula. Erat.n. omne opus seruile inhibitum sabbato. Exod.20. Vnde Neem.13. Prohibuit emptiones & negotiationes cum gentilibus, & ut nullus inferret in die sabbati onꝰ. Ille non dissimulans beneficium acceptum, & Iesu authoritate criminis inuidiā à se depellens, significans eū eum qui rem tantam uerbo præstare potuerit, homine simul & sabbato maiorem uideri, rñdit calumniantibus Iudæis: Is qui me simplici uerbo

sanum

sanum fecit, iussit: cui obediui, ut iustum est. Declinauerat à turba, ut absente ipso, testimonium sanitatis suspicione magis careret, ne uideretur gratificari ei, sed ueritatem testari, & ne Iudæorum inuidiam magis in se accenderet. ac tertio, ut exemplum uitandæ gloriæ monstraret. Galat. 5. Non efficiamini inanis gloriæ cupidi. Chrysostomus: Non secessit ad nundinas, neq; uoluptati aut negligentiæ se dedit, sed in templo cōuersabatur, quod religionis est signum, ut deo gratias referret. August. Qui orandus est ut faciat, illi reddenda gratiarum actio cum fecerit. Iam ergo cognito compertoq; miraculo, Iesus authorem quoq; cognitum esse uolens, ait illi: Ecce sanitatem es consecutus, expulso morbo corporis, qui tibi natus erat ex animi morbo. utrunq; sustuli malum. tu caue in futurum. Ecce quàm solicite ostendit beneficium ne obliuiscatur. Psal. 102. Benedic anima mea domino, et noli obliuisci omnes retributiones eius: qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Secundo interdicit recidiuum. Iam noli, inquit, peccare. 2. Petr. 2. Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Hiere. 2. Quàm uilis facta es, iterans uias tuas? Tertio prædicit supplicium. Ne deterius, inquit, tibi contingat. Sic seruus nequam & in conseruum crudelis, in carcerem conijcitur donec omne debitum, etiā dimissum, redderet, Matth. 18. Admonemur ergo hic, ex peccatis nonnunquam morbos generari: deinde, maximum apud gehēnam supplicium, cum illic deterius quàm hic contingat: atque postremo, si grauem priorum scelerum pœnam dedimus, multo grauiorem daturos, si reciderimus. Qui enim emendatus non est, ad maiora tormenta ducetur, tanquā insensatus, & contemptor. Videmus autē multos improborum corpore bene ualentes, & in delicijs, & uoluptate uiuentes: uerum quo'd nihil hic patiuntur, uiaticum eis erit ad supplicium grauius quod alibi ferent. 1. Corinth. 11. Dum iudicamur autem, à domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Nam quæ hic fiūt, admonitiones sunt: quæ autem alibi supplicium. Num ergo omnes morbi ex peccatis? Non, sed quidam ob probationem, ut Iob. 1. Tob. 12. quidam ad dei gloriam, Ioan. 9. quidam ex naturali defectu, quidam ex peccatis, ut Herodes ob superbiam percussus, uermibus cōsumptus occubuit, Acto. 12. Comperto quis esset, uide quanta gratitudine Iudæis prædicet Christum, existimans illud multorum interesse, ut omnib' notus esset, qui uerbo posset sic mederi morbo deplorato. Non ait, Iesus est qui dixit mihi, tolle grabatum tuum & ambula: quod illi audire uolebant, ut uiolati sabbati crimē in eum impingerent, quod et aliàs non semel fecerunt: sed is qui me sanum fecit, quod audire non ferebant. August. Ille annunciabat, & isti insaniebant. Vtinam deus faxit, ut post sanitatem acceptam, in templo inueniamur, ultra nos prophanis cogitationibus, non inquinantes, ut ne in grauiorem incidamus pœnam futuram.

Documēta ex sanatione īfirmati ānos 38.

Morbi unde.

Q *Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. Iesus autem respondit eis: Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed et patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Respondit itaq; Iesus, & dixit eis: Amen amē dico uobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. Quæcunq; n. ille fecerit, hæc & filius similiter facit.*

Ostendit opera sua non ratione, cũ diuina fini, sed inuidia stimulante ca lumniari: & extremum manere supplicium eos qui non credunt, credentes uero, uitam consequi æternam. Excęcati inuidia Iudęi, & undiq; calumniandi captantes occasionem, indignabãtur Iesu q hominem miserãdum sanasset sabbato, cum ipsi qui sibi uidebantur legis tenacissimi, nõ uererentur asino in puteũ delapso, succurrere die sabbati, quemadmodum ipsis improperat saluator. Mat. 12. Salutem inuident miseri Iudæi infirmo, feris sæuiores, dæmonibus pares: idcirco omnis uenia inuido desperãda est. Nam scortator uoluptatis stimulos in excusationem adfert, fur paupertatem, homicida furorẽ, friuolas quidem nec admittẽdas qualescunq; excusationes, tu uero quã adfers? Nullã profecto nisi animi prauitatem atq; malitiam. Nã si inimicos amare iubemur, quã pœnã ex amici odio daturos nos arbitramur? Audi Paulum. 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meũ, ita ut ardeam, charitatem aũt nõ habuero, nihil mihi prodest. Hic affectus inuidiæ, & fornicatiõe & adulterio grauior: alterũ enim in ipso authore consumitur, inuidię autem uis uniuersos populos perdidit, uniuersum orbem coinquinauit. Ipsa cędis mater, ipsius suasu Cain fratrẽ suũ interemit, Gen. 4. Ipsi Esau in Iacob, Gene. 27. fratrũ in Ioseph, Gen. 37. diaboli in humani generis odium, insidiæ tribuẽdæ sunt Sap. 2, Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Imitantur autem illum omnes qui sunt ex parte illius. Non solum autem calumniabantur Iesum, uerum etiam persequebantur non ob aliud, nisi q rem sanctam ac piam fecisset in sabbato. Ostẽdit itaq; dñs se legis non esse transgressorẽ uel sabbati, sed patri æterno conformem in operãdo, quasi dicat: Sicut deus pater operatur in sabbato & reprehensione caret, ita neq; ego crimini obnoxius sum. Omnino enim prouidentia sua & in sabbato operatur. Hieronymus: Non sex diebus tantum, sed usque modo operatur: quia sex diebus condidit noua, & requieuit die septima à nouarum rerum productione: postea uero operatur usq; in finẽ gubernando, conseruando, renouando, propagando, ut permaneant condita Sap. 11. Quomodo autem posset aliquid permanere nisi tu uoluisses? aut quod à te uocatum non esset, conseruaretur? Sap. 12. Tu dominator uirtutis cum tranquillitate iudicas, & cũ magna reuerentia disponis nos: subest enim tibi, cum uolueris, posse. Ecce modus operandi. Velle scilicet. Psalmo. 148. Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mãdauit, & creata sunt. Sic & Christus solo uerbo sanitatem cõtulit. Sap. 8. Attingit ergo à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Non ergo ob sabbati religionem impediebatur, quo minus ageret mandatum patris ad humani generis salutem. Persequebantur plus illum propterea, q iam non solum uiolares sabbatum, sed & deum ueluti sibi proprium patrem usurpabas, semet illi ęquans in operibus & authoritate faciendi quæ uelles. Quia autem eandem cum patre habet substãtiam, eandem habet & uirtutem: & propter hoc eadem operatur, & non potest aliud aliquid facere præter id quod pater facit. Hinc Ioan. 14. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Gloss. ord. Subdit se esse filium æqualem patri, eiusdem uoluntatis, potentiæ, operationis, quia eiusdem substantiæ.

Inuidiæ malũ qđ.

Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat 2
ei quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei
opera, ut & uos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Neq; enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filiũ

ficut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Amen amen dico uobis, quia qui uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternã: & in iudicium non uenit, sed transiet à morte in uitam.

Quoniam filius propter nos redimendos & instruendos homo factus est, & inter homines socialiter uixit, idcirco altitudinem sapientiæ suę proportionauit capacitati intelligẽtię nostræ, loquẽdo nobis de rebus incomprehensibilibus more humano, quatenus sic ea aliquatenus caperemus. Vnde de æternis loquens, per uerba temporalia secundum omnes differẽtias temporum loquitur, quia ipsa æternitas comprehendit, & continet omne tempus. Inter homines sępe degenerant à parentibus filij, nec eadem est semper patris et filij uoluntas, nec eadem facultas. secus hic res habet. Pater enim unice diligit filium, Mat. 17. Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui. sui'q; simillimum genuit, paremq; potestatem operandi transfudit in illum, omniaq; demonstrat filio facienda, quæ ipse facit. Qđ si mirandum uidetur atque humanis uiribus maius, dicto restituere sanitatem paralytico: pater, ad cuius præscriptum filius facit omnia quę facit, declarabit ꝙ filio suo his etiam maiora demonstrabit opera, quo magis etiam miremini. Nam longe potẽtius est, excitare mortuos ad uitam, quã ægroto restituere sanitatem. Et hanc quoq; potestatem pater tradidit filio. Apocalyp. 1. Habeo claues mortis & inferni. Summa præcipuaq; dei authoritas est, iudicare mundum. rex enim est & dominus uniuersorum. Esa. 33. Dominus enim iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster. Et tamen hãc quoq; potestatẽ ĩpartiuit filio, cui tradidit omne ius iudicandi quicquid in cœlo est, quicquid in terra, quicquid subter terram Philip. 2. Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum. Acto. 17. Deus statuit diẽ in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in uiro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. Authoritatiue tota trinitas, sed executiue sententiam proferet fili⁹ in humanitate omnibus uisibilis. Apoc. 1. Videbit eum omnis oculus, & qui eũ pupugerunt 2. Co. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum. Quia ergo benefaciendo non placuit eos, nec attraxit ut se honorarent sicut dignum erat, incutit terrorẽ iudicij quo saltem timore inducãtur. Pater innotescit per filium per quem operatur, filius uicissim patris maiestatem declarat, unde habet qcquid operatur, ut utroq; per alterũ cognito, omnes honorificent filium, quemadmodum honorificant patrem. Quisquis honorat patrem in filio operantem, idem honorat filium ex patre operantem: quisquis autem non honorat filium patri charissimum, ac simillimum, idem nec patrem honorat, qui in hoc misit filium, ut per filium honorificetur. Sermonem mirabiliter nectit: interdum quidem sublimia testimonia de se, ut dignum erat, fert: interdum autem humilia, propter insaniam inimicorum Iudæorum. Hinc mentes audientium exhilarat, cum audiẽtes sermones eius deo sint credituri. Nõ enim dixit, qui credit mihi, sed ei qui misit me. igitur q audit aure cordis, Matth. 13. Qui habet aures audiendi, audiat. & credit illi, in iudicium condemnationis (hoc est, supplicium) nõ uenit, sed uiuit uitam æternam, sed trãsiet à morte infidelitatis ad uitam fidei & iustitiæ. Rom. 6. Gratia dei ui

ta æterna, & à morte naturæ ad uitã gloriæ. Col.3. Cum Christus apparuerit uita uestra, tunc et uos cum ipso apparebitis in gloria.

Amen amen dico uobis, quia uenit hora et nũc est, quando mortui audient uocem filij dei: & qui audierint, uiuent Sicut enim pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso: & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem filij dei: & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui uero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

Ostendit gratiæ necessitatem simul & utilitatem, si à morte culpæ ad cœlestia capessenda resurgere debemus. 1.Cor.15. Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Plus autem est, animã peccato mortuam reuocare ad uitam, quàm corpus exanimum uitæ restituere. Sed utriusq; rei potestatem pater dedit filio. Sapię.16. Homo per malitiam occidit animam suam. Ezech.18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Vnde Apoca.3. Nomen habes, quod uiuas, & mortuus es, hanc sequitur mors gehennæ. Psalm.84. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Hęc dicitur mors secunda, Apoca.20. Reuiuiscunt animę mortuę, si uocem audierint filij dei, interiori auditu & perseueranter, quia sola perseuerantia coronabitur. Mat.24. Qui perseuerauerit usq; in finem, saluus erit. Nõ enim omnes obediunt euangelio, Rom.10. Hic admonet Apostolus Heb.3. Quapropter dicit spiritus sanctus. Psa.94 Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Ideo notanter dicit, qui audierint. Augustinus, obaudierint, quia sunt qui audientes nõ audiũt, Mat.13. Qui ergo nunc domini uocem uocantis obaudire nolunt, Matt.11. Venite ad me omnes q laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. audiẽt in fine tunc, uelint nolint, & obedient, uocem depellentis. Mat.25. Ite maledicti in ignẽ ęternũ. Quare adhortatur Paulus. 2.Co. 6. Exhortamur ne in uacuum gratiã dei recipiatis. ait enim: tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nũc dies salutis. Olim reuiuiscẽt & omnium corpora defuncta ad uocem filij dei: nunc paucis ad uitam reuocandis specimine edito futuræ resurrectiõis, id quod maius est agitur, ut ad eiusdem uocem reuiuiscant animæ. Sicut pater uita est, & omnis uitæ fontale principium. Psal.35. Domine, apud te est fons uitæ: sic gignendo filiũ eiusdẽ substantiæ, tandem ei cõmunicat uitam, quare & alijs uitam præstare potest. Ioã.14. Ego sum uia, ueritas, & uita. Nã omnia per ipsum facta sunt, Ioã.1. Hebrę.1. Per quem fecit & secula. Act.17. Nec indigens aliquo, cum ipse det omnibus uitam & inspirationem. Gene.2. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est homo in animam uiuentem. Hunc ergo qui deserit, uitam non habet. Dedit & ei potestatem iudicium facere, ut in humanitate ab omnibus uideatur. Mat.24 Videbunt filium hominis uenientem in nubibus cœli, cum uirtute multa et maiestate. Diuinitas enim nisi à beatis non potest uideri. Exo.33. Non uidebit me homo, & uiuet. Ioan.1. Deũ nemo uidit unquàm. Nam hanc uidere uita beata est. Ioan.17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. 1. Ioannes. 3. Videbimus eum sicuti est. Psalmo. 71. Deus iudicium tuum regi da, et iustitiam tuam filio regis. Acto. 10. Præcepit nobis prędicari et testificari, quia hic est qui cõstitutus est à deo iudex uiuorũ

& mor-

& mortuorum. Sępe sermones in medium affert de iudicio, ut auditores excitet, Cui enim persuasum est ꝙ resuscitandus sit, & recepturus delictorum pœnas, omnino currit ad ipsum placatq; ut suum futurum iudicem. Vnde dominus Mat. 5. Esto cõsentiẽs aduersario tuo cito dum es cum eo ĩ uia, ne tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro & in carcerẽ mittaris. Amẽ dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimũ quadrantem. Ioan. 12. Qui spernit me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet eum, sermo quem locutus sum, iudicabit eum in nouissimo die. Obediendum ergo euangelio, alioqui ostendit nos transgressores redargutos à lege. Iaco. 2. Perspicuum autem est, remissa culpa non semper omnem pœnam remitti, quam operæpreciu m hic solui. Alioq; à domino puniemur. 1. Corinth. 11. Si nosmetipsos dĳudicauerimus, non utiq; iudicabimur: dum iudicamur autẽ, à domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. 2. Regum. 12. Dauid pœnitẽti dictum fuit: Dominus transtulit peccatum tuum à te. Veruntamen quia fecisti inimicos blasphemare nomen domini propter uerbum hoc, filius qui natus est tibi, morietur. Audierat peccatum translatum, sed pœnam nõ prorsus condonatam, id quod rei exitus probauit. Nam suscitauit illi domin9 malum de domo sua, ut à proprio filio regno pelleretur. 2. Regũ. 15. & 16. Hinc lachrymis stratum suum rigabat. Psalmo. 6. Sic Exod. 32. ob Mosi preces idololatriæ peccatum dimisit populo, nihilominus temporali pœna puniens. Ego, ait, in die ultionis uisitabo hoc peccatum eorum. Percussitq; dominus populum pro reatu uituli quem fecerat Aaron. Et Nume. 14 Dimisi, inquit, iuxta uerbum tuum: attamen omnes homines q uiderunt maiestatem meam & signa quæ feci, non uidebunt terram super qua iuraui. In solitudine iacebunt corpora uestra, quadraginta annis recipietis iniquitates uestras. Qui ergo hic nõ dĳudicant seipsos, nec à domino corripiũtur, & hinc exeuntes dolent, quis misericordiæ sinum ipsis occludere audear, & non cum sancta matre ecclesia sentire, ipsos non æterna, sed temporali pœna plectendos: Nam misericordiam & ueritatem diligit deus. Psal. 83. Sicut iuste pœnam exigit, ita misericorditer in uere pœnitentibus æternam in temporalem commutat. Sed quoniam post hanc uitam meriti locus nõ est, sed uel pręmĳ uel supplicĳ recipiendi pro factis. Ioan. 9. Venit nox quando nemo potest operari Ecclesiastes. 9. Quodcunq; potest facere manus tua, instanter operare: qa nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu ꝑperas: hinc pie semper in ecclesia defunctis, cum unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. 1. Cor. 12. Per uiuorũ suffragia subuentum est. Sic Iudas ille Machabæus. 12000. drachmas argenti misit Hierosolymam, offerri eas ibi ꝓ peccatis mortuorum, iuste & religiose de resurrectione cogitans. 2. Mach. 12. Hinc Chrysostomus homil. 69. in Matthæum: Non temere ab apostolis hæc sancita fuerunt, ut in tremendis mysterĳs defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim inde illis multum contingere lucrum, utilitatem multam. Idem Damascenus affirmat, modum hunc orandi pro defunctis, ab apostolis manasse. Obserua hic, fidem hãc & ante Christi tempora fuisse, nec per Christum neq; per apostolos reprobatã: quod haud dubio fecissent, si erroneum, & seductorium fuisset. Tempore siquidem apostolorum quidam baptizabantur pro mortuis. 1. Cor. 15. quanquam in hoc erratẽt quòd mortui il-

Suffragia uiuorum mortuis ꝓdesse.

Pro mortuis oratũ et ante ad uẽtũ Christi fuisse.

li non tenebātur ad baptismi obligationem: quare & abolitum, aliud nō, sed in hanc usq; horam à pijs & sanctis, nec non in sacris literis eruditissimis, q̄ diligētissime obseruatū. Hinc Augustinus serm.44.ad fra.erem. De functis cum omni diligentia misereri & subuenire studeamus, attendentes quid Iudas Machabęus fecerit. Dixit enim, q̄ sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur. 2. Macha.12. Licet autem non sit in canone Iudæorum, est tamen in canone Christianoꝝ, quem admodum euangelia & cętera, ut idē dicit.17.de Ciuit.dei.c.38. Certumq́; & perspicuum est tunc eā fidem fuisse. Huius ergo iudicis sententia ineuitabili, qui paruerint ipsius doctrinæ, transferentur in uitam æternam: contra, qui parere noluerunt, addicentur æternis supplicijs. Tātam potestatem traditam homini nolite mirari, cum idem sit filius dei. Hoc traditum est illi, quod semper cum patre habuit cō mune. Siquidem uenit hora. Matth. 24. De die illa & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi pater solus, quando omnes qui mortui sunt, & sepulti, audient omnipotentem uocem filij dei, atq; illico reuiuiscēt corpora: & qui mortui fuerunt, et humo conditi, prodibunt. 1. Thessa.4. Quoniam ipse dominus in iussu & in uoce archangeli, & in tuba dei descēdet de cœlo. 1. Cor.15. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Qui bona fecerunt, non enim sola fides absque operibus iustificat, sed oportet etiam opera adesse, tunc enim proprie fides est. Romanor.2. Non enim auditores legis iusti sunt apud deum sed factores legis iustificabuntur. Iacob.2. Fides sine operibus mortua est in semetipsa. Hinc dominus misericordiæ opera in proximos collata, cœlesti præmio remuneranda testatur Matth.25. Lucæ.14. & Luc.16

Contra, qui in iniquitatibus perseuerant, resurgent in iudicium condemnationis. Nō enim est illis resurrectio ad uitam, 2. Macha. 7. Ideo non dicuntur proprie resurgere. Psalmo.1. Ideo non resurgent impij in iudicio, neq; peccatores in consilio iustorum. Danie.12. Multi de ijs qui dormierūt in terræ puluere, euigilabunt: alij in uitam æternam, alij in opprobrium ut uideant semper. Nō solum autem differens erit resurrectionis status bonorum & malorum, sed & conditio bonorum. 1. Corin.15. Stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Philip.3. Saluatorem expectamus dominum Iesum Christū, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Vide ergo geminam doctrinam fieri per metum & lætitiam. Nā cum dicit, impia facientes condemnari, deterret: cum autem resurgere ad uitam, lætificat, & per lætitiam exhortatur. Hinc est, quòd non tam constanter quàm, gaudenter sancti pro domino moriuntur. Hebręo. 11. Non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem. Non ergo de carnis depositione per mortem nimium dolendum, sed diuinum iudicium præcauendum. Ecci. 18. Ante iudicium para iustitiam tibi. Nam horrendum est incidere in manus dei uiuentis. Hebręo.10. Ecci.2. Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus domini, & non in manus hominum. Ideo Psal.15. Prouidebam dominum in cōspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear.

Non possum ego à meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est, quia non quæro uoluntatem meam, sed uoluntatē eius qui misit me. Si ergo testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est uerum. Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia uerum est testimonium eius quod perhibet de me.

Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit ueritati. Ego autem non ab homine accipio testimonium, sed hæc dico, ut uos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens, uos autem uoluistis ad horam exultare in luce eius.

Ostendit quod radix malitiæ uanæ gloriæ cupido, non sinit hominem salubribus submittere se institutis, quanquam certissimis testimonijs roboratis. Eadem potestas patris et filij ostēditur, & in nullo sibi deesse aliquid à patre, siue in sermonibus, siue in operibus, siue in iudicijs. Nec ergo est quod quisquam calumniaretur filij iudicium uelut iniquum: eoque iustū est quia non est illi alia uoluntas, quam quæ est patris, ut aliquo pacto corrupta uoluntas corruptum pariat iudicium. Qui enim suam uoluerit stabilire, fortassis suspectus erit quod corrumpat quod iustum est: qui autem non sua spectat, quo prætextu posset iniusta iudicare? Psal. 10. Iustus dominus & iustitias dilexit, æquitatem uidit uultus eius. Obserua duplicē in Christo naturā: diuinam, qua patri æqualis: humanam, qua patre minor & subiectus. Sic & duplicem uolūtatem, diuinam, & humanam, de qua Luc. 22. Veruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Apud homines leuis est ille qui testimonium perhibet de seipso, & arrogans habetur qui sua ipsius uoce magna uindicat. Prouerb. 27. Laudet te alienus, non os tuum. Hinc testimonium meum, secundum uestram æstimationem non uidetur uerum. Quod si solus ipse mihi testis sum, fit apud uos uanum testimonium meum. Alius est, pater scilicet. Matthæi. 3. Hic est filius meus dilectus. Vel Ioannes, Hic enim uenit, ut testimonium perhiberet de lumine, Ioan. 1. Ponit ergo tria testimonia. Ioannem quem fide dignum habuerunt. Huius certe testimonium, cum tantum tribuebant ei ut eum crederent Messiam, apud eos pondus habere debuit, præsertim cum à Christo non fuerit procuratum, sed ab ipsis expressum. Non pendeo, inquit, à Ioannis testimonio: sed tamen opta rem apud uos habere pondus, ne peреatis ob incredulitatem. Magnus quidem erat Ioānes, sed lux ipsa promissa mundo non erat. Esaiæ. 9. Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Esaiæ. 49. Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terræ. tantum erat lucerna de nostro igne ardens, de nostro lumine lucens. Vos uoluistis illum esse Messiam, qui se negabat dignum qui solueret corrigiam calceamentorū Messiæ. Cur ergo testimonium illius, apud uos nunc leue est quod de me tulit, cum alioqui de illo tam magnifice senseritis? Arsit Ioannes diuini amoris igne, gaudens ad uocem spōsi, Ioan. 3. Arguens transgressores, Lucæ. 3. Genimina uiperarum, quis ostendit uobis fugere à uentura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Luxit radijs sapiētiæ & exempla ris uitæ, sed ad coruscationem superueniētis claritatis imminutus est. Ioan. 3. Illum oportet crescere, me autē minui. Secundo, opera.

2 *Ego autem habeo testimonium maius Ioanne, Opera enim quæ dedit mihi pater ut perficiam, ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia pater misit me. Et qui misit me pater, ipse testimonium perhibuit de me. Neque uocem eius unquam audistis, neque speciem eius uidistis Et uerbum eius nō habetis in uobis manens, quia quem misit ille, huic uos non creditis.*

Si ergo illius testimonio diffiditis, ego ex meipso certius habeo testimonium, nimirum patris mei, qui maior est Ioanne, cuius testimonium refelli non potest. Nullum certius testimonium ipsis factis, ea si uidetis esse digna deo, si uidetis à me fieri, satis de me testificātur, me nihil ex me-

ipso facere, sed ex eo qui me salutis ue strae causa misit in mundum. Quia igitur pater dedit mihi illa, ideo deo aduersarij estis qui illis operibus aduersamini. Ioan. 15. Si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & uiderunt & oderunt et me & patrem meum. Tertio, patrem, qui per omnē scripturam tam legis quàm prophetarum testatus est. Nulla enim aetas (ut dicit Augustinus) uacauit à prophetia de Christo. Lucae. 1. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt, prophetarum eius. Roma. 10. Finis legis Christus. Pater autem cum spiritus sit, nec uocem habet ut audiri possit auribus humanis, nec speciem quae cerni possit oculis corporeis. Nam Mosi non talis apparuit & auditus est, qualis est suapte natura, quemadmodum uos existimatis. Sic enim soli filio uisus est atq; auditus, & tamen aliqua uoce, aliqua specie se uestris sensibus īsinuauit. Nam patribus aliena in specie, uel imaginatione formata, uel angelo in persona dei apparente, uel alio modo consimili. Vnde Exod. 33. Loquebatur autem dominus facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Qui ait: Ostende mihi gloriā tuam, Respōdit: Non poteris uidere faciem meam. Non enim uidebit me homo, & uiuet. Hinc Stephanus Act. 7. Hic est qui fuit in solitudine in ecclesia cū angelo, qui loquebatur ei in monte Sina & cum patribus uestris, qui accepit uerba uitae dare uobis. Sic ergo uidit Iacob Gene. 32. Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Esa. 6. Vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & plena erat omnis domus à maiestate eius. Sed quemadmodum audistis uocem eius & non credidistis, audistis Ioānem nec creditis, ita nec legis nec prophetarum testimonium haeret animis uestris: & eum quem sacrae literae promittunt, rejcitis: ei quem pater iuxta prophetarum promissa misit, non creditis. Psal. 118. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non pecem tibi.

Scrutamini scripturas quia uos putatis in ipsis uitam aeternam habere, & illae sunt quae testimonium perhibent de me, & nō uultis uenire ad me, ut uitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio, sed cognoui uos quia dilectionem dei non habetis in uobis. Ego ueni in nomine patris mei, et nō accepistis me: si alius uenerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo uos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quae à solo deo est non quaeritis? Nolite putare quia ego accusaturus sim uos apud patrem, est qui accusat uos Moses, in quo uos speratis. Si enim crederetis Mosi, crederetis utique & mihi, de me enim ille scripsit. Si autem illius literis non creditis, quomodo uerbis meis credetis?

Discutite solerter dicta prophetarum & legis, & inuenietis quia testantur de me. Est scrutatio diuinorum pia *Scrutatio duplex.*
agnoscendę ueritatis auiditate. Sic audientes Paulum, quotidie scrutabantur scripturas si quae docebat, ita se haberent, Acto. 17. Psal. 118. Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Est alia curiosa, qua quis difficilia scripturae curiose proprio, sensu inquirere nititur ac iudicare. Prouerbio. 25. Sicut qui mel multum comedit, nō est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Ideo admonet Eccūs. 3. Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quae praecepit tibi deus, illa cogita semper: & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non dixit, in quibus habetis uitam, sed putatis inaniter propter duritiam cordis uestri, quāquam sic fuisset, si obediendo intellexissetis. Esai. 7. Nisi credideritis, non intelligetis. Illae enim determinant incarnationis tempus. Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec

Scriptura quã manifeste indicarunt circũstantias Meßia.

uenias qui mittendus est, & ipse erit expectatio gẽtium. Danie. 9. Scito ergo &c. Modum. Psal. 71. Descendet sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terrã. Et ascendet sicut uirgultũ corãm eo, & sicut radix de terra sitienti. Esa. 7. Ecce uirgo cõcipiet & pariet filiũ, & uocabitur nomen eius Emanuel. Locũ. Mich. 5. Et tu Bethleẽ Ephrata, paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur q sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Quo ad conuersationis statũ. Baruch. 3. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Zacha. 9. Ecce rex tuus uenit tibi iustus & saluator, ipse pauper. Hiere. 14. Tibi peccauimus expectatio Israel, saluator noster in tpe tribulatiõis. Quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi uiator declinans ad manendum? Quare futurus es uelut uir uagus & fortis qui non potest saluare? Tu autem in nobis es domine, & nomen tuũ inuocatum est super nos, ne derelinquas nos. Vltimo, quo ad passionis exitũ. Danie. 9. Et post hebdomades sexagintaduas occideẽ Christus, & non erit eius populus qui eũ negaturus est. Esa. 53. summatim totam perstringit passionem. Ostendit itaqꝫ eos ex proposito, & nõ natura, malos. Nõ uultis, inqt, uenire, quãq̃ non sit aditus ad uitam nisi per me tot testimonijs cõprobatum: ad me, ut minimo negotio uitam habeatis. Nam credidisse filio quem misit pater, salutis est ianua. Incredulitas ergo uestra non ex inopia est testiũ, sed ex inopia charitatis in Deum, præsertim cũ ego nec gloriã, nec regnũ, nec opes ambiam apud homines, tantũ ambigo gloriã patris. & in hoc ambio, ut uos seruemini. Si Christus q habet in uestimento et in femore scriptum. Rex regũ & dñs dominantiũ, Apoc. 19. claritatem ab hoĩbus nõ accipit: nam quæsitus in regem, fugit, Ioan. 6. quid miseri & ad omne malum pcliui uanitate seducimur, quę rẽtes sciri, reputari, honorari? Ecci. 10. Odibilis coram Deo & hoĩbus supbia. Causam subinfert, dicens: quia dilectionem Dei non habetis in uobis, tametsi hoc iactetis ꝙ me persequamini propter Deum. Etenim qui diligit, credit & obtemperat: & q patrem diligit, non potest odisse filium illi charissimũ: & qui legẽtem amat, non potest aspernari legatum. 1. Timo. 1. Finis præcepti est charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Sed. 1. Ioan. 3. Qui non diligit me, manet in morte. Vbiqꝫ aũt patrem celebrat, & ab ipso se dicit missum eẽ, nihil se posse à seipso, et prorsus humilia multa loquitur, uolens è medio tollere omnẽ ingratitudinis & elationis rationem. Hinc in nomine patris dicit se uenisse, non suo. Et q̃ estis, inqt, peruerse increduli mihi, qui patris nomine ueniens, gratis uitam ac salutem offero: tam eritis stulte creduli, siquis suo nomine ueniẽs, sibi Dei gloriam arrogans, seipsum inæstimabili mẽtis tumore extollẽs sup omne quod dicit̃ Deus. 2. Thessal. 2. suumq́, non Dei negotiũ agẽs, ea uobis pollicens quæ diligitis, uobis adferat ea quę pertrahant in mortem æternam. Vera laus est, meruisse laudem apud Deum: uera pietas est, omnem Deo gloriam transcribere.

Qũo igit̃ potestis credere mihi, nihil aliud prædicãti q̃ gloriam Dei, cum uos contẽpta uera gloria quę à Deo proficiscitur, uenemini falsam gloriã apud hoĩes inuicem uobis adulãtes, & Deo suam gloriã inuidentes? Principes. n. & magistri ipsi soli uolentes haberi apud uulgus nõ accipiẽt me, ne iminuatur eoꝝ gloria. populi aũt quærentes diligi à principibus, non me accipient ut ne excidant propter me ab honore quẽ à principibus ha-

bent. Elucescit q pestifera res uanæ gloriæ sit cupido, quæ omne spiritua le bonũ impedit & eneruat, ac Deo exosum reddit. Psal. 52. Qm̃ Deus dissipat ossa eorꝝ q hominibus placent, confusi sunt, qm̃ Deus spreuit eos. Hinc Gala. 1. Si adhuc hominibꝰ placerem, Christi seruus nõ essem. Ideo 2. Corin. 10. Qui gloriatur, in domino glorietur, non. n. qui seipsum cõmendat, ille probatus est, sed quem Deus cõmẽdat. Nolite putare q ego cupiens ulcisci contemptũ meũ, uos delaturus sim apud patrẽ, nihil opus est mediatore. Moses ipse uos deferet, cuius authoritatem apud uos sacrosanctam fingitis, & in quo summam fidem collocatis, habentes pro oraculo quicqd ille scripsit: Quem ficte colitis, cuius authoritas uobis leuis est in eo in quo maxime debebat ualere, siquidem ille de me scripsit. Deuter. 18. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dñs Deus tuus, ipsum audies, ut petisti à dño Deo tuo. Et ait dñs mihi: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorꝝ similem tui, & ponam uerba mea in ore eius, loqueturq; ad illos omnia quæ præcepero illi. Qui aũt uerba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Etenim si fidẽ haberetis Mosi, nimirum et mihi crederetis quem ille promisit, & cuius dictis credi iussit. Si aũt illius dictis non creditis, qa nec intelligitis. 2. Corin. 3. usq; in hodiernũ diem idipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet non reuelatum, qd' in Christo euacuatur, sed usq; in hodiernũ diem cũ legitur Moses, uelamen positum est super cor eorꝝ. Cum autem conuersus quis fuerit ad Deum, auferetur uelamẽ. Qũo meis uerbis, quẽ minoris facitis, credetis? Chrysosto. Qui metalla fodere aggreditur artis ignarus, auri uenas non inuenit, sed confunditur, laborem subit cassum: ita qui diuinarꝝ scripturarꝝ ordinem non intelligũt, qui earꝝ proprietates, qui leges non disquirunt, sed omnia ad uerborꝝ sñiam accipiunt, aurũ terræ confundentes, nunq̃ reconditum in his thesaurum consequuntur.

De quinq; panibus. Ioan. 6.

ARTICVLVS X.

Post hæc abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis, & sequebatur eum multitudo magna, quia uidebant signa quæ faciebat super ijs qui infirmabantur. Subijt ergo in mentem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximum pascha dies festus Iudæorum. Cum sublenasset ergo oculos Iesus, & uidisset quia multitudo maxima uenit ad eum, dicit ad Philippũ: Vnde ememus panes ut manducent hi? Hec autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus. Respõdit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisq; modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis, Andreas, frater Simonis Petri: Est puer unus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos et duos pisces, sed hæc quid sunt inter tãtos? Dicit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo uiri numero quasi quinque millia. Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum uolebant. Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinq; panibus hordeaceis & duobus piscibus, quæ superfuerunt ijs qui manducauerant. Illi ergo homines cum uidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est uere propheta qui uenturus est in mundum. Ioan. 6. T

Vide sup isto textu par. 1. ar. 45. f.

Iesus ergo cum cognouisset quia uenturi essent ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus.

Vide ibidem.

De ambulatione supra mare. Ioan. 6.

ARTICVLVS XI.

Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare, & cum ascendissent nauim, uenerunt trans mare in Capharnaum, et tenebræ iam Ioan 6. T

facta erant, et non uenerat ad eos Iesus. Mare autem uento magno flante, exurgebat. Cum remigassent ergo quasi stadia uiginti quinq; aut triginta, uident Iesum ambulantem supra mare, & proximum naui fieri, et timuerunt. Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo eum accipere in nauim, & statim nauis fuit ad terram quam ibant.

Sup hoc textu uide par.1.ar.46.h.

De prædicatione eucharistia.

ARTICVLVS XII.

V *Altera die turba quæ stabat trans mare, uidit quia nauicula non erat ibi alia, nisi una: et quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abissent: aliæ uero superuenerunt naues à Tiberiade, iuxta locum ubi manducauerant panem, gratias agentes Deo: Cum ergo uidisset turba quia Iesus non esset ibi, neq; discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & uenerunt Capharnaum quærentes Iesum. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi quando huc uenisti?*

Ostendit, non cōmodi gratia tpalis nos quicq̄ agere debere, sed diuini honoris & laudis: alioq perit merces operis æterna. Turbæ cum uidissent unam tantū nauim adfuisse, in quam discipuli tantū ingressi fuerāt, & non Iesus ipse, quia multum quæsitum non inuenerūt, & naues aduenissent ad traijciendam eam, conscensis nauibus traiecerunt Capharnaū ibi quæsituri Iesum, q̄ illic haberet domicilium, & q̄ scirent apostolos eó traiecisse. Cupientes uero ex ipso tpe colligere qūo transisset, interrogabant qñ uenisset, suspicabantur.n. & hic rem miraculo peractam, quemadmodum pridie pauerat immensam multitudinem.

Respondit eis Iesus & dixit: Amen dico uobis, quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia mā
2 *ducastis ex panibus & saturati estis. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitam æternam, quem filius hominis dabit uobis. hunc enim pater signauit Deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus ut operemur opera Dei? Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.*

Iesus itaq; ut hic quoq; suam declararet diuinitatem, q̄ non ignoraret illorū cogitationes. Hiere.17. Prauum cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dñs scrutans cor & probans renes, cum uideret turbam ad se rursus cōfluere similibus miraculis inhiantem, quæ uentrē potius explerent, q̄ mentem erudirent, ex occasione cibi semel præbiti, docet qui cibus illis potissimum sit expetēdus. Non quæritis, inquit, me ob animæ, sed corporis refectionē: sed non magnū est, corpus hoc, alioqui & periturum, pascere, sed oportet maxime spiritualium agere curam, & nō omnē solicitudinem in corporalem cibum insumere, & negligere tempus aptū doctrinæ. Cyrillus: Nulla nobis carnis cura habēda est, sed necessarijs & æternis inuigilandum, non.n. differt à bestijs qui corporis uoluptates insectatur, sed qui uirtutibus inhæret, & spiritali uitā peragit lege. Ille qui omnino deditus est his quæ diuinitus concessa, ad superos iter præparant, is mihi uidetur seipsum cognouisse, nec ignorasse rationale animal ad imaginem conditoris esse productum. Non simus ergo soliciti quid mãducemus. stultissimum.n. est carnem & carni iucūda sic amplecti, ut nullam aut uix æqualem de anima, quæ multo præstantior corpore, curam habere uideamur, cui tanto studere quisq; magis iubetur, quāto cæteris præstantior est. Sic.n. sapienter & iudicabimus & operabimur. Qui aūt pigritiæ deditus, uentri uiuit, delitijs uacat, is cibū operatur qui perit. qui uero ex labore suo proximū nutrit, potum dat, uestit, non perdet mercedem suā, si amore Dei id facit. Matt 25. Quicquid.n. finem habet in Deum, pretiosum est: quicqd cessat & hodie est, cras uero desinit, etiam maximum, q̄ uilissimū est æstiman-

dum. Cibus iste intelligi potest mystica sumptio carnis domini, quā ipse nobis dat factus filius hoīs, quem pater obsignauit, hoc est, ostendit & confirmauit testimonijs ꝙ sit filius suus. Vel actio uirtuosa & quicquid spiritualiter alit mentē, perducens in uitam æternā, hunc pater consignauit requirendū. Hæc rudis turba cū nō intelligeret, ac ne animaduerteret quidem, tota intenta uētris negotio, rńdit: Qm̄ admones nos ut operemur cibum quendā qui manet in nobis, adferens uitam æternā, quid igitur faciemus ut operemur ea quæ Deo digna sunt, & uitā promereamur æternam, quoꝝ gratia te dicis uenisse in mundū? Hoc est, inquit, opus quod efflagitat à uobis Deus, ut credatis in eum quem misit ille, & per quem uobis ille loquiť, ne planè gratis uel indignis potius uitam æternā uobis largiri uideatur. Glos. ord. Fides per dilectionem operans, est opus: quia etsi desit facultas, non quæritur nisi uolūtas, estq́ initium & finis totius boni. Signanter ait, opus Dei, qa opera fidei, hoīs opera eē possunt, sed sine fide Deo placere non possunt. Hebrę. 11. Sine fide impossibile est placere Deo, quæ per dilectionem operať. Galat. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis. Obserua ꝙ non dure arguat dicendo, ò mancipia uentris & gulosi, sed cum māsuetudine, ut cum detegit occulta cordis illoꝝ, ad maiorem illos adduceret fidem.

3 *Dixerunt ergo ei: Quod tu facis signum, ut uideamus & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri mādūcauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cœlo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, non Moses dedit nobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uerū. Panis enim uerus est, qui de cœlo descendit, & dat uitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panē hunc. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis uitæ, qui uenit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in æternum. Sed dixi uobis, quia & uidistis me, & non credidistis.*

Vere gastrimargi, qui iteꝝ signum quærunt tale quod uentri prodesset. Si tibi, inquiūt, uindicas peculiarem authoritatē supra maiores nostros, quoꝝ authoritatem hactenus secuti sumus, præbe specimen & documentum authoritatis à Deo traditę, ut eo cōspecto, credamus nō uerbis tuis, sed factis. Vt hoīes passionati loquūtur, qui ad omnē uentū feruntť. Nam ante satiati, dixerūt: Hic est uere propheta qui uenturus est in mundum, nunc increpati, signum petunt, quasi prius nullum uidissent miraculum. Non Moses, sed Deus ministerio angeloꝝ dedit māna, figurā ueri panis futuri qui de cœlo descendit, naturā nostram assumendo. Ioan. 16. Exiui à Deo, & ueni in mundū. & se uisibilem prębendo. Baruch. 3. Post hæc in terris uisus est, & cum hoībus cōuersatus est. Hic ergo panis non est corporeus, nec ex aere depluit, sed ab ipso Deo proficiscíť, & tam efficax est, ut det uitā, non corporalem, sed animaꝝ: nec uni populo, sed toti mūdo. His auditis, Iudæi ne sic quidem eriguntur ad amorem reꝝ cœlestiū, sed adhuc uentris negotium somniātes, dixerunt: Dn̄e, semper &c. Sic & mulier Samaritana Ioan. 4. Dn̄e, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neq; ueniam huc haurire. Sic & isti saturitatem amabant potius ꝗ̃ salutem, & saturatorem requirebāt potius ꝗ̃ seruatorem. Iesus igitur ut excuteret illis somniū cibi corporalis, apertius eis explicat se non loqui de pane qui dentibus mandiť, sed de cœlesti. Ego sum, inquit, panis ille uitæ ęternę largitor. Hic ergo panis uita scd̄m naturam existens, utpote uiuentis patris filius, qd' sibi propriū est facit: uiuificat. n. omnia. Igitur sicut qui ex terra panis infimā naturā carnis contiNet,

net, non finens illam corrumpi, ita Christus per spiritus operationē animam uiuificat, atq; etiam ipsum corpus à corruptione conseruat. Per ipsum.n. humanæ naturæ resurrectio & incorruptio corpoꝝ est concessa. 1. Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriunt, ita & in Christo omnes uiuificabunt. At qui credit in illum panē, non esuriet, neq; famem feret, sed satiabitur æterna satietate, tametsi ad tempus hic esuriat donec perfecta cōpleatur satietate. Psal. 16. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Hinc dicitur Eccl. 24. Qui edūt me, adhuc esuriēt: & qui bibunt me, adhuc sitient In futuro aūt ait Psal. 35. Inebriabunt ab hubertate domus tuę & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Ostēdit autem eos non ignorantia, sed malitia peccare, qa ipsum uiderunt, & docentem ea quæ salutis sunt audierūt, nec tñ crediderunt. Ioan. 15. Si non uenissem et locutus eis fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusatio nem non habent de peccato suo.

Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, & eum qui uenit ad me, non eijciam foras, quia descendi de cœlo, ut non faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me.

Ostendit q̄ fides quę in Christum est, non uulgaris quæpiam res sit, sed donū Dei, dignis & rectis corde datum, Deo coniūgens, & in æternam uitam perducēs. Pater (inquit) meus, non solum Iudæoꝝ, sed omniū gentium Deus est. Roma. 3. An Iudæoꝝ Deus tantū? non'ne & gentium? Immo & gentium. Rom. 10. Nam idem dn̄s omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Ex me nihil habeo q̄ non sit patris, quicquid aūt mihi dederit, cuiuscūq; gentis sit, hoc ad me ueniet per fidem, etiā si sit à lege Mosaica alienum. Hebr. 11. Accedentem ad Deum, credere oportet quia est, et ingrentibus se remunerator sit. Quoniam ergo non est in aliquo alio salus. Actu. 4. Nec.n. est aliud nomen sub cœlo datū hoībus, in quo oporteat nos saluos fieri, ideo oīa dedit ei pater in manus. Ioan. 13. ut per ipsum salutem consequant. Ioan. 14. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Vult.n. pater quantū in ipso est, omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. 1. Timot. 2. Sed non omniū est fides. 2. Thessal. 3. Non.n. omnes obediūt euangelio. Roma. 10. Hinc Act. 10. In ueritate comperi, qa non est personaꝝ acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Vide nunc fructum uenīedi. Non eijciam, inquit, non perdam, sed saluabo, & magna cura illū refocillabo. Matt. 11 Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Ioan. 7. Qui sitit, ueniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc aūt dixit de spiritu, quem accepturi erāt credentes in eū. Attēde benignitatem. Nam omnē uenientem suscipit, nec eijcit. Iaco. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis. Sic suscepit latronem, Lucæ. 23. Peccatores, Lucæ. 15. Erant appropinquantes ei publicani et peccatores, ut audirent illum. & murmurabant pharisæi & scribæ, dicentes: Hic peccatores recipit. O excæcatam inuidiam, non ferentē opitulari infirmis. Recipit peccatores, & iustos facit: infirmos, & sanos reddit. Sic Lucæ. 18. Sinite paruulos uenire ad me, & nolite uetare eos. Talium est.n. regnū cœloꝝ. Qui ergo uenire nolunt, si suo uitio foris remanent & pereūt sibi imputent, nō Deo qui omnes uocat. Hinc Iudæis ait Ioan. 5. Non uultis uenire ad me, ut salui sitis. 1 Cor. 5 Eos qui foris sunt dn̄s iudicabit. Sic qui suo uitio se eijci dignos reddunt, & pereūt sicut Iudas. Ioan. 17. Quos dedisti mihi, ego custodiui; & nemo

ex eis perijt, nisi filius perditionis. Io an.15. Siquis in me nõ manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet: & colligent eum, & in ignem mittēt, & ardet. Sic & mali prælati & doctores. Matt.5. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? Ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, et conculcetur ab hominibus. Tales & in fine foras mittentur, cum electi intrabunt in gaudium domini sui. Matt.25. Euge serue bone & fidelis, quia in modico fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium dñi tui. Matthę.13. Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorū, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & stridor dentium. Luc.13. Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare & pulsare, dicentes: Domine domine, aperi nobis. Et rñdens dicet uobis: Nescio uos unde sitis. Tunc incipietis dicere: Manducauimus coràm te & bibimus, & in plateis nostris docuisti, & dicet uobis: Nescio uos unde sitis. Discedite à me omnes operarij iniqtatis. Ibi erit fletus, & stridor dentium, cum uideritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, uos aūt expelli foras. et uenient ab oriente & occidente, & aquilone & austro, & accumbent in regno Dei. Apoc.2. Foris canes & uenefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & oĩs qui amat & facit mēdacium. Qui ergo intus manēt, replentur ab hubertate domus Dei, et torrente uoluptatis potantur. Psal.35. nedum in futuro, sed & hic. Psal.22. Dñs regit me & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Causam tanti boni indicat, dicens: In hoc ipsum descendi de cœlo, non ut faciam quod ipse uolo, ueluti dissentiens à patre, sed quod uult pater qui misit me, à cuius uoluntate, mea non potest dissidere, cum sit eadem uoluntas. Descendit de cœlo sicut Deus, quandoqdem incarnatus est: & ascendit in cœlū cum carne, ut homo scilicet, ubi erat prius ut De⁹. Animaduerte incōprehēsibilem filij humilitatem, qui ad mortem crucis usq; paternæ obsecutus est uoluntati. Phili.2. Humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem aūt crucis. Hinc Luc.22. Pater, si uis, transfer calicem hūc à me. Verūtamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Obstupesce nostram superbiā, qui contra Dei uoluntatem quæ nostrā uult salutem, nostrā stabilire cōtendimus in perniciē nostrā. Osee.13. Perditio, tua Israel. tantummodo in me auxiliū tuū. Nam Matth.7. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe, intrabit in regnum cœlorū: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.

Hæc est enim uoluntas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. 3

Vt perstringat corda illorū, et agnoscant se Dei munere indignos, dicit quod dedit mihi pater: hoc ipsi indigni, suis exigentibus prauitatibus. Ioan.3. Non.n. misit Deus filium suū in mūdum, ut iudicet mundū, sed ut saluetur mundus per ipsum. Hāc uolūtatem per omnia implere studuit. Ioan.4. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me, ut perficiā opus eius. Hebr.10. In capite libri scriptum est de me, ut faciā Deus uoluntatem tuam. Superius dicens, qa hostias & oblationes et holocaustomata & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quę scđm legē offerunt, tūc dixi, ecce uenio ut faciā Deus uoluntatē tuam: in qua uoluntate sanctificati sumus, per oblationē corporis Christi Iesu semel. Vult ergo pater ut filius seruet, ne pereat, qđ tradidit ad uitā, ne mūdus rapiat ad mortē. Matt.18. Non est uolūtas ante pa-

trem uestrum qui in cœlis est, ut pereat unus de pusillis istis. Quanta solicitudine hæc uolūtas nobis inquirenda & obseruanda, quæ nostrā salutem & quęrit & operatur. Ephe.5. Videte itaq; fratres, q̃uo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes, redimentes tp̄s, qm̄ dies mali sunt: propterea nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit uolūtas Dei. 1. Thessa.4. Hæc.n. est uolūtas Dei, sanctificatio ura, ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unusquisq; uestrum uas suū possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gētes quę ignorant Deum. In omnibus ergo dicere debemus illud Iob.1. Dn̄s dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est. sit nomen dn̄i benedictum. Totum.n. fit in salutem electorū. Roma.8. Diligentibus Deum oīa cooperanť in bonū. Vnde Roma.14. Siue uiuimus, siue morimur, domini sumus. Hinc Petr9 admonet.1. Pet.5. Deus superbis resistit, humilibus autem dat grām, humiliamini igiť sub potenti manu Dei, ut uos exaltet in tpe uisitationis, omnem solicitudinē projcientes in eum, quoniā ipsi cura est de uobis. Duplex cōmodum ei qui uenit ad ipsum. nam ipso seruante non perit. Ioan.10. Oues meæ uocem meam audiūt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisq; de manu mea. Alterum quia uult pater ut corpus quoq; defunctum, uitæ per ipsum reddatur in nouissimo die, ut iam totus & anima & corpore uiuat. Iob. 19. Scio quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deum saluatorē meum. Quem uisurus sum ego ipse & oculi mei cōspecturi sunt, & non alius, reposita est hęc spes mea in sinu meo.

Hæc est aūt uoluntas patris mei qui misit me, ut omnis qui uidet filiū, et credit in eū, habeat uitā æternā. Et ego resuscitabo eū in nouißimo die. 3

Ostendit ueniendi modū, nempe per fidem, qui uidet, inquiens. 1. Corin.13. Videmus nunc per speculū in ęnigmate, tunc aūt facie ad faciē, quę est uita æterna. Ioan.17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solū Deum uerum, & quem misisti Iesum xp̄m. Qui ergo xp̄m per fidē in se habet, uitam ęternam habet. 1. Ioan.1. Annunciamus uobis uitam ęternā, quę erat apud patrem, & apparuit nobis. Nā licet corpore moriaň, anima tamen uita gratiæ uiuit. Obserua hic, q̄ quidam iuxta Paulū mox debito naturali persoluto, uitam cōsequuntur supernā cum Christo. 2. Cor.5. Scimus qm̄ si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluať, q̄ ædificationem ex Deo habemus domū nō manufactam, sed æternā in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationē nostram quæ de cœlo est superindui cupientes, si tn̄ uestiti & nō nudi inueniamur. Nam et qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo q̄ nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeať, quod mortale est à uita. Qui aūt efficit nos in hoc ipsum, Deus qui etiam dedit nobis pignus spiritus. Audentes igiť & scientes, qm̄ dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à dn̄o: per fidem enim ambulamus, & non per speciē. Audemus aūt & bonam uolūtatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes ad dn̄m. Et ideo contendimus siue absentes, siue præsentes placēre ei. Hinc ait Phil.1. Desideriū habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius. Hom.n. opus manet, quod superędificarunt fundamento Christo, quare mercedem accipiunt. 1. Corinth.3. Quo contra mali in inferno, quemadmodum diues

Purgatorij assertio. ille epulo. Luc. 16. Lazarus uero hic purgatus igne tribulationis, mox in sinum deportatus est Abrahæ. Qui uero superædificarunt, ligna, fœnum, stipulam, non aurum, nec argentũ, neq; lapides pretiosos, nec hic purgati sunt igne proprij iudicij uel diuini, non perueniunt, nisi illic purgati. Nõ enim intrabit in illam supernã ciuitatem aliquid coinquinatum. Apoc. 21. Hinc diuinus ille Cyprianus lib. 4. epis. 2. Aliud est, ad ueniã stare: aliud, ad gloriam peruenire. Aliud, missum in carcerem non exire inde, donec soluat nouissimũ quadrantẽ: aliud, statim fidei & uirtutis accipere mercedem. Aliud, pro peccatis longo dolore cruciatũ, emendari & purgari diu igne: aliud, peccata oĩa passione purgasse. Aliud deniq;, pendere in die iudicij ad sñiam domini: aliud, statim à dño coronari. Ambrosius super illo. 1. Cor. 3. Siquis superædificat: Tria genera posuit pclara in mundo, quibus doctrinam bonã significat: alia tria posuit friuola, quibus corrupta & uana doctrina signaĩ. *Opus arsurum quid.* Opus ergo quod ardere diciĩ, mala doctrina est, quæ interibit. Cuncta enim mala interibunt, sicut & iter impiorũ, Psal. 1. quia non substantiæ, sed asseuerationes peruersæ. *Damnum pati.* Damnum aũt pati, est pœnas perpeti. Quis. n. in pœna posi tus iacturam nõ facit? Ipse, inquit, saluus erit, sic tñ, ut salus hæc non sine pœna sit. Ostendit itaq; illum saluũ quidem futurũ, sed pœnas ignis passurũ, ut per ignẽ purgatus fiat saluus, et non sicut pfidi æterno igne in perpetuũ torqueatur, ut ex aliqua parte operæpretium sit credidisse in Christũ. Sicut autem est misericordiæ diuinæ, culpam pœnitenti condonare: sic iustitiæ, pœnam exigere. Psal. 100. Misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. Vnde Ezech. 18. Si autẽ impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit oĩa pcepta mea, & fecerit iudiciũ & iustitiã, uita uiuet, & non morietur. Omnium iniquitatũ eius quas operatus est, non recordabor. In iustitia sua quã operatus est, uiuet. Obserua quid uelit, cum dicit. Si egerit pœnitentiã, custodierit præcepta, fecerit iudiciũ & iustitiam, in iustitia sua quam operatus est. Non ergo parũ spei ingerit peccatoribus tanta domini misericordia, ut quod hic negligentius quidem, non autem peruerse actum est, illic resarciri ualeat, ne in æternum pereant cũ damnatis, pœnam soluẽdo aut per se, uel per suos. Cum. n. unius simus corporis membra. Roma. 12. Multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. 1. Cor. 12. In idipsum p inuicẽ solicita sunt mẽbra: & siqd patiĩ unum membrũ, cõpatiunĩ oĩa membra: siue gloriatur unũ membrũ, cõgaudent oĩa mẽbra. Vos aũt estis corpus Christi, & mẽbra de mẽbro. Necesse est cõpati, & subuenire mẽbris in necessitate positis, quemadmodũ & nos sanctorũ ui cissim exposcimus suffragia. Si diues ille æterni ignis stipula, fratribus, ne in similem inciderent pœnã, puidere studuit, quanto magis nos membris nostris in Christo, quo citius liberentur spe resurrectionis? Hinc subdit. Ego resuscitabo. *Resurrectio duplex.* Duplex resurrectio, una quidem cõmunis & generalis, qua omnes etiam mali resurgunt: altera, qua soli iusti assumũntur in occursum domini in aera, & prius cum magnã fiducia dño occurrũt. 1. Thessa. 4. Vnde. 1. Corint. 15. Sicut in Adã omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Sæpe autem memor est resurrectionis, ut persuadeat hominibus, ne his solum quæ uidentur, Dei prouidentiam circũscribant, sed sciant esse & alium statũ, in quo absq; dubio fruituri sint remunerationibus uirtutis.

Murmurabant

Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi: & dicebant: Nōne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo descendi? Respondit ergo Iesus, & dicit eis: Nolite murmurare in inuicem.

Non intelligentes quod esset, sed in hoc respicientes quod apparebat qui hactenus cibi spe ferebant utrũque sermonem, nunc posteaquam uident ademptam spem pastus corporalis, uertuntur ad contumeliam imitatores patrum suorum: & quē saturi uolebant regem facere, nunc ut humilem contemnunt. Offendebat eos imbecillitas humani corporis, quod tantum cernebant oculis corporeis, cum ex factis dictisq; diuinam uirtutem perspicere potuissent, si oculos fidei habuissent. Vnde dominus ait Philippo. Io. 14. Nō creditis, quia ego in patre, & pater in me est? Alioqui propter opa ipsa credite. Et Io. 10. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Hinc ait Ioan. 7. Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. Dominus uero non respōdit eis: Non sum filius Ioseph. Nō enim poterant intelligere panem ineffabilē qui ex uirgine, multo minus natiuitatis capaces quæ añ secula ex pre.

Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis: Erant omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit a patre & didicit, uenit ad me. Non quia patrem uidit quisquam, nisi is qui est a Deo, hic uidit patrem.

Ostendit quòd pauci ob id saluātur, quia se non accommodant gratiæ diuinæ. Iudęis enim inter se mussitantibus ex contemptu ipsius, declarans se non latere cogitationes hominum, superiorem sermonem explanat, pariter & confirmat. Nemo potest ueni re interiori accessu per fidem & charitatem ut iungatur mihi, nisi pater secretis inspirationibus fidei trahat. Sunt enim tria nobis necessaria, si uenire uolumus ad Christum, quæ non à nobis sed à Deo expectanda. Primum, intellectus illuminatio. Ioan. 8. Ego sum lux mundi. Ioan. 1. Illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Omnia uero bonum appetūt. Cum ergo ipse summum sit bonum, immo solus uere & natura bonus. Matth. 10. Nemo bonus nisi solus Deus, cognitione trahit. Augustinus: Trahit pater ad filiũ eos qui propterea credunt in filiũ, quia eum cogitant patrem habere Deũ. Sic Matth. 16. Tu es Christus filius Dei uiui. Secundum, affectus inflāmatio. Nam concupiscentia abstrahit, & allicit nos. Iaco. 1. & ad peccatum inducit. ideo. Roman. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, si in ĳs, in quibus nō est uera dilectio, trahit homo amore & desiderio, quanto magis trahitur aliquis uehementi delectatione, cui pater reuelat filium, qui est uera beatitudo, & uita, & omne bonũ? In præsenti ergo trahitur, ut uideat, in futuro quòd credit, & manducet quod esurit, & habeat quod amat, & desiderat. Tertium, effectus consummatio. Sap. 9. Corp⁹ quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena cogitatio sēsum multa cogitantem. Roma. 8. Ipse autem spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Hinc ait Apostolus. Rom. 9. Non est uolentis, neq; currentis, sed misetētis Dei. Quid ergo dicemus? Si omne quod dat pater uenit ad eũ & quoscunq; traxerit, & nemo potest uenire nisi tractus, nisi datum sit ei desuper, quibus pater non dat, nullo crimine tenentur? Sed hæc uerba malitiæ sunt ad excusandas excusatiōes in peccatis. Credere enim

Tria ad Christum eunti necessaria quæ.

Libertas arbitrĳ asseritur.

uoluntatis est, id quod non parum quid est. Ro. 10. Sed non omnes obediunt euãgelio. Hinc. Act. 13. ait Paulus Iudæis: Vobis oportebat primum loqui uerbũ Dei, sed quoniã repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes, sic enim pręcepit nobis dominus. Posui te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremũ terræ. Audientes autem gentes, gauisæ sunt, & glorificabant uerbũ dñi, & crediderunt, quotquot erant prędordinati ad uitam æternam. Ecce quomodo gentes se accõmodarunt gratiæ, & illuminatę sunt: Iudęi subtrahentes se, excæcati. Rom. 11. Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret. Non ergo tollit libertatem arbitrij, sed ostẽdit quod multa habeat opus cooperatione à Deo is qui crediturus est. Illos enim trahit, qui mentis habent aptitudinem: eos autem qui seipsos faciunt idoneos, nõ trahit ad fidem. Nam sicut magnes non omnia attrahit, sed ferrũ: ita & Deus ad omnes quidem appropiat, eos autem qui idonei, & familiaritatẽ erga ipsum præ se ferunt, trahit. Non. n. impartit tantum munus, nisi uolentibus & auidis. Non est ergo tractus iste uiolẽtus, neque coactus sed amorosus atque spõtaneus, ex diuina charitate procedẽs. Deus nanque mouet unũquodque secundũ propriam suã naturam. Et sic rationalem ad Christũ conuertit, & mouet spontanee ac libere intellectualiter. Vnde tractus iste inter charitatẽ trahentis, et unionem tracti, cũ ipso est medius, sine quo nihil possumus. Psalm. 142 Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Can. 1. Trahe me post te. Hiere. 31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Sed quomodo? Osee. 11. In funiculis Adam traham eos, in uinculis charitatis. Dei ergo donum est, sed noster conatus. Vnde Augustinus: Initium nostræ salutis, Deo miserante habemus: ut acquiescamus salutari inspirationi, nostræ potestatis est. Esa. 1. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis, ut adipiscamur quod acquirendum admonitionem cognouimus, diuini muneris est: ut non labamur, iam adepto salutis munere, solicitudinis nostræ est, & cœlestis pariter adiutorij. Vnde. 1. Cor. 10. Qui stat, uideat, ne cadat. Et. 1. Cor. 15. Abundãtius omnibus illis laboraui: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Fructum consequenter ostendit, quia uitã consequitur immortalem Chrysost. Non parua dignitas filij, si pater adducit, & ipse resuscitat, non ut opera trinitatis diuidãtur sed ut personalitas uirtutis ostendatur. Non ergo paruum, uenire ad Christum, cum uitã largiatur æternam nedum animæ, sed & corpori. Demũ attractionis pandit modum, neminem excludens. Erunt, inquit, omnes capaces doctrinæ, quare & tractus. Beda: Pluraliter in prophetis dicit, quia oẽs prophetæ uno eodemque spiritu repleti, licet diuersa ad idem tamen tendentia, prophetarũt. Esa. 54. Ponam uniuersos filios tuos doctos à dño. Hie. 31. Nõ docebit ultra uir proximũ suũ, & uir fratrẽ suũ dicẽs: Cognosce dñm. Oẽs enim cognoscẽt me à minimo usque ad maximũ, ait dñs. Ioel. 2. secundũ Septuaginta: Erunt oẽs docibiles Dei. Qui ergo non attrahitur, ipse in uitio, a se subducit attrahere uolenti. Qui enim audit à patre, hoc est, qui reuelationem patris accipit, & discipulus illius uere efficitur, is uenit. Non enim qui audit, sed qui didicerit, uenit. Quia & si homines foris loquuntur, tamen solus Deus sensum intus aperit, intus instruit ueritatis cognitione et amore. Psalm. 84. Au-

Quis cur non trahatur.

diā quid loquatur in me dñs Deus, qm̄ loquetur pacē in plebē suā. Sed Mat.13. Auditu audietis, & nō intelligetis: & uidentes uidebitis, & non uidebitis. Incrassatū est.n. cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserunt, ne quādo uideāt oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Vestri autem beati oculi, quia uident: & aures uestrę, quia audiunt. Sed ne quis carnalem suspicetur patrem, oculis uisibilem corporalibus: Deus enim spiritus est, nec auditur, nec uidetur nisi spiritualibus. Sic uidisse, sic audisse, salus est. Deum, inquit, ut est, nemo mortaliū uidit aut audijt. Lucem enim habitat inaccessibilem.1. Tim.6. Hoc soli filio datum est, qui solus à Deo profectus est, apud quē semper fuit antequā ueniret in hunc mundum. Ioā.1. Deum nemo uidit unquàm, unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit.

2 *Amen amen dico uobis, qui credit in me habet uitam æternam. Ego sum panis uitæ. Patres uestri manducauerunt manna in deserto & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendēs, ut si quis ex ipso manducauerit, non moriatur.*

Quisqs fiduciā habet in me, is iā habet uitā ęternā, cū fontem habeat immortalitatis. Chry. Qui credit in me, habet me: qd est aūt habere me, nisi habere uitā ęternā? Vita.n. æterna, est uerbum, qd in principio erat apud Deū. Io.1. Et uita erat lux hominū. Assūpsit aūt uita mortē, ut uita occideret mortē. Os.13. Ero mors tua ò mors. Io.14. Ego sum uia ueritas & uita. 1. Io.5. Hic est uerus De⁹, & uita æterna. Sępe id repetit, & inculcat, ꝙ præmiū in se credentiū sit uita ęterna, qua nihil sublimi⁹, iucūdius, fęliciusq́ excogitari pōt. Qm̄ de pane figurali obiecerāt Iudæi, instruit de uero pane. Ego sum, inqt ille, ille panis q uitā pręstat, nō corporale, & tēporariā, sed aīæ & æternā grāæ in pñti & gloriæ in futuro. Volēs aūt excludere uanā Iudęorū gloriationē, et huius panis respectu māną ostēdere nobilitatē et utilitatē, ait ꝙ māducātes māna, mortui sūt corporaliter tā boni ꝙ̄ mali, nec uirtute mānę uita restitui poterat. Sic mali morte culpę, qbus usu mānę, uita gr̄ę nō restituebat. Virtute aūt hui⁹ panis, & aīæ à morte culpæ reuiuiscūt, & pręseruātur, & in fine corpora aīab⁹ reunita, ęterna uita pfruenē, quā māna figurabat, nō aūt præstabat. Vñ māna sine labore colligebatur pparata, sed cū labore ad esum præparabatur. Sic eucharistiæ sacramētū sine merito nr̄o datur nobis, sed nō sine pręparatione sumēdū. 1. Cor.11. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui.n. māducat & bibit indigne, iudiciū sibi māducat & bibit, nō dijudicās corp⁹ dñi. Naturaliter saporē habuit determinatū quasi simile cū melle. Exo.16. Et quasi panis oleacei Nu.11. Sed opatione diuina bonis diuersos pro uota præstabat sapores. Sap.16. Angelorū esca nutriuisti populū tuum, & paratū panē de cœlo pręstitisti illis sine labore, oē delectamētū in se habētē, & oīs saporis suauitatē. Substātiā.n. tuā & dulcedinē quā in filios habes, ostēdebas: & deseruiēs uniuscuiusq; uolūtati, ad qđ qsq; uolebat, cōuertebat. Mali uero naturali sapore attædiati, dicebant. Nu.11. Aīa nr̄a nauseat sup cibo isto leuissimo. Vere et mō sic est in augustissimo isto sacramēto, cui improbi qđ suo obtingit ipsi⁹ uitio, ascribūt. Tertio, māna è cœlo uēit aereo. Exo.16. cū rore. Iste panis è summo cœlo cū plenitudine gr̄ę. Io.1. Vidim⁹ gloriā ei⁹, glīa quasi unigēiti à pr̄e, plenū gr̄ę et ueritatis. Quarto defecit ꝙ̄ primū gustarūt de frugib⁹ terrę promissiōis Iordāe trāsito. Ios.5. Vñ nō

Mannæ et Eucharistiæ collatio.

sine causa hic addidit, in deserto, sed uolens ostendere quod non ualde diu datum fuerit patribus manna, sed solum in solitudine, & non in terra promissionis. Hic uero panis perpetuo durat, & uitam præstat, ne moriatur hic morte culpæ: & in futuro, morte gehēnæ, quæ est mors secunda. Apocalyp. 20.

3 *Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Siquis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita.*

Hic panis uere descendit è cœlo, ac cœlestem à Deo uim habet efficiē di, ut siquis eo uescatur, totus uiuat in æternum, nec unquam morti sit obnoxius. Cyrillus: Mortui sunt qui manna manducauerunt, quia nullam inde uitæ perpetuæ uirtutē acceperunt. Non enim uiuificabat, sed famem solummodo corporalē remouebat, & figura erat ueritatis. Qui uero panem uitæ suscipiunt, immortalitatem consequentur, & omnia interitus mala effugiunt, cū Christo æternaliter uiuentes. Et si communi hac morte omnium fideles cadere uideantur, uiuunt tamen Deo. Est enim panis uiuus, quia uita per essentiam, & omnibus præstans uitam. Actu. 17. non solum naturalem, sed & gratiæ, & gloriæ. Ps. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Roma. 6. Gratia Dei uita æterna. Quemadmodum autem crudelitati uulnerum, non unum, sed uaria uicissim remedia conferuntur, neque semel, sed frequenter appositis remedijs molliuntur: sic duro animo uaria quædam ac frequens accommodanda doctrina est, ut si prima parum profecerit aut tertia, uel eisdem uerbis allata permulcere atque attrahere possit. Quoniam autem sacramentum hoc sublissimum est & utilissimum, idcirco quo omnem excludat errorem, seipsum exponens, consequenter apertissime loquitur, quemadmodum & Matth. 26. cum institueret. Augustinus. Ne aliquis putaret quod solum se dixisset panem secundum diuinitatem, qua pascit omnia, ait &c. Quo & potestátem suam indicat, quod nō ut seruus uel minor patre, crucifigendus sit, sed uoluntarie. Ioan. 10. Potestatem habeo ponēdi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Ad hunc autem finē, ut à morte culpæ & gehennæ eriperemur, & uitam gratiæ & gloriæ cōsequeremur, dedit in cruce corpus suum in pretium: & in sacramento in edulium atque remedium, quo in uita gratiæ roboraremur. Psalm. 22. Parasti in cōspectu meo mēsam aduersus omnes qui tribulant me.

A *Litigabāt ergo Iudæi ad inuicē, dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad mā ducandum? Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico uobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternā. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die.*

Quemadmodum Nicodemus nō capiebat sermonem Iesu, de cœlesti renascentia, nec Samaritana mulier intelligebat ænigma Iesu de aqua saliente in uitam æternam, ita crassior populus disceptabat, qui fieri posset, ut homo carnē suam daret alijs manducandam, sic, ut ea sufficeret omnibus ad uitam æternam. Inuitarat. n. omnes ad edendum panem cœlestem, ac denique dixit carnem suam esse panem quare impossibile & inutile esse iudicabant. Quomodo quando cogitationes incredulitatis ingrediuntur in animam, ingreditur simul & quomodo, oportet nos in sumptionibus diuinorū mysteriorꝶ indubitatam fidem retinere, & non quærere, quo pacto. Iudaicū enim hoc uerbū est, & extremi supplicij

pliciq̃ cauſa. Cum ergo Deus operatur, non quæramus quomodo, ſed operis ſui uiam atq; ſciẽtiam illi ſoli concedamus. Namquemadmodũ nullus nouit quidnam ſecundũ naturã Deus ſit, iuſtificatur tamen per fidem, cum credat pręmia illum red diturum quærentibus eum. Heb. 11. Sic et ſi operum eius rationem ignorat, cum tamen fide oĩa illum poſſe non dubitat, non contemnenda probitatis huius præmia conſequetur. Animalis uero homo qui ſequitur cogitationes humanas & animales nõ eſt capax eorum quæ ſunt ſuper naturam, & ſpiritualiũ, atq; ita ſpiritualem eſum carnis dominicæ nõ intelligit, cuius qui non ſunt participes, non erunt participes æternæ uitę, eo q̃ nõ ſuſceperunt Ieſum, qui eſt uita æterna. Nõ.n. nudi hominis caro eſt quæ manducatur, ſed Dei, & quæ deificare ualet, utpote contemperata deitate. Oſtendit ergo, nedum utile, ſed & neceſſariũ ad ſalutem, manducare ſacramẽtaliter & ſpiritualiter: uel ſaltem ſpiritualiter per fidem, & uotum ſumendi etiam ſacramentaliter. Sicut.n. corpus ſine cibo corporali uitam conſeruare non poteſt, ſi nec anima ſine iſto uiuifico cibo uitam gratię: ſed manducans hunc cibum, uitam ipſam quę gratiæ & gloriæ uitam præſtat, habet. Hinc ait, reſuſcitabo eum, ut & corpore & anima glorificat⁹ uideat per ſpeciem, quod hic cõtemplatus eſt per fidem.

B *Caro mea uere eſt cibus, & ſanguis meus uere eſt potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinẽ, in me manet, & ego in illo.*

Immenſam huius diuiniſſimi myſterij oſtendit operationem & utilitatem. Dñs ſiquidem Deus exhuberantem uolens in nos declarare benignitatem, cum non eſſemus, creauit nos: cum propria culpa à uita excidiſſemus & gloria, reparauit nos per paſſionem filij ſui. Roman. 5. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati, ſalui erimus in uita ipſius, & ne quid deſit ſaluti & gratiæ, filius proprio nos & corpore & ſanguine reficit, roborat, & perficit, donec in terram perueniamus promiſſam. Non enim habemus hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Hebrę. 13. Et niſi hoc cibo confortemur, deficimus in uia. Hoc figuratum fuit in manna, quo filij Iſrael paſti fuerunt donec in terram peruenirent promiſſionis. Ioſue. 5. Sed quanta diſtantia inter terram promiſſionis & cœlum, ſic & inter manna, & euchariſtiam. Ne autem putaretur dominus parabolice loqui, prout conſueuerat, ita quòd carnem ſuam diceret panem, quia per panem ſignaretur, & eſſet ſub forma panis ſolum ſicut ſub ſigno, uel per aliquam ſimilitudinẽ & proprietatem cum pane cibus diceretur, ſicuti petra. 1. Cor. 10. Petra autem erat Chriſtus. Et uitis. Ioan. 15. Ego ſum uitis uera. Hinc dicit: Caro mea uere eſt cibus, non umbratice, ſicut manna. Exod. 16. 1. Cor. 10. Omnes eandem eſcam manducauerunt. Sic et agnus paſchalis. Exo. 12. Erant quidem hæc uere cibus, quia panis & agnus, ſed non ille panis nec ille agnus cum articulo, quod de ſolo Chriſto dicitur. Secundo, eſt uere cibus, quia uitam præſtat animæ, & hanc æternam, quod manna nequiuit. nam illi manducantes, mortui ſunt. Ordinantur enim ſacramenta nouæ legis ad conſeruationem uitæ ſpiritualis, quæ per baptiſmum acquiritur in quo ſpiritualiter ad uitã regeneramur. Io. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Hinc per confirmationẽ

Sacramentariorum confutatio

roboramur, sed per hoc sacramentũ nutrimur, quod est spirituale alimẽtũ. Cibum autẽ oportet realiter uniri cibato atq; addi, idcirco in hoc sacramento realiter continetur, substãtialiterq; unitur cõmunicanti, sic & sanguis qui est potus. Panis enim qui à nobis in mysterijs manducatur, non est tantum figuratio quędã carnis domini, sed ipsa caro domini. Non enim dixit, panis quem ego dabo, figura est carnis, sed caro mea est. Trãsformatur enim arcanis uerbis panis ille per mysticam benedictionem & accessionem spiritus sancti, in carnem domini. Condescendente uero domino nostræ infirmitati, talis apparet nobis mysticus panis, qualibus alioquin assueti sumus, & non caro, ne abhorreamus ab eius esu. Non autẽ perficitur hoc sacramentum in usu sicut alia sacramenta, sed in consecratione materiæ & non in usu. Alia enim non perficiuntur in benedictione materię, sed in usu: ut baptismus & confirmatio non perficiuntur in benedictione aquæ & chrismatis, sed in ablutione & unctione cum determinatis uerbis & formis. Hinc frequentatio huius sacramenti nõ deficiet, donec dominus ad iudicium ueniat. 1. Cor. 11. Quotiescunq; mãducabitis panem hũc & calicem bibetis, mortem domini annũciabitis donec ueniat, iudicaturus scilicet orbem. Vnde Matt. 28. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Non solum secundum diuinam essentiam, sed & corporalem præsentiam in hoc sacramento, quia hoc maxime nobis necessarium. Quemadmodũ enim cibus corporalis uitam naturalem sustentat, confortat & perficit, deperditum reparat, delectat & impinguat: sic cibus iste uiuificus, uitam spiritualem ac deiformem in anima fulcit, cõfortat, perficit, amissa bona restaurat, exhilarat & impinguat, diuitias gratię accumulãdo in anima. Plus. n. in Christo consecuti sumus q̃ in Adam perdidimus. Ro. 5. Sed non sicut delictum, ita & donum. Vbi abundauit delictũ, superabundauit & gratia. Priuarat autem nos uita naturæ, gratiæ & gloriæ. Sap. 1. Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione uiuorum. Impij autẽ manibus & uerbis accersierunt illam. Vnde Gen. 2. Plantauerat autẽ dominus Deus paradisum uoluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Produxitq; dominus Deus de humo omne lignum pulchrum uisu, & ad uescendum suaue. Lignũ etiam uitæ in medio paradisi, lignumq; scientię boni & mali. Lignum ergo uitę Christus multo excellentius. Mira res & obstupescenda. itane creator omnium nobis uermiculis seipsum dedit in cibum? Quando hoc capere potest mens humana? Omnem transcẽdit intellectum. Maximam enim nobis in hoc charitatem ostendit, maximã nos inde consequimur utilitatem. Quemadmodum enim cibus humanus traiectus in stomachum, ac per membra digestus, transit in substantiam corporis, ut iam idem sit cibus & homo uescens eo: ita uice uersa, qui hunc cibum comederit, spiritualiter in ipsum transformatur. Contemperato fit noua & super rationem, ita ut sit Deus in nobis, & nos in Deo. Caro mea, inquit, uere est cibus, qui præstat immortalitatem: et sanguis meus uere est potus, qui cõfert uitam ęternam, non corpori tantum, sed toti homini. Nam ego sum in illo per spiritum meum, per quẽ illi uitam impartio, & ille in me est uelut membrum in corpore, aut palmes in uite societate indissolubili. Vnde sicut mẽbrũ à capite influen-

tiam recipit uitæ. Io.1. De plenitudine eius omnes nos accepimus. Ioã. 15. Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes nõ potest ferre fructum nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis. Hinc nedum significat unionem capitis ad membra, & membrorum in inuicem et ad caput, sed & efficaciter pręstat. 1. Cor. 10. Calix benedictionis cui benedicimus, nõne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nõne participatio corporis domini est? Quoniam unus panis & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. Nam ut ex multis granis panis efficitur, & ex multis racemis uinum confluit: sic ex multis hominibus cum capite Christo unũ corpus fit. Eph. 1. Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur. Quo ergo certiorẽ nobis faceret spem, nos quoq; uenturos ad suæ gloriæ consortium, sic nobis cohęret, ut totum corpus capiti connectitur, nec alterum ab altero potest diuelli. Porrò capitis gloria membris cæteris communis est, quibus sic præsidet caput, ut sua bona transfundat in singula. Nec corpus absolutum est, nisi caput accedat: & capiti uidetur aliquid desiderãdum, nisi corpus omnibus membris consummatum accesserit, in quæ singula sic suas dotes transfundit Christus, ut ut idem impleat omnia, iamq; totus et integer uiuat ac regnet, adglutinatis sibi membris omnibus. Ecce quanta gloria, dignitas & beatitudo bonorum, qui tam præstantissimo uescuntur alimento, & Christo tam intime copulantur, tantisq; donis deificis adimplentur.

2 *Sicut misit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Hic est panis qui de cælo descendit.*

Quemadmodum pater est in me, & mihi uitam impartit, & uitam alijs tribuendi. Ioan. 5. Sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habere in semetipso. Sicut pater suscitat mortuos, sic & filius quos uult uiuificat. Ita qui me comedit, mihiq; mystico esu potuq; sic iungitur, ut mecum unum fiat, huic & ipse uitam impartiam, nõ ad breue tempus daraturam, sed æternam. Cyrillus: Quando igitur caro saluatoris uerbo Dei (quod naturaliter uita est) coniuncta, uiuifica effecta est, qñ eam comedimus, tunc uitam habemus, illi coniuncti quæ uita effecta est. Hac de causa in excitãdis mortuis nedũ uerbo, sed & carne utebatur. Mat. 9. Vbi puellam manu tenens ait: Puella, surge. Sic loculum in quo adolescens mortuus iacebat, tetigit, dicens: Adolescens, tibi dico, surge, Lucæ. 7. Hinc omnis turba quærebat eum tangere, quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Luc. 6. Quomodo ergo non uiuemus qui carnem illã manducamus, quæ suo tactu corrupta redintegrauit? Nec uelis Iudaice quærere, quomodo: sed recordare quamuis naturaliter aqua frigidior sit, aduentu tamen ignis frigiditatis suę oblita, æstuat. hoc sanè modo etiam nos, quamuis propter naturã carnis corruptibiles simus, participatione tamen uitæ, ab omni imbecillitate reuocati, ad proprietatem illius ad nutum reformamur. Nec putet ex ariditate mẽtis suæ Iudæus, inaudita nobis excogitata esse mysteria. uidebit enim si attẽtius quærit, hoc ipsum à Mosis temporibus per figuram semper factitatum fuisse. Quid enim maiores eorum ab ira Aegyptiorum liberauit, quãdo mors in primogenita sæuie-

bat? Nōne omnibus palàm eſt, quia diuina inſtitutione perdocti, agni carnes manducauerunt, & poſtes et ſuperliminaria ſanguine perunxerunt, propterea mortem ab eis diuertiſſe? Pernicies nanq;, id eſt, carnis huius mors, aduerſus genus humanū, propter primi hominis tranſgreſſionem furiebat, cui dictū fuit. Gen.3. Terra es, & in terrā ibis. Verū quoniam per carnē Christus atrocem hunc euerſurus erat tyrānum, propterea apud priſcos id myſteriū obumbrabatur, & ouinis carnibus atq; ſanguine ſanctificati, Deo ita uolente, perniciem effugiebāt. Exo. 12. Auguſtinus: Vt uiuam propter patrem, mea exinatio facit: ut ipſe uiuat propter me qui manducat me, participatio mea facit: ſicut membrum corpori coniunctū uiuit, diſiunctum nō uiuit. Sed unde uirtus talis ſit pani huic, indicat, quia de cœlo deſcendit, non aereo ut māna, ſed empyreo. Pſal.15. A ſummo cœlo egreſſio eius. Ioan.16. Exiui à patre & ueni in mundum. Quia ergo uere de cœlo deſcendit, cœleſtem habet uirtutem, ac ueſcenti dat uitam æternam.

3 *Non ſicut manducauerunt patres ueſtri manna, & mortui ſunt, qui manducat hunc panem, uiuet in æternum.*

Non erat manna uerus ille panis, ſed figura eius: quare uitā ſpiritualem & æternam dare nō potuit, ſed dādā in hoc ſacramento figurabat. Obſerua hic, triplicem à dño deſignari & diſtingui panem. Māna de quo Iudæi ſe iactitabāt, q; patribus à Deo præſtitum fuiſſet. Pſal.77 Et pluit illis manna ad manducandū, & panem cœli dedit eis, panē angelorum manducauit homo. Exo.16. Iſte eſt panis quem dominus dedit uobis ad ueſcendum. Verbum Dei carne obuelatum, quod de cœlo deſcendit carnem aſſumendo. Io.6. Panis.n. uerus eſt qui de cœlo deſcēdit & dat uitam in mundo. Fuit manna quidem uerus panis, ſed non ille panis uerus, qui uitam præſtat mūdo, ſed figura: quare nōnullas cū pane uero habuit ſimilitudines. Primo, quia manna de cœlo, ſed aereo, unde panis cœli dicebatur. Pſal.77. ſed ille panis de cœlo æthereo. Io.6. Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi. Secundo, egrediebatur populus quotidie mane ad manna colligendum. Exo.16. nos quotidie luce fidei præuia iſtum colligere debemus panē. Tertio, qui plus colligebat, nequaquā plus habebāt: neq; q minus, minus, ſed ſinguli ſecūdum quod edere poterāt. Exo.16. Sic iſte panis omnibus plena ſufficientia. Quarto, ſi qui ante ſabbatum negligebant colligere, nihil ſabbato inuenerunt. Exod.16. Sic qui hic cibum hunc non colligunt, poſtea non inuenient. Quinto, naturalem habuit ſaporem ut ſimila cū melle, uel ut panis oleaceus. Nu.11. ſed bonis ad uotum dulciſſimū erat. Sap.16. Angelorū eſca nutriuiſti populum tuū, & paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamētum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem. Subſtantiam enim tuam & dulcedinem quam in filios habes, oſtēdebas: & deſeruiēs uniuſcuiuſq; uoluntati, ad quod quiſq; uolebat, conuertebatur. Malis tamen in nauſeam uertebatur. Nume. 11. Anima noſtra arida eſt, nihil reſpiciunt oculi noſtri niſi man. Sic iſte, panis ſeruans ſaporem, ſpiritualiter animam omni dulcedine replet, hic gratiarum, & poſt gloriæ. 1.Pet.2. Si tamen guſtaſtis quoniam dulcis eſt dominus. Sexto, reſeruatum fuit in memoriam in tabernaculo in arca. Exod.16. Iſte autem panis nobis ſeruatur in cœlis, & nihilhominus quotidie miniſtratur do-

Triplex panis.

Manna cū uero pane ſimilitudines.

nec in terram perueniamus promissionis, clare ibi uisuri & fruituri plenissime. Nam uidebimus eum sicuti est. 1. Ioā. 3. Tertius panis est caro ipsa Christi, sed similitudine panis uelata. Io. 6. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi uita. Manna enim manducantes, mortui sunt, nec eius uirtute uitam cōsequi potuerunt: sed hunc panem qui mā ducat, uitam consequuntur æternā, hic gratiæ, & post gloriæ in anima & corpore. Potest autem non iniuria dici cibus corporalis, uel spiritualis. Eadē quippe caro quæ in cruce pro nobis fuit immolata, realiter in os nostrum sumitur, & à nobis editur & transglutitur in sacramēto citra transformationem in nostrum corpus. Mat. 26. Accipite et comedite, hoc est corpus meū. Ideo corporalis manducatio dici potest. Sed quia nullam à dentibus nostris iniuriam patitur, neqꝫ cæterarum more escarū conuertitur in corporis nostri substantiam, sed nos magis in se uertit, ideo non iniuria spiritalis cibus & manducatio appellari potest. Nam & Paulus corpora nostra, spiritualia post resurrectionem futura asserit, et nihilhominus corpora uera. 1. Cor. 15. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Cyrillus Quoniam corpus Christi uiuificat, & ad incorruptionem reducit sua participatione, cum sit ipsius uitæ corpus, & ipsius incarnati uerbi, quo uniuersa uiuunt & sunt, uirtutem complectatur, quod si tātas uires huius carnis communicatio nostræ carni tribuat, ut eadem in nouissimo die resurrectura sit, quis hoc ceu tenue fomentum existimabit? Veruntamen ita carne Christi carnem nostram ali neutiquam putamus, ut ipsa more cæterarum carnium à nobis digeratur, sed magis ad similitudinē auri gēmarumqꝫ & margaritarum, quæ fomentum præstant corporibus citra substātiæ suæ conuersionem ullam. Vbiqꝫ uiuæ meminit, et crebro: quia nihil ita suaue hominibus et delectabile, ut res illa. Si ergo domin⁹ quadraginta annis sine messe & semēte pauit homines in deserto. Deut. 8. & uitam illorum conseruauit, multo magis nunc uitam nostram conseruabit spiritualē carne sua, quæ ex uirgine spiritu sancto operante procreata est. Lucæ. 1. Dicitur autē panis propter species remanēntes, & quia panis antea fuit, sicut uirga Mosi, dicta fuit uirga, quanquam conuersa fuerat in serpētem. Exo. 7. & tertio quia obumbratum specialiter in oblatione Melchisedech, ut dicit Apostolus. Heb. 7. Vnde. Gene. 14. At uero rex Salem Melchisedech, proferens panem & uinum, erat. n. sacerdos altissimi, benedixit ei, Abrahæ scilicet. Cum autem sit cibus spiritualis animæ non conuenit nec proficit nisi uiuenti uita gratiæ, sicut cibus corporalis non prodest nec datur nisi uiuēti uita naturæ, ideo admonet Apostolus. 1. Cor. 11. Probet autē seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui. n. manducat & bibit indigne, iudicium sibi mā ducat, & bibit, non dījudicans corpus domini. Nam sacramentaliter tantum sumit sicut Iudas, & non spiritualiter, nō discernēs fide hunc cibum ab alījs. Hinc ait. 1. Corint. 11. Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiūt multi. Sic Betsamitæ curiosius quàm decuit arcā uidentes, percussi fuerūt ad septuaginta uiros & quinquaginta millia plebis. 1. Re. 6. Oza manum extendens, ut declinantem arcam teneret, à domino percussus fuit, & mortuus. 2. Regum. 6. Sed quæ comparatio ad istam arcam, in qua omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt reconditi? Col. 2. Si er-

go adsit fides, fides dico uiua, & secum qua ferueat trahens charitatē, probat⁹ est: & si sic accedat & edat, hoc ad augmentum gratiæ attentat, & est in eo sacramentalis & spiritualis manducatio & bibitio: & in filio Dei manet & prius & nūc, sed prius per fidei ueritatem, nunc autem per fidem & augusti sacrosancti signi ueritatem filius Dei manet in illo, cibans, confortans & perficiens. Helias, gustato cibo & potu per angelum præparato, in fortitudine cibi illius ambulauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus usq; ad montem Dei Oreb. 3. Re. 19.

Hæc dixit in synagoga, docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc uos scandalizat? Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquā. Verba quæ ego locutus sum uobis, & spiritus uita sunt.

Ostendit quàm periculosum simul & damnabile sit, non se simpliciter per fidem subdere diuinis promissionibus & iussis. Hæc enim uerba tam salutifera & uerissima, in loco & ciuitate celebri docuit. Ioan. 3. Qui facit ueritatem, uenit ad lucem ut manifestentur opera eius. Ioā. 18. Ego palā locutus sum mūdo. Quia carnales erant, audientes carnem, putabāt quòd eos cogeret ad carnis & sanguinis sui deuorationem, tantum aberat ut crassus populus horum mysteriorum cœlestium capax esset, ut discipuli quoq; cōplures offensi, pararint à suo magistro desciscere, murmurātes inter sese: Durus est hic sermo de comedēda carne uiui hominis, & bibendo eius sanguine, rationi & ueritati cōtrarius. Cuius aures ferant huiusmodi doctrinam? At dominus secretis eorum respondens murmurationibus, deū se ostendit. An huiusmodi, inquit, sermo uestras aures offendit, q͡ dixerim me panem profectum esse è cœlo, qui uitam daret mundo? Verū est difficilius, iuxta crassum humani sensus intellectum, descendisse è cœlo, an ascendere in cœlum? Quid ergo si uideritis olim hunc filiū hominis, quē uidetis humano corpore indutum ascendere in cœlum, ubi prius erat antequā descēderet, priusquā hoc haberet corpus mortale? Ad insinuandum unitatem personæ utriusq; naturæ in Christo, dicit filiū hominis fuisse in cœlo antequā descenderet. Ascēdit enim ut homo, ubi erat prius ut deus. Dixit tamen hoc, ut abduceret eos ab opinione, qua dicebant eum filiū Ioseph. Quoniam autem carnaliter accipientes uerba eius, offendebantur, dicit carnem per se nihil prodesse, spiritum uero donare uitam. Augustinus: O domine et magister bone, quomodo caro non prodest quiquam, cum tu dixeris, nisi mādũcaueritis carnem filij hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis? Io. 6. An uita non prodest quicquā? Et propter quid sumus q͞d sumus, nisi ut habeamus uitam æternam, quam tua carne promittis? Quid ergo est, caro nō prodest quicq̃? Sed q̄uo illi intellexerūt? quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello uēditur, non quomodo spiritu uegetatur. Proinde sic dictum est, caro nō prodest quicquam: quomodo dictū est, scientia inflat. 1. Cor. 8. Iam ergo debemus odisse scientiam? Absit: Et quid est, scientia inflat? Sola sine charitate, ideo adiunxit, Charitas ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem, & utilis erit scientia, non per se, sed per charitatem. Sic ergo caro non prodest quicquam, sed sola caro: adde spiritum ad carnem, quomodo.

accedit charitas ad sciētiam, & prodest plurimum. Duplicem eorum, quo tenebantur, corrigit errorē. Alterum, quo autumabant carnē quēadmodum pecudum manducandā, quo contra dicit carnem per se nihil prodesse, sed spiritum cui unita est uiuificare. Hic.n. cibus auide sumptus, ac in uiscera mentis traiectus, uegetat animos, & unum cum ipso efficit, sic ut ipsius spiritu uiuamus in æternum. quemadmodum eiusdem corporis membra, quandiu cohærent, communi spiritu uiuunt. Alterū, quo corpus corruptioni obnoxiū credebāt & mortale. Hinc dicit, uerba quæ locutus sum uobis, non sunt carnalia quemadmodum uos interpretamini, sed spiritus sunt & uita, quia spiritualiter intellecta uiuificant animam. Non enim sunt de carnali & corruptibili corpore, sed spiritali. 1. Cor. 15. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale, qđ in sacramento accipitur. Idem quidem corpus eiusdem substantiæ qđ in cruce pependit, accipitur, sed nō eiusdem qualitatis. Non ergo Deū nudum manducamus, tangi enim nequit, quia incorporeus est. Io. 4. Deus spiritus est, & neq; oculis neque manibus apprehendi potest. Iterum nudi hominis caro nihil prodesse potest: sed quia deus uniuit sibi carnem secundum ineffabilē contēperationem, uiuifica est caro. Sic ergo intellecta et credita uerba mea spiritus & uita sunt, quia uitam prę stant. Ipsa enim uerba spiritum & uitam præstant sacramento quibus consecratur.

2 *Sed sunt quidam ex uobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat: Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo: Ex hoc ergo multi discipulorum eius abierunt retrorsum, & iam non cum illo ambulabant.*

Ostendit deitatis dignitatem reuelando secreta, & causam quare non intelligant, quia non crederent. Esa. 7. Si non credideritis, non intelligetis. Ideo admonet Apostolus omnem intellectum captiuandū in obsequiū Christi. 2. Cor. 10. Cupit quidem Deus munus hoc cœleste omnibus contingere per Christum, sed nec aduersantibus dādum est, quia non promerentur: nec quisquā pōt accipere, nisi fuerit appetens. Deus enim quantum in se est, paratus est opem impendere, immo & gratiam influit, dummodo non posuerit homo obicem, faciens quod in se est. Ex hoc multi nolentes intellectum suum subijcere uerbis Christi, sed carni adhærētes & lrē quæ occidit, & non spiritui qui uiuificat. 2. Cor. 3. Christo relicto, abierunt per infidelitatem mente & corpore retrorsum post satanā. Qui enim se à Christo diuidit, retrorsum uadit: qui autem adhæret Deo, unus spiritus est cum illo. 1. Cor. 6. Semper extendēs se ad anteriora. Phil. 3. Ego non arbitror me comprehendisse: unum autem, quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea uero quæ sunt priora, extendens meipsum, ad destinatum prosequor, ad brauium supernæ uocatiōis dei in Christo Iesu. Sed multi cum uxore Loth retro respiciunt, quæ uersa fuit in statuam salis. Gene. 19. Vnde dominus. Luc. 17. Memores estote uxoris Loth. Mat. 10. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit.

Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nunquid & uos uultis abire? Respondit ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes. Et nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei: Respondit ei Iesus: Nōne ego uos duodecim elegi, & ex uobis unus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariothis, hic enim erat eum traditurus, cum esset unus ex duodecim. 3

Quo illorũ fides manifestaretur, & alijs imitanda proponeretur, liberum eis facit, sequerentur nec'ne, demonstrans ꝙ nollet eos reuerẽtia erga se, comitari se, sed ut scirent beneficiũ esse ꝙ se sequantur. Eccl. 23. Gloria magna est sequi dominum, longitudo enim dierum assumetur ab eo. Num & uos, inquit, uultis abire? Liberum est, nisi intelligitis uestra referre, ut ꝑmaneatis. Hic Simon Petrus simplicis semper & ardentis fidei in Iesum, totius ecclesiæ personam gerens, cæterorum quoq; nomine magna alacritate respõdit: Dñe quò te derelicto ibimus? doctrina tua cœlestis est, & obsequentes in uitam perducit æternam. Nõ enim terrena promittit ut Moses & prophetæ. Leuit. 26. Si enim in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo uobis pluuias temporibus suis, & in terra gignet germen suũ, et pomis arbores replebũtur. Esa. 1. Si uolueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. sed æterna & cœlestia. Matt. 4. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Matt. 11. Regnũ cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Et nos credimus fide formata, etsi non dum perfecta & stabilita, & cognouimus per donum intellectus, quia tu es Christus ille filius Dei, naturalis, non adoptiuus. Opportune ait, credimus & cognouimus: quia nisi credideritis, non intelligetis. Esa. 7. Emendans dominus Petrum, ꝙ nõ omnes crederent, ait: Quid miramini iam aliquot discipulorum à me abijsse? Nõne uos duodecim ut eximios ex omnibus delegi? Et tamen è tã paucis & singulariter delectis, unus diabolus est, non per essentiã, sed ꝑ imitationẽ, delaturus eũ cuius corpus ederit et sanguinem biberit. Nouerat dominus ꝙ nihil profuturus esset, nihilhominus Iudæ prodit malitiam, quod suum est faciens: neque illum manifestat, neq; omnino occultum esse permittit: illud quidem, ne impudentior & contentiosior fieret: hoc autem, ut ne licenter facinus patraret, occultum illud putãs. Quamuis esset à sancto illo choro, attamen mala sua uoluntate indignus inuentus est. Ita hõ animal est suapte natura uertibile. Hinc. 1. Cor. 10. Qui stat, uideat ne cadat. Discimus itaq; hoc, ꝙ non coactione & ui quadam meliores facere consueuerit Deus, neq; eius electio cogat uoluntatem nostrã, cum sit mala ut fiat bona: sed electio quidem fit à Deo, qui adhortatur nos ad bonum, & suam nobis impartit bonitatem: in mente autem nostra & uoluntate situm est saluari, et digne ad electionem ambulare uel è diuerso.

De Scenopegia & doctrina in templo.

ARTICVLVS XIII.

Post hæc autem ambulabat Iesus in Galilæã, non enim uolebat in Iudaeam ambulare, quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum Scenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius: Transi hinc & uade in Iudæam, ut & discipuli tui uideant opera tua quæ facis, Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palàm esse. Si hæc facit, manifesta teipsum mundo. Neque enim fratres eius credebant in eum. Ioan. 7.

Ostendit quanta solicitudine uanagloria, omnium meritorum perniciosissima pestis, fugienda, quanto enim quis diligentius placere studet malis, tanto magis displicet Deo. Postquàm ergo dominus plurimis miraculis doctrinam confirmasset euangelicam, nec non spe pr̃emiorum per transfigurationem, animos suorum ad crucem post se baiulandam incitasset: & uerbis sanato puero à spiritu muto & surdo; inde profecti, prætergrediebantur Ga-

tur Galilæam, nec uolebat quenquam scire. Marc.9. Non enim pro tunc publice uel prędicauit, uel miracula gessit. Augușt. Christus potentiam suam ostendit quando uoluit: sed et infirmitati nostrę prębuit exemplum. non. n. perdiderat maiestatem, sed nostram cõsolabatur infirmitatem. Nã uolens, dedit in mortem animam suam. Hiere.12. Io.10. Potestatem habeo ponẽdi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: & nemo tollit eam à me, sed ego pono eã à meipso. Hinc cum esset in medio ipsorum insanientium contra ipsum manebat illæsus, suam ostendens deitatem. Luc.4. nunc uero confirmat quòd uere homo sit, simul et imagine quadam depingẽs, quòd se ab ingratis hominũ subducat mentibus. Matt. 21. Auferetur à uobis regnum Dei, et dabitur gẽti facienti fructus eius. Et quod nonnunquam furori cedendum. Matth.10. Cum uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Veritate, multorum sibi conciliauit inuidiam, quod usu uenit ĳs qui propugnatores sunt ueritatis. Atqui manifestario constat, hos non amore iustitiæ & diuinæ glorię zelo adductos, sed odio, id quòd inuidia solet, qualescunque causas pretexere, ut suam libidinem explerent, sabbati uiolationem, Dei blasmationem falsò imponentes. Instabat tunc dies cum primis festus ac religiosus, quem Græci scenopegiã appellant, ob memoriã priscorum patriarcharum, qui uitam agebant in tabernaculis, subinde mutantes sedem. Hinc præceptum fuit. Leuit.23. ut mense septimo septem diebus agerẽt festum tabernaculorum habitando in umbraculis, ut discerent posteri quòd in tabernaculis habitare fecisset dominus filios Israel. Hoc typo iam tum adumbrabant, qualem oporteat esse uitam eorum qui profiteantur euangelicam doctrinam, nempe ut se peregrinos agnoscant mundi, sed ciues cœli. Ephe.2. Non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei. Ideo Philip.3. Nostra autem conuersatio in cœlis est. Hinc admonet Petrus.1. Pet.2. Obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos abstinere uos à carnalibus desiderĳs, quæ militant aduersus animam, conuersationem uestram inter gentes habentes bonam. Hortabantur eum sui uelut gloriæ cupidum, sed subtimidum, animoq́ minus quàm oporteret præsenti, ut si fideret suis pręsidĳs, non latitaret inter Galilæos. Augustinus: Consuetudo scripturæ est, quoslibet consanguineos frẽs appellare. Sic Abraham filium fratris sui, Loth fratrẽ nominauit. Gen.13. Et Laban, Iacob Gene.29. Volebant ergo isti ex magnificis domini & dictis & factis, sibi occupare gloriam, quemadmodum & Iudæi de Ioanne. Io.5. Vos autem uoluistis ad horã exultare in luce eius. O quot sunt tales, q sub prætextu & commodi & honoris alterius, solum suum agunt negocium. Hinc hortabantur ut Hierosolymam adiret illic ostensurus uirtutem, eo maxime tempore, quo ingens multitudo conflueret populi, ac sic manifestario se ostẽderet Christum. Sic sic & pharisæi omnia sua faciebant, ut uiderentur ab hominibus. Matt.23. Sinistram ipsorum intentionem euangelista clare demonstrat, dicens nec fratrem in ipsum credidisse. ideo ipse ait. Mar.6. Nõ est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognitione sua. Qui autem humanam quærunt gloriam, Christo synceriter affici, & credere non possunt. Ioannis quinto. Quomodo uos po

Fratres qui olim dicti.

testis credere, q gloriã ab inuicẽ accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis? Nos igitur hanc uipe ram simul ut irrepserit, iugulemus, eique caput amputemus ne bonorum operum totum inficiat corpus Gala.5. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes. 1. Timot. 1. Soli Deo honor & gloria. Vnde ipse Christus ait Ioan.8. Ego honorifico patrem meum. Et Psal.113. Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

2 *Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit, tempus autem uestrum semper est paratum, Non potest mundus odisse uos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt.*

Quomodo & quando oporteat me innotescere mũdo, ex patris cœlestis pendet decreto, non ex humano consilio. Ego, qui patris arbitratu ueni, meum habeo tempus. Sic et matri, in nuptijs ob uini defectum requisitus, respondit Ioan.2. Nondum uenit hora mea. Quanquam autem Deus nullo temporum limite concludatur, utpote apud quem nulla est trãsmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Iaco.1. effectus tamen ipsius tẽpori ascribimus. Vnde ex creatione initiũ temporis habemus. Gene.1. In principio creauit Deus cœlum & terram. Sic recreationis. Galat.4. At ubi uenit plenitudo temporis, misit deus filium suũ, factum ex muliere, factum sub lege ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorũ reciperemus. Matthæ.26. Tempus meum prope est. Luc.22. Et filius quidem hominis, secundum quod diffinitum est, uadit. Hinc pharisæis obiecit, quòd hoc tempus non cognouerunt. Lu. 12. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare. hoc autem tempus quomodo non probatis? Retributionis. Psal.70. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. 1. Pet.5. Humiliamini sub potenti manu dei ut uos exaltet in tempore uisitationis. Ioan.5. Pater non iudicat quenquãm, sed omne iudicium dedit filio. Tempus autem uestrum, qui humano affectu ducti, gloriam huius mundi quæritis, & in me iuxta mũdanum sensum gloriari uultis, semper paratum est, quo mundus sua studia sectatur, amat, & promouet. Dicitur autem tempus paratum uel imparatum, propter ea, quæ in ipso fiunt uel fiũt. Sic dies dicuntur mali, Ephesiorum.5. & Matth.6. Sufficit diei malitia sua. Ecclesiast.19. Est iustus qui inclinat faciem suam, & fingit non uidere se quòd ignoratum est: etsi ab imbecillitate uirium, uetetur peccare, si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Obserua ergo quòd tempus nostrum semper est paratum, siue in malum utamnr, quòd in bonũ concessum est. Hinc dicitur, Apocalyp.22. Tempus propè est. Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Ecce uenio cito, & merces mea mecum est, reddere secundum opera sua unicuiq; Ideo nõ negligamus tempus. Ecclesiastes.8. Omni negocio tempus est & opportunitas. Vnde Apostolus.2. Cor.6. Exhortamur ne in uacuum gratiam Dei recipiatis. Ait enim Esa.49. Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Est ergo tempus nostrum paratum ad cõuersionem. Ecclesiastes duodecimo. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequàm ueniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquauerint anni de quibus dicas, non mihi placent. Act.17. Et tempus quidem

ignorantiæ huius despiciens Deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant, eo quòd statuit diem in quo iudicaturus est orbem in uiro in quo statuit fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. Hinc. 1. Petri. 4. Sufficit præteritum tempus ad uoluntatem gẽtium consummandam, his qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, uinolentijs, comessationibus, potationibus &c. Sed Apoc. Dedi, inquit dominus, illi tempus ut pœnitentiam ageret, & non uult pœnitere. Secũdo, ad boni operationem. Eccl. 4. Fili, conserua tempus, & deuita à malo. Col. 4. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, redimentes tempus. Gala. 6. Dum tempus habemus operemur bonum. Tertio, sequitur quo ad præmij acceptionem. Gala. 6. Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Sed quia istud nobis incertum quãdo uenit, quanquàm semper paratum. Ecclesiastes. 9. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & uolucres laqueo comprehenduntur, sic & homines capiuntur in tempore malo, cum eis exemplo superuenerit. Ideo admonet saluator. Marc. 13. Videte, uigilate, & orate, nescitis enim quando tempus sit. Ostendit autem eos mũdo inhærentes, d. Tutò potestis ire quò lubet, quando mundus ut sibi cõsentiẽtes diligit. Sicut enim odiũ ex dissimilitudine oritur, ita amor ex conformitate. 1. Ioan. 4. Maior est qui in uobis est, quã qui in mundo est. Ipsi de mũdo sunt, et ideo de mũdo loquuntur, & mũdus eos audit. Sed Iac. 4. Quicũq; uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constituitur. Hinc. 1. Ioã. 2. Nolite diligere mundũ, neq; ea quę in mundo sunt, si quis diligit mũdũ, nõ est charitas patris in eo. Q̃m omne quod est in mundo, concupiscẽtia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ, quę nõ ex patre, sed ex mũdo est. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Felix qui dicere põt. Gal. 6. Mihi absit gloriari, nisi i cruce dñi nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Me aũt odit. Liberior. n. reprehensio odium parit. Pro. 15. Non amat pestilẽs eũ, qui se corripit, nec ad sapientes graditur. Sic Achab ait de Michæa propheta. 3. Reg. 22. Ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum. Vnde de domino Iesu dicitur. Sap. 2. Cicumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, et contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ.

Vos ascendite ad diem festum hunc, ego enim non ascẽdam ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festũ, non manifeste, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille? Et murmur multus erat in turba de eo, quidam enim dicebant, quia bonus est: alij autẽ dicebant, non, sed seducit turbas. Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metũ Iudæorum.

Vos ascendite, ubi gloria mundi spectatur ubi delicijs uiuitur, ubi nihil æternum, nihil quod mansurum sit, cogitatur. Esa. 1. Neomeniam & sabbatum & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cœtus uestri. Calendas uestras et solẽnitates uestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta. Ego nõ ascẽdam uobiscũ ad istum diem festum, quia tempus meum nondum impletum est. Manet apud eos qui de uitijs transmigrant ad uirtutes. 1. Io. 4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, et de9 in eo. Posteaq̃ aũt

abiſſent fratres eius ad diem feſtum tum profectus eſt ipſe, ut perſpicuũ ſatis eſſet, ſe non tam metu Iudæorum abſtinuiſſe à conuentu ſolenni quàm ut fugeret comitatũ ſuorum cognatorũ, quos adhuc carnales nolebat euangelico negocio admiſceri, & ne tali comitatu Iudæis maioris odij cauſam daret. Quòd autẽ ad ferias tabernaculorum aſcendit, obediẽtia eſt paterni mandati, & reuerentia legis à ſe datæ, quo noſtram peruicacitatem percutit. Nam grauiter exequimur quæ nobis diuinitus demãdata ſunt. Spernimus maiorum decreta, non Chriſti, ſed illius imitatores, qui ait. Gen.3. Cur præcepit uobis Deus, ut nõ comederetis ex omni ligno paradiſi? Iamq; in eũ uelut abſentem uarij ſermones in populo ferebantur, quòd non eſſet eadẽ omnium de Ieſu opinio, nec eadem omnium ſtudia. Quidã nimio odio ipſum non nominabãt, quidam timore. Cyrillus: Penè rectam de illo ſententiam efferunt, non poſſe putãtes opera Dei quenquã facere, niſi aut Deus ipſe ſit natura, aut Dei particeps, & gratia plenus, & idcirco bonus & innocens. Alij inuidiæ ſtimulis acti, contradicebãt, ſeductorẽ dicentes, per ſimulatam iuſtitiã, falſa miracula, & doctrinam peruerſam. Vide qualia iudicia ſubijt iudex uiuorum & mortuorum. Sic et nos Chriſti bonus odor ſumus Deo, in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt. Alijs quidem odor mortis in mortẽ, alijs autem odor uitę in uitam. 2. Cor.6. Vt ſeductores & ueraces. Igitur inter uerba laudantium aut uituperãtium ſemper ad animum recurrendũ: Si falſa ſunt, te aliena mendacia non cõmaculant, & ut ſurdus pertranſeas. Pſal.37. Ego autem tanquã ſurdus non audiebam. Sic Saul diſſimulabat ſe audire uocem dicẽtium. Num ſaluare nos poterit iſte, quando conſtitutus fuit in regem. 1. Reg. 10. Si uero doleat te anſam præbuiſſe obtrectandi & patienter ſuſtine. 1. Corinth.4. Mihi enim pro minimo eſt, ut à uobis iudicer, ait Apoſtolus Corinthijs, aut ab humano die, ſed neque meipſum iudicio. Nihil enim mihi conſcius ſum, ſed in hoc iuſtificatus non ſum. Qui autẽ iudicat me, dominus eſt. Hæc igitur clancularijs ſuſurris ſpargebantur de Ieſu, cum nemo auderet palàm interim de illo bene prædicare, cum eſſent non pauci, qui de illo bene ſentirent. Metuebant enim Iudæorum proceres, quibus intelligebat Ieſum uehementer inuiſum, quòd ipſorum authoritatem, ſuis dictis factiſq; uideretur imminuere. Timendum ne, & id uſque hodie in pleriſque uſu ueniat, qui plus homines quàm Deum timentes, ueritatem aut dicere aut facere uerentur. Prou.29. Qui timet hominem, cito corruet: qui ſperat in domino, ſubleuabitur. Nec mirum id de popularibus, cum Ioan.12. ſcriptum ſit: Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, ſed propter phariſæos non confitebantur, ut de ſynagoga non eijcerentur. Dilexerunt enim gloriã hominum magis, quã gloriam Dei. Sed quid ait dominus? Luc.9. Qui me erubuerit, & ſermones meos, hunc filius hominis erubeſcet, cum uenerit in maieſtate ſua, & patris, et ſanctorum angelorum.

Iam die feſto mediante, aſcendit Ieſus in templum, & docebat. Et murmurabant Iudæi, dicentes: Quomodo hic literas ſcit, cum non didicerit? Reſpondit autem Ieſus, & dixit: Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Si quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoſcet de doctrina mea, utrum ex Deo ſit, an ego à meipſo loquar. Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius qui miſit eum, hic uerax eſt, & iniuſtitia in illo non eſt. E

Oſtendit

Ostendit eos qui inuidia et affectio ne praua obcæcatos habent oculos, nec uera cernere, nec quæ iusta sunt discernere posse. Nam cum in medio solennitatis, hoc est, quarta die: durabat enim solennitas septem diebus, Deut. 16. dominus publice doceret in templo, ostendens doctrinam suam inculpatam ex loco publico. Ioan. 18. Ego semper docui in synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniũt & in occulto locutus sum nihil. Iudæi cum doctrinam illius calumniari non possent, tamen authoritatem apud populum student adimere, admirantes, ꝙ cum esset idiota, & literarum rudis, nunꝗ̃ enim institutus fuerat in doctrina pharisaica, cuius professione illi turgebant, unde nactus esset ea, quæ è sacris uoluminibus magna sapientia depromebat, uel insimulantes eum, quod dæmonium haberet, aut alia quauis arte magica scientiam esset consecutus earum literarum quas ab hominibus non didicisset. Ioan. 10. Dæmonium habet, & insanit, quid enim uultis audire? Quanuis ergo admirarentur, attamen nec sic liberata est mens illorum à malitia, tametsi inde illos coniectare poti⁹ oportebat non esse hoc humanum. Nam uidebant in eo excellentissimæ scientiæ profunditatem, legis & prophetarum oraculis roboratam, Mat. 7. Admirabantur turbæ super doctrina eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ eorum pharisæi. Sed offendebantur personæ simplicitate. Matthæi. 13. Veniens in patriam suam. Docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia hæc & uirtutes? Non'ne hic est fabri filius? Et scandalizabantur in illo. Sed audiant Psal. 93. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem, non audit? aut qui finxit oculum, non considerat? Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem scientiam? Esaię. 11. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus. Hinc Luc. 4. Spiritus domini super me, eo ꝙ unxerit me, euangelizare pauperibus misit me. Nisi inuidia obcæcatos habuissent oculos, hęc considerare potuissent. Sed animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus dei, 1. Corin. 2. Nam Coloss. 2. In quo sunt omnes thesauri sapientię & scientiæ absconditi. Sed quia ueritatē fateri noluerunt, imo impugnauerũt, ostendit suam doctrinam nō esse pro fectā ab homine, sed nec à dæmonio, sed à deo, quem ipsi quoque colerent, & cuius gloriæ deberent fauere, si uere pij uellent uideri. Respondit igitur Iesus omnium arcanorum conscius, illorum clanculario murmuri: Mea, inquit, doctrina quam admiramini unde mihi cōtigerit, cum ab homine literas non didicerim, non est mea, tā quam à meipso habentis, (Non enim diuersam à uoluntate patris & à mēte legis à deo traditæ, nec nouam aliquam humanam doctrinam adfero) sed eius qui misit me in mundum, ut mũdus seductus uarijs doctrinis hominum, & impijs cupiditatibus obcæcatus, per me cognoscat illius uoluntatem, cognitam sequatur, & sequendo uitam assequatur æternam. Vindicat doctrinam suā ex authoritate patris mittentis, cui totum ascribit. Ioan. 12. Ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mādatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Ostendit itaque unde uirtus tanta euangelij. Romanoꝝ. 1. Virtus dei est in salutem omni credenti. Ioannis. 5. Amen amen dico uobis, quia q uerbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam. Consequenter modum indicat cognoscendæ doctrinæ suæ. Quod si depulsa malitia, simplici corde quis uoluerit

facere uoluntatem patris, potius quā suis prauis affectibus odij & liuoris seruire, is facile agnoscet doctrinam meam non esse hominis aut dæmonis nouum inuectum, sed à deo profectam esse, nec me quod loquor, ex humano sensu loqui, sed ex mēte patris cuius legatus sum. Qui ergo uoluntatem facit patris, ueritatem agnoscit. Facit, dico. Primo credēdo. Io. 6. Hęc est autem uolūtas patris mei, qui misit me, ut omnis qui uidet filium, & credit in eum, habeat uitā æternā. Augustinus: Intelligere, merces est fidei: ergo noli intelligere ut credas, sed crede ut intelligas. Esa. 7. Nisi credideritis, non intelligetis. Solet enim spiritus sacer imbuere homines, qui sese accommodant illustationi, qui purgatos à terrenis affectibus habēt oculos. Psalmo. 33. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies uestræ non confundentur. Secundo operando. 1. Thessaloniceñ. 4. Hæc est uoluntas dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione, & sciat unusquisque uestrum, uas suum possidere in sanctificatione & honore. Confirmat dictum suum, dicens: Qui à seipso loquitur, propriam uolens statuere doctrinam, ob nihil aliud hoc facit, quā ut gloriam inde inanem percipiat, arrogans & mēdax, eo quod de se plus quàm meretur, dicit: & iniuste agit, quia alienam & sibi non competentem gloriam rapit, quare mendax & iniustus. Hieremiæ. 23. Visionem cordis sui loquuntur, non de ore domini. Ecclesiastici. 19. Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo. Ideo ait Apostolus. 1. Thessaloniceñ. 2. Neque enim fuimus aliquando in sermone adulatiōis sicut scitis, neque in occasione auaritiæ, deus testis est, neque quærentes ab hominibus gloriam, neque à uobis, neq; ab alijs, 2. Corinthiorū. 4. Non enim nosmetipsos prędicamus, sed dominum nostrum Iesum Christum. At dominus, quia quæ patris sunt, quærebat, & nihil arroganter de se dicebat, omnino & uerax, & iustus erat. Non enim propriam quærebat gloriam. Ioannis octauo: Ego gloriam meam non quæro, sed honorifico patrem meum. Si ergo ueraces & iusti esse uolumus, quęramus in omnibus, & uerbis, & factis nostris gloriam dei. 1. Corint. 10. Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam dei facite.

Non'ne Moses dedit uobis legem, & nemo ex uobis facit legē? Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes, quis te quærit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moses dedit uobis circuncisionem, non quia ex Mose est, sed ex patribus. Et in sabbato circūciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbato, ut non soluatur lex Mosi, mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate. 2

Cum criminarentur eum quòd sabbatum uiolasset, & legem præuaricaretur, ad hoc urget, ostendens eis, quod ipsi magis præuaricatores sint legis, insontem occidere cupientes. Ego, inquit, non aliud doceo, quàm quod per legem uos docuit deus, si quis legis mentem rectè intelligat: nec aliud facio, quàm quod lex præscripsit. Legis scientiam & obseruantiam uobis arrogatis, cum nemo uestrum sit, qui uere seruet legem secundum uoluntatem dei qui legem tradidit. Immo legis prætextu ea molimini, quæ maxime lex punit & detestatur. Non'ne lex execratur eum, qui sanguinem fundit innoxium? Exod. 23. Insontem & iustum non occides, quia auersor impium. Nec permittit occidendi ius, nisi in maleficos, nec in hos nisi legitime conuictos ac damnatos. Numeri tricesimoquinto: Homicida sub testibus punietur.

Ad unius testimonium nullus condẽnabitur. O quot habent imitatores, qui minima, immo nulla in proximo reprehensione digna, accusant, maxima in se negligentes. Rom. 2. Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis deum inhonoras. Hæc uox Iesu duplici nomine pturbauit animos pharisæorum: Primum, quod animaduerterent, clancularias licet, machinationes suas non latere conscientiã illius quem credebant facilius è medio tolli potuisse, si quod moliebantur, fefellisset: deinde, quod illos qui se uideri uolebant legis obseruatores fidissimos, legis impie uiolatæ reos argueret apud populum. Non uerebantur conscientiam dei, insidiantes innoxio sanguini, sed populi cõscientiam metuebant. Itaq; ut apud multitudinem tam impij facinoris conscientiam cõfidentia dissimulent, ad manifesta cõuicia confugiunt, qui mos est improbis in maleficio deprehensis, quod excusari non possit. Ecce quomodo prauitati blasphemiam addunt. Gregorius: Peccatum quod per pœnitentiã non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Esaiæ. 5. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis uanitatis, & quasi uinculum plaustri peccatum. Prouerbio. 18. Impius cum in profundum peccatorum uenerit, contemnit. Sic Cain Gene. 4. homicidio desperationem addidit d. Maior est iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. Et Iudas laqueo se peremit, Matth. 27. Dæmonium, inquiunt, habes, quo instigante tam insensate, & malitiose de nobis loqueris. Iesus nobis lenitatis præbens exemplum, mansuete facti sui quod calumniabãtur, reddit rationem. Siquidem cum ipsi legem uiolarent in omnibus, tamen Iesum uiolatæ legis insimulabant, quod paralyticum sanarit in sabbato, Ioan. 5. Miramini, inquit, sed non melioramini. nam circuncisio non ex Mose, sed Abrahamo sumpsit initium. Genesis 17. Hoc est pactum meum quod obseruabitis inter me, & uos, & semen tuum post te: Circuncidetur ex uobis omne masculinum. Infans octo dierum circuncidetur in uobis. Leuiti. 12. Hinc Romanorũ. 15. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis, propter ueritatem dei, ad confirmãdas promissiones patrum. Ostendit ergo iniuste ipsos indignari, quòd totum hominem solo uerbo curarit à morbo tam corporis, quàm animi, cum ipsi circuncisionem quæ dolorem ingerit corpori, & laborem requirit, adhibeant, ne legis uideãtur transgressores. Beda: Quemcunque Christus ab ęgritudine corporis liberauit, liberauit & à morbo, qui omnium grauissimus est, mentis. Deute. 32. Dei perfecta sunt opera. Hinc Ioan. 5. Ecce sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Nolite secundum aspectum, id est, uulgari more, nimirũ ex his quæ corporalibus cernuntur oculis, iudicare, sed secundum ueritatem. Qua cognita, nec me, nec Mosen damnabitis contrarietatis. Alioqui si rem spectare uultis, aut uterque uobis damnandus est, aut absoluendus uterque, & personarum acceptionem effugere. Hoc & nobis dictum est, ut nullo modo iustitiam expugnemus, sed totis uiribus eam defendere contendamus. nullus sit respectus, an pauper quis sit, an diues, rem ipsam inuestigemus. Iob. 29. Causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam.

Sanatiões à Christo factæ, quales.

Dicebant ergo quidã ex Hierosolymitis: Nõ ne hic est quem quærunt interficere? Ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid uere cognouerunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc 3

scimus unde sit. Christus autem cum uenerit, nemo scit unde sit. Clamabat ergo Iesus in templo, docẽs & dicens: Et me scitis, & unde sim scitis, & à me ipso non ueni, sed est uerus qui misit me, quem uos nescitis. Ego scio eum, & si dixero, quia nescio eũ, ero similis uobis mendax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit.

Domino mansuete rationem reddẽte, ut animum quemlibet ferocem lenire possent uerba tam pia, tam uera, ut à nemine quãuis impudenti possent refelli: obticescunt quidem pharisæi, sed nihilo secius persistunt in sua malitia, nihilo mitiora prementes animis suis, quod apud multitudinẽ ausus esset sic à se crimen uiolati sabbati refellere, ut in ipsos crimẽ lõge grauius regereret. Quidam aũt ex turba, quibus nota fuit machinatio sacerdotũ, uidentes tam constanter dñm uindicantem ueritatem, dixerunt: Quid sibi uult illorum silentium? An principes persuasi sunt hunc esse Messiam, & nunc silentio confitentur, quod prius oppugnabant? Atqui non est uerisimile principes hoc sentire, siquidem omnes nouimus unde hic profectus sit. Non igitur hic est Christus. Vide malitiam. Herodi respondentes principes ex Mich. 5. dixerunt, quod de Bethleem ueniret Christus, Matthæi. 2. Hic contrarium dicunt. Ioã. 9 Hunc autem nescimus unde sit. Insaniẽtium sermones, scimus, nescimus unde sit. Originem terrenam ex prophetis scire potuerunt, diuinam uero propagationem non ita. Esaiæ. 53. Generationem eius quis enarrabit? quãquam ex operibus utcunque ipsum cognoscere potuissent, nisi malitia excæcati fuissent. Ioan. 14. Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est? alioqui propter opera ipsa credite. Ioan. 15. Si opera non fecissem in eis quę alius nemo fecit peccatũ nõ haberẽt: nunc autem excusationẽ non habent de peccato suo: nunc autem & uiderunt & oderunt & me & patrẽ meũ. Iesus uidens tantam illorum cæcitatem, ut cum prophetia prędixisset, è Bethleem uẽturum Messiam, ubi natus erat Iesus, Luc. 2. Reliquaq; prophetarum in eum signa competerẽt; tamen excæcati malitia, Mat. 15. Cęci sunt, & duces cæcorũ, ob hoc ipsum, se negant eũ scire, quod scirẽt: & ideo mẽtiuntur Christũ ita uenturum, ut nemo sciat unde ueniat, ne cogantur eũ agnoscere. Iesus uero cuius cõscientiam nulla latent secreta, ut hãc multitudinis, primorũ affectib9 corruptę, inscitiã coargueret, quæ hoc spõte ne sciret, qđ scire poterat, nisi mala mẽs obstitisset, uoce iam clariore, ut nõ solum à propinquis, uerum etiam à toto populo possit exaudiri, qui uersabatur in tẽplo, ait: Si ideo non uideor uobis ille Messias, quem ex prophetarũ oraculis expectatis, quod sciatis unde uenerim, hoc ipsum uos docere poterat, me esse illũ qui sic uenerim, & ex eo loco sim ortus, unde prophetæ Messiam uenturum prędixerunt. Magis autẽ refert illud, scire unde missus sim, quàm unde prognat9. Cyrillus: Quòd originem cognoscatis, genus & locum natalem, uultusq; effigiem probè intelligitis, rectè dicitis: uerum tamẽ aliquid in me reliquũ est, quod in me ignoratis, diuinæ naturæ ueritas, quam à meipso non habeo, sed à patre à quo omnia mihi tradita sunt, Mat. 11. Declarat se legatũ ueritatis; quod ab eo missus sit qui mentiri nõ possit, quia uerus, cũ per essentiam, tum per promissorum exhibitionem. Sed ipsi ignorabant patrem, propter opa sua mala, et pessimum animum, quia Christo credere noluerunt. Matt. 11. Nemo nouit patrem, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. 1. Ioan. 2. Omnis qui negat filium, nec habet patrẽ: qui cõfitetur filium, et patrem habet. Non autem satis est uerbis deum nosse, si factis illum neges. 1. Ioannis. 2. Qui dicit se nosse deum, & mandata

eius

eius non custodit, mendax est. Non enim è mundo profectus erat, quemadmodum calumniabatur: sed ab eo qui misit illum in mundum, ut resipiscat, & seruetur. Ioannis. 3. Non enim misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum.

Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum uenerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum

Responsione uera irritati, & iã ira in furorem uersa, non morantur lentum illud consilium, quo decreuerãt eum clanculum è medio tollere: sed quemadmodum uolẽs mortuus est, ita non nisi uolens apprehẽdi potuit. Omnia enim temporibus opportunis & accommodis facit, & moderatur, sicut & legem dari conueniebat tempore opportuno, ita similiter prophetas & euangelium. Augustinus: Non enim Christus sub fato natus est, qđ nec de te credendum est, quanto minus de illo per quem factus es? Si ergo tua hora uoluntas illius est, quæ est hora eius, nisi uoluntas eius? Non ergo horam dixit, qua cogeretur, sed qua dignaretur pati. Esaię. 53. Oblatus est quia ipse uoluit. Simpliciores quicp amplectũtur Christi doctrinam, sequuntur uitam, cum interim principes & magistratus rideant & subsannent. Esa. 66. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Iaco. 2. Non'ne deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, qđ repromisit deus diligentibus se?

F *Et dicebant: Christus cum uenerit, nunquid plura signa faciet, quã quæ hic facit? Audierunt pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt principes & pharisæi ministros, ut apprehenderent Iesum.*

Ostendit diuini muneris largitatẽ in eos qui accommodant sese, diffundendam, nec peruersos quicquam moliri posse contra dispositionem diuinam. Hinc Esaia. 46. Consilium meum stabit, et omnis uoluntas mea fiet. Turba enim magnificentiam Iesu timore principum non audens cõfiteri, colloquebatur: Esto quòd non sit Christus, at cum uenerit, num melior erit? Qui crassiori sunt ingenio, non doctrina & oratione, sed signis alliciuntur. Claret autem quòd non exactam habuerunt fidem, sed qualem uerisimile est esse in uulgari multitudine, subinde mutãte sententiam. Primores ergo inito consilio subornant satellites publicos, qui Iesu coràm populo manus iniicerent, ac uelut nocentem captum adducerent, ob id quod Christus diceretur, & esse credebatur. Ecce quanta cæcitas, quem tanto affectu patres efflagitarant, Psalm. 84. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Esaiæ. 64. Vtinam disrumperes cœlos, & descenderes. Hinc dominus, Matth. 13. Multi prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Isti quasi phrenetici extinguere uolunt. Sed non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Prouerbi. 21. Non ergo ignorantia, sed destinata malitia excæcati, dominum interfecerunt. Ioan. 15. Si opera nõ fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum tempus uobiscum sum, & uado ad eum qui misit me. Quæretis me, & non inuenietis: & ubi ego sum, uos non potestis uenire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? Nũquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gẽtes? Quis est hic sermo quem dixit, quæretis me, & non inuenietis: & ubi sum ego, uos non potestis uenire? 2

Iesus non ignarus qđ illi molirenẽ

clanculum, uerborum ænigmatibus quibusdam illis significat fore, ut ipse sponte sese morti, ad quam tum frustra petebatur, offerret. Hæc autem dixit tectius, quemadmodum multa solitus est dicere, ut non prius intelligerentur quàm essent peracta. Obscuritas autem sermonis excitat inquirendi diligentiam, & certiorem inuenit fidem sermo rebus exhibitis. Quid, inquit, anhelatis ad occidendum me? quid persequimini? parumper, uelitis nolitis, perambulabo in populo, ad docendum eum, ad complenda opera quæ dedit mihi pater ut faciam. Ioan. 17. Opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam: quo facto, facietis, me permittente, quæ nunc facere cupitis, sed non potestis, me prohibẽte. Dicens: Vado, mortem suam significat uoluntariam. Quæretis me post resurrectionem, nec inuenietis corporali præsentia ut modo. Ioan. 8. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & à meipso facio nihil. Actu 2. Compuncti corde dixerunt ad Petrum, & ad reliquos apostolos: Quid faciemus uiri fratres? Potest & accipi de Iudæis obstinatis, qui Christum in hodiernum usque diem quærunt temporali gloria regnaturum: & ideo quia male quærunt, non inueniunt. Esaiæ 55. Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum, dum propè est. Quærunt aliqui propriæ commoditatis gratia. Ioan. 6. Quæritis me, non quia uidistis signa, sed quia manducastis ex panibus. Quidam causa persecutionis, ut Herodes. Matth. 2. Futurum est ut Herodes quærat puerum ad perdendum. Sic & modo multi ipsum quærunt interficere in membris suis. Actu. 9. Saule Saule, quid me persequeris? Alij deuotionis, & hi inueniunt. Sic Zachæus quærebat uidere Iesum quis esset, Lucæ. 19. Modum quærendi ostendit Esaias. 55. Derelinquat impius uiam suam, & uir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum, & miserebitur eius & ad deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum. Si enim pia mater triduo amissum filium dolens quæsiuit, Lucæ. 2. Pater tuus & ego dolentes quærebamus te quanto nobis dolore, & solicitudine quærendus, cum per peccatum amisimus? Alioqui audiemus illud Ioan. 8. Quæretis me, & in peccato uestro moriemini. Timeamus ne, & nobis dicatur, quò ego uado, non potestis uenire, cum tamen Christus dicat Ioan. 12. Vbi sum ego, illic & minister meus erit. Hunc sermonem cum multitudo non intelligeret, disceptabat inter sese, uerbis ipsius confracta: & dolẽs quòd abiturus esset, & docturus Græcos ipsis neglectis, quãquam hic sermo dictus esset omnibus, peculiariter tamen pupugit ministros à pharisæis missos, ut Iesu manus iniicerẽt, in quem sentiebant se nihil posse nisi uoluisset ipse.

Quam uarie Christus quæratur.

In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat, dicens: Siquis sitit, ueniat ad me et bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. 3

Cum iam adesset ultimus dies eius festi, qui summa frequentia summaque religione celebrari consueuit, Nume. 29. quo peracto, suam quisque domum repetere gaudet, stabat Iesus in templo uelut ipse quoque relicturus Iudaicam religionem, & magni festi diem eximium insigni sermone consecrat, simulque iter ingressuris uiaticum parat euangelicæ fidei. Clamabat, partim ut ab omnibus audiretur, partim quo libertatem suam in dicendo manifestaret, & quòd neminem aspernaretur. Siquis sitit spiritualia bona, aquam sapientiæ salutaris, Eccl. 15. ueniat ad me. Comparat se

fonti aquæ uiuæ propter refrigeratio nem. Psalmo. 35. Domine, apud te est fons uitæ. Matthæi. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Esai. 55. Omnes sitientes uenite ad aquas. Qui ad dei nostri prædicationem accedunt, & si dei uacant, sitientium eos desiderium præ se ferre oportet, ita enim quam audiunt doctrinam, poterunt fideliter retinere. Matth. 5. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Sed dominus conqueritur, Hieremi. 2. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas. Quisquis igitur crediderit mihi, auideq; imbiberit sermones meos, quemadmodum iubet scriptura, de me testificãs quòd filius sim dei, quòd creator, q; saluator, q; dominus uniuersæ creaturæ, non arescet incredulitate, sed haustus diuini spiritus pariet in ipsius corde fontem perennem & copiosum, sic ut è medio cordis illius emanet nõ modo riuus, uerum etiam copiosa flumina, quib' irrigetur ariditas gentium ad euangelici profectus fœcunditatem. Talis enim est spiritus, ut in quamcunque animam introierit, et in qua resederit, faciat illã scaturire quouis fonte largiorem. 1. Petr. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratię dei. Si Petri linguam, Pauli impetum, Stephani sapientiam consideraueris, quos dicentes nihil effugit, sed omnes sequũtur tanquam à fluminibus quibusdam impetu ruentibus rapti, flumina de uentre eorum fluere non dubitabis. 2 Cor. 13. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Matth. 10. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Ad hunc igitur fontem aquæ uiuæ dominus Iesus inuitat omnes, nec quenquam compellit nolentem, neq; quenquam excludit, modo sitiens ueniat. Apo. 22. Qui sitit, ueniat: & qui uult, accipiat aquã uitæ gratis.

Nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est uere propheta. Alij dicebant: hic est Christus. Quidam autem dicebant: Nunquid à Galilæa uenit Christus? Non'ne scriptura dicit, quia ex semine Dauid & de Bethlehem castello, ubi erat Dauid, uenit Christus? Dissensio itaq; facta est in turba propter ipsum. Quidam autem ex ipsis uolebant apprehendere eum, sed nemo misit super eum manus. G

Etsi prophetę acceperunt spiritum sanctum & Ioannes & alij ante resurrectionem Christi, tamen erat alius modus donationis futurus, apertior & plenior. Per crucem enim deiecit tyrannum, peccato abolito, & natura nostra uictrix mundi effecta, deo reconciliata est. Postquam autem spiritu sancto baptizati sunt, & gratia spiritus in ipsos effusa est, Act. 2. tũc libere loquuntur ad principes Iudæorum. Oportet, inquiunt, obedire deo magis q̃ hominibus, Act. 5. mortuos suscitant, Act. 9. inter flagella lætantur, Act. 5. ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniã digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati, supplicijs coronantur. Hæc flumina necdũ eo tempore fluxerunt ex uẽtre apostolorum. Cum audissent hos sermones dulcissimos, non nihil hauserunt de aqua hac, ita ut quidam prophetam quempiam, alij uero Christũ opinarentur. Quidam uero inuidia excæcati & lumini gratiæ rebelles, Iob. 24. scripturæ testimonio conantur probare ipsum nõ esse Christum, dicentes: Non est uerisimile hunc esse Messiam, si prophetias expendatis. Num Christus, ubi uenerit, à Galilęa nobis proditurus est, quemadmodũ hic prodijt Nazarenus? An non pro-

phetica scriptura palàm dicit, Messiã proditurum ex semine Dauid, qui ni mirum fuit ex tribu Iuda? Psal. 131. Iurauit dominus Dauid ueritatem, & non frustrabitur eum: de fructu uentris tui ponam super sedẽ tuam. Esai. 11. Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Hiere. 23. Ecce dies ueniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiẽs erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Hinc interrogati à domino, Matth. 22. cuius filius esset Christus, pharisæi responderunt Dauid. Quin & natalis oppidi nomen addidit, docens eum nasciturum in Bethlehem, quæ est ciuitas Dauid tribus Iuda. Mich. 5. Et tu Bethlehem Ephrata, paruulus es ĩ millibus Iuda. ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. Hoc oraculum sacerdotum primores responderunt Herodi, Mat. 2. Cæterum nihil habebat uiriũ, humana malitia aduersus eum, in cuius potestate sunt omnia. Hest. 13. Domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, et non est qui tuæ possit resistere uoluntati. Ligabantur inuisibiliter cohibente illos diuina uirtute, et neq; hoc miraculo cohibebantur. Eccẽs. 7. Considera opa dei, quód nemo corrigere possit quem ille despexerit.

Venerunt ergo ministri ad pontifices & pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur. Responderunt ergo eis pharisæi: Nunquid & uos seducti estis? Nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex pharisæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt.

Satellites itaq;, quos suæ uesaniæ ministros miserant pharisæi ut Iesum caperent, mutatis animis, redeunt ad illos efferatis animis expectantes, ut captum adducerent eum, quo tãdem odium suum in illum saturarent. Nã neq; miraculis, ueque doctrina commoti sæuiebãt, ministri uero solis sermonibus compuncti sunt. Nũquam audiuimus, inquiunt, hominem sic loquentem ut ille loquitur. Quis possit huiusmodi uiris manus uiolentas inijcere? Psal. 44. Diffusa est gratia in labijs tuis. Lucæ. 4. Omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in uerbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius. Matth. 7. Erat enim docẽs eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ eorum & pharisæi. Quod testimonium ferri potuit in synagoga, quod magis grauaret & traduceret pharisæorum obstinatam malitiam? Hoc illi agebant totis uiribus, ut subuerterent doctrinam Iesu: sed conatu in diuersum exeũte, dum modis omnibus extinguere moliuntur, confirmant, & illustrant. Prouerbio. 21. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Iob. 5. Qui apprehendit sapientes in astutia sua, & consilia prauorum dissipat. Oportet autem non solum sapientiam ministrorum admirari, sed & libertatem qua testantur ueritati. Hos omnium principum ministros imitari oportebat, & non obedire in his quæ deo sunt aduersa, sicut Sauli non obtemperatum est, cũ astantes iussisset contra legem sacerdotes interimi, 1. Regum. 22. Sed heu ipsi nunc animos principum concitant in sanguinem innoxium, quemadmodum Doech Idumæus ibidem. Pergunt obiurgare ministros, quid accidit, dicentes? Num uos quoque qui nostri estis, nec ad promiscuam multitudinem pertinetis, ab illo seducti estis? An non sentitis impostorem esse? Si uerax esset, an non existimatis uiros eximios doctrina simul & authoritate præstantes, illius sermones approbaturos fuisse? An uos mouet exemplum quorundam è media fæce plebis hominum indoctorum & ignobilium, qui miserabi-

liter falluntur? Ista turba rudis ac legis ignara, Deo execrabilis est. Turbam maledictam aiūt, eo ꝙ Christo credidit, ipsi īnumeris maledictis digni, utpote increduli, & alijs incredulitatis authores. Nam quæ stulta sūt mūdi, elegit Deus, ut confundat sapientes: & quæ infirma sunt mundi, elegit Deus, ut cōfundat fortia. 1. Corin. 1. Hinc Iaco. 2. Non'ne pauperes elegit Deus in hoc mūdo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se? Vnde dn̄s exultans in spiritu, ait Luc. 10. Confiteor tibi dn̄e, pater cœli & terræ, ꝙ abscondisti hæc à prudentibus & sapientibus, & reuelasti ea paruulis.

Dicit Nicodemus ad eos, ille qui uenit ad illum nocte, qui unus erat ex ipsis: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, et cognouerit quid faciet? Responderūt et dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas et uide, quia à Galilæa propheta non surgit. Et reuersi sunt unusquisq; in domum suam.

Verū qcqd molit̄ hic mundus omnibus suis machinas aduersus cœlestem ueritatem, cedit in gloriam dn̄i nostri Iesu Christi. Iam & illud obserua, nusꝗ esse maiorem penuriam eorū qui christianæ ueritati ex animo faueāt, ꝗ̄ īter religionis ac doctrinæ ꝓceres. Nā in tam frequenti concilio pharisæorū, scribarū, seniorū, ac sacerdotum, non erat quisquā prꝗter unū Nicodemū, qui in tam sceleratis molitionibus innocenti dn̄o patrocinaretur. Cauebat aūt Nicodem⁹ ne uel absentem damnatēt, uel aliquem ab ipso auerterent, sed ipsum prꝗsentialiter audirent, sperans fore ut sermonibus ipsius cōuerterentur, quemadmodū ipse, quem nouerat efficacem in sermone & opere. Hinc ostēdit ꝙ neq; legem cognoscebant, neq; faciebant quæ legis erant, tametsi de lege multū gloriarentur. Nos, inqt, legem profitemur, quꝗ nec maleficum quidem cōdemnat, nisi prius auditū, & excussis ījs, quæ facit is qui defertur. Saltem hoc tribuatur huic iuris, qđ cōmune est oīum, & ab ipsa lege dat̄ et maleficis. Exod. 23. Deute. 16. Hinc Festus ait Act. 25. Non est Romanis cōsuetudo donare aliquē hoīem, priusꝗ is qui accusatur, ꝓ̄sentes habeat accusatores, locūq; defendendi accipiat ad abluenda crimina quꝗ ei obījciuntur. Dicendo, cognouerit, ostendit qđ non perfunctorie, sed perfecte ac diligenter audire oporteat, ut cognoscatur qđ faciēdū, & nō incognitus cōdemnetur. Deute. 1. Ita paruū audietis ut magnū, nec accipietis cuiusꝗ ꝑsonā, q̄a Dei iudiciū ē. Iob. 29. Causam quā nesciebam, diligentissime inuestigabā. Vnde dn̄s, Adam nō nisi examinatū & conuictū condēnauit. Gene. 23. Et de Sodomitis ait Gene. 18. Clamor Sodomorū & Gomorrꝗorū multiplicatus est, & pc̄t̄m eorū aggrauatū est nimis. Descendā & uidebo, utrū clamorem q̄ uenit ad me, opere cōpleuerint, an non est ita ut sciam. Insipientiā illi obījciunt, cū rationem non habeāt. Tu, inqunt, qui legis cognitionē ꝓfiteris, excute scripturas: & si usꝗ cōperies uel exortū à Galilæa ꝓphetam, uel exoriturū, crede hunc esse ꝓphetam. si nescis, disce. Hæc pharisꝗorū rn̄sio non solum erat impia, sed & falsa, q̄a Heliseus Galilæus erat. 3. Reg. 19. & stulta. Nec. n. Nicodemus affirmarat esse ꝓphetā, sed quisqs esset, non tn̄ iuxta legem publicam oportere condemnari, nisi prius cognita causa. Sed nullū est iudicium, ubi mētem occupauit liuor & odiū. His ultro citroq; dictis, dimissum est conciliū: dilata, non mutata sacrilega uoluntate. Nondum enim uenerat tempus Iesu.

De muliere deprehensa in adulterio.

ARTICVLVS XIIII.

Iesus autem perrexit in montem oliueti, et diluculo iterum uenit in templum, & omnis populus uenit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt au Ioan. 8. H

tem scribæ & pharisæi mulierem in adulterio deprehensam. & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moses mãdauit nobis, huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autẽ dicebant, tentantes eum, ut possent accusare eum.

Ostendit dñs sese non uenisse condemnare peccatores, sed saluare per resipiscentiam. Vnde ascensu in montem oliueti, significat sublimitatẽ dominicæ pietatis, breui orbi terrarũ illustri facto insinuandam. Ipsa.n. olei unctio fessis et dolentibus membris solet afferre leuamen. sed & superemi net hic liquor. Psal.144. Suauis dñs uniuersis, & miserationes eius super omnia opa eius. Vnde Esa.16. Et pparabitur in misericordia soliũ eius. Exemplo dñi secessum petere debemus, quo dñm deuoti⁹ deprecemur. Ostendit zelum ad animarũ salutem doctrina sua pcurãdam. Luc.13. Hierusalem Hierusalẽ, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodũ auis nidum suum sub pennis, & noluisti? Sedens docebat ppl'm in templo, palàm præ se ferẽs, se nihil timere pharisæorũ impias conspirationes. Ioan.18. Ego palàm locutus sum mundo. Ego semp docui in synagoga & in templo, quò omnes Iudæi conueniũt, & in occulto locutus sum nihil. Mansuetis & humilibus sermonẽ dñi admirantibus, scribæ & pharisæi interrogant, non ut discãt, sed ut ueritati laqueos nectant. Cum.n. essent uani, nomen sciẽtiæ & sanctitatis affectãtes, Christo inuiderunt, ꝙ sapientiæ et sanctimonia eos præcelleret, & ueritate & populi opinione. Adducunt ipsi scilicet iustitiæ tenaces, ac legis studio se ueri in criminosos, cum intus longe grauioribus uitiis maderent. Non.n. iustitiam exigebant, cũ scirent ex lege quid agẽdum foret, sed calũniam struebant ut ansam accusandi haberent, aut seueritatis, quod misericordiæ non cõgruit, aut legalis trãsgressionis. Est.n. adulteriũ crimen imane, lege damnatũ. Leui.20. Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, & adulteriũ perpetrauerit cum coniuge proximi sui, morte moriatur & mœchus & adultera. Cõmittitur autem bifariã. Primo, affectu. Matth.5. Qui uiderit mulierẽ ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Præscindere.n. uoluit dñs à suis non tam actum enormem, ꝙ affectus, ex qbus scatent quęlibet uitia. Iob.31. Si deceptũ ẽ cor meũ sup muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum scortũ alterius sit uxor mea, & super illam incuruentur alii. hoc.n. nefas est & iniqtas maxima, ignis usq; ad perditionem deuorãs, & oĩa eradicans germina. Prouer.6. Qui adulter est, ppter inopiam perdet aĩam suã. Secundo, actu. Iob.24. Oculus adulteri obseruat caliginẽ, dicens: nõ me uidebit oculus: & operiet uultũ suum. Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi. Deute.22. Si dormierit uir cum uxore alteri⁹, uterq; morietur, id est, adulter & adultera, & auferes malum de Israel. Punit lex publica crimina, & quę pbari testibus possunt, aut eiusmodi sũt, ꝙ tergiuersari actores nulla ratione possunt, ut auferat malum de medio populi; hoc est, ne impunito facinore, ppl's alioqui ad facinora procliuius, exemplũ mali sequaẽ, ac tpis diuturnitate peccata iudicentur non esse peccata. Prouer.19. Pestilente flagellato, stultus sapientior erit. Roma.13. Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex ea. Dei.n. minister est, tibi in bonum. Si aũt malũ feceris, time. Non.n. sine causa gladiũ portat. Dei enim minister est, uindex in iram ei qui malum agit. Hebr.13. Fornicato-

Adulteriũ quotupliciter cõmittatur.

res & adulteros iudicabit dn̄s.1.Corint.6. An nescitis qa iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, neq; fornicarij, neq; idolis seruiētes, neq; adulteri regnū Dei possidebūt. Apud iudicem Iesum peccatricē accusanr, ipsi sceleratius pc̄tōres.blande & reuerēter, sed corde doloso, Magister, inquiūt. Tales sunt multi uulpini obseruatores, Deo odibiles, à q̄bus tunc magis cauendū, dum amplius se humiliāt & arrident. Eccl.12. Ne credas inimico tuo in æternū, sicut.n.æramentū æruginat nequitia illius. Et si humiliat⁹ uadat curuus, abijce aīum tuum, & custodi te ab illo. Immo Hiere.9. Vnusq̄sq; se à pximo suo custodiat, & in omni, fratri suo nō habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & uir fratrem suū deridebit, et ueritatem non loquentur. Docuerūt.n.linguam suā loqui mendaciū. Sed Prouer 1. Frustra iacitur rete ante oculos pennatoℝ. Cornuta quæstione dn̄m pulsant, existimātes elabi ipsum nō posse. Paulo ante dixerat se mitem, & ad hoc à patre missum, ut peccata remitteret, non ut peccatores damnaret. Ioan.3. Non.n.misit Deus filium suū in mundū, ut iudicet mūdū, sed ut saluetur mundus per ipsum. Si ergo pronunciasset agendū sc̄dm legē, habuissent occasionem eius authoritatem apud ppl̄m eleuandi, quasi secus ageret quā doceret. Sin uero absoluendam, quod futuℝ sperabāt, haberent quod intentarent crimen, legis uiolationem.

2 *Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terram. Cum ergo perseuerarent interrogātes, erexit se, & dixit eis: Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclināns, scribebat in terram. Audientes autem hæc, unus post unnm exibant, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans*

Iesus igitur non recusauit iudiciū delatum, cū sit iudex oīum. Actu.10. Præcepit nobis prædicare pp̄lo & testificari, quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex uiuoℝ & mortuoℝ. nec ream addixit lapidatoribus iam accinctis, nec à causa liberauit, quæ pœnam cōmeruerat, sed silētio patrocinatus est ei, quæ rapiebatur ad pœnam, ut seruaretur ad pn̄iam, ac resipisceret ad salutem. Scribebat in terram, docens non statim ad cuiusuis accusationē, procedendū ad condemnationē, sed digito discretionis & inquisitionis diligentius singula discutienda. Prouerb.31. Decerne qđ iustū est. uindica inopē & pauperē. Iob.29. Causam quā ignorabam, diligentissime inuestigabam, cōterebam molas iniqui, et de dentibus illius auferebā prædam. Secundo, ipso facto ostēdit eos non in libro uitæ, sed in terra scriptos. Hiere.17. Dn̄e, omnes qui te derelinquūt, confundentur: recedentes à te, in terra scribentur, qm̄ derelique runt uenam aquaℝ uiuentium dn̄m. Nō ergo abrogat Mosaicam legem, sed ostendit euangelicæ legis, cuius ipse conditor esset, clementiam. Hinc admonebat illos qui ream ad pœnā crudelem pertrahebāt, ut in se descenderent, & iuxta diuinā legem suā excuterent conscientiā, ac talem se q̄sq; exhiberet erga pximū lapsum, qualem experiri uellet Deum iudicem erga se. Puniatur, inquit, peccatrix, sed non à peccatoribus: impleat lex quā allegatis, sed non à transgressoribus legis. Deute.16. Iuste qđ iustū est exequeris. Greg. Qui prius semetipsum non iudicat, quid in alio rectū iudicet ignorat. Matt.7. Hypocrita, eijce primū trabem de oculo tuo, & tūc uidebis eijcere festucā de oculo fratris tui. Ambro. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet qđ in semetipso condemnet: iudicet ille qui non agit eadem quæ in alio putauerit punien

da, ne cum de aliis iudicat, in semetipsum sniam ferat. Rom. 2. In quo alterum iudicas, teipsum condemnas. eadem.n. agis quae iudicas. Non ergo hoc dicto absoluit ream, sed omniũ percussit cõscientiam. Sic & rñdit iis qui nunciauerunt de nece Galilæorum. Luc. 13. Putatis quod hi Galilaei prae omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico uobis, sed nisi pniam habueritis, omnes similiter peribitis. Item scripsit in terra, tractum aliquem figurans, quo illi ueluti in speculo suo cernebant peccata. Beda: Christus rursus inclinans se, scripsit, ut uultum suũ ab illis sua rñsione confusis diuertendo, daret exeundi libertatem. Metuebat aũt sibi quisque mali conscius, ne Iesus cui uidebant etiam occulta non esse incognita, proderet in publicum ipsorum facinora. Nam qui inter eos uidebãtur religionis ac iustitię columina, hi maximis uitiis intus madebant. Cũ ergo audissent, & à conscientia redarguerentur, exierunt singulatim à senioribus usque ad postremos, & relictus est Iesus solus sine accusatoribus, & mulier in medio, nescia quid dñs de ea iudicaret. Prouer. 28. Fugit impius nemine persequẽte: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit. Sapien. 17. Cum.n. sit timida nequitia, data est in omniũ condẽnationem, semp.n. praesumit saeua perturbata conscientia.

3 *Erigens autẽ se Iesus, dixit ei: Mulier, ubi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quae dixit: Nemo domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo uade, & iam amplius noli peccare,*

Remanserant simul iudex & rea, misericordia & miseria. stat mulier trepidans qdem ex cõscientia, sed laeta ex fiducia quam hactenus cõceperat erga pattocinantem Iesum. Tandem erectus Iesus, ubi uidet solitudinem & mulierem solam ac trepidã, blande cõpellat illam. Nec ego, ingt, futurus sum illis inclemẽtior, ut qui seruandis omnibus uenerim, cõdemnem quam illi reliquerunt indemnatam. 1. Timo. 1. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundũ peccatores saluos facere. Ezech. 18. Nunquid uoluntatis meae est mors impii, dicit dñs Deus, & nõ ut cõuertatur à uiis suis, & uiuat? Quia nolo mortem morientis, dicit dñs, reuertimini & uiuite. Absoluit ream, condonauit noxã, sed nõ hic finiuit sniam, quin potius addidit: Caue ne recidas in idipsum, sed magis cura ut uiuas iustitiae, radices peccati eradices, occasiones fugias. Roma. 6. Liberati à peccato, serui facti estis iustitiae. Humanũ dico propter infirmitatem carnis uestrae. sicut.n. exhibuistis mẽbra ura serui re imunditiae & iniquitati ad iniqtatem, ita nũc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem. Cum.n. serui essetis peccati, liberi fuistis iustitię. Quem ergo fructũ habuistis tunc in illis, in qbus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nũc uero liberati à peccato, serui autẽ facti Deo, habetis fructum uestrum in sanctificationẽ, finem uero uitã aeternam. Hoc exemplo dñs Iesus docuit eos, qui se pastores populi & euãgelicos doctores profitentur, quanta lenitate, quantáque mãsuetudine debeãt uti aduersus eos qui per infirmitatẽ prolabuntur in pctm̃, cum ipsi nonnunquam magis egeant Dei clementia, quam illi in quorum errata saeuiunt: aut si non tenentur paribus uitiis, certe nõ sunt oĩno puri ab omni uitae macula. Prouer. 20. Quis potest dicere, mundũ est cor meum? purus sum à peccato? certe per humanã imbecillitatem in omne uitium prolabi possunt. Gala. 6. Fratres, & si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos q spiritales estis, hmõi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, & ne tu tenteris.

tu tenferis.1.Cor.10.Itaq; qui se existimat stare,uideat ne cadat.Iudex tamen qualisqualis sit, si scd̄m legem iudicat, bene iudicat. Non.n.iudex sniam p̄fert,sed lex.sed uideat ne legē torqueat corruptus amore, munere, odio uel timore.Peccat tñ,seip̄m nō examinādo & corrigendo in his quę in aliis damnat. Vbi aũt & accusatores & testes suã causam destituunt, magis de calumnia sunt condemnandi,q̄ de intẽtato crimine reus,Sic Daniel duos senes lapidib⁹ fecit obrui. Susannam falsò de adulterio accusantes & in p̄batione deficiẽtes,Dan.13.

Index quã do et bene iudicando peccet.

De fermone in gazophylacio.

ARTICVLVS XV.

Ioan.8. I *Iterũ ergo locutus est eis Iesus,dicens: Ego sum lux mundi.qui sequitur me,non ambulat in tenebris,sed habebit lumen uitæ.*

Ostendit machinantiũ dolos sese non latere,& uitæ lumen sequẽtibus ministrare,ne in tenebris erro᷑ remanentes,ad p̄petuas pergãt tenebras. Psal.81.Nescierunt neq; intellexerũt, in tenebris ambulant.1.Ioan.2. In tenebris ambulat,& nescit quò uadat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.Sic ambulauerunt de quib⁹ Sapien.5.Errauimus à uia ueritatis, & iustitiæ lumen nõ luxit nobis, & sol intelligentiæ nõ est ortus nobis. Lassati sumus in uia iniquitatis et perditionis,ambulauimus uias difficiles, uiam autẽ dñi ignorauimus. Ob id oportuit lucem quandam nobis prę monstrare & diffundere, quæ illuminaret,purgaret intus atq; perficeret. Obserua lucem duplicem. Vna corporea. Gene.1. Fiat lux, & facta est lux. Altera spiritualis,nullis obfusa tenebris.1.Ioãnis.1.Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. semper splẽdescens et ardens,seq; ipsam pro suo arbitratu diffundens, accommodansq; mentibus hominũ, modo seipsas non grauentur uicissim oblatę gratiæ accõmodare.Ioan.1. Erat lux

Lux duplex.

uera,quæ illuminat omnẽ hoĩem uenientem in hunc mundũ. Triplicem ob causam se dicit lucem non particularem,sed oĩum hominũ.Nam qđ sol est toti orbi, id ipse omnibus hominibus. Primo illuminat, tenebras depellendo. Quanq; lex imaculata, quanq; dñi pręceptum lucidum illuminans oculos. Psal.18. euangelicæ tñ gratiæ cõparata,umbra sunt. Hebrę.10.Vmbram hñs lex futuro᷑ bono᷑. Hinc Esa.40. Surge,illuminare Hierusalem, q͂a uenit lumen tuũ, & gloria dñi super te orta est. Gẽtes uero ifidelitatis tenebris obcęcatę erãt. Ephe.5. Eratis aliq̄n tenebræ,nũc autem lux in dño.Esa.49. Dedi te in lucem gentium.1.Ioan.2. Tenebrę iam transierunt, & uerum lumen iam lucet.Secundo uiuificat, calorem præbẽdo. Sicut.n.sol uitam ac uigorem præbet omnibus corporibus,multo præsentius Christus præstat animabus.Ioan.1.Et uita erat lux hominũ. Phil.4. Omnia possum in eo qui me confortat. Deus noster ignis consumens est.Deute.4.Vnde scoriam peccati nostri & cõcupiscentiam,qua inuoluti sumus,exurit & purgat. Nostrũ est,accedere ad solem & radiantem & excalescentem.Psal.33. Accedite ad eũ,& illuminamini: & facies uestræ non confundentᷓ. Tertio dirigit,uiã demonstrando.Psal.42.Emitte lucem tuam & ueritatem tuã,ipsa me deduxerũt & adduxerũt in montem sanctũ tuũ. Filij Israel colũnam ignis sequẽtes per noctem, & nubis per diem, per desertũ in terram p̄missionis peruenerũt.Exo.13. Sic qui sequuntᷓ Christũ,non hærent amplius tenebris erro᷑ & criminum,sed purgati à uitijs, & illustrati euangelica doctrina,habebũt lucem ueram,quę uitam præstat animæ.Psal.35. In lumine tuo uidebimus lumẽ.Sed Ioã.3. Lux uenit in mundũ, & dilexerunt hoĩes magis tenebras q̄ lucem.Pro-

Tripliciter Christũ lucem esse.

mo aduentu. Ioan. 3. Non enim misit Deus filium suũ in mundũ, ut iudicet mundum, sed ut saluetur mũdus per ipsum, sed iudicium discretionis & correctionis, ad emendationem, & nõ ad pœnam. Ioan. 9. In iudiciũ ego in hunc mundũ ueni, ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. In secundo aduentu apparebit iudex uiuorꝝ & mortuorꝝ. Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Scdm, quia nõ solus ipse, sed & pater testimonium perhibuit. Ego, inquit, testimonium perhibeo de meipso, sed ex authoritate patris, qui & ipse testimonium perhibet de me: nec aliud de me pronuncio, quàm ille testificatus est qui me misit in mũdum, ut testis sim ueritatis quam ille solus nouit. Ioan. 18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundũ, ut testimonium perhibeam ueritati. Qđ si quæritis, quõ pater testificatus sit de me, testificatus est in lege uestra, cuius uocem agnosceretis, si qđ scriptũ est incorruptis animis intelligeretis. Ioan. 5. Scrutamini scripturas, illæ sunt quæ testimoniũ perhibent de me. Rom. 3. Nunc aũt sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in oẽs & sup oẽs qui credũt in eum. Item apud Iordanẽ Matt. 3. Et ecce uox de cœlis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui. Cæterꝝ ipsis factis quæ uidetis ab illo geri per me. Ioan. 5. Opera quæ dedit mihi pater ut perficiam, ea ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ perhibẽt de me, quia pater misit me. Ioan. 14. Pater in me manens, ipse facit opera. Deniꝗ cũ tps erit, euidentioribus testimonijs me glorificabit. Constringit hac ratione eos uel esse legis præuaricatores, uel ad credendum, uelint nolint, cogi ex lege. 1. Ioan. 5. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est. Obserua, duorꝝ hominum testimonium esse idoneum, non tñ semper uerum: sicut claret in lapidatione Naboth. 3. Reg. 21. in condemnatione Susannæ, Danielis. 13. in passione Christi, Matthæi. 26.

Duorũ testimoniũ quale.

3 *Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respõdit Iesus: Neq; me scitis, neq; patrem meum. Si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Hæc uerba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in tẽplo, & nemo apprehendit eum, quia necdum uenerat hora eius.*

Qm̃ audierant Iudæi nomen pr̃is unde missus esset, & cuius authoritate se cõmuniret, demirantur si de Ioseph fabro, cuius filius tũ uulgo credebatur, tam magnifice prædicaret. Si de illo non sentiebat, cupiunt expiscari, qsnam eẽt alter ille pater, unde uenisset, & ad quem iret. Patrem, inquiũt, tuũ nouimus obscurꝝ & ignobilẽ, qui & mentiri potest, cũ homo sit, Ioseph: qs est ille, de quo talia iactitas? Christus eorꝝ animos quia calũniandi gratia quærebant, suspẽsos relinquit, qa talibus non est semper ad uotũ rñdendum. Prouerb. 26. Ne rñdeas stulto iuxta stultitiã suam, ne efficiaris similis ei. Neqꝫ me nostis, inqt, neqꝫ patrem meũ: & dũ me nosse non uultis, nec patrem nosse potestis, nec honorare, etiam si putetis. Ioan. 14. Philippe, qui uidet me, uidet & patrẽ meũ. Nam Christus expressa imago est patris. Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantię eius (Colos. 1.) Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ. Iam cũ ita sit comparatũ, ut ea quæ reciproce et relatiue referunt, ita se habeant, ut alterius cognitio ex altero pendeat, & ignorantia unius, alterius inducat ignorantiã: consectaneum est, pharisęos ne Christũ qdem cognouisse, si diuinã spectemus naturam, quanqꝫ ex operibus hanc dignoscere potuerint, quemadmodum eis nõ semel improperauit dñs, qua-

re nec patrem. Nullam ergo diuinam personā nouerūt scdm esse relatiuū, sed scdm esse absolutum, qm̄ nouerant Deum per fidem qui est substantialiter diuina persona ac trinitas tota. Psal. 75. Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Hęc uerba locutus est in loco oblationū pro templo publico, indicans sanam doctrinam non in angulis, sed publicitus esse tradendam. Pulchre aūt conclusit: Si me sciretis, & patrem meū utiq; sciretis, qa cognitio unius, depēdet ex cognitione alterius. Erat autem diuinæ uirtutis opus stipatū hostibus, illæsum in medio illorꝝ manere & intactum, maxime cū essent illi, & ante pascha insidiati: non. n. illis deerat impia uoluntas, sed Dei nutu non erat data facultas. Non. n. hæc illorꝝ erat hora, qua permittendi erant sæuire in Christum, sed altera supererat adhuc, quam prœoccupare nemo potuit. Quo & nos cōsolatur, ue certi simus, ne capillum qdem de capite nostro posse moueri, nisi bōa Dei uoluntate permittente. Matt. 10. Sic nec in Iob, nisi potestate à Deo accepta, satan per malos homines in substantiam, nec per se in corpus desæuire potuit, Iob. 1.

De sermone ob quem ipsum lapidare uoluerūt.

ARTICVLVS XVI.

Ioan. 8, K *Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moriemini. Quò ego uado, uos non potestis uenire. Dicebāt ergo Iudæi: Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, quò ego uado, uos non potestis uenire?*

Ostendit in q̄ perniciosum exitiū mentis obstinatio hoīem perducat, nempe ex morte culpæ in mortē gehennæ. Prouer. 18. Impius cum in ꝓfundum peccatorꝝ uenerit, contēnit, sed sequit eum ignominia & opprobrium. Hiere. 5. Dn̄e, oculi tui respiciunt fidē. Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerūt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas supra petram, et noluerunt reuerti. Ego autē dixi: Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes uiam dn̄i, & iudicium Dei sui, ibo ergo ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt uiam dn̄i, & iudiciū Dei sui. Et ecce magis hi simul cōnfregerunt iugum, ruperunt uincula. Obtiescentibus igitur Iudęis, sed impias ac parricidales cogitatiōes in animo uolu̇entibus, perrexit Iesus loqui, tacite pcutiens illorꝝ conscientias, quo uel sic resipiscerent, cum uel ita agnoscerent, illi nihil occultum esse, quod homini puro nunq̄ datum fuit. Hiere. 17. Prauum est cor hoīs & inscrutabile, q̇s cognoscet illud? Ego dominus scrutans cor, & probās rhenes, qui do unicuiq; iuxta uiam suā, & iuxta fructum adinuentionū suarꝝ. Nullius, īquit, impietas impedire poteste quod ago iussu patris mei; quo peracto, uado ad eum qui misit me. Luc. 22. Et filius qdem hoīs scdm qđ definitum est, uadit: uerūtamen uę homini illi per quem tradetur. Ecce modus eundi ad patrem. Sæpe aūt id eis prædixit, monstrans qd pręsciat suā mortem: & q̄ non illorꝝ sit uirtutis opus crux, sed eiusdem uoluntatis suæ. At tum frustra quæretis me, & absentem desiderabitis, quem pręsentē incessitis, & ei inuidetis. In hodiernum. n. usq; diem Iudæi Messiā quęrunt, sed non inuenient nisi illum, & ideo in peccato suo moriunt. Non. n. quærunt sicut debēt, ob salutem animarꝝ, sed tpale bonum, sicuti ipsum quæsierunt, ut facerēt regem. Ioan. 6. qua spe fraudati, ipsum recipere noluerunt per fidem, sed magis persecuti sunt, quare in peccato infidelitatis mortui fuerunt morte culpæ. Sap. 16. Homo per malitiam occidit animā suam. Romano. 6. Stipendia peccati, mors. Hinc morte gehēnæ. Prouer. 11. Mortuo hoīe impio, nulla erit ultrà spes. Psal. 33. Mors peccatorꝝ pessima. *Quo iudai Christum q̄rant, nec inueniāt.*

ma.Psalm. 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Nec non complures cum hoc morte natura uiolenta per gladium, famem, & pestem tempore obsidionis. Qui autem dominum nunc quærunt in ueritate,inuenient illum.Psalm.68.Quærite dominum,& uiuet anima uestra. Alioqui postea cum fatuis uirginib⁹ quærent,& non inuenient,Matth.25. Ego ergo,inquit, uado, non quò uestra compellit impietas,sed uolēs uado, quò uos non potestis insequi. Ostendit quòd resurrecturus sit in gloria, & consessurus ad dexteram patris: ipsos uero, quandiu tales essent,sequi non posse.Hierem.5.Peccata uestra prohibuerunt bonum à uobis.Qui enim Christum non sequuntur per crucis ignominiā,postea non sequentur per resurrectionis gloriam Matthæi.16,Siquis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam,& sequatur me.Lucæ. 14.Qui non baiulat crucem suam,& uenit post me,non potest meus esse discipulus. Passionati uero & inuidi, omnia in peius interpretabantur. Augustinus: Stulta uerba, nunquid interficiet semetipsum? Quid enim? Non poterant illi uenire quò ipse perrexisset, si interfecisset semetipsum? Nunquid non ipsi erant morituri?Dicebat ergo nō de morte,sed gloria ad quam ibat per mortē.Luc.24. Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam,

Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum:uos de mundo hoc estis,ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo uobis,quia moriemini in peccatis uestris. Si enim non credideritis, quia ego sum,moriemini in peccato uestro. Dicebant ergo ei:Tu quis es?Dicit eis Iesus: Principium qui & loquor uobis.

Ad tam crassum & impium murmur.Iesus omnium cogitationū conscius, ita responsum attemperat, ut quod diceret,non intelligeretur, nisi peracta morte,ac resurrectione,& in cœlum ascensu. Vos,inquit, ex hoc mundo profecti,mundum sapitis, & iuxta carnalem sensum mūdi loquimini:quia infimis inhærentes, cor ad superna leuare nō ualetis Ioan.3.Qui est de terra, de terra est,& de terra loquitur.1.Ioā.4.Ipsi de mundo sunt,et de mundo loquūtur, & mundus eos audit.Ratio,quia(Ioan.14) spiritum ueritatis mundus non potest accipere,quia nō uidet eum,nec scit eum.1. Ioan.5. Totus mundus in maligno positus est.Ego non sum ex hoc mūdo profectus,quare nihil terrenum, & mundanum sapio. Augustinus: Quomodo esset de mūdo, per quem factus est mundus? Hebræor. 1. Per quem fecit & secula. Ego è supernis sum.Ioannis.16.Exiui à patre, & ueni in mūdum,ac sublimiora loquor, quàm ut uos possitis assequi,nec assequemini unquā,nisi relicta incredulitate dociles uos præbueritis. Quod si pertinaciter recusetis credere, me esse illum,per quem pater uelit omnes uitam ac salutem cōsequi,uestra culpa moriemini in peccatis uestris. Nā suo uitio perit,qui salutem gratis oblatam obstinate reijcit:et sibi mortem asciscit,qui uitæ fontem aspernatur. Obserua,aliud esse mortuū pro peccato,hoc soli Christo competit.1.Pet. 3.Christus semel pro peccatis nostris mortuus est,iustus,p iniustis. Aliud peccato,sic omnes esse debemus. Romanorū.6. Existimate uos mortuos esse peccato, uiuentes autem deo in Christo Iesu.Qui enim mortui sum⁹ peccato, quomodo adhuc uiuemus in illo?Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscētijs eius. Vnde ait Galat. 2.Viuo ego, iam non ego, uiuit uero in me Christus.Aliud ī peccato,sicut obstinati,sicut & hic.Ioannis.3. Qui non credit,iam iudicatus est,nō propter hoc tantum quod non credit,

Mori peccato in peccato, et p peccato qui differant.

sed & quia priora peccata habens moriatur. Quia dixerat ipsos morituros in peccato, nisi crederent, quærūt quis sit, quanquam animo maleuolo. Sed non omni spiritui credēdum, sed probandum an ex deo sit. 1. Ioannis. 4. Et qui cito credit, leuis est corde. Ecclesiastici. 19. Hoc tamen in seruatore locum non habuit, cum ex doctrina & operibus satis compertum haberent ipsum ex deo esse. Hinc infert quis sit. Principium, inquit, qui & loquor uobis, quo se ostendit deū. Genesis. 1. In principio fecit deus cœlum & terram. Apocal. 1. Ego sum alpha & o, principium & finis. Sed q̄a principium hic aduerbium est, id est, primo uel principio, nec est qui, sed quia uel quod, potest esse sensus: Hoc primo loco dicam, is sum qui loquor uobiscum. nam cætera indigni estis qui audiatis. Aut sic: Primum id sum quod etiam dico uobis. Non explico, quid sum, indignis. hoc primum dico, me missum esse à patre, & præconem uitæ, id quod iandudum dico uobis. Tertius sensus potest accipi, ut hæc cohæreant cum his quæ proxime sequuntur.

Principiū qui hic sumatur.

Multa habeo de uobis loqui & iudicare, sed qui misit me, uerax est, & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia patrē eius dicebat deum. Dixit ergo eis Iesus: *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Et qui misit me, mecum est, & non reliquit me solum, quia quæ placita sunt ei, facio semper.*

Primū ob hoc ipsum quod loquor uobis, quo beneficio uos præbetis indignos, multa habeo quę de uobis dicā, hoc est, multa sunt de quibus uos accusem & condemnem, plura habiturus, si dicam quis sim. Hoc autem accessisset ad cumulū damnationis, cum hæc ipsa quæ audierunt, inflamment illos ad consilium occidendi. In hunc fermè sensum edisserit Chrysostomus, & eum secutus Vulgarius. Augustinus: Supra dixerat, non iudico quenq̄, sed aliud nō iudico, aliud habeo iudicare. Non iudico, dixit, ad præsens: nō enim exitium hominum sitio, sed salutem. Luc. 9. Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare. Alioqui multa possum loqui de uobis, multisq́ꝫ hominibus uos condemnare, sed non ita uisum est patri, qui me misit in mundum, non ut ex malis fiāt peiores, sed ut q̄ mali sunt, resipiscant ad salutem. Et quia uerax est, uerum est & iudicium meum, & uera sunt quæ loquor, quę cōducunt seruandis hominibus, non perdēdis. Quod siquis perit, suo uitio peribit, qui salutem oblatam sibi inuiderit. Habet dominus multa de nobis loq̄ & iudicare, quæ nisi nos iudicauerimus, in futuro ipse cum acceperit tēpus, iudicabit. 1. Cor. 11. Quod si nosmetipsos iudicauerimus, non utique iudicabimur. Nā Ro. 14. unusquisque pro se rationem reddet. Tam autem erat crassa Iudæorum cæcitas, ut cū toties memorasset patrem suum, unde missus esset, & ad quem iret, & unde testimonium haberet, & unde audisset quæ loqueretur, nondum tamē intelligerent, quia patrē eius dicebat deum, loquēs de patre cœlesti, quod nihil adhuc in eo credere poterant supra hominem. 1. Corinth. 2. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus dei. Postquam multa signa fecit eis, & non crediderunt, nec attraxit illos, nunc de cruce cum eis loquitur reducēs eos ad modum cognitionis & conuersionis, ænigmate subindicans futurum, ut per illos uolens in crucem suffigeretur. Cum exaltaueritis, inquit, filium hominis, tunc demum intelligetis qui sim, posteaquā extinctū putabitis, & uos extra omnem solicitudinem & metum fore, & à me liberatos, tunc denique cognoscetis uirtutē meā, quasi dicat. Prius

implenda passio per manus uestras, post ex uobis credent, nequis desperet de quantocunque crimine, & increduli inexcusabiles sint. Hinc centurio cum suis ait Matth.27. Vere filius dei erat iste, & Luc.23. Et omnis turba eorum qui simul adeŕāt ad spectaculum istud, & uidebant quæ fiebant, percutientes pectora sua, reuertebantur. Hinc in die pentecostes prędicante Petro, conuersæ sunt circiter. 3000. animę. Actu.2. Multa etiam turba sacerdotū obediebat fidei, Act.6. Quemadmodum autem pater gignēdo dedit illi ut esset, sic & ut nosset: quoniam in ipso sunt omnes thesauri sapientiæ abscōditi, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, Colo.2. Chrysostomus: Ne autem æstimetur hoc quod dicit, qui misit me, minorationis esse, dicit, mecum est. Nam hoc quidem dispensationis, scilicet missio: hoc uero deitatis est, scilicet mecum est. Non enim quò misit filium, ibi non erat pater q̃ dicit, Hieremiæ.23. Nunquid non cœlum & terram ego impleo, dicit dominus? Ioan.14. Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Quia autē ipsum dicebant uiolatorem sabbati. (Ioan.5.) & ob id non à deo, ostendit contrarium. Optima fide, inquit, fungens legatione mea, quæ ille mandauit, perpetuo facio, nunquam dissentiens à placito patris mei. Dauid ac Moses quos suspicitis, multa locuti, multa fecerunt ex uoluntate dei, sed ijdem offenderunt nonnunquàm illū factis suis. Ego quæ illi placita sunt, facio semper. Gloss. Huic obediens fuit usque ad mortem crucis. Phili.2. Psalm.39. In capite libri scriptum est de me, ut faciam deus uolūtatem tuā, deus meus uolui. Ioan.14. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Cōcordia autem in opere, unionis & amoris extat indicium. Ioannis quinto: Pater meus usque modo operatur & ego operor. O quàm felix qui hoc dicere posset, sed non est nisi usque ad unum Christum. Iaco.3. In multis offendimus omnes.

Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

Hęc salubria docēte domino, multi crediderūt in eum. Fides bonorum etiam illa credidit, quę non intelligit, pharisæorum malitia semper erat in peius profectura.

Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei, Iudæos: Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, et cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus unquam. Quomodo tu dicis, liberi eritis? Respondit eis Iesus: Amē amē dico uobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum. Si ergo uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Ioan.8. L

Ostendit quàm miserum reddat hominem peccatum & peruersum: contra, quàm felicem, benignum, & obsequentem iussis diuinis, gratia. Quia recesserant prius, qui credebantur discipuli esse, ideo nunc ad eos, qui crediderunt, dicit: Si manseritis perseueranter perficiendo quæ iubeo, non ficte, discipuli mei eritis. Ioannes.13. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Ioannis.15. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, et efficamini mei discipuli. Alioqui Lucæ.6. Quid autem uocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Duplicem ostēdit fructum. Primus est ueritatis cognitio nunc per fidem, & post per speciem .1. Corin. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Ioannes. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Quanto conatu incassum laborarunt philosophi ut ueritatem agnoscerent? euanuerūt enim in cogitationibus suis dicentes se esse sa-

Duplex quidā fructus.

pientes, stulti facti sunt, Rom. 1. Ideo admonet Eccũs. 1. Fili, concupiscens sapientiam, conserua iustitiam, & deus præbebit illam tibi. Secundus, libertatis cõsecutio, ad quam omnis creatura aspirat. Iudæi non intelligentes quòd Iesus sentiret de libertate doctrinæ euangelicæ, quæ nõ mutat statum fortunæ, corpus eximens à iure heri, sed animum liberat à uitijs, à tyrãnide diaboli, à iugo legis iuxta carnem obseruandæ, responderunt: Nos posteritas Abrahæ sumus, ingenui & ex ingenuis prognati, nec ulli unquã seruitutem seruiuimus. Quam igitur libertatem tu nobis promittis, quasi serui simus manumittẽdi? Nusquam memores sunt operum suorum, quia reprehẽsibilia, sed patrum, perinde quasi magnum esset è sanctis prognatum esse, cum apud deum nobiles sint, qui undecunque prognati, sanctorum mores referunt. Proinde cum Iesus illos duobus nominibus taxasset, & quòd ueritatis essent ignari, & quòd seruitutem seruirẽt, prius dissimulant, & ad id quod leuius ac minoris momenti, stomachantur. Siquidem ignorantia ueri, mentis est uitium: seruum esse, fortunæ malum est, non animi. Nec pudet eos publici mendacij, seruierunt enim, quoties in seruitutem ducti. Aegyptijs Exo. 3. & 6. Ego dominus qui educam uos de ergastulo Aegyptiorum, & eruam de seruitute. Sic Babylonijs. 4. Regum. 25. Immo in propria terra diuersis seruierunt gentibus, ut patet in libro Iudicum. Et. 4. Regum, & pro tunc Romanis. Vnde Ioan. 19. Non habemus regem, nisi Cæsarem. Sed impudentissimi dum dominum mendacij arguere conantur, nec possunt, mendacijs implicantur. Pius autem dominus cupiens ipsos ueræ reddere libertati, benigne instruit. Is, inquit, uere liber est & ingenuus, qui nulli turpitudini est obnoxius. Cæterum quisquis addictus est peccatis, seruus est peccati. Duplex hic insinuatur seruitus. Corporalis, quæ est præter naturam. Est enim constitutio iuris gentium, qua quis domino alieno contra naturam subijcitur. Serui inde dicti, quòd captiuos Imperator uendi iuberet. Vnde serui quidam fiunt, qui ex captiuitate seruantur secundum leges, uel se ipsos uendunt secundum legem Mosi Leui. 25. Aut qui ex ancillis generãtur. Hæc seruitus, quoad deum, in cõscientia nihil adfert impedimẽti. Ambrosius: In Christo bona seruitus, & bona libertas, æqua lance appenduntur. Coloss. 3. Expoliantes uos ueterẽ hominem cum actibus suis, & induẽtes nouum, eũ qui renouatur in agnitionem dei, secundum imaginem eius qui creauit eum, ubi non est gentilis & Iudæus, circuncisio & præputium, barbarus & Schyta, seruus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. 1. Cori. 7. Vnusquisque in uocatione qua uocatus est, in ea permaneat. Seruus uocatus es? non sit tibi curæ, sed et si potes fieri liber, magis utere. Qui enim in domino uocatus est seruus, libertus est domini. Similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. Quo ad homines tamen, semper ignobilis fuit & culpabilis. Vnde Noe filium suum seruituti subiecit, eo quod uerenda patris nõ obtexit. Gen. 9. Maledictus Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis. Hinc maluerunt plurimi morti succumbere, quàm in seruitutem redigi. 1. Reg. 4. Confortamini & estote uiri Philistini, ne seruiatis Hebræis. Vnde in opprobrium sempiternum, seruus nolens uti libertate per legem concessa, sed manere in seruitute cum domino, aurem subula perforabatur, & erat seruus perpetuus. Exod. 21. De hac Iudæi hic loquebantur. Altera: Spiritualis, peccati scilicet, quam dominus hic notat, qua quis peccato subijcitur, à uitio uincitur, & secundũ

Duplex seruitus.

& secundum impetum prauæ inclinationis mouetur. Sic carnales, serui dicũtur corruptionis. 2. Pet. 2. A quo quis enim superatus est, eius & seruus est. Hæc est seruitus damnabilis, quia gratia hominem priuat. Roma. 6. An nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediẽdum, serui estis eius cui obedistis, siue peccati ad mortẽ, siue obeditionis ad iustitiam? Augustinus: Seruus peccati quocunq; fugit, secum trahit se, quocunq; fugerit. Non fugit seipsam mala conscientia, non est quo eat, sequitur sese, immo non recedit à se, nec lumine gratiæ illustratur. Sapiæ. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Ad malum inclinat. Quisquis enim addictus est peccatis, is diabolum habet dominum, & huius arbitratu ducitur, agiturq;. Hiere. 16. Seruietis dijs qui nõ dabunt uobis requiem die ac nocte. Prouerb. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorũ suorum constringitur. Vnde Apostolus. 2. Timot. 2. Seruum domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patiẽtem, cum modestia corripientem eos qui resistunt ueritati, nequando deus det illis pœnitentiam ad cognoscẽdam ueritatẽ, et resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Tertio, ab æterna hęreditate segregat. Seruus enim tametsi pro tempore quędã agit in domo, tamen quoniã seruus est, nõ hęres, nõ habet ius perpetuum, sed exigitur domo, cum uisum est domino. Domus dei, ecclesia est. 1. Tim. 3. In fine autem boni à malis separabuntur. Matt. 13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. O misera & dura seruitus. Sed heu plus hæc seruitus placet quibusdam, quàm iugum domini suaue & onus leue. Matt. 11. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Vnde dominus conqueritur, Hie. 2. Scito & uide, quia malum & amarum est, reliquisse te dominũ, & non esse timorem eius apud te, dicit dominus deus exercituum. A seculo confregisti iugum meum, rupisti uincula mea, & dixisti: Non seruiam. Ob hanc seruitutem lex data est. Galata. 3. Quid igitur lex? propter transgressionem posita est. Quæ in seruitutem generauit, Gala. 4. Hinc Hebręo. 3. Et Moses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquàm famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus uero tanquàm filius in domo sua. Vnde spem nobis tribuit, & fiduciam, qui peccatores sumus. Nã ipse filius dei naturalis, hæres est & dominus domus, perpetuum habẽs ius in domo: nec ipse solũ uere liber est ab omni seruitute. 1. Petr. 2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, uerum etiam alios potest libertate donare. Solus inter mortuos liber, Psal. 87. dicere potuit, Ioã. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Quos ergo filius liberat ab erroribus et peccatis, plene liberi redduntur. Gala. 4. Itaq; iam non est seruus, sed filius. Quòd si filius, & hęres per deum. Sed quomodo? Apocal. 5. Redemisti nos deo nostro in sanguine tuo. 1. Petr. 1. Non enim corruptibilibus auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati. Consistit igitur libertas euãgelica in eo, ut quis per Christum à pec-

Seruitutis spiritualis mala quæ

cato sit alienus. Huius initium fit in baptismo, ubi inserimur Christo per fidem: perfectio uero, per charitatem & opera bona. Eph.2. Ipsius enim sumus factura, creati in operib⁹ bonis, quę pręparauit deus ut in illis ambulemus. Augustinus: Non dicat Christianus, liber sum, in libertatem uocatus sum, faciam quod uolo, nemo me prohibeat, à uoluntate mea, si liber sum. 2. Corin.3. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Si ista uoluntate peccatū facis, seruus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad libere peccandum, sed utere ad non peccandū. Erit enim uoluntas tua libera, si fuerit pia. 1. Petri.2. Quasi liberi, & non quasi uelamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei. Gala.5. Vos enim in libertatem uocati estis fratres. tantum, ne libertatem in occasionē detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Ideo. Rom.6. Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis cōcupiscētijs eius. Peccatum enim uobis non dominabitur. Nō enim estis sub lege, sed sub gratia. Rom.7. Itaque fratres mortificati estis legi per Christi corpus, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, ut fructificetis deo. Cessauit enim lex quo ad crassas cæremonias & iudicialia. Gal.3. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est Deu. 21. Maledictus omnis qui pendet in ligno, ut in gentib⁹ benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidē. Plenam uero atq; perfectam libertatem non prius adipiscemur, q̄ in regnum illud æthereum, in quo satiabimur à gloria uultus domini, translati fuerimus. Vanitati enim subiecta est creatura non uolens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum dei, Ro.8. Quicunq; à seruitute peccati liber & alienus, qui spiritū adoptionis accepit, ī quo clamat: abba pater, Roma.8. manet in domo ecclesiæ in æternum: quia per fidem & charitatem, quibus nunc manet in ecclesia militanti, perueniet ad uisionē & fruitionem, per quas manebit sine fine in ecclesia triumphanti. Psal. 26. Vnam petij à domino, hāc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Ro.8. Quicunque spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterū in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum dei, in quo clamamus, abba pater. ipse enim spiritus reddit testimonium spiritui nostro, q̄ filij dei sumus. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Sed obseruandum, q̄ est seruus non timore seruili, sed charitati seruiēs, qui manet in domo, cui dicitur Matth.25. Euge serue bone & fidelis, quia in modico fuisti fidelis, supra multa te cōstituam: intra in gaudium domini tui. Sunt & filij uocatione & nomine, non re. Matthæi.8. Filij regni eijcientur foras. Esa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Manifestum est, dominum hic non de humana loqui seruitute, quæ stare potest cum libertate euangelica. Nam uerus euangelicus libere præstat quod debet & non coacte, quemadmodū & Apostolus admonet dominis seruiendum, non ut hominibus ad oculum, sed ut deo, Colo.3. Vnde & dominus dicit Mat. 22. Reddite quæ sunt Cęsaris, Cęsari. Sic & Paulus Christianis, quos in libertatem per Christum asserit, dicit, ut dominis obediant, præcipit Romano.13. Ephe. 6. Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis uestri. Claret secundo, quod ordinationes ecclesiæ quæ licet carni molestæ uideātur,

Ordinationes ecclesiæ

Ficas non esse cōtrarias euangelicæ libertati. spiritum tamē iuuant, ut sunt orationes, uigiliæ, ieiunia, & abstinentię, nō sunt contra ecclesiasticam siue euangelicam libertatem, sed eā promouēt. Unde in primitiua ecclesia erant perseuerantes in orationibus & ieiunijs, Acto.2 & 13. At nostris temporibus ubi refriguit charitas multorum, dedignamur colla submittere iustissimis legibus, quæ spiritū non priuant libertate sua, sed carnem magis domant ad obediendum spiritui. Non enim est hominis Christiani, perquirere cur imperetur, sed iustissimis ac salubribus iussis simpliciter obedire. Philip.4. Quæcunq; uera, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus disciplinæ, hęc cogitate, hæc agite, & deus pacis erit uobiscum.

3 *Scio quid filij Abrahæ estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in uobis. Ego quod uidi apud patrem, loquor: & uos quæ uidistis apud patrem uestrum, facitis. Responderunt & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis. Nūc autē quæritis me interficere, hominem qui ueritatem uobis locutus sum, quam audiui à deo. Hoc Abrahā non fecit. Vos facitis opera patris uestri.*

Scio quia semen Abrahæ estis secū dum carnem, sed non imitatione. Ille iustus, misericors, & hospitalis fuit: uos homicidæ immisericordes, quæritis innocentem interficere. causam assignat, d. Quia sermo meus nō operatur in uobis, corda uestra apprehendendo & conuertendo. Sicut hamus dum à pisce capitur, capit. Abraham uero ad præceptum terram suā exiuit, Gen.12. Filium offerre uoluit, Gene.22. Authoritatem sermonis sui uindicat ex patre, quam naturali cognitione uidit. Vos mala quæ diabolo suggerēte concepistis, facitis. q.d. Hęc minime faceretis, si meum sermonem seruaretis, & filij Abrahæ essetis imitatione. Impudici non habentes quid digne respondeant, solum se de maiorum authoritate iactitāt. Quos dominus concludens, ait: Si uultis uideri uere posteritas Abrahę, ac sanctissimi pris nō degeneres filij, factis uos declarate filios illius. Ille contra spē, in spem credidit. Romano. 4. Gene. 15. Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Vos non solum non creditis, sed & uerba dei calumniamini. Ille nuncios dei hospitio recepit, uos uultis filium interficere. Gene.18. Nolite igitur uobis arrogare patrem Abraham. Eius quisque filius est apud deum, cuius mores & facta refert. Abit enim exemplum parentum domi conspectum, in mores filiorum. Vos opera uitiosa apud patrem uisa, facitis: mentiri, calumniari, occidere. Ecce quanta mala incurrūt contemnentes uerbum Christi, quia instinctum sequuntur diaboli, ad omne malum impellentis.

Dixerunt itaq; ei: Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnum patrē habemus deum. Dicit ergo eis Iesus: Si deus pater uester esset, diligeretis utiq; me. ego enim ex deo processi & ueni. Neq; enim à meipso ueni, sed ille me misit. Quare loquelam meā non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meū. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, et in ueritate non stetit, quia nō est ueritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur: quia mendax est, & pater eius. Ego autem si ueritatem dico, quare non creditis mihi?

Quem, inquiunt, tu alium patrem nobis assignas, qui parentē adimus Abraham? Nos ex idololatria non sumus (quā anima à deo separaē. Osee. 4. Fornicati sunt, & non cessauerunt, quoniam dominum dereliquerunt) prognati, liceat nobis de hoc gloriari quod est omnium Iudæorum commune, qui non solum sumus posteri Abrahę, uerum etiam filij sumus dei. Dominus à cognatione Abrahę ejicit eos: at ipsi sic arrogantes sunt, ut seipsos etiam dei filios faciant. Audierāt

Ezech.36. Filius primogenitus meus Israel. Deut.32. Nunquid non ipse est pater tuus, qui fecit, possedit, & creauit te? Esa.64. Et nunc domine pater noster es. Sed Esa.1. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Mal.1. Filius honorat patrem suum, & seruus dominum suum. si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? & si dominus ego sum, ubi est timor me? Hoc ergo responsum quoniam habebat impudentiam, (quid enim impudẽtius quàm se iactare filios dei, qui sibi talium scelerũ erant conscij, quiq; filium dei captarent ad necem, seuerius retrudit. Si deus, inquit, pater uobis esset, hoc ẽ, si germani uerią; essetis Israelitæ, me nimirum diligeretis uelut fratrem, & communi parente ꝓgnatum, ac patris mores exprimentem, ita ut germano filio dignum. Nõ enim sum aduersarius deo à quo ueni, et ita uos illius estis inimici me impugnantes. Si diligeretis deum, loquelam meam cognosceretis, quia uerba patris loquor. Ioa.14. Verba quę ego loquor uobis, à meipso non loquor. Ioan.7. Nunquam sic locutus est homo. Ideo non potestis audire intelligendo, quia mens uestra sanguinaria odio plena est. Mich.3. Nunquid non uestrum est, scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum? Ioannes.7. Me odit mundus, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Ecce causa odij, pro qua diligere debebant. Psalmo.108. Pro eo ut me diligerenr, detrahebant mihi. Quòd si cupitis audire nomen patris uestri, cuius ingenium, & facta refertis, uos nec ex Abraham, nec ex deo prognati estis, sed ex diabolo: non per creationem uel generationem, sed imitationem malitiæ. Ipse enim est rex super omnes filios superbiæ, Iob. 41. Non dixit opera, sed desideria, ostendens mi se affectos homicidij mendacijq; libidine, quę maxime propria mala sunt diaboli, quasi dicat. Vos quidẽ asseribitis uobis patrem deum per arrogãtiam, sed opera uestra testãtur diabolum magis patrem uestrum germanum. Nam & ueritatem odistis, & innocentis mortem molimini. Ille princeps mendacij, & homicidij fuit author, qui suo mendacio primos humani generis parẽtes pellexit in mortem, (Gene.3, Nequaquam moriemini, scit enim deus quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij scientes bonum & malum. Romanorum.5. Per unum hominẽ peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt.) non alia re prouocatus quàm inuidia felicitatis alienæ. Sapiæ.2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarum. imitantur autem illum omnes qui sunt ex parte illius. Nõ enim in ueritate iustitiæ & obedientiæ stetit. Esaię.14. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Quomodo cecidisti lucifer qui mane oriebaris? corruisti in terram. Iudæ.1. Angelos uero qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerũt suum domicilium, in iudicium magni dei uinculis æternis sub caligine reseruauit. Quicquid ille loquitur, mendacium loquitur, & ex sese loquitur: quia non solum mendax est, sed mendacij pater & princeps. Adeo sortitus est esse & intelligere, sed peccatum propria uoluntate incepit, nõ aliunde inductus ad malum, sicut primi parentes, Gen.3. Vnde Esa.14. Qui dicebas in corde tuo, in cœlum conscendam, supra astra dei exaltabo solium meum. Diabolus ergo quando mẽdacio utitur, re propria utitur: nã ipsi⁹ est proles. 3. Reg.22. Egressus spirit⁹ stetit corã domino, & ait: Ego decipiam Achab. Cui locutus est

dominus:In quo? Et ille ait: Egrediar & ero spūs mendax in ore oīum prophetarum eius. Cui dñs: Decipies & præualebis. Quia.n. Iudæi inique cōtra Christum cogitabant,& occidere disponebāt, ac mendaciter infamabant, sibi conscij erant quales essent & cuius filij,nempe diaboli, qui ab initio peccat,iustitię ordinem peruertendo:& in ueritate non stetit,nunq̄ cū sanctis angelis creatori subiectus sine peccato. Quia aūt ueritatem dico,uera docendo & uitia arguendo, nihil aliud potestis in me arguere,q̄ solam ueritatem:& hinc est uestra illa contra me rabies, quia filij patris mēdacij estis,cui cōsentitis. Proh pudor. Diabolo mētienti creditur,Christo uera dicenti non creditur.

Ioan.8. M *Quis ex uobis arguet me de peccato? Si ueritatem dico,quare nō creditis mihi? Qui ex Deo est, uerba Dei audit. propterea uos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iudæi,& dixerunt ei: Non bene dicimus nos quia Samaritanus es tu,& demonium habes? Respondit Iesus: Ego demonium non habeo,sed honorifico patrem meum, & uos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam,est qui quærat & iudicet.*

Ostendit in quantam malorum senti nam impugnatio agnitę ueritatis inducat,qđ nec blandis,nec uerissimis uerbis refrœnari possit, quin semp ad peiora,diabolo īstigāte,pgat peragēda. Quantūcunq; dñs conaretur ad meliora reducere iudæos, ipsi tamen semper peiores reddebantur: quare dñs hoc peruersa ipsorum ostendit, nō sua culpa,contingere uoluntate. Excludit à se tria, quæ doctrinā reddūt cōtemptibilem. Primū,uitæ peruersitas. Rom.2. Qui aliū doces,teipsum non doces: qui prædicas non furandū,furaris. Matt.5. Qui soluerit unū de mandatis istis minimis,& docuerit sic hoīes, minimus uocabit̃ in regno cœlorum. Vnde ait: Quis ex uobis arguet me de peccato, rationabiliter conuincendo? Nam multa falsò ipsi imponebant. Ioan.7. Quidā dixerūt quia bonus est, alij, non, sed seducit turbam. Ioā.9. Nos scimus quia hic homo pctōr est. Sed nemo hoc pręter ipsum dicere potest. 1.Pet.2. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Sed Esa.53. Deus posuit in eo iniquitatem omniū nostrū. 2.Corin.5. Eum qui nō nouerat peccatum,pro nobis peccatum fecit, ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Nam in multis offendimus omnes. Iaco.3.& Roma.3. Omnes peccauerunt & egent gloria Dei. 1.Ioan.1. Si dixerimus quia pctm̄ nō habemus, nosipsos seducimus,& ueritas in nobis nō est. Quare multi nos accusantes, nisi per pnīam deleta & propria accusatione. Sic Dauid dicens. Peccaui dño,audiuit: Dñs transtulit peccatum tuū à te. 1.Reg.12. Prouer.18. Iustus prior est accusator sui. Psal.31. Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Alioqui arguet nos Deus. Psal.49. Existimasti inique q̄ ero tui similis? arguā te, & statuam contra faciem tuā. Malitia ꝑpria. Hiere.2. Arguet te malitia tua,& auersio tua increpabit te. Qđ ergo Iudæi agnoscere noluerunt,centurio professus est. Lucę.23. Vere hic homo iustus erat. Grego. Pensate fratres māsuetudinem Dei. relaxare peccata uenerat,& dicebat,quis ex v. ar. Non dedignatur ex ratione ostendere se pctōrem non esse,qui ex uirtute diuinitatis poterat pctōres iustificare. Scdm,doctrinę impuritas,si mista mendacijs. Hinc Ioan.18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mūdū, ut testimonium perhibeam ueritati. Quāuis.n. doctrina ipsius īsolita fuerit & incomprehensibilis,tanta tn̄ et tam euidentissima argumenta ueritatis patuerunt, quòd nullo modo cōtemni debuit. Vnde ait: Si in dictis meis ullum deprehēditis mendaciū, si in factis ullum crimē, diffidite ser-

Tria doctrinā obscurantia, quæ,

monibus meis. Ostendit consequenter doctrinæ suæ authoritatem & ipsorum peruersitatem. Quisquis, inquit, ex Deo prognatus est, ut germanus filius, audit uerba Dei, patris mei: & illud arguit uos ex Deo p̄re, non esse prognatos, q̄a ueritatem ab illo profectam audire non sustinetis. Augu. Noli attendere naturā, sed uitiū. Sūt enim ex Deo, & non sunt ex Deo: natura ex Deo, uitio nō ex Deo. Eis autem hoc dictū est, qui nō solum peccato uitiosi (nā hoc cōmune omnib⁹ erat) sed qui præcogniti erant, q̄ non erant, q̄ non fuerant credituri ea fide, qua à peccatis soluerent̄. Omnes ergo ex Deo, tanquā causa efficienti, exemplari & finali. Roma. 11. Qm̄ ex ipso, et per ipsum, et in ipso sunt oīa. Omnia. n. per ipsum facta sunt. Ioā. 1. Sed boni solum scd̄m esse grāx. Ioā. 1. Qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Iac. 1. Volūtarie. n. nos genuit uerbo ueritatis, ut simus initiū aliquod creaturæ eius. Qui ergo diuina gratia illustrat⁹ est, uerba Dei audit, ex Deo se ostendit. Verba Dei ait. Ioan. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Hinc suis ait Luc. 10. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eū qui me misit. 1. Thess. 3 Itaq; qui hæc spernit, nō hoīem spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritum suū sanctū in nobis. Magnam ergo dn̄s timoratis conscientijs in his uerbis dedit cōsolationē, magnā oībus malis instructionem. Nescit. n. homo utrū amore an odio dignus sit, Eccles. 9. sed dn̄s consolat̄, dicens: Qui ex Deo est, uerba Dei audit. Sed sunt qui audiētes, nō audiūt neq; intelligunt, Matt. 13. quod quibusdam obtingit ex animi maleuolentia. Marc. 4. Vobis datum est nosse mysteriū regni Dei: illis aūt q foris sunt, in parabolis omnia fiūt, ut uidentes uideant, & non uideant: & audientes audiant, & non intelligant. Quibusdā ex simplicitatis īnocentia. 1. Corin. 3. Tanq̄ paruulis in Christo lac potum uobis dedi, non escā: nondū. n. poteratis, sed nec nūc quidē potestis. Alij audiunt, intelligunt, sed non retinent, qui cōparant̄ uiro cōsideranti uultum natiuitatis suæ in speculo, Iaco. 1. Ps. 30. Obliuioni dat⁹ sum tanq̄ mortuus à corde. Eccl. 2. Qui timent dn̄m, non erūt incredibiles uerbo illius: & q diligunt illum, conseruabūt uerbū illius. Alij audiunt, intelligūt, retinent, sed non faciunt. Sed dn̄s ait Luc. 12. Seruus q cognouit uoluntatē dn̄i sui, & nō se præparauit, nec fecit scd̄m uoluntatem eius, uapulabit multis. Roma. 2. Nō. n. auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabūtur. Hinc Luc. 11. Beati qui audiunt uerbū Dei, & custodiūt illud. Rationem assignat Psal. 118. In corde meo abscōdi eloquia tua, ut non peccem tibi. Deuter. 6. Erunt uerba hæc quæ præcipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere dormiens atq; consurgens, & ligabis ea quasi signū in manu tua, eruntq; & mouebuntur ante oculos tuos. Nō ergo sufficit aure corporis audire, sic. n. & ipsi Iudæi audierunt, sed intus fide & amore in Deum affici debemus. Psal. 84. Audiam qd loquatur in me dn̄s Deus, q̄m loquet̄ pacem in plebem suā. Libenter. n. audimus ipsum quē diligim⁹, & de ipso. Quo contra. 2. Timo. 4. A ueritate quidē auditū auertent, ad fabulas autem conuertentur. Sic Iudæi dn̄o mansuete cum eis loquente, conuersi sunt ad cōuicia, ut solet hominum malitia rationib⁹ cōclusa, ad insana maledicta cōfugere. Non 'ne inquiunt, bene dicimus recte de te pronunciantes, id quod tunc re declarans, cōpro.

bas nostrã de te snĩam, q̃ Samaritanus sis, Deo & hoib⁹ bonis exosus, cum Iudæus uideri uelis, ac Deũ patrem iactites, & dæmonium habes, cui⁹ auxilio dicis et facis mirac. q. d. Cur audes nobis & uitæ sanctimoniam, & doctrinę ueritatem obtrudere, qñ in utroq; sis rephensibilis? Addunt blasphemiam blasphemiæ, maledictũ maledicto, sicut hĩ qui castigãtis uerba non suscipiũt. Prouer. 9. Argue sapientem, & diliget te. Qui erudit derisorem, iniuriã sibi facit: & q arguit impium, sibi maculã generat. Sic semper solent inuertere oĩa, quãlibet sancta, quamlibet pia & uera, impĳ. Erant Samaritani, gentiles in Samaria politi per Salmanasar, captis Iudæis & translatis, cum legis Mosaicæ obseruatione idola colentes. 4. Reg. 17. duplici noĩe Iudæis odiosi, tum qa terrã ipsoꝵ occupabant, tum quia idola colebãt. Vnde opprobriosum erat illud nomẽ, quemadmodũ si modo quempiã male Christianũ, Iudæũ qs nominaret, & sic dñm notarunt de legis trãsgressione, quanq̃ falsò contra ueritatẽ uitæ. Dæmoniũ dicebãt habere, ob doctrinæ sublimitatem. Ioan. 1. Dæmoniũ habet, et insanit. quid eum auditis? & dæmonũ expulsionem, Marc. 3. & sic cõcludere uolũt doctrinã ipsius non authenticam & sanam, quia diabolus mendax est, & pater eius. Ad tam insanã contumeliam quid rñdit clementissimus Iesus? Ad Samaritani conuiciũ, quanq̃ uulgo magni probri loco haberetur, tñ qm̃ nihil aliud erat q̃ impotẽtis animi ira pleni maledictum, nihil rñdit, docens nos, nõ magnopere desudandũ, quo ĩfamiã falsam aut calũniam multis purgemus testib⁹, ne uideamur magis inanis gloriæ cupidi, q̃ sacræ doctrinæ defensores. Ad dæmoniaci uocabulum intentatũ rñdit, sed ita, ut regerat maledictũ qđ in illos merito possit retorqueri. Referebat aũt hoc ad fructũ euangelicum, ut intelligeret ppl's, Christũ quicquid ageret, non authore dæmone, sed Deo patre authore agere. Grego. Samaritanus custos dicitur, ipse autem ueraciter custos est. Psal. 126. Nisi dñs custodierit ciuitatẽ, frustra uigilat qui custodit eam. Vnde & ipse se Samaritanum, uulnera sauciati generis humani alligantem, ostendit Lucæ. 10. Duo ergo ei obiecta erant: unũ tacitus consensit: alterum, quia opprobrium erat gloriæ Dei, diluit, sic tñ, ut non regerat maledictũ, cum uerius in ipsos cõpeteret. Nisi. n. dæmonio impleti essent, tã peruersa de Deo loqui nõ possent. Monemur ergo mãsuetudinis et modestię, ut summa lenitate utamur erga irritatos, si quo pacto furentes aĩos sedare possimus. Prouer. 15. Rñsio mollis frangit irã, sermo durus suscitat rixas. Ego, inquit, dæmoniũ non habeo, cooperatorem & familiarem: sed honorifico patrem meũ, cuius gloriã ille oppugnat. Non. n. me iacto de pr̃e Deo, ut mihi ex mendacio gloriam conciliem, sed ut per me pater glorificetur apud omnes, & uos me iniuria et cõtumelia afficitis. Ego quidẽ non sum affectator meę gloriæ, quemadmodũ uos calumniamini. Ioan. 5. Ego claritatem ab hoibus non accipio. Vnde quæsitus in regem, fugit Ioan. 6. Hierony. Qui non quærit gloriã, nõ sentit contumeliã. Magnum ergo est de nullo gaudere, nisi per quod promouetur apud Deũ: & de nullo dolere, nisi per quod à Deo abducitur. Hinc Ioan. 5. Q̃uo uos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis? Ideo dñs ait Hiere. 9. Non glorietur sapiens in sapiẽtia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitĳs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, qa ego sum dñs qui facio misericordiam & iudi

cium et iustitiã in terra. Nec sum ultor meæ contumeliç, sed ob id nõ existimetis uobis ĩpune fore q me probris afficitis. Est.n. qui quęrat gloriã meam, & ulciscatur contumeliã, nisi resipueritis. Sæpe qs quærit ulcisci, & nequit ipse iudicare: sed pater & potest & quærit, quod non faceret, si quicquã cõmercĳ mihi esset cũ dęmone. Deo relinquenda uindicta. Romano. 12. Mihi uindictam, & ego retribuam. Deute. 32. Mea est ultio, et ego retribuam in tempore.

2 *Amen amẽ dico uobis, siquis sermonem meum seruauerit, mortem non uidebit in æternum. Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & prophetæ, & tu dicis, Siquis sermonem meũ seruauerit, mortem non gustabit in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et prophetæ mortui sunt, Quem teipsum facis?*

Grego. Cũ malorꝝ peruersitas crescit, dilectio non solũ frangi non debet, sed augeri. Vnde dñs cum dæmonium habere dictus est, prædicationis suæ beneficia largius impẽdit, doctrinæ suæ ostendens utilitatem. Sola, inquit, credulitas uia est ad ĩmortalitatem: quare siquis corde sermones meos seruarit & opere, mortẽ nõ uidebit. Adam quia non seruauit, perĳt, Gene. 3. August. Cum morituris moriturus loqueretur, qd sibi uult qđ ait, qui ser. &c. nisi quia uidebat aliã mortẽ, de qua nos liberare uenerat, mortem æternã, mortem damnationis cum diabolo & angelis eius, quę est mors secunda, Apoc. 20? Cum.n. semen sit uerbum Dei, Luc. 8. in corde seminatum conseruatũ, præseruat à morte culpę, & fructificat fructum permanentẽ in uitã æternã. Eccl'es. 8. Qui custodit præceptũ, non experietur quicq̃ mali. Apoc. 2. Qui uicerit, non lædetur à morte secunda. Tunc aũt uere quis seruat sermonem dñi, qñ puram habet uitam, sobrie, iuste & pie uiuens in hoc seculo, Tit. 2. Quanq̃ moriatur naturaliter, attamen in Deo uiuit, quæ uera est uita: alioq uiuens mortuus est. Hoc tam manifesto rñso cum placari debuerint, hoc tanto præmio cum ĩuitari debuerint ad credulitatem, tñ pro sua crassitudine, quod iuxta spm̃ dictum erat de uita animæ, de uita corporꝝ interpretantur: & quod dictum erat ad illos erudiendos, seditiose deprauãt ad cõtumeliã patriarcharꝝ, undiq; studentes aliquid inuidiæ cõflare dño Iesu apud multitudinem. Sic mali beneficĳs semper redduntur peiores. Nũc, inquiũt, certis argumentis & copiosis cognouimus, cũ tam insensate & manifeste falsum loquaris, q dæmonio actus hæc dicas, qui hoc promittas seruantibus tuũ sermonem, qđ nec laudatissimis contigit patriarchis, q̃bus locutus est ipse Deus, & prophetis. obtemperarunt illi uerbis Dei, & nihilo secius mortui sunt omnes, & tu ꝓmittis ĩmortalitatem ĳs qui seruauerint ea quæ doces? Christus satis superq́ hanc de dæmonis cõmercio submouerat calũniam: eam tñ replicant, ne succumbere uideãtur, cui stultiam & mendacem addunt rationem, carnales nil præter carnem sapientes. Nunqd Abraham maior es, qui Dei amicus appellatus est, Iac. 2. qui et mortuus est, cum esset annorꝝ cẽtum septuaginta quinq;, Gene. 25? Et ꝓphetę mortui sunt, nihil tale ausi ꝓmittere cuipiã. Quid tibi arrogas? Intolerabilis est pręsumptio tua, qui fabri es filius è Galilæa nullius momenti, quasi uerba tua maioris sint efficaciæ uerbis Dei. Anteponis te ꝓphetis et Abrahamo, et quod Dei est polliceris, Deum teipsum facis. Mira Iudæorꝝ cęcitas, aut uerius peruersitas. experimentaliter cognouerant, Iesum in gratia prophetię, in altitudine scieñtiæ & sapiẽtię, in efficacia miraculorꝝ & operꝝ, omnes excedere & prophetas & patriarchas. Vnde dixerunt

runt Matth.9. Nunq̃ apparuit sic in Israel. Hinc quærentibus Ioan.10. Si tu es Christus, dic nobis palàm, respondit: Opera quæ ego facio in noĩe patris mei, hæc testimoniũ perhibẽt de me. Sed inuidia excæcati hæc considerare noluerunt. Matth.15. Sinite eos, cæci sunt, & duces cæcorum.

Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, glo
ria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat
me, quem uos dicitis quia Deus uester est, & non
cognouistis eum: Ego autẽ noui eum: et si dixero
quia non scio eum, ero similis uobis mendax. Sed
3 *scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham pater*
uester exultauit ut uideret diem meum. uidit, &
gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quin
quaginta annos nondum habes, & Abraham ui
disti? Dixit eis Iesus: Amen amen dico uobis, an-
tequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo
lapides ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit
se, & exiuit de templo.

Non rñdit ad hoc, qđ dicebant ipsum dæmonium habere, eo q̃ uidit eos ad contumeliã paratos, & satis id iam exploserat: nec ad id quod sermo suus liberaret à morte, cum ratio ipsorũ non esset ad propositũ, quia ipse de morte animę dixerat, nõ carnis: sed duplici quæstioni, scilicet, Quem teipsum facis et, an maior esset Abrahamo. Ego, inquit, nihil mihi arrogo falsò, quemadmodũ mihi imponitis mendaciter. Etenim si more hominũ captarem gloriã meam apud hoĩes, mẽdax & inanis esset gloria mea. Hi aũt glorificãt seipsos, qui suam quęrunt gloriam, & omnia opera sua faciunt ut honorificent. Matth.23. Et si gloriam affectarem, nõ esset opus illam apud hoĩes uenari. est.n. pater unde proficiscitur omnis gloria, qui me glorificat. Et si uultis scire qs sit ille pater meus, is ipse est, quem uos iactatis uobis quoq; Deũ esse & patrem. Glorificauit.n. ipsum semper, atq; id per prophetas, & per testimonia de cœlis, Matt.3. & 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, & per innumera miracula & imensa. Ioan.12. Et clarificaui, & iterum clarificabo. Ioã.1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre. Sed neq; ut patrẽ meũ, ipsum agnoscitis, neq; ut Deum uestrũ. Nã si ut patrem illũ agnosceretis, honore utiq; filium eius prosequeremini: si ut Deũ uestrũ, timeretis sermonem eius ut Dei, nec meditaremini mortẽ meam, idq; cum non possitis me arguere de peccato. Non ergo cognouerunt scđm ꝓpriam patris rationem. Matt.11. Nemo nouit patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Ioan.17. Pater, manifestaui nomẽ tuũ hoĩbus, quos dedisti mihi de mũdo. Nec cognouerunt cognitione formata, sed informi. Esa.1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe dñi sui, Israel aũt me non cognouit. O quot sunt qui confitentur se nosse Deum, factis aũt negant, Tit.1. Hinc 1.Ioan.2. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc ueritas non est. & 1.Ioan.5. In hoc cognoscimus q̃m diligimus natos Dei, cũ Deum diligam⁹, & mandata eius faciamus. Vnde Roma.1. de mundi sapiẽtibus ait Apl's: Qui cum cognouissent Deum, nõ sicut Deum glorificauerunt, aut grãs egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratũ est insipiens cor eorũ. dicentes.n. se esse sapientes, stulti facti sũt. Videat sibi quisq;, an uere Deum cognoscat: alioqui ignorans ignorabitur. 1.Corin.14. Ego uero scio eũ, qui uere filius illius sum, naturaliter omnẽ notitiam eius hñs, quod non falsò mihi arrogo, sed qđ uerum est loquor. Chrysosto. Sicut uos dicentes eum scite, mentimini, ita ego si dixero me eum nescire, ero mendax, qđ est ĩpossibile. Qualis.n. sum ego, talis & pater: & mandata eius seruo. Neq;.n. aduersarius sum illi, arroganter loquendo & manda-

ret, cessit illorum furori, nō quod illorum uiolentiam metueret, quē illi in manu erat cohibere, sed nos interim docēs, ubi tempus postulat gnauiter agendū, & fortiter euāgelij negotium: rursus, cū nostro sumus functi officio, non esse sine fructu prouocandā malorum insaniā. Greg. Quid ex hoc Christus nobis loquit, nisi etiam cum resistere possumus, iram superbientiū declinemus? Nam si diuinitatis suæ potentiā exercere uoluisset, tacito nutu mentis eos in suis ictibus ligaret, aut in pœnas subitæ mortis intruderet. Sed qui pati uenerat, exercere iudiciū nolebat. Nemo ergo cōtra acceptas iniurias se erigat, nemo conuicijs conuicium retribuat: qa imitatione Dei, gloriosius est iniuriā tacendo declinare, quam rñdendo supare. Romano. 12. Nulli malum pro malo reddētes. Noli uinci à malo, sed uīce in bono malum. Cum.n. blandiloquētia, & modestiori rñsione efferuescentes in nos animos mitigare non possumus, multo consultius est ab iratis discedere, ut uel hac ratione æstuātis uel ebullientis animi paulatim indignatio resideat. Prouer. 16. Melior est patiens uiro forti, et qui dñantur animo suo, expugnatore urbium. Prouer. 19. Doctrina uiri per patientiam nōscitur, & gloria eius est iniqua prętergredi. Tanto ergo minus quisque est doctus, quanto minus inuenitur patiens. Nouerat.n. dñs Iesus, nō dicam crassę multitudini, sed nec discipulis persuaderi potuisse, si se palàm prædicasset Deum & hoīem, atque eūdem simul & mortalē esse iuxta corpus humanum, & īmortalem iuxta naturam diuinam: iuxta carnem, in tempore natum hominem de homine: iuxta diuinam uirtutem, ante omnia tempora fuisse Deū ex Deo. Hoc enim tam arcanum mysterium, magis erat miraculis, morte, resurrectione, in cœlum ascensione, sancti spiritus afflatu, suo tempore persuadendū mundo, quam ante tēpus apertis uerbis, non crediturís ingerendū. Abscōdit ergo se, sua potestate inuisibilē se reddens insidiatoribus, sed non discipulis qui eū sequebātur, quāuis per medium illorum ibat. Sic Luc. 4. cū de monte præcipitare uellent, transiens per mediū illorum ibat. Gregori. Quid aūt abscondendo se signat, nisi quod eis ipsa ueritas absconditur qui eius se qui uerba contemnunt? Eam quippe quam non inuenit humilem, ueritas fugit mētem. Et quam multi hodie sunt, qui iudæorum duritiam detestantur, qa prędicationem domini audire noluerunt: & tamen quales illos arguunt fuisse ad fidem, tales ipsi sunt ad operationem. Præcepta Dei audiunt, miracula cognoscūt, sed conuerti à suis prauitatibus contemnunt. Ecce uocat, & cōtemnimus: sustinet, & eius patiētiam, dissimulamus. Dum ergo tempus est, unusquisque prauitatem suā deserat, Dei patientiam pertimescat, nequem nunc tranquillū despicit, iratum postmodum nequaquam euadere possit.

Patientiæ commendatio.

De cæco nato.

ARTICVLVS XVII.

Et præteriens Iesus, uidit hominem cæcū à natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, ut cæcus nasceretur? Respondit Iesus: Neq; hic peccauit, neq; parentes eius, sed ut manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opa eius qui misit me, donec dies est. Venit nox quando nemo potest operari. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Hoc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & linuit lutum super oculos eius, & dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abijt ergo, & lauit, & uenit uidens. Ioan. 9. N

Ostendit facto, quantū malum sit mentis cæcitas, quæ non nisi diuina gratia opitulāte tolli potest, unde ut hanc tolleret, in mundum ipse uenit. Esaiæ. 49. Dedi te in lucem gentium,

ut sis salus mea usq; ad extremũ terræ. Sed heu. Ioan. 3. Lux uenit in mũdum, & dilexerũt homines magis tenebras q̃ lucem. Hinc Ephes. 4. Hoc igit dico, & testificor in dñô, ut iam non ambuletis sicut & gentes ambulant in uanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habentes intellectũ, alienati à uia Dei per ignorantiam quæ est in illis, propter cæcitatem cordis ipsorũ: qui desperãtes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationẽ imunditiæ omnis, in auaritiam. Vbi tria uitia notat singularia, quæ hominem excęcant, & quibus cęcatus inuoluitur, de quibus. 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorũ, & superbia uitæ, quæ non ex patre, sed ex mũdo est. 1. Ioan. 5. Totus mũdus in maligno positus est. Qui autem in his perseuerant tenebris, tandem ad æternas perueniẽt. 1. Ioan. 2. Qui odit fratrem suũ, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæcauerũt oculos eius. Si illuminari uolumus, attẽdere debemus, quemadmodũ iste cæcus ad lumen gradatim redĳt naturę & gratię. Primo, dñs ipsum respexit. Cessit siquidem dñs illorũ furori ad tempus, quos adhuc uidebat insana biles: & miraculo declarat se maiorẽ Abraham & omnibus prophetis, ac diuinam potentiã suã, quam oratione non potuit persuadere. Dedita autem opera uidit cæcum à natiuitate, me dicis quidem insanabile malum, non etiã Christo, oculo pietatis et clementiæ. Sunt qui ad uana & turpia oculos deflectunt, pauperes dedignãtur, & horrent, ac refugiunt, non sic pĳssimus Iesus. Psal. 10. Oculi eius in pauperem respiciunt. Felix quẽ oculis benignitatis suæ respicit. Psal. 118. Aspice in me, & miserere mei. Discipuli ergo uidẽtes eũ tã intẽte spectãtem cæcum suspicantes omne corporis uitiũ ex animi uitio nasci, quemadmodum & amici Iob, maxime q̃a meminerant dominũ paralytico dixisse Ioan. 5. Vade, noli posthac peccare neq̃d accidat tibi grauioris mali, causam cæcitatis interrogant. Quibus dñs rñdit, nec hic suo peccato cõmeruit ut cæcus nascereť, qui peccare nõ potuit, cum nondũ esset, nec parentes eius. Non. n. punit Deus liberos ob delicta parentũ, queadmodum docet lex, Deute. 24. nisi filĳ parentũ æmulentur uitia. Obserua duplex pct̃m. Naturalis ꝓpagationis. Ro. 3. Omnes peccauerũt, et egẽt gloria Dei. Causam indicat. Roma. 5. Per unum hoĩem in hunc mundũ intrauit pct̃m, & per peccatũ mors: & ita mors in omnes homines permansĳt, in quo omnes peccauerunt. Ephes. 2. Eramus natura filĳ iræ, sicut & cæteri. Nemo ergo liber ab hoc nisi Christus natura, qui & matrẽ gratia præseruauit. Aliud actualis transgressionis. ex infecta radice pullulans. Iaco. 2. Vnusquisq; tentatur, à concupiscentia sua abstractus et illectus: deinde concupiscentia cum cõceperit, parit peccatũ: peccatũ uero cum consummatũ fuerit, generat mortem. Sic est & duplex pœna. Tp̃alis, ut calamitates q̃libet quæ finẽ hñt, quibus boni cũ malis sępe affliguntť. Iob. 14. Homo natus de muliere, breui uiuẽs tpe, repleť multis miserĳs. Omne flagellũ ordinať, uel ad utilitatẽ flagellati, uel ad ꝓmotionem in bono. Sic & Tob. 12. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit ut tẽtatio ꝓbaret te. Tob. 2. Hanc tentationẽ (cęcitatis) ideo ꝑmisit dñs peruenire illi, ut posteris daretur exemplũ patientiæ, sicut & sancti Iob. Iudith. 8. Oẽs qui placuerũt Deo, per multas tribulationes trãsierunt fideles. Vel ad conseruationẽ in bono. 2. Cor. 12. Ne magnitudo reuelationũ extollat me, dat⁹ est mihi stimulus carnis meę ãgelus satanę, qui me

Quæ tria uitia hominem excæcent.

Peccatum duplex.

Pœna duplex.

Ad quæ flagellum omne ordinetur.

me colaphízet. Vel reductionẽ ad bonum. Sic Maria percussa lepra. Nu.12.Sic & Ozias rex.2.Para.26. Patienter ergo tolerãda. Iob.1. Dñs dedit,dñs abstulit,sicut dño placuit ita factum est,sit nomen dñi benedictum.Tob.2.Nam cum ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est contristatus cõtra Deũ, ꝙ plaga cæcitatis euenerit ei, sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus uitæ suæ.Hebr.12. Quem enim diligit dominus, castigat. flagellat autem omnẽ filiũ quẽ recipit.In disciplina perseuerate,tãquã filíjs uobis offert se deus. Quis enim filius quẽ non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis,cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri,& non filíj estis.Secundo ordinatur ad gloriam flagellantis,& hoc uel ut manifestetur clemẽtia in miserando,ut hic & in Lazaro.Ioã.11. Infirmitas hæc non est ad mortem,sed pro gloria Dei,ut glorificetur filius Dei per eam.Signat autem hic,ut, euentum, non causam, quemadmodum.Psalm.50.Vt uincas cum iudicaris. Et Ro.1. Vt sint inexcusabiles. Nõ enim dedit Deus gentibus sciẽtiã ut peccarent, neq; Dauid ob hoc peccauit ut Deus iustus appareret, sic & hic. In hoc eẽ quod cæcus illuminatus est, Deus est glorificatus.Non ergo fuit prohibita cæcitas eius, ut per eam declararetur hominibus potentia, bonitasq; Dei, cui cæci Iudæi tam pertinaciter reclamabant. Vel potẽtia in puniendo,quo ad obstinatos.Sic superbus Antiochus uermibus consumptus expirauit.2. Macha.9. Similiter Herodes Act.12. Altera pœna est æternalis, quamquisque pro suo merito portabit.Ezech.18.Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius nõ portabit iniquitatem patris,& pater non portabit iniquitatem filíj.Iustitia iusti super eum erit & impietas impíj erit super eum. Temporali pœna tamen nonnunquam filíj ob peccatum parentum puniuntur. Vnde lepra de domo Giezi non defecit propter simoniacam auaritiam Giezi quarti Regũ quinto. Sic tulit pœnã patris Chanaan. Genesis nono. Sic populus Israel percussus fuit pestilentia ob superbiam Dauid in numerando populo, secundi Regum uicesimo quarto. Sic filíj Israel stare non poterant coràm hostibus ob peccatum Acham, donec esset extinctus. Iosue septimo. Huiusmodi tamen pœnæ bonis cedunt in coronam: íjs uero qui imitatores sunt paternorum scelerum, in contumeliam, nisi resipiscant,& tunc sunt in purgationem. Semper enim malis bonis misti sunt. Vnde.4 Regum.24. dicitur:Et addidit furor domini irasci contra Israel, quo claret, peccatum Dauid non singularem causam fuisse illius plagæ, sed & populi. Miraculum facturus, doctrinam impartit qua mentis oculi illuminantur, cuius illud typus fuit. Me oportet operari opera illa ipsa, quæ is qui misit me, facit, quandiu præsens uita agitur.Chysostomus: Dũ licet hominibus credere in me, dum hæc uita durat, laborandum est. Venit nox futurum tẽpus,quando non est amplius fides, neq; labores, neq; pœnitentia. Tunc enim,uelint nolint,omnes acquiescent ueritati.In inferno uero quis confitebitur tibi? Nam ubi lumen deest, cessat & confessio. Matthæ.25.Ligatis manibus & pedibus eius, proíjcite eum in tenebras exteriores.Interim igitur dum præsens dies operandi præbet facultatem, quæ ad salutem pertinent,non est cessandum. Ventura est enim nox, cum iam frustra

Tt

uelint operari, nec possint. Gala.6. Ergo dum tempus habemus,operemur bonum ad omnes. Roman.13. Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum,& induamur arma lucis,sicut in die honesteambulemus. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Si hoies properant ut opus quod ob huius uitæ usum aliquem obeũt absoluãt ante solis occasum: quanto magis adnitendum est omnibus,ut dum lucem præsentem habent,peragant æternæ salutis negociũ, cuius gratia fit à me quicquid interim operor in hoc mundo? Ad hæc olim uenturum horribile iudicium, cum iam impij frustra cupiẽt operari salutis suæ negocium,nec licebit. Nox enim illa non patietur, cum diem in quo licebat, neglexerint. Cæterum semel extincto corpore, iam ille dies suus occidit, nec amplius potest operari,sed superiorum operum merces est expectanda. Pro.11. Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes. Apoc.14. Beati qui in domino moriuntur. amodo enim iã dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos. Meminisse debemus diuitis epulonis,qui audiuit. Luc.16. Fili,recordare,quia recepisti bona in uita tua,& Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu uero cruciaris. Hinc admonet Ecclesiasticus. 14. Ante obitum tuum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Hæc tum obscure locutus dominus Iesus, tardos ad credendum homines metu futuri extimulauit, Secundo, discipulis iam miraculum expectantibus, expuit in terram. Chrysostomus: Voluit se ostendere creatorem, qui in principio usus est luto in hominis formatione. Gen.1. Sed interim huius malagmatis nouitas,omnium animos attẽtos ac suspensos reddidit ad miraculi futuri considerationem. Tertio, quo obediẽtia & fides cæci probarentur,iubet ire ad Siloã & lauare. Ille certa iam fiducia cõcepta,nihil obmurmurat illinienti, sed simpliciter obtẽperat facienti quod uellet, nihil addubitans de beneficio, quocunq; modo daretur. Siloa fons est ad radices montis Sion,qui non iugibus aqs, sed incertis horis ebullit per concaua terrarum, signãs baptismum,in quem iussu Christi descendimus,cum oculos nostros luto linit,facto ex sputo & terra. Saliua diuinitatem signat. Eccl.24. Ego ex ore altissimi prodij. primogenita ante omnium creaturam. Terra humanitatem signat. Gen.3. Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es,& in puluerem reuerteris. Ro.6. An ignoratis fratres quia quicunq; baptizati sumus,in morte ipsi⁹ baptizati sumus? Deus eiusmodi elementis ceu organis diuinæ gratiæ utitur in nostrum cõmodum,quanquàm nulla necessitate rerum coactus id agat, sed pro mera sua liberalitate. Volũtarie enim nos genuit uerbo ueritatis, ut simus initiũ aliquod creaturæ eius. Iacob.1. Sic & Helisæus iussit Naaman Syrum septies in Iordane lauare. 4. Reg.5. Potuit Christus sine ullis externis cæremonijs uisum reddere,sed noluit, ut discas,& si aqua exterior & cæremoniæ non efficiant salutem, non uult tamen hæc à nobis intermitti. Sic Moses lignum quod dominus ostenderat, in aquam misit amarissimam, & in dulcedinem uersa est. Exo.15. Helisæus sal misit in aquam d. Hęc dicit dominus: Sanaui aquas has, & non erit in eis mors neq; sterilitas. 4. Reg.2. Sic in ecclesia sacerdotes benedicunt & aquam. 1. Timo.4. Omnis creatura dei bona est.

Sil a quid sit et signet

Siliua Terra

Ceremoniarum piarum assertio.

Sanctificatur enim per uerbum dei & orationem. Num. 6. Inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Obediendo ergo Christo illuminatus est. Ephe. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

2 *Itaque uicini et qui uiderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: Nõne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, quia hic est: alij autem, nequaquam, sed similis est eius. Ille uero dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloe, & laua. Et abij, & laui, & uideo. Et dixerunt ei, Vbi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad pharisæos, qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum pharisæi, quomodo uidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & laui, & uideo. Dicebant ergo ex pharisæis quidam. Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.*

Paulatim increbrescere cœpit miraculum. Non enim abscondi potest ciuitas super montem posita. Matt. 5. Diffidentibus uicinis, quia ex illuminatione facies ipsius notabiliter fuit immutata, cæcus neque priorem erubescens cæcitatem, neque populum timens ingenue confitetur. Immo, inquit, sum idem mendicus & cęcus à natiuitate quẽ sæpe uidistis, ut uox quoque agnita, fidem faceret miraculo. Mira domini misericordia, quę nullum quãtuncunque solatio destitutum humano derelinquit, sed pie subuenit. Certificatos de facto, certiores reddit & de modo; sed illi quærentes occasionem calumniãdi dominum Iesum, quòd temperato luto & oculis inuncto, nonnihil operis fecisset in sabbato, rogant ubinam esset ille qui hoc fecisset. Quoniam dominus sanans, & miraculum faciens consueuerat, eo quòd esset alienus ab ostentatione, secedere, interrogatus cæcus dixit: Nescio. Non enim nouerat Iesum, nisi de nomine, de facie non nouerat. Ducunt ad pharisæos, quo diligentius & exactius examinaretur, ut apud hos re simpliciter narrata, proderet Iesum ꝙ uiolasset sabbatum. Vnde non interrogant illum, quomodo uiderit, sed quomodo aperuerit oculos eius per omnia calumniantes dominum, ꝙ in sabbato operatus fuerit. Ille uero nihil metuens, simpliciter ut res erat narrauit. Chrys. Tu cæci constantiam intuere, ꝙ enim primum interrogatus dixerit ueritatem, minime mirũ est: nunc uero admirandum, ꝙ neq; negat, neque prioribus uerbis contradicit. Adduci fecerunt eum pharisæi, tanquam negaturum, sed contrarium euenit. Huiusmodi enim est natura ueritatis, ut unde magis oppugnatur, inde magis elucescat, & confirmetur. Sic solet Dei uoluntas astutis hominum conatibus & peruersis consilijs suum negocium promouere. Hinc Ioseph fratribus qui se uendiderant, ait Genesis. 50. Num Dei possumus resistere uoluntati? Vos cogitastis de me malum, sed Deus illud uertit in bonum. Decretum patris erat, per crucẽ perq; miracula glorificare Christũ, quòd non potuerunt pharisæi odio, inuidia, non homicidio impedire. Non est, inquiunt, hic Iesus à Deo, tametsi patrem Deum habeat in ore. Nam si Deum haberet authorem, non uiolaret huiusmodi factis sabbatum, quod Deus iussit obseruari. Ecce unde offenduntur peruerse increduli: quoniam factum tam manifestum inficiari non poterant, neque tam beneficũ damnare, ex diei religione mutuantur calumniam.

Inuidia enim & incredulitas leuissimis rebus offenduntur, scandalum sibi fingunt ubi nullũ est, omnemq́ʒ lapidem tales mouent, quo facta præclara proborum obfuscent, uel certe aliò detorqueant. Rursus alij sanabiliores: si, inquiunt, hic non esset Deo gratus, & ob uiolatũ sabbatum nefarius esset, quomodo posset hæc edere miracula? Res ipsa loquitur præsidio Dei hæc fieri, cum in gloriam sint Dei. Vides multos à signis mulceri. Nam & hi pharisæi & principes erant, attamen à signo placantur, & defensionem suscipiunt. Vide autem malitiam: non dicunt, qui in sabbato sanat, sed qui sabbatũ non seruat sursum deorsumq́ʒ non Dei beneficium, sed diei uiolationem procurãtes. Solet schisma irrepere inter pseudodoctores, quod certissimum erroris indicium ut dicit Tertullianus: Hæc saluberrima est, qua nostra fides roboratur. Philippenses tertio: Videte canes, uidete concisionẽ. Canes sunt, qui non tam ecclesiæ unitatem, quã seipsos conscindunt & lacerant. Optimum est ab huiusmodi dissentire. Matt. 10. Non ueni pacem mittere, sed gladium.

Canes.

3 *Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, quia propheta est. Non crediderunt ergo de illo Iudæi, quòd cæcus fuisset, & uidisset, donec uocauerunt parentes eius, qui uiderat, & interrogauerunt eos, dicentes: Hic est filius uester, quem uos dicitis, quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc uidet? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est. Quomodo autem nunc uideat, nescimus: aut quis aperuerit oculos eius, nos nescimus. Ipsum interrogate, ætatem habet, ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis eum cofiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, ætatem habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio, unum scio, quia cæcus cum essem, modo uideo. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi uobis iam, & audistis, quid iterum uultis audire? Nunquid & uos uultis discipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis, nos autẽ Mosi discipuli sumus. Nos enim scimus, quia Mosi locutus est Deus, hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille, & dixit eis: In hoc mirabile est, quia uos nescitis unde sit, & aperuerit mihi oculos. Scimus, quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & uoluntatem eius facit, hunc audit. A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquam. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus, quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit: Quis est domine, ut credam in eum? Et dixit ei Iesus: Et uidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. At ille ait: Credo domine, & procidens, adorauit eum.*

Augustinus: Vt eum calumniarentur, & sic extra synagogam facerent, interrogant: sed ipse nihil pertæsus eorum malitiam, libere respõdit: Mihi uidetur propheta esse, magnum quempiam & insignem uirũ hoc titulo significans, cuius & famam acceperat, & uirtutẽ in se fuerat expertus. Sed duri & impersuasibiles, uocant parentes eius, uolentes illos perplexos reddere & ita negare cæcitatem filij, quibus tria proposuerũt: Num filius illorum esset, num cæcus natus, et quomodo nũc uideret, parentes uero, ut sunt timidi quibus domi res est angusta, sentientes pharisæos ansam uenari calumniæ, ad duo prima respondent, quibus nõ inerat periculum, caute tertium declinantes. Maluerunt.n. illum

illum solum periclitari, quàm communi periculo inuolui cum filio. Nam & apud euangelij professores seuerissimum pœnæ genus est, ut si quis à sua professione degenerans, in crimen aliquod prolapsus sit insigne à reliquorum consortio submoueatur, ut à cæteris deuitatus, pudore resipiscat, qui salubribus monitis corrigi non potuit, 1. Corinth. 5. Rursus non conquiescit inuidia, sed inde fesso animo molitur malum: & qui ueritatem nituntur obruere, diuersis, exquisitis, falsissimisq; utuntur cautelis. Da gloriam, inquiūt, deo, quòd ex cæco factus es uidens, nec illi ascribere Iesu, cui nihil debes, sed gloriam istius beneficij tribue deo. Nos enim certum habemus, quòd hic homo Iesus scelerosus sit, cui cum deo nihil est commercij. Quàm studiose nituntur decipere. Nos, inquiunt, docti & religiosi scimus eum peccatorem. Ad hæc cæcus fortiter, sed circunspecte, ne calumniæ pateret, respondit: An homo sceleratus sit, alij uiderint. De hoc pronunciare nō est meum. Vnum illud uere testari possum, quòd ipsa re comperi, me prius fuisse cæcum, & nunc uidere. Res ipsa nunc per seipsam consideretur, & sententiam de se ferat. Iterant quæstionem de illuminationis modo, inuidia stimulante, ut inueniant quid calumnientur. Aduersus tam impudentem malitiam pharisæorum, iam mendicus factus confidentior, ait: Modo dilucide, sicut res habet, narraui, semel audistis, an ideo tam diligenter percontamini facti modum, ut ex re exacte cognita, uos quoque uelitis illius fieri discipuli, per quem deus tāta operatur, quemadmodum ego uirtutem illius expertus, multique alij, discipuli illius sumus? Hoc maxime illorum animos cruciabat. Tu, inquiunt, sceleste, scelesti illius discipulus sis, nos talem magistrum abominamur, qui Mosi sumus discipuli, cum quo Iesus iste non est cōferendus. Psalmo. 108. Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me, confundantur, seruus autē tuus lætabitur. Augustinus: Maledictum est, si cor inspicias, non si uerba perpendas. Iactant semper maiores, cum interim nec facta, neque doctrinam imitentur, quare mentiuntur. Ioannes. 5. Si crederetis Mosi, crederetis utique & mihi. Mosi locutus est deus, Exod. 33. Loquebatur dominus ad Mosen facie ad faciem, sicut solet loqui, homo ad amicum suum. Impudenter mentiuntur se nescire unde Christus sit. Ioan. 7. Hunc scimus unde sit. Chrysostomus: Ea quæ uisu cognoscitis, minora ijs quę per auditum habetis, æstimatis. Illa enim quæ nosse uos dicitis, à uestris progenitoribus audistis, sed non'ne fide dignior est, qui certificauit, quod à deo uenit per miracula, quæ non solum audistis, sed & uidistis? Ioannes. 15. Nunc autem & uiderunt & oderunt, & me & patrē meum. Creuit inter disputandum mendici fiducia, unde non solum dominum liberum facit à peccatis, sed & ostendit eum ualde placere deo, & facientem omnia quæ ad illum pertinent. Admiror, inquit, cur dicatis uos nescire unde sit Iesus, cum illud negari non possit, per eum mihi apertos oculos, quos natos etiam habebam clausos. Actum uidetis supernaturalem soli deo possibilem, & nescitis unde sit? Certe istud extra controuersiam, nec uos dissentitis, deum non audire uota peccatorum. Verum siquis illum pie colit, & eius quem colit religione, uoluntati obtemperat, hunc audit. Quod nisi Iesus iste profectus esset à deo, nisi dei uirtus illi adesset, ex se nihil omnino posset. Augustinus: Hæc enim quæ facta sunt, à quo fierent nisi à deo? nec enim à

discipulis fierent,nisi deus habitaret in eis.Marc.16.In nomine meo dæmonia eijcient,linguis loquentur nouis, serpentes tollent. Ioan.14. Qui credit in me,opera quæ ego facio,& ipse faciet,& maiora horum faciet.

Pater in me manens,ipse facit opera.

Quos peccatores an diat uel nō audiat deus. Obserua q͂ sunt peccatores in malo obstinati, quales erant pharisæi, & sunt hæretici obsistētes ueritati agnitæ, hos non exaudit. Psalmo.65. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non axaudiet dominus. Threnorum.3. Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus,idcirco inexorabilis es. Sunt qui resipuerunt per Christi gratiam sicut publicanus, Lucæ.18. Est autem uoluntas dei,ut peccator cōuertatur & uiuat. Ezechiel.18.conuersus proficiat.1. Thessa.4.Hæc est enim uoluntas dei sanctificatio uestra.Psalmo.33.Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Oportet autem utraque adesse,dei cultum & uoluntatis dei adimpletionem, hoc est,fidem & opera. Tunc enim reuera uiuit fides,quādo opera habet deo placentia,é quibus bona nascitur conscientia,sicut à malis mala.Et rursus

Opa quando uiuant opera tunc uiuunt,quando fidem habuerint, alioqui mortua sunt. Hebræo.11.Sine fide impossibile est placere deo.Iaco.2.Fides sine operibus mortua est in semetipsa.Vndique rationibus conclusi, quemadmodum excandescere solet hypocrisis & exasperari, si uel leuiter coarguatur, uituperationum pro ueritate reddunt. Tu, inquiunt,plenus iniquitatibus, nos doces, qui religionis arcem & legis professionem tenemus? Augustinus: Ipsi illum magistrum fecerant. ipsi,ut discerent, toties interrogauerunt: & ingrati docentem eiecerunt. Sed quos pharisaicum supercilium é synagoga eijcit,Christus recipit in suam ecclesiam. Ab impiorum enim communione secludi, iungi Christo est. Chrysostomus. Qui propter ueritatem, & Christi confessionem opprimuntur, hi maxime à deo honorantur. non enim continuo apud deum execratus est, quem homines execrantur. Vt igitur nactus est illum obuiam, quo fidem illius faceret omnibus magis conspicuam,ait:Heus tu,credis in filium dei? Iam enim apud pharisæos professus fuerat illum à deo profectum esse, qui rem tantam perfecisset. Nec id latebat dominum Iesum, sed propter alios elicit hominis professionem,exemplum procurans cæteris. Fides enim est ianua introducens nos in ecclesiam fidelium & uiuentium. Romanorum.5.Per quem accessum habemus per fidem in gratiam istam, in qua stamus.Crediderat in eum etiam non conspectum, quare desideranti animo quærit uidere tanti beneficij authorem. Cui dominus: Quem uidere cupis, iam uidisti: & qui nunc loquitur tecum, ipse est in quem oportet credere. Is itaque fidem suam ore & opere confirmans, ut deum glorificat Christū Romanorū.10.Corde creditur ad iustitiam,ore autem confessio fit ad salutem.Vult deus tum interne tū externe coli ab homine.Psalm.83. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum.

Et dixit ei Iesus:In iudicium ego in hunc mūdum ueni,ut qui non uident,uideant: & qui uident,cæci fiant.Et audierunt quidam ex pharisæis qui cum ipso erant, & dicunt ei:Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus:Si cæci essetis, nō haberetis peccatum,Nunc uero dicitis, quia uidemus. peccatum ergo uestrum manet.

Sub primum aduentum iudicium exercuit discretionis, quo eos qui humiles apud se erant, gratiæ suæ lumine collustrauit, superbos inanes relinquens. Lucæ.2. Positus est hic in ruinam & resurrectionē mul-

torum in Israel. Ex euentu nanque id euenit, quo quis non uult solem considerare lucentem, sed sua sponte se detrudit in foueam. Ioannes. 12. Cũ autem tanta signa fecisset corà m eis, non crediderunt in eum. Ioannes. 15. Si non fecissem opera in eis quæ alius nemo fecit, peccatum non haberent: nunc autem & uiderunt & oderunt & me & patrem meum. Sed ut sermo adimpleatur qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Psalmo. 34. Suspicantes pharisæi arrogantes se notari, aiunt: Num & nos cor excæcatum habemus? Iesus ad hanc tam arrogantem pariter & insidiosam interrogationem, sic respondet, ut ostendat eos qui sibi uidentur oculati, plusquàm cæcos esse, & hoc insanabilius esse cæcos, quòd sibi uiderentur oculati. Esaiæ. 5. Væ qui sapientes estis in oculis uestris, & coràm uobismetipsis prudentes. Nam erant oculis animæ excæcati: cæcus autem à natiuitate, & anima & corpore illuminatus. Si uere, inquit, essetis cæci, uenia daretur uobis de incredulitate: nunc autem spectatores facti miraculi, & adhuc incredulitate laborantes, non estis uenia digni. Si etiam imperiti essetis scripturarum, non haberetis tale peccatum. quia per ignorantiam peccaretis: nunc autem cum reuera cæci sitis, nec inscitiam recognoscatis, nec doctrinam suscipiatis, & tamen apud populum uobis arrogetis eruditionis laudem, insanabiliter estis cæci, quia scienter peccatis. Lucæ. duodecimo. Ille seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundum uolũtatem eius, uapulabit multis: qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, uapulabit paucis. Iaco. 4. Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi.

De Ostio & pastore.

ARTICVLVS XVIII.

Amen amẽ dico uobis, qui non intrat per ostiũ in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro: qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues uocem eius audiunt, & proprias oues uocat nominatim, & educit eas: & cum proprias oues emiserit, ante eas uadit, & oues illum sequũtur, quia sciunt uocẽ eius: Alienum autem nõ sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt uocem alienorum. Ioan. 10. O

Ostendit quibus & quomodo pateat ingressus in regni dei ouile. Erat quondam synagoga ouile dei, sed nõ sola, quanquam de hoc se iactitarent Iudæi. Psal. 75. Notus in Iudęa deus, in Israel magnum nomen eius. Habuit enim & alias oues Christus, q̃ non erant ex hoc ouili, quas adducit ut sit unum ouile. Vnum ergo nunc ouile ecclesia, extra quam non est salus. Ephe. 4. Vnus Deus, una fides, unum baptisma. 1. Pet. 3. In qua (arca scilicet Noe) pauci, id est, octo animę saluæ factæ sunt per aquam. Quod & nos nunc similis formæ saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bona interrogatio in deum. Quo magis & altius insideat animis omnium, quod est totius salutis humanæ caput, parabola ostendit neminem esse posse ducem, & pastorem populi, nisi prius sit ouis Christi ueri pastoris omnium ouium, quæ collocandæ sunt à dextris in die supremo. Augustinus: Ad hoc debet unicuique prodesse bene uiuere, ut detur illi semper uiuere. Nam cum non datur semper uiuere, quid prodest bene uiuere? quia nec bene uiuere dicendi sunt, qui finem bene uiuendi uel cæcitate nesciunt, uel inflatione contemnunt. Non est autem cuiquam spes certa uel uera semper uiuendi, nisi agnoscat uitam quæ Christus est, & per ianuam in-

Extra catholicã ecclesiã salutẽ nõ esse.

tret in ouile quod est ecclesia catholica. Pharisæi non per ostium intrare uoluerunt. Romanorum.10. Ignorantes dei iustitiam, & suam uolentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Romanorum.3. arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus legis. Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata à lege & prophetis. Iustitia autem dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credunt in eum. Romano.10. Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Ponit itaque indicia ueri pastoris, lupi & perniciosi, & sic se ostendit à parte bonorum esse, testimonium ab operibus sumens. Qui ergo per Christum non intrat, secundum ipsius uoluntatem licite & honeste (Heb.5. Nemo sibi assumit honorem, sed qui uocatur à deo tanquam Aaron) sed ambitione ascendit, et hoc aliunde, simoniaca auaritia, aut factiosa intrusione, nō canonica electione, fur est fraude surripiens, & latro ui perdens & se & alios. Nam populum subtrahit deo pestifero documento, prauo exēplo, aliis modis non ouium salutem, sed suum procurans lucrum. Philippen.2. Omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Latro, uitam gratiæ suffocando in eis, inducens ad uitia quibus anima occiditur, & dæmonum dentibus deuoranda traditur. Sapiæ.16. Homo per malitiam occidit animam suam. Ezechi.22. Coniuratio prophetarum in medio eius, sicut leo rugiens rapiensque prædam, animas deuorauerunt, opes & pretium acceperunt, uiduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius contempserunt legem meam, polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam, inter pollutum & mundum non intellexerunt, & à sabbatis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorum. Principes in medio eius quasi lupi rapientes prædam ad effundēdum sanguinem, & ad perdēdas animas, & auare sectanda lucra. Prophetæ autem liniebant eos absque tēperamento, uidentes uana, & diuinantes eis mendacium, dicentes: hæc dicit dominus, cum dominus non dixerit. Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant uiolenter egenum & pauperem affligebant, & aduenam opprimebāt calumnia absque iudicio. Et quæsiui de eis uirum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inueni. Eccl.10. Qualis rector ciuitatis, tales & inhabitantes eam. Esa.1. Principes tui infideles, socii furum. omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Notat etiam pharisæos & scribas mandata legis paruipendentes, mandata uero hominum & traditiones docentes diligenter. Cæterum qui intrat per ostium ordinate & humiliter, non quærens quod sibi utile, sed quod multis ut salui fiant, 1. Cor.10. non quærens præesse, sed prodesse, huic ostium ingredi uolēti aperit is, qui solus ius habet aperiēdi ostium. Apocalyp.2. Qui habet clauem Dauid, claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo claudit. Nam per spiritum suum, qui spiritus est ueritatis, omnem docens ueritatem, Ioan.14. intellectum dat nobis scripturæ. Vnde & dicitur spiritus sapientiæ & intellectus, Esa.11. Ipse ergo admittit, immo introducit timoratum & diligentem pastorem, in sanctuarium æternæ sapientiæ, ut sciat quomodo oporteat eum in domo dei ambulare, quæ est ecclesia dei uiui, 1. Timo.3. Huius uocem ueri pastoris agnoscunt & audiunt oues. Lucæ.10. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. 1. Thessa.4. Itaque qui hæc sper-

Intrantes non per ostium, qui.

Latro.

spernit,non hominẽ spernit, sed deũ qui etiam dedit spiritum suum sanctũ in nobis.Ecce una cõditio ouis, audire scilicet uocem ueri pastoris. Sequitur conditio altera boni pastoris,nouit.n.oues ex nomine.Pro.27. Diligenter agnosce uultum pecoris tui,tuosq; greges considera.Tertia, quia educit ad pascua.1.Pe.5. Pascite qui in uobis est gregem Dei,prouidentes non coacte, sed spontanee secundum Deum, neq; turpis lucri gratia sed uoluntarie:neq; ut dominãtes in clericis, sed forma facti gregis ex aĩo.& cum apparuit princeps pastorũ, percipietis immarcessibilẽ gloriã.Eccl.15.Cibabit eos pane uitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illos.Quarta,quia ante eos uadit,uiã demõstrãs & tutam reddens, sicut columna nubis. Exo.14.1.Tim.4.Exemplum esto fidelium in uerbo, in conuersatione, in charitate,in fide & castitate.Tit. 2.In oĩbus teipsum præbe exẽplum bonorũ operum,in doctrina,in integritate,in grauitate.Sequit̃ nota altera ouium,sequuntur eum.1.Cor.4. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.Phil.3. Imitatores mei estote fratres,& obseruate eos q̃ ita ambulãt sicut habetis formam nostrã. Quia uita probata,ideo imitãtur:et doctrina uera, idcirco audiunt. Tertia, quia alienum fugiunt.3.Ioan.1. Charissime,noli imitari malum,sed quod bonum est.Quãquam.n.ouis simplex est animal,& ab alieno pendens præsidio,tamen agnoscunt uocem pastoris unde sentiunt utilitatẽ & horrent uocem luporũ unde metuunt mortem.2.Thes.3.Denunciamus uobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi,ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulãte inordinate, & non secundum traditionem quam accepistis à me. Ecclesi. 13.Qui tetigerit picem,inquinabitur ab ea:& qui communicat superbo, induet superbiam.1.Cor.15.Corrũpunt bonos mores colloquia mala. Matt.24.Siquis uobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic, nolite credere: ecce in deserto est,nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Manifestum itaque gratię indicium est,non audire uocem alienorum,uerum pastorem Christum non imitantium. August. Quis alius oues suas uocat nominatim,et educit eas hinc ad uitæ pascua, nisi qui nouit qui sunt eius?2.Timo.2.Quis alius emittit,nisi qui peccata dimittit, ut eũ sequi duris liberati uinculis possint? Et quis eas præcessit quo eum sequantur nisi qui surgẽs à mortuis iam non moritur? Rom.6.

Conditiones ouis & pastoris.

Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem 2
non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit er-
go eis iterum Iesus: Amen amen dico uobis, ego
sum ostium ouium. Omnes quotquot uenerunt,
fures sunt & latrones, sed non audierunt eos
oues. Ego sum ostium, per me si quis introierit,
saluabitur: & ingredietur & egredietur, &
pascua inueniet.

Taxauerat dominus Iesus hoc ænigmate pharisæos,scribas, sacerdotes & primores populi,qui indignabãtur q̃ essent multi qui mallẽt adhærere Iesu quàm ipsis, qui se duces credebãt populi.Porrò qui sues erant aut hirci, audiebant illorum uocem.Cęterum qui uere oues,doli expertes, simplices & innoxij,agnoscebant uocem domini Iesu,qui uerus erat pastor, cui pater ostiarius aperuerat ostium, ut oues sibi parentes, adduceret in æternæ uitæ pascua. Cum autem pharisæi non intelligerent quid sibi uellet hæc parabola, dignatus est aperire: quæ tectius ideo dixerat, ut magis redderet attentos, & altius insideret animis auditorum, quod per similitudinem esset infixum. Non enim satis est intra septa ecclesię quacun-

que uia irrepsisse, non satis est ad pastoris titulum ac dignitatem quomodocunque penetrasse. Nam Christus semetipsum non clarificauit ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Psalm. 2. Hebr. 5. Hinc Chore cum suis complicibus terra absorptus est. Nume. 16. Ozias rex officium sacerdotis usurpare præsumens, lepra percussus fuit. 2. Paral. 26. Cum curam suam uult demonstrare circa nos, pastorem se nominat: quando autem ostēdere uult quod ipse sit ille qui ducit ad patrē, tūc ostiū se dicit. Io. 14. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Quicunque uenerunt, dici, nō qui missi sunt. Nā prophetæ quidem missi aduenerunt, nō autem pseudoprophetæ. Hie. 23. Nō mittebam prophetas, & ipsi curtebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. Hie. 27. Quia nō misi eos, ait dominus, & ipsi prophetabant in nomine meo mendacium. Chrysostomus: Hoc laudabile est de ouibus, quia nō audiunt furem: sed siqui audiūt, hirci sunt & canes. 1. Io. 4. Ipsi de mundo sunt, & ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Non ex Deo sumus. qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos. Non est salutaris aditus in ecclesiam ac regnum cœlorū nisi per me, siue pastor esse uelis, siue ouis. Per me siquis introierit, salutem æternam assequetur, nec erit periculū à furibus & latronibus, sed hoc pastore tutus ingredietur in caulas, fruitur ocio felici contemplationis: egredietur in pascua proditurus ad officia charitatis, nec deerunt unquam pascua, sed ubique dabitur materia benefaciendi, quo simul & alijs prosit, & ipse benefactis in caulas redeat saginatior. Duplicem enim Apostolus. 2. Cor. 4. distinguit hominē, interiorē & exteriorem. Ingredimur & in ouile per baptismum. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto nō potest introire in regnū Dei. et saluamur. Act. 15. Per gratiā in domini nr̄i Iesu Christi credimus saluari. August. Ingredietur per internam meditationem, egredietur per externā operationem. Gala. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Psal. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Egredietur tandē per mortem ad pascua æternæ consolationis. Esa. 64. A seculo non audierunt, oculus non uidit Deus absque te, quæ præparasti ex pectātibus te, qui modo ingreditur per pœnitentiā. Esa. 46. Redite præuaricatores ad cor. Ibi uero ingredientur in diuinitatis abyssum, & egredientur in humanitatis Christi aspectum. Magna certe laus & merces ueri pastoris legitime intrantis in ouile Christi, salus æterna, nec minor ouis humiliter obsequentis. August. Agnouimus, intremus, ut nos intrasse gaudeamus.

Christus quando pastor, quando ostium

Duplex homo.

Fur non uenit, nisi ut furetur & mactet & perdat. ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant. 3

Habes notam qua pastorem à lupo dignoscas. Qui non credit mihi, ab hoc fugiēdum: qui autem credit, uox prodet qualis sit: si quæ loquitur, nō sapiunt Dei gloriā, nō populi salutem, sed propriam gloriā, sed quæstum, sed astutiam humanam, sed tyrannidem, ab hoc sibi caueant oues. fur enim est latro, & hoc perniciosior, quod personam pastoris mentitur. Quod si uox non satis euidēs erit indiciū, obserua quid agat. fur non uenit in aliud, nisi ut furetur, usurpando quod non est suum, ut è gregis alieni malis sibi turpe lucrū comparet. Porrò nullum maius furtum, quàm quod Deo surripitur. I.

Cor.6. Non estis uestri. empti enim estis pretio magno. Apoc.5. Redemisti nos Deo nostro in sanguine tuo. Et mactet, in peccatū educēdo. Ia.1. Peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem. Abacuc.2. Iustus in fide sua uiuet. Christus autē per fidem in cordibus fidelium habitat. Ephe.3. Et perdat, in æternum damnationē, per uenenata dogmata, perinde sicut diabolus qui homicida est ab initio. Io.8. Hiere.5. Stupor & mirabilia facta sunt in terra, prophetæ prophetabant mendaciū, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit illud. Quid igitur fiet in nouissimo eius? Hierem.50. Grex perditus factus est populus meus, pastores eorum seduxerunt eos, feceruntq́ eos uagari in montibus. Ezech.34. Væ pastoribus Israel qui pascebant semetipsos. Nōne greges à pastoribus pascūtur? lac comedebatis, & lanis operiebamini: quod crassum erat, occidebatis: gregem autem non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis: & quod ægrotum, nō sanastis: quod confractum est, non alligastis: & quod abiectum est, nō reduxistis: & qđ perierat, nō requisistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia. Et dispersæ sunt oues meæ, eo q̄ non esset pastor, & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarum agri, & disperſę sunt, & errauerunt in cunctis montibus, & non erat qui requireret. Act.20. Attendite uobis et uniuerso gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei quā acquisiuit in sanguine suo. Ego enim scio, quoniam post discessionem meam intrabunt lupi rapaces in uos, nō parcentes gregi. Et ex uobisipsis exurgent uiri loquentes peruersa, ut abducant discipulos post se. Tales ergo, quoniā per ostiū non intrant, quanquā sese iactitēt pastores, non saluabuntur, nec pascua inuenient, sed æternam egestatem, & conscientiæ ingredientur stimulos, & ī æternos egredienē cruciatus. Esa.66. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Sic & diabolus illorꝝ caput, uenit tētādo. Iob.1. Circuiui terrā & perambulaui eā. Ad quid? 1. Pet.5. Aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Vt furetur per malas cogitationes, mactet per cōsensum, et perdat per operis consummationem. Ia.1. Peccatū cum consummatum fuerit, generat mortem. Cōtrà dominus uenit, Baruch.3. Post hęc in terris uisus est, et cum hominibus conuersatus est, non in aliud, nisi ut oues morbidæ sanentur, mortuæ uiuant, ac uiuæ saginentur omni uirtutū genere. Gal.2. Viuo ego, iam non ego, uiuit uero in me Christus. Aug. Ego ueni ut uitam habeant. i. fidem per dilectionē operantem. Galat.5. In Christo Iesu neq; circuncisio aliquid ualet, neq; præputiū, sed fides quæ per charitatem operatur. Fides. n. sine operib⁹ mortua est in semetipsa. Iacob.2. Et abundantius habeant, qui perseuerādo usque in finem, per illud ostium, id est, per fidem egrediūtur: quoniā & fideles moriuntur, & abundantius habebunt uitam, ueniēdo quò pastor ille præcessit, ubi nunquam deinde moriuntur. Habēt omnes fidem in Christo, omnes resurgent & uiuent: sed iusti qui oues sunt. Mat.25. quid amplius habent? regnum scilicet cœlorum. Psal.35. Domine, apud te est fons uitæ. Hinc Petrus ait. Io.6. Domine, ad quem ibimus? uerba uitæ æternæ habes. Quanquā autem & hic in ipso ouili nō desint pascua, tamen tunc uere pascua inuenient, ubi saturentur qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Matth.5.

Ioan. 10. *Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, uidet lupum uenientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.*

Ostendit quãta dilectione nostrã procuret salutem, quæ si desit pastoribus, populus in direptionẽ & perditionẽ uenit. Si quæritis specimen boni pastoris & exemplũ, ego sum ille pastor bonus. Esa. 40. Ecce dominus Deus in fortitudine ueniet, & brachiũ eius dominabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illius corã illo. Sicut pastor gregem suum pascet in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Ezech. 34. Et scient quia ego dominus Deus eorum cum eis, & ipsi populus meus domus Israel ait dominus Deus. Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis, & ego dominus Deus uester. Psal. 91. Nos autẽ populus eius & oues pascuę eius. Vere bonus pastor. Ipse enim nos pascit corporeo nutrimento. Mat. 6. Respicite uolatilia cœli, quæ non serunt, neq; metunt, neq; congregant in horrea, & pater uester cœlestis pascit illa. Nõne uos magis pluris estis illis? Psal. 144. Oculi omnium in te sperãt domine, & tu das escam illorum in tẽpore opportuno. Psalm. 135. Qui dat escam omni carni. Verbo diuino. Matth. 4. Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Corporis sui sacramento. Ioan. 6. Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. Ipse nos dirigit. Psal. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Eze. 34. Ego pascam oues meas, & ego eas accubare faciam, dicit dominus Deus. Quod perierat, requiram: & quod abiectum erãt, reducam: & quod confractum fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, consolidabo: & quod forte & pingue, custodiam: & pascã illas in iudicio. Quia ergo in cœlum conscendit, pastores & uicarios instituit. Ephe. 4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super oẽs cœlos, ut adimpleret oĩa. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autẽ prophetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores ad cõsummationem sanctorum in opus ministerĳ, in ædificationem corporis Christi. Hinc princeps dicitur pastorum. 1. Pe. 5. Nõ ergo est bonus pastor, qui non p ipsum et propter ipsum ouiũ suscipit curam. Hinc Petro ter ait: Pasce oues meas. Ioã. 21. Distinguit ergo inter bonum pastorem & malum. Bonus, qui ex charitate pręest fouens sibi commissos, ut eorũ cooperetur saluti, et simul cum ipsis saluetur, siquando periculũ ingruerit, uitæ periculo gregi consulit. 2. Cor. 12. Ego autẽ libentissime impendam & superimpendar ego ipse pro animabus uestris. Multa enim sunt quæ salutem gregis infestãt. Gregorius: Bonus pastor animam suã dat pro ouibus suis. Primum nobis est, exteriora nostra misericorditer pro ouibus impendere: postremum si necesse est, etiam mortem pro eis obire. Sed qui non dat substantiã, quando daturus est uitam? Non ergo potest esse uerus pastor, nisi purus ab omni cupiditate commodi priuati, nisi uitæ quoq; suæ contemptor, cũ necessitas cogit. Væ eis qui non syncere irrumpunt, non considerantes quàm districtam domino reddituri sint rationem. Sap. 6. Iudiciũ durissimum in his qui pręsunt, fiet. Qui autem plus terrenam substantiam q̃ oues diligunt, hi merito nomen pastoris perdunt: qui non pro amore

Bonus pastor.

intimo,

intimo, sed ad temporales mercedes pascunt, locum quidem pastoris tenent, sed lucra animarum non quęrunt, terrenis cōmodis inhiant, honore prælationis gaudent, tēporalibus lucris pascuntur, impēsa sibi reuerentia ab hominibus lætantur. Id proprie merces dicitur: nam gloria æterna non dicitur proprie merces, sed tantummodo large, in quãtum omne quod redditur in prçmium laboris, merces uocatur. Vnde dominus ad Abraham. Gen. 15. Noli timere, ego protector tu⁹, & merces tua magna nimis. Nã hæreditas distinguitur à mercede proprie dicta, sicut filius à seruo conductitio, cui debetur merces pro suo labore. Gloria autem uitæ cœlestis redditur fidelibus, sicut hæreditas filijs. Ro. 8. Ipse enim spiritus testimoniū reddit spiritui nostro, q filij Dei sumus. Si autem filij, & hæredes: hæredes quidē Dei, cohæredes autē Christi. Verus itaq; pastor gloriam Dei & salutem animarum attendit: mercenarius solum lucrum temporale, non ouium utilitatē. Qui ergo mercenarius est, & sui compendij gratia gregis curã suscipit, etiã si bona fide rebus tranquillis gregem procurat, tamē si uitæ ingruat periculum, hoc est, si lupum uiderit ueniētem, proditis ouibus, suæ uitæ fuga consulit gregem lupo dissipandum & dilaniandum relinquit. Neque enim gregis interitus discruciat animum mercenarij. Ita fit, ut simul & domino pereat quod unice diligebat, et grex ueniat in exitium qui seruari poterat. Gregor. Lupus rapit & dispergit, quia diabolus mentes fidelium in tentatione dilaniat & necat. August. Ecce lupus guttur apprehendit, cum diabolus fideli adulterium persuasit. Sic & per falsos doctores. Matt. 7. Attēdite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. Sic & tyranni. Ezech. 22. Principes eius in medio illius quasi lupi rapiētes prædam, ad effundēdum sanguinem, & ad perdēdas animas & auare sectãda lucra. Lupus rapit, ab ecclesiastica unitate & charitate diuidens. Mat. 9. Videns turbas, misertus est eis, quia erãt uexati & iacentes sicut oues nō habentes pastorē. Pro. 11. Vbi nō est gubernator, populus corruet. Pertinet quidē ad eū de ouibus secundū iustitiam, sed non quo ad debitã curam. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Phil. 2. Aestimantes quæstum pietatem. 1. Tim. 6. Esa. 56. Speculatores eius cæci oēs, nescierunt uniuersi, canes muti non ualētes latrare. Zach. 11. O pastor & idolum derelinquens, gregē, gladius super brachium eius, & super oculum dexterum eius, brachiū eius ariditate siccabitur, & oculus eius dexter tenebrescens obscurabitur. Obserua hic, q in qualibet obligatione attendi debet prçcipue obligationis finis. Obligant autem se prælati ad exequendum pastorale officiū propter subditorum salutē: & ideo ubi subditorū salus exigit personę pastoris præsentiam, non potest pastor personaliter suum gregem deserere. Si autem saluti subditorum sufficienter per alium potest prouideri, tunc licitum est propter aliquod commodum ecclesiæ, uel personæ periculū. Vnde ille dicitur fugere tanquã mercenarius, qui temporale commodū uel corporalem salutem, proximorū saluti spirituali anteponit. Augustinus: Inde lædit mercenarius, unde facit, non unde bona dicit: botrum carpe & spinas caue. Multi quippe in ecclesia terrena sectantes commoda, Christum prædicant, & per eos uox Christi auditur, & sequuntur oues nō mercenarij, sed pastoris uo-

Merces.

Pastor quãdo gregi suo licite abesse possit.

Pastor per mercenarium quomodo audiatur.

cem per mercenarium. Plerunq; ad gregis custodiā sicut uerus pastor, sic & mercenarius stat: sed lupus ueniens indicat, quo quisq; animo super gregis custodiam stabat. Fugit qui curam solicitudinis non habet, & animæ pereunt: ipse uero de terrenis lucris lætatur, nullo contra hæc zelo accenditur, nullo dilectionis feruore excitatur: quia dum sola commoda exteriora requirit, interiora damna gregis negligenter patitur. Quo cōtra Apostolus. 2. Cor. 12. Nō quæro uestra, sed uos. 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant.

Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnosco patrem, & animam meam pono pro ouibus meis.

Tria pastorem commendantia

Ponit tria bonitatem pastoris cōmendantia. Primum, ouium cognitio. Nam mercenarius quidē nescit oues, qui non sæpe illas inuisit, pastor autem curam illarū agit, et ideo etiā cognoscitur ab eis. Nouit enim qui sunt eius. 2. Timo. 2. quia nomina scripta habet in libro uitæ. Apo. 20. Exo. 33. ait Mosi: Noui te ex nomine. Hinc ait discipulis. Lucæ. 10. Gaudete quoniā nomina uestra scripta sunt in cœlis. Sed qui sunt oues eius quos cognoscit? 1. Corin. 8. Si quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo. Gregorius: Cognoscunt me meæ, id est, diligentes obsequuntur. qui enim ueritatem non diligit, adhuc minime cognouit. Cognoscūt autem, nō solum ex credulitate, sed operatione. 1. Io. 2. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Vide autem quod primum nos ille cognoscit, deinde nos illum. Nam primū ipse familiaris factus est nobis carne, factus hō deinde nos illi familiares facti sumus per deiformem gratiā. Io. 13. In hoc cognoscent oēs quia discipuli mei estis, si dilectionē habueritis ad inuicē. Io. 15. Hoc est præceptū meū, ut diligatis inuicē sicut dilexi uos. Secundū, paterna dilectio. Me pater agnoscit ut germanum filium, suæq; uoluntati per omnia obsequentem, & ego uicissim agnosco patrē, qui cupit omnes saluos fieri. Io. 8. Ego scio eum, & sermonē eius seruo. Qui. n. Deum semper præ oculis haberet, solicite se in omni & actione & cogitatione gereret, cognoscēs exactā de omnibus rationem reddendam. Hic de præpositis ait Apl's. Heb. 13. Ipsi peruigilant quasi rationem pro animabus uestris reddituri. Ezech. 3. Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo uerbum, & annunciabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, neq; locutus fueris ut auertatur à uia sua mala & uiuat: ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autē tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua et à uia sua impia, ipse quidem in impietate sua morietur, tu autem aīam tuam liberasti. Tertium, summa perfectio. Io. 15. Maiorē hac dilectionē nemo habet, q̄ ut aīam suam ponat quis pro amicis suis. Esa. 53. Tradidit in mortē aīam suam. Licet uero pro omnibus posuerit aīam, non tñ nisi electis prodest, quia alij se non accommodant gratiæ. Vnde Matt. 20. Venit hominis filius non ministrari, sed ministrare, & dare animā suam redemptionem pro multis. & Mat. 26. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorū. Esa. 53. Et ipse peccata multorum tulit. Rationem subiungit.

Cur nō omnibus Christi passio profit.

Et alias oues habeo quæ non sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere, & uocem meā audient. Et fiet unum ouile, & unus pastor.

Sunt in alijs, inquit, gẽtibus oues dispersæ, ac luporum, furum, & latronum insidijs obnoxiæ, nec conquiescam donec has quoq; ad communes caulas reduxero. Io.12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Ioa.11. Prophetauit quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum. Esa. 53. Omnes nos quasi oues errauimus, unusquisque in uiam suam declinauit. Ezec. 34. Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oues meas, & uisitabo eas. Sicut uisitat pastor gregem suũ in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum, sic uisitabo eas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerunt in die nubis & caliginis. Modum ipse indicat. Mat.18. & Lu.15. in oue centesima perdita, quam humeris impositam reportauit. 1. Pe.2. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum. Quis tãtam dignationem non obstupescat? Quis non amplectatur? Sed nõ omnes obediunt euangelio. Roma.10. Agnoscent, inquit, & audient uocẽ meam, siquæ sint oues saluti destinatæ. Non enim natio secludit à salute. Act.13. Audientes gentes, gauisæ sunt, & glorificauerunt uerbum dñi, & crediderunt quotquot erant præordinati ad uitam æternam. 1. Pet.2. Eratis sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum uestrarum. Ideo refugientes audire uocem ipsius uitam fugiunt, & mortẽ recurrunt. Matth.17. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Hebr.3. Quapropter sicut dicit spiritus sanctus. Ps. 94. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Hunc enim pastorem qui non agnouerit, in exitium ibit, quia sub uno pastore unus erit grex, ex Iudæis & gentibus in unitatem fidei collectus. Extra hoc ergo ouile qui fuerit, saluus esse non poterit. Nolens ergo perire, in hoc ouili maneat, non sequens illos qui segregant semetipsos, dissidia mouẽtes, eo quòd sint animales obseruientes mundanis affectibus, spiritum non habentes, qui uenãtur uoluptates, ambiũt honores, captãt lucrum, Iudæ.1. Sed audiat uocem pastoris. Matt.11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Nam sicut ouis ad occisionem ductus est. Esa.53. Chrysostomus. Maneamus sub isto pastore, & securi à lupo erimus. pastorem enim habemus ita amantem nos, ut animam pro nobis dederit. Cum igitur et potens sit, & ita nos diligat, quid prohibet nos saluari nisi nos ipsi destiterimus? Quanquam autem nõ sit, nisi una ecclesia in fidei, spei, charitatisq; unitate coniuncta, quæ mysticum corpus est Christi, quod ab uno capite Christo gubernatur, uno spiritu sancto uiuificatur, una lege regulatur, uno fõte purificatur, uno pane reficitur, ad unã patriam proficiscitur. Ephe.1. & 4. tamen hic in finem usque mali cum bonis misti sunt, in fine separabuntur, quemadmodum pastor segregat oues ab hircis. Matthæi uicesimoquinto: Tunc oues, id est, iusti ibunt in uitam æternam, hirci uero in supplicium perpetuum, quia pastorem non agnouerunt opere misericordiæ in proximo. Nemo ergo sibi de sola credulitate blandiatur seducẽs seipsum, si non fuerit per charitatem operans.

Propterea me diligit pater, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Nemo tollet eam a me, sed ego pono eam a meipso. Potestatem habeo ponendi animam meam, & pot Q

testatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo. Dissensio iterum facta est inter Iudaeos propter sermones hos. Dicebāt autem multi ex ipsis: Daemonium habet, & insanit. quid eum auditis? Alij dicebant: Haec uerba non sunt daemonium habentis. Nunquid daemonium potest caecorum oculos aperire?

Magnae dilectionis opus filius suscepit, ignominiose moriens pro nobis: & non solum moriēs, sed & iterum accipiens animam, ut occidat mortem, et nobis immortalitatē per resurrectionem pariat. Osee.13. Ero mors tua o mors, morsus tu9 ero inferne. Deus nos non diligit propter merita nostra, quasi merita dilectionem praecesserint, sed dilectio Dei qua à Deo praeuenti sumus, causa est omnis boni in nobis. Hierem.31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Quoniam, inquit, eodem animo sum quo pater ideo me diligit unice, nō ueluti mercenarium, quia mea sponte pro salute gregis paterni uitā impendo meā: tantum abest, ut ex gregis malo mihi commodum uener. Igitur nō auferent mihi uitam, sed ego uolens uitam impendam ouibus meis, mea morte uitam illis redempturus aeternam. Promptam & liberā ostendit uoluntate pro humano genere moriendi. Chrysostomus. Sic habeo ponendi potestatem, ut ne me inuito id facere possit. Nos tantum interimere nos possumus, sed si in latronum insidias inciderimus, non habemus liberam faciendi quod uolumus potestatem. Velimus nolimus nos interficiunt. Christus autem in insidijs circunuētus, sui iuris erat moriendi nec'ne. Esa.53. Oblatus est, quia ipse uoluit. Ego utriusque rei potestatem habeo, & animā hanc emittendi è corpore, & eandem in hoc ipsum corpus reuocandi. Hinc in articulo mortis, quo alij uix halitum trahere possunt, ualenter clamauit, quod cōnsiderans Cēturio, ait. Lu.23. Vere hic homo iustus erat. Mat.27. Vere filius Dei erat iste. Secundum naturam diuinam, suscitauit seipsum à morte ut hominem. Nunquam autem uerbū deposuit quod semel assumpsit, ut dicit Damascenus: & ideo in triduo mortis erant corpus & anima uerbo unita, non tamen uerbum fuit tūc homo, quia fuerunt à se inuicem separata corpus & anima. Hoc uisum est patri, ut hac ratione procuretur negociū humanae salutis. Ioan.14. Sicut mandatū dedit mihi pater, sic facio. Act.2. Iesum Nazarenum uirum approbatum à Deo in uobis uirtutibus, & prodigijs, & signis, quae fecit Deus per illum in medio uestri, sicut scitis hunc definito consilio & praescientia Dei traditum per manus iniquorum, affigentes interemistis. Ro.8. Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Haec cum dominus prolocutus esset noua ac inaudita, ac longe supra uulgarem hominum sensum, rursus in populo uariatum est sententijs. Chrysostomus: Quod supra hominem operetur, inquiunt, inde constat quod daemonium habeat. Arrepticius est, sicque inspiratione diaboli alta & profunda loquitur. Fallimini eum audiendo. Discamus hoc loco uerborum iniurias, detractiones, irrisionesque patienter ferre. Amentia imponitur ei, cuius sapientiae non numerus. Psal.146. In quo sunt omnes thesauri sapiētiae & sciētiae absconditi. Coloss.2. Daemoniū habere dicitur, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Coloss.2. Qui iniquitatem non fecit, neque dolus fuit in ore eius. Esa.53. Nihil tamen dominus respondit, nos interim docens, non esse semper contendendum cum improbis, & factis potius declarandū quid possimus

simus quàm uerbis. Quid tamen, quibus mens sanior inerat, dixerūt: Hæc uerba non sunt obnoxij malo dæmoni. Sapiunt enim diuinam uirtutem, præsertim cum dictis astipuletur facta. Quia enim opus diuinū, ergo, & uerba. Mira quidem ac stupenda agere possunt dæmones deo permittente, ut claret Exo. 7. & Iob. 1. sed non quæ totam naturæ legem & facultatem excedant. Cum enim sint agiles & subtilissimi, possunt celerrime naturalia actiua, & passiua applicare, & ad inuicem proportionare, sicq́ producitur effectus mirabilis his qui causam & modū operationis ignorant.

De Encænijs.

ARTICVLVS XIX.

Ioan 10. R *Facta sunt autem encænia in Hierosolymis, & hyemi erat, & ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudei, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palàm.*

Ostendit, ꝙ nedum uerbis, sed q̄ maxime factis innotuerit mūdo: sed inuidia excæcati Iudæi, opera nō solum non attendebant, sed et calūniabantur: quare multo minus uerbis credebāt, quanquam crebro interrogarent. Cum ergo passio in foribus esset, frequentius in Hierusalem ambulabat. Aderat dies festus quem encænia uocant, ob templū post Persicū exilium Hierosolymis restauratum ac renouatū. Obserua apud Iudæos triplicē fuisse templi dedicationē. A Salomone in autumno decimo die mensis Septēbris. 3. Reg. 8. Altera à Zorobabel in uere, duodecimo die Martij. 1. Esdræ. 6. Tertia à Machabæis, tēpore hyemis. 14. Nouēbris. 1. Mac. 4. Voluit ergo dñs nobis præludere ac docere, ꝙ ferijs sacris maxime diuinis rebus incumbēdū est. Sed quoniam omnia in figura cōtingebant illis. 1. Cor. 10. scripta autem

Triplex Hierosolymitani tēpli dedicatio.

sunt ad correptionem nostrā, in primo templo, ꝑ Salomonem ędificato naturam accipimus humanam per Christum factā, Heb. 1. Per quem fecit & secula. Hoc per Nabuzardam principē cocorꝫ regis Babylonis cō bustum, 4. Reg. 25. Sic primi parentes serpenti obsequentes, de cibo uetito comedendo, naturā humanā uiolarunt, Gen. 3. Sap. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū. Istud instauratū per Zorobabel alio nomine Iesum, 1. Esd. 5. Sic natura humana ꝑ baptismū. Gal. 3. Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. 1. Cor. 6. An nescitis, qm̄ membra uestra templum sunt spiritus sancti, qui in uobis est? Sed quoties illud per peccatum uiolamus, ponētes in eo idolum, uel gulę. Philip. 3. Quorꝫ deus uēter est. uel auaritię, Eph. 5. Auarus quod est idolorꝫ seruitus, aut luxurię. 2. Corin. 6. Qui cōsensus tēplo dei cum idolis? 1. Cor. 3. Nescitis quia templum dei estis, et spirit⁹ dei habitat in uobis? Siquis aūt templum dei uiolauerit, disperdet illū deus. Templum. n. dei sanctū est, qd̄ estis uos. Nec mirū de tanta uindicta, quia Heb. 13. Propter quod & Iesus ut sanctificaret populū suum, per suum sanguinem extra portā passus est. Ideo cum Iuda Machabęo mundemus & renouemus tēplū hoc, omnem immunditiā reijcientes, & q̄ ad ornatum spectant ꝑ curantes. 2. Cor. 7. Mundemus nos ab omni inquinamēto carnis & spiritus, perficientes sanctificationē in timore dei. Sic. n. celebrabimus encęnia, iuxta quod monet idem Apostolus Col. 3. Expoliantes nos ueterem hominē cum actibus suis, & induentes nouum, eū qui renouat in agnitionem dei, secundum imaginem ei⁹ qui creauit eum. In hyeme pręsentis uitę, q̄ semper à malis spiritibus turbatur. Aderit. n. tūc Iesus, qui simul

Dedicatio nū istarū mystica interpretatio.

celebrat encęniorum festiuitatē in porticu Salomōis, custodia sua nos muniens, & pacificos reddens ab affectionibus. Ver.n. futurum seculum est, quo omnia reuiuiscunt, quo nullus animam innouare potest. Gregorius: Idcirco curauit euāgelista tempus hyemis exprimere, ut inesse Iudæorum cordibus malitiæ frigus insinuaret. In porticu Salomonis, ut locus loquereť adesse pacificum illum omnia cōciliaturum, q̄ in cœlis & q̄ in terris. Col. 1. per sanguinē crucis. Ne aūt posset elabi, cinxerunt eum, multis illius dictis & factis irritati, nec satis inter se cōcordes. Psa. 30. In eo dū conuenirent simul aduersum me accipere animā meam consiliati sunt. Psal. 117. Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Quousque, inquiunt, dictis ambiguis suspēsos detines animos nostros, & hac animi ambiguitate populi seditionē cōcitas? Si tu es ille Messias, quē expectamus, dic. Chrysostomus: Vide peruersitatem Iudęorum, qn̄ ipsos docebat, signa petebāt. Io. 6. Quod ergo facis tu signū, ut uideamus & credam⁹ tibi? Quid operaris? cum signa edebat, requirebant uerba. Ridiculosa fuit hęc quęstio & calūniosa. Satis.n. ex scripturis compertum habebant, qualis & quomodo uenturus Christus esset. Vnde Ioā. 5. Scrutamini scripturas, illę sunt q̄ testimonium phibent de me. Satis aūt opera illū prædicabāt esse Christum, nisi inuidia excæcati fuissent. Hinc putabant tēporario regnaturū, eoq; omnes scripturas torserunt. Psal. 2. Ego autem cōstitutus sum rex ab eo super Siō mōtem sanctum eius. Psa. 71. Et dn̄abitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarū. Esa. 60. Gēs & regnum quod nō seruierit tibi, peribit. Sed qđ spiritualiter intelligendum erat, illi ad carnale regnū torserunt. Nam in domo Iacob regnabit in æternum, Lucæ primo. Sed in fine seculi ponentur inimici eius scabellum pedum suorum, Psal. 109. Non quęrūt, an filius sit dei, sed Christus quo ansam haberent accusandi affectati regni cōtra prohibitionem Augusti, & sic præsidi traderetur puniēdus. Si uero negaret, calumniarētur mendacem, cum non semel id professus fuerit. Dic, inquiunt, libere. Sanè ubique dicebat libere, & comparebat in festis, & nihil in occulto loquebatur. Ioannis decimoquarto: Ego palam locutus sum mundo, filiumque dei se nominabat, & lucem, & uiam, & ostium, adhibito etiam Mose in testimonium.

Ver mysticum quid.

Respondit eis Iesus: Loquor uobis, & nō creditis. Opera q̄ ego facio ī nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Sed uos non creditis, quia nō estis ex ouibus meis. Oues meæ uocē meā audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me, & ego uitam æternam do eis, & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & pater unum sumus. Sustulerunt ergo lapides Iudæi, ut lapidarent illum. 2

Chrysostomus: Christus dei sapiētia sic responsum temperat, ut calūniæ locus non sit, & fidelibus appareat, quod ipse uere sit Christus ille fili⁹ dei. Prouer. 21. Non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum. Quid opus, inquit, fuerit de meipso qui sim, me toties profiteri, pręsertim cum si profitear, arrogantiam interpretemini ueri testimonium? Ioan. 8. Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum. Nullū certius argumentum quam ex factis. Opera q̄ facio, omnem creatā potestatem excedentia, non ut aduersarius dei, sed in nomine patris mei, in gloriā dei, nō recipitis, quomodo nudis uerbis crederetis? Hac ergo si uidentur di-

gna deo, credite me missum ab eo. Chysosto. Simulabant se solo uerbo suaderi, qui tot operibus non sunt suasi: ideo eorum arguit malitiam. Sed uos, inquit, nec dictis, nec factis meis creditis, cuius res non sum ego causa, sed uester animus insyncerus, minimeque simplex, Qui simplici sunt animo, nullaque mūdi huius malitia uitiato, credūt uerbis meis, ac uelut oues agnoscunt boni pastoris uocē. Ostendit quod suo uitio credere noluerūt, simulque quibus notis suæ agnoscantur oues, quidque emolumēti ex ipso percipiant. Non. n. est omnium fides, 2. Thessa. 3. Habet. n. diabolus oues suas, oues nomine, sed reuera hirci. Ezec. 34. Ecce ego iudico inter pecus & pecus arietum & hircorū. Habet autem duos greges, unum in hoc mundo. Matt. 7. Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. 2. Cor. 11. Ipse. n. satanas transfigurat se in angelum lucis. Alterum in inferno. Psal. 48. Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos. Ne ergo cū his pereas, fuge ad caulas ecclesiæ per pœnitentiam, d. Ps. 118. Erraui sicut ouis quæ periit: quære seruum tuum, quia mādata tua non sum oblitus. Luc. 19. Venit. n. filius hominis quærere & saluū facere quod perierat. Audiunt oues meæ uocē meam, & obsequuntur. Psal. 94. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Sic pharisæi audierunt & spreuerunt. Atque ego uicissim illas, licet humiles iuxta mundum, pro meis agnosco. Psal. 1. Nouit dñs uiam iustorū. Contra malos operarios ignorat. Mat. 7. Amen dico uobis. nescio uos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. 1. Cor. 14. Ignorans ignorabitur. Sequuntur me pastorem uerum. Inter omnia animantia ouis innocētior est. Ita decet esse Christianū, non reluctari, non sequi alterum, nō disquirere cur pastores ita præcipiant, sic dirigant: satis illi fuerit ut pastoris uocem sequatur, luporum declinet insidias. Matt. 16. Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, et sequatur me. Galat. 5. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cū uitiis & concupiscentiis suis. Ostendit quantum bonum assequamur per eum nempe uitam æternam. Augustinus: Bona pascua uita æterna dicitur, ubi nulla herba arescit, sed totum uiret. 1. Petr. 1. Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam, regenerauit nos in spem uiuam per resurrectionē Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem cōseruatam in cœlis, in uobis qui in uirtute dei custodimini per fidem in salutem paratā reuelari in tēpore nouissimo. Neque interire poterunt, qui seruatorem habent deum. Sapię. 3. Iustorum animę in manu dei sunt, & non tāget illos tormentum mortis, uisi sunt oculis insipiētium mori, illi autem sunt in pace. Et si corā hominibus tormēta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Ro. 8. Diligentibus deū omnia cooperantur in bonum. Siqua uero ex ordine ouium exciderit, & non secutus fuerit pastorem, suo uitio statim peribit. Nam ui quidem & tyrannide nullus potest auellere à deo, deceptione aūt quotidie supplantamur. Oues simplices sunt, innoxię, imbelles, omnibus huius mūdi præsidiis destitutę. In has mūdus desæuiet, & omnibus suis machinis ac uiribus insurget. Sed nulla futura est tanta satanę potestas, ut eas rapiat è manibus meis. Quicquid mūdus molietur, cædet in bonum ouiū & in gloriam patris. Augustinus:

Duo Christi greges

Ouiū laus & officiū.

Securus est de earum numero, qui pro eis quid dederit, nouit. Vnicum illud præsidium, quod mihi ad tuendas oues meas dedit pater, maius ac potentius est omnibus, quibus mūdus coorietur in me meosq́. Augustinus: Non enim crescendo, sed nascendo æqualis est, qui semper natus est de patre filius, de deo deus. Dedit ergo illi esse mediatorem dei, & hominum. 1. Timoth. 2. Et ut sit unigenitus filius. Hebræorū. 1. Cui enim dixit aliquando angelorum. Filius meus es tu, ego hodie genui te, Psalmo secundo? nec natura dissimilis, nec uirtute inferior, nec tēpore posterior. Hoc maius omnibus est. Quoniam autem nulla potestas mūdi tanta est, ut quicquam ex illius manibus extorquere possit. Hie. 49. Quis similis mei? & quis sustinebit me? & quis est pastor, q resistat uultui meo? Psal. 75. Tu terribilis es, & quis resistet tibi? q nutu potest omnia. Psal. 113. Omnia quæcunq; uoluit dominus, fecit. Sapientiæ. 12. Tu autē dominator uirtutis cū magna trāquillitate iudicas, & cum magna reuerētia disponis nos. Subest enim tibi, cum uolueris, posse. Neq; ergo de manu mea, cum inter patrem & me, sicut est absolutissimum potestatis consortium, ita summus est uoluntatis cōsensus. Prorsus. n. unum sumus in substantia, potestate, & uoluntate. Augustinus: Vtrunq; audi, unum sumus. Vnum dixit, liberauit te ab Arrio: quod dixit, sumus, liberauit te à Sabellio. Si unum, ergo non duo: si sumus, ergo pater & filius & spiritus sanctus. 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo: pater, uerbum, & spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Lapidea corda ad lapides currunt, sed nemo tamen impeiit illum, q nōdum uenisset tempus, quo decreuerat extrema pati pro salute generis humani.

Arrij confutatio & Sabellij.

Act. 7. Dura ceruice & incircuncisi cordibus et auribus, uos semper spiritui sancto restitistis.

Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia. & quia tu homo cum sis, facis teipsum deum. Respondit eis Iesus: Non'ne scriptū est in lege uestra, quia ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est et non potest solui scriptura, quem pater sanctificaui, & misit in mundum, uos dicitis, quia blasphemas, quia dixi, filius dei sum? Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi: si autem facio, & si mihi non uultis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quia pater in me est, & ego in patre. 3

Pergit autem dominus hanc eorum insaniam placidis uerbis corrigere. Neq; enim manifesta dissimulāda sunt crimina, ne peccati reus & conscius alieni arguaris. Esa. 58. Clama, ne cesses. quasi tuba exalta uocem tuam, & annūcia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Si lapidatur beneficus, quid fiet sceleroſis? Multa bona opera doctrinæ, sanationū, ostēdi uobis ad gloriā dei. Bis hoc facto deliquerunt, quia in eis ordine ꝑtermisso, etiā si iustam fingant causam. Nam pœna omnis officio iudicis exequēda est. Ro. 13. Non. n. sine causa gladium portat. dei. n. minister est, uindex in irā et qui male agit. Secundo, quia cōtra iura et leges gratitudinis mala pro bonis rependūt. Nā reddere bonū pro bono, naturæ est. Mat. 5. Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quā mercedem habebitis? Nōne et publicani hoc faciunt? Lu. 6. Si benefeceritis his qui uobis benefaciūt, q̄ uobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Bonū ꝑ malo, id euangelicum. Mat. 5. Benefacite his qui oderunt uos. Malum pro malo, Iudaicū. Leuit. 24. Oculum ꝑ oculo, dentem pro dēte restituet. Sed

malum pro bono, id impĳſſimum. Hier.18. Nunquid redditur pro bono malum? Pſal.34. Retribuebant mihi mala pro bonis. Sed quid tandem? Prou.17. Qui reddit malũ pro bonis, non recedet malum de domo eius. Sapiæ.16. Ingrati ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanquam aqua ſuperuacua. Iudæi tandẽ huc prouocati, ut uel crimen proferrent, uel amentiam ſuam agnoſcerẽt, ne nihil prætexerent ſuæ inſaniæ: Nõ, inquiunt, ob benefacta, ſed ob immaniſſimum ſcelus blaſphemiæ, atque hac in re legis authoritatẽ ſequimur, quæ iuſſit huiuſmodi ſaxis obrui. Leui.24. Dominus autem intentum crimen ſic abs ſe reppulit, ut & illorũ ferocitatem uerbis atrocioribus non irritaret, & nihilo ſecus ſibi uindicaret quod negari non potuit ſcripturæ teſtimonio. Non ſolum illos, inquit, ad quos ſermo dei fact⁹ eſt, filios dei appellat lex, ſed deos, non læſa tamen unius dei maieſtate: nec falſum eſſe poteſt quod diuinis literis proditum eſt, Pſal.81. Quomodo mihi blaſphemiæ crimen intenditis, quod me quẽ pater unice ſanctificauit, (Lu.1. Quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius dei) ac miſit in mundum, ut per illum omnes ſanctitatem aſſequerentur, dixerim filium dei? Moſi ait deus Exo.7. Ecce cõſtitui te deum Pharaonis. Vultis ſcire æqualitatem cum patre? à ſubſtantia non poteſtis ſcire. Impoſſibile eſt enim ſcire ſubſtantiam dei. Ioan.1. Deum nemo uidit unquã. Matthæi.11. Nemo nouit filium niſi pater, neq; patrem quis nouit, niſi filius, et cui uoluerit filius reuelare. Cæterum ex ipſis factis magis conuenit æſtimare. Si quæ facio, non uidentur eſſe homine maiora, ſi non diuinæ uirtutis ſpecimen habent, nolite credere quòd ſim filius dei, quod mihi per omnia cum illo conueniat. Quòd ſi uidetis deum patrem in me proferentem uirtutem ſuam, ſi dictis meis fidem habere non uultis, certe factis ipſis quæ uidetis oculis, credite: & arrogans habear, niſi longe plus præſto quàm mihi uerbis ſumo. Ea ſi ſynceris animis perpenderitis, fiet ut uerbis quoque meis fidem habeatis, non amplius dubitaturi, quin pater in me ſit, & ego in patre, quod uterque alteri indiuidua ſocietate cohæreat, dum ille per me quicquid uult, operatur, & ego ab illius exẽplo iuſſuq́ nuſquam recedo, ut qui mihi credit, illi credat: qui mihi repugnat, illi repugnet. Lucæ decimo: Qui me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. Ioannis duodecimo: Qui credit in me, non credit in me, ſed in eum qui miſit me. Nam per circumincesſionem atque eſſentiæ identitatem, et maieſtatis æqualitatem & unitatem, & pater in filio, & filius in patre eſt. Vtinam & nos ſola adoptione, non natura, aliquando uere dicere poſſemus: Pater in me eſt, filius quoque et ſpiritus ſanctus. Nam longe à peccatoribus ſalus, Pſalm.118. Deus uero charitas eſt, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo, primæ Ioannis quarto.

Quærebant ergo eum apprehendere, & exiuit de manibus eorum, et abijt, iterum trans Iordanẽ, in eum locum ubi erat Ioannes baptiZans primũ, & manſit illic. Et multi uenerunt ad eum, & dicebant: quia Ioannes quidem nullum ſignum fecit. Omnia autem quæcunq; dixit Ioãnes de hoc, uera erant. Et multi crediderunt in eum.

Itaq; cum ſatis illic docuiſſet, ceſſit ad tempus immedicabili malorum ueſaniæ, ſua abſentia illorum morbum mitigare uolens. Secedit autem inuitis illis, monſtrans q̄ neque in cruce detentus fuiſſet, niſi ſpõte ſe tradidiſſet. Tranſmiſſo autem Iordane, redĳt ad eum locum ubi Ioannes primum cœperat baptizare. Multi uenerunt ad eum ob teſtimonium Ioannis, cui non leuis erat apud Iudæos

authoritas, partim ob sermones diuinæ sapientiæ plenos, partim ob facta diuinam uirtutem testantia, credentes ipsum Messiam, pharisæis & sacerdotibus in sua malitia persistentibus. Christo enim reseruata erant signa. Esaiæ. 35. Deus ipse ueniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut ceruus claudus & aperta erit lingua mutorum. Hinc concludebant. Christum Ioanne maiorem. q. d. Si illi credidimus, qui nullum unquam fecit signum, multo magis ei qui tot & tanta operatus est signa? Ioannis. 7. Christus cum uenerit, nunquid plura signa faciet quàm quæ hic facit?

De suscitatione Lazari.

ARTICVLVS XX.

Ioan. 11. *Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororū eius. Maria autem erat quæ unxit dominum unguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserūt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Iesus, dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria dei, ut glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam, et Lazarum. Vt ergo audiuit, quia infirmatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hæc dicit discipulis suis: Eamus in Iudæam iterū. Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc? Respondit Iesus: Non'ne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi uidet: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. Hæc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit, sed uado ut à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius, illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè: Lazarus mortuus est, & gaudeo propter uos, ut credatis, quia non eram ibi. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Venit itaque Iesus, & inuenit eū quatuor dies habentem in monumēto. Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam quasi stadijs quindecim. Multi autem ex Iudæis uenerāt ad Martham et Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit, quia Iesus uenit, occurrit illi. Maria autem domi sedebat.*

Quàm operosa uera sit fides, quæ animæ uitam præstat, & finaliter æternam in resurrectione gloriam, ostendit. Mox ergo offertur occasio, per quam maxime redderetur illustris Christi patrisq́ gloria, simul et ad homicidium irritaretur pharisæorū malitia. Augustinus: Inter omnia miracula quæ fecit Christus, Lazari suscitatio maxime prædicatur: sed si attendamus qs fecerit, delectari potius debemus quàm mirari. Ille suscitauit hominem, qui fecit hominem. Plus est hominem creasse, quàm suscitasse. *Inter omnis Christi miracula quod maxime prædicatur.* Erat autem languens morbo naturaliter incurabili. Porrò Maria erat illa, qui insigni amoris erga Iesum testimonio unxerat eum. Harum sororum studium imitari debemus, alterius resipiscētiam, ut Lucas testatur, Lucæ. 7. & alterius hospitalitatem. Lucæ. 10. *In Lazari sororibus quid imitandum.* Nunciant autem morbum, non dubitantes quin pro sua mirifica in omnes humanitate, amico periclitanti succurreret. August. Non dicunt, ueni & sana: nec ausæ sunt dicere, ibi iube & hic fiet: sed tantum, ecce quem amas, infirmatur. Sufficit tibi quòd noueris, non enim amas & deseris. Prouerbio. 17. Omni tempore diligit qui amicus est. Amanti tātum denunciandum fuit. Hugo: Defectus insinuatio, species est orationis. Chrysostomus: Vt, non causale est, sed euentus. Nam aliunde quidem euenit infirmitas, sed per diuinam prouidētiam ad dei gloriam ordinabatur, & Christi cognitionem. Non ergo deo præscribēdus auxiliandi modus. Ipse enim cognouit figmentum nostrum, Psal. 102. sed dicendum, Fiat uo

luntas tua, Matt 6.& 26. Amabat. n. Iesus Mattham & Mariã, harumq́ fratrem Lazarum, & tamen hunc Iesus passus est in morbum, atq; etiam in mortem incidere, ne nobis indignum uideretur, si quando boni, uer ręq́ pietatis cultores, huius mundi calamitatibus affliguntur, deo ueluti dissimulante, uel quia expedit illis q patiuntur, uel quia sic conducit ad illustrandam dei gloriam, non q̃ deus humanis malis procuret suam gloriam, sed q̃ mala quæ nobis iuxta cõditionis humanæ legem, casu'ue obueniunt, uel in nostram salutem, uel in suam gloriã hominum causa euertere soleat. Distulit autem auxilium, quo illustrius esset miraculum. Chrysostomus: Prædixit discipulis hic pręter consuetudinem quò iturus esset, sciens inde ipsos terrendos, ne repentina ambitione turbarentur, si abducerentur in regionem quam timebãt. Hinc audito nomine Iudææ, discipuli memores q̃ esset atrox pharisæorum in illum odium, & quoties sustulissent in illum lapides, quoties conati fuissent in illum manus inijcere, non solum domino metuebant, uerũ multo magis sibiipsis. Nondum enim induti erant uirtute ex alto, Luc. 24. spiritu sancto cõfortati, & Iesum humano quodam affectu prosequebantur, ipsi quoq; ob imbecillitatem à morte abhorrentes. Si enim perfectam fidem in ipsum habuissent, nec ipsi nec sibi timuissent, quia dei uirtus & dei sapientia, 1. Cor. 1. Hier. 20. Dominus autem mecum est tanquam bellator fortis: idcirco qui persequũtur me, cadent, & infirmi erunt & confundentur uehementer, qa non intellexerunt opprobrium sempiternum quod nũquã delebitur. Origenes: Cum uellẽt dare cõsilium homines deo, discipuli magistro, corripuit eos, d. Sicut horæ mutabiles sunt, sic et affectiones. Aenigmate formidinem illorum consolatus est, significans nihil esse metuendum ijs qui Christo adhæret, qui lux est mundi. Io. 8. Ego sum lux mundi. qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Siquis ergo uidens lucem, non offendit, multo magis qui Christo adhæret, nisi ab eo defecerit, non offendit. Sic luce gratiæ priuati, impingũt in peccata. Prouer. 4. Via peccatorum tenebrosa, nesciunt quò corruunt. Ideo 1. Io. 2. Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, et nescit quò eat quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Hinc admonet Apostolus Eph. 5. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. ut filij lucis ambulate. Chrysost. Nimis carnaliter amabant, quare amittere nolebant, et ideo aduentum ipsius in Iudæam impedire uolebant, carnaliter uerbum ipsius accipiẽtes. Nã ægrotis somnus esse solet rediturę sanitatis indicium. Maluit autem dominus primũ dormiẽtem q̃ mortuum dicere, ut iuxta sacræ scripturę consuetudinem ostenderet spẽ resurrectionis. 1. The. 4. Nolumus uos ignorare fratres de dormiẽtibus, ut non contristemini, sicut & cæteri qui spẽ non habent. Si enim credimus, q̃ Iesus mortuus est & resurrexit, ita et deus eos q dormierunt per Iesum, adducet cum eo. August. Nemo tã facile excitat in lecto, sicut Christus ĩ sepulchro. Secũdo ob dulcedinem requietionis. Apoc. 14. Amodo iã dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis. Nam mali etsi corpore, non tamen anima requiescunt usq; in diem iudicij. Esaia. 66. Vermis eorum non morietur, & ignis eorũ non extinguetur. Tertio, ob meliorationem immutationis. Somnus enim præstat reformationem uirium, & releuamen naturæ, quare post somnum homo melior redditur. 1. Cor. 15. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, surget

in gloria. Seminatur in infirmitate, surget in uirtute. Seminatur corpus aiale, surget corpus spirituale. Quoniam autem responderat ijs qui morbum amici nunciauerant, non esse letalem, sed in hoc accidisse, ut per eum illustraretur gloria dei ac filij ipsius, simile quiddam indicat discipulis: gaudeo, inquiens, q illic non adfuerim dum amicus ęgrotat ac moritur, idq; ura causa, ut uestra fiducia quã adhuc imbecillem uideo, cõfirmetur euidentiori miraculo. Semper enim fides eorum & sermonibus & miraculis augebatur. Luc. 17. Domine, inquiunt, adauge nobis fidem. Thomas q Graecis dicitur didymus, latine geminus, cæteris imbecillior, uel domini inconsultam notare uolens constantiã ex fidei imperfectione, ait: Eamus & nos, si sic certum est, ut moriamur cum illo, quandoquidem hæc illi sedet sententia, sese suosq; in manifestũ uitæ periculum adducere, cum liceat utrorumq; incolumitati consulere. Nihil tamen prohibet sic accipere, ut animi constantis sint uerba, & ad cõ moriẽdum exhortantis. q. d. Gloriosius cum ipso morimur, q̃ eo relicto deliciemur. Sic & Petrus ait Luc. 22. Domine, tecũ paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Immo & omnes commori pollicebantur Mat. 26. Sed dominus neq; ob discipulorum turbationem uel timorem, nec propter eorum amorem omisit, quod ex pietate facere decreuerat, docens nos in ijs quæ dei honorem & animarum spectant salutem, amorem ac timorẽ cuiuscunq; postponere. Inuenit quatuor dierum mortuũ. Differt nonnũquã consolationẽ deus, quo instãtius requiratur. Psal. 39. Expectãs expecta ui dñm, & intẽdit mihi. Et exaudiuit preces meas. Aba. 2. Si moram fecerit, expecta illum: quia ueniens ueniet, & non tardabit. Aberat aũt Bethania ab Hierosolymis stadijs plus minus quindecim, atq; hinc discipulis illa formido, atq; hinc etiam occasio, quæ fecit ut miraculum plures haberet testes & spectatores. Venerant enim multi ad consolãdum eas, quod charitatis est & humanitatis officium. Sic Dauid misit ad consolandum Hanon super morte patris sui Naas, quanquã ipse in malum sibimetipsi abusus fuerit, 2. Reg. 10.

Thoma dictũ quã diuerse accipi queat.

Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio quia quæcunque poposceris à deo, dabit tibi deus. 2

Ostendit non in præsentibus & trãsituris, sed in futuris et permansuris, felicitatem collocandam, & quibus & per quem contingat. Transit enim mundus & concupiscentia eius, 1. Io. 2. Et nos cum mundo. Iob. 14. Homo natus de muliere, breui uiuens tẽpore, repletur multis miserijs: Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquã in eodem statu permanet. Hoc q̃ uerum sit, miseri quotidie experimur, nedum secundũ corpus quod corrumpitur, 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram quæ non reuertuntur. sed etiã secundum animã, quę uarijs ducitur affectionibus, nunc deo, nunc mundo adhęrens. Deo aũt adhærens, uitam habet. Deute. 30. Elige ergo uitam, ut & tu uiuas, & semen tuum post te, & diligas dñm deum tuum, atq; obedias uoci illius, & illi adhæreas. Vnde enim mors & corporis & animæ atq; gehennę, nisi ex inobedientia primorum parentum, quia dereliquerunt deum? Ro. 5. Per unum hominem peccatum in hunc mundũ intrauit, & per peccatum mors. Gen. 3. Quia audisti uocem uxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperã tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus uitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi, &

comedes herbas terræ: in sudore uultus tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Hic Ecci. 40. Occupatio magna creata est omnibus hoĩbus, & iugũ graue super filios Adam à die exitus de uẽtre matris eorũ, usq; in diem sepulturę in matrem oĩum. Quare hoc? Sapien. 1. Q̃m Deus mortem non fecit, nec lætat̃ in perditione uiuorũ. Creauit.n. ut essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terrarũ: & non est in illis medicamentũ exterminiĩ, nec inferorũ regnum in terra. Iustitia.n. ꝑpetua est & ĩmortalis, iniustitia aũt mortis acquisitio. Impij aũt manib⁹ & uerbis accersierunt illam: & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illã: q̃m morte digni sunt, qui sunt ex parte illius. Hoc est quod dñs conqueritur Hiere. 2. Duo mala fecit ppl's meus: me dereliquerunt fontem aquę uiuę, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non possunt aquas. Aquæ uiuæ, inquit, Ioan. 4. Qui biberit ex aqua quã ego dabo ei, nõ sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Psal. 35. Dñe, apud te est fõs uitæ. Sine hac aqua necesse est arescere & tãdẽ emori. Ideo Psal. 72. Mihi aũt adhærere Deo bonum est, ponere in dño Deo spem meã. Martha ergo fratris solatio destituta, audiens dñi aduentum, occurrit illi humiliter & deuote ex reuerẽtia et amore. At cum in conspectum Iesu uenit, nõnulla spe bona concepta de fratre reuocando ad uitam, flebili uoce dicit illi: Dñe, &c. Nam facile morbũ depulisses, quanq; ne nũc quidẽ res est oĩno extra spem. Scio.n. q quicquid à Deo poposceris, nihil tibi sit negaturus, etiam si mortuo sepultoq; uitam poposceris. Nouerat precib⁹ Heliam filiũ mulieris suscitasse. 3. Re. 17. Similiter Helisęũ filiũ Sunamitidis. 4. Reg. 4. Vnde scd̃m Chrysostomũ fidem habuit in Christũ, sed nõ quãtam debuit. Nam tanq; uirum quẽdã uirtute præditum & Deo ꝓbatũ, habuit. Vnde non dixit quæcunq; uolueris: quia q Deus esset qui solo imperio posset ad uitam reuocare mortuos, non erat ita illi comprobatũ, et maxime talem. Credidit tñ uirũ potentem in opere & sermone, sicut discipuli Luc. 24. q preces ipsius efficaces apud Deum. Hoc & nos consolatur, quia ĩterpellat pro nobis, Romano. 8. & 1. Ioan. 2. Siquis peccauerit, aduocatũ habemus apud patrem, Iesum Christum iustũ: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, & non pro nostris tantũ, sed etiam ꝓ totius mũdi. Sed & nobis pollicitus est Ioan. 15. Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcunq; uolueritis, petetis, & fiet uobis. Cũ ergo omnes fideles unũ corpus sint in Christo, Ephe. 1. Et ipsum dedit caput super oẽm ecclesiam, quæ est corpus ipsius. & Roma. 12. Multi unũ corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius mẽbra. 1. Corin. 12. In idipsum pro inuicem solicita sint membra. Et siquid patitur unũ membrũ, compatiuntur omnia membra: siue glorificat̃ unũ membrũ, congaudent omnia membra. uoluit Deus ut non solũ pro nobis, sed etiã pro alijs diuinã imploremus clementiã. Vnde Matt. 5. Orate pro persequẽtibus & calũniantibus uos. Iaco. 5. Orate pro inuicem ut saluemini. Sic ecclesia ꝓ defunctis Deum interpellat. August. Orationibus uero sanctæ ecclesię, & sacrificio salutari, et eleemosynis quę pro defunctorũ spiritibus erogantur, non est dubitandũ mortuos adiuuari, ut cum eis misericordius agatur à dño, q̃ eorũ peccata meruerunt. Illis aũt prodesse, qui ante mortẽ ita uixerint, ut possint eis utilia esse hæc post

Orationibus ecclesiæ qui defuncti subleuentur.

mortem. Nam qui sine fide per dilectionē operāte,eiusq; sacramentis de corporibus exierunt, frustra illis à suis hmōi pietatis officia impendun tur,cuius dum hic essent,pignore ca ruerunt,uel non suscipientes,uel in/ uanum suscipientes Dei gratiā,& sibi non misericordiā, sed iram thesau rizātes.Roma.2.Prouer.11.Mortuo hoīe impio,nulla erit ultra spes.Verū illi utiq; abluunt spiritus mortuorū, qui orationes,oblationes,erogatiōes multo feruentius obseruātiusq; pro eis impendūt,qui suos carne,nō spiritu mortuos,nō solū carnaliter, sed & spiritualiter amant.Hinc & tpe synagogæ,pcibus & oblationibus defunctis subuenire studebāt,ut patet. 2.Mach.12.August.ser.44. ad fra.in ere. Defunctis cum omni diligentia misereri & subuenire debem⁹ & studeamus,attendentes quid Iudas Machabæus fecerit.Dixit.n.q; sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluanť.2.Macha.12. Qui ergo cōtrariū aut docēt, aut sentiunt,non ecclesiæ filios, īmo nec synagogæ quondam, sed satanæ qui mendax est & pater eius, clare ostendunt.Ioan.8.Cū loquitur mendacium,ex proprijs loquiť,quia mendax est,& pater eius.

Fidelibus defunctis nō subueniendū dicētes, satanæ filios esse.

Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha:Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.

Iesus igitur quo illius fiduciā confirmaret,fratrem resurrecturū promisit. Verebatur aūt Martha,ne quemadmodū nuncijs rñdens morbū non esse capitalem,ambiguo rñso fefellerat, ita nunc quoq; lateret aliquid in illius uerbis,quod spem illius illuderet. Scio,inquit,q; frater meus resurrecturus sit,sed in nouissimo die, cum resurgemus omnes.Sciebat.n. & ultimā resurrectionem futurā ex diuinis scripturis,& in primis ex continuis Christi sermonibus de resurrectione. O felicissimū uerbū,quo contra oēm inimici potestatem roboramur.Nunq; ergo desperandū,etsi oīa humana præsidia destituant.Non.n. erit impossibile apud Deū omne uerbū,Luc.1.Hac spe primi parētis animum deiectū subleuauit,cum sopore īmisso, uidit ecclesiā Christo iungendam,& per ipsum glorificādam. Vnde muliere de costa lateris sui formata,euigilans,ait Gene.2.Hos nūc os ex ossibus meis, & caro de carne mea:quāobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erūt duo in carne una. Ephes. Sacrm hoc,magnū est.ego autem dico in Christo & ecclesia. Hac Abraham filiū suum Isaac, in cuius semine benedicendæ oēs gentes, ad diuinū præceptum īmolare uoluit, Gene.22. plenissime sciēs quia quæcunq; promisit Deus,potens est facere.Roma.4. Hac Iob confirmatus, ait Iob.13.Etiam si occiderit me,in ipso sperabo. Causam quæ spei subdit Iob.19.Scio.n.q; redemptor meus uiuit,et in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea uidebo Deū, quem uisurus sum ego ipse,& oculi mei conspecturi sunt, & non alius.Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Hinc tertius septem fratrū, qui ob legem Dei ab Antiocho trucidabanť,linguā postulatus, cito protulit, & manus constanter extendit, & cum fiducia ait:E cœlo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio,qm ab ipso me ea receptur spero. Hæc unica est spes quæ fideliū animos ad mortē amicorū cōtristatos solatur. Vnde Augu. Admonet Apls ut de dormiētibus,hoc est, mortuis charissimis nostris, nō contristemur,sicut cæteri qui spē nō habent(1.The.4.) resurrectiōis & īcorruptionis æternæ.Quare & dormientes in scripturis nominanť,ut euigila

turos minime desperemus. Est ergo de mortuis quædā tristitia eis qui diligunt, quodāmodo naturalis. Mortem.n.horret nō opinio, sed natura: nec hmōi mors accederet, nisi ex pœna quam præcesserat culpa. Roma.5. Vnius delicto mors regnauit p unū. Contristamur ergo nos in nostrorū mortibus necessitate amittendi, sed cū spe recipiendi. Inde angimur, hinc consolamur, inde dolet humana conditio, hinc sanat diuina pmissio. Vnde Actu.8. Curauerunt aūt Stephanū uiri timorati, & fecerunt planctū magnū super eū. Hinc Abrahā dicit Gene.23. Venitqꝫ Abrahā ut plangeret et fleret eam.i.Sarā. Aegyptij mortem Iacob fleuerūt septuaginta diebus. Gene.50. Vbi obserua & apud gētes ipsius luctus mortui naturaliter. Ecci.38. Fili, in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & scdm iudiciū contege corpus illius, et non despicias sepulturā illius. Ecci.22. Luctus mortui septē dies. Gen.50. Venerūt ad areā Achad, quæ sita est trans Iordanem, ubi celebrantes exeqas planctu magno atqꝫ uehementi impleuerūt septē dies, scilicet Ioseph cum fratribus sup patre suo Iacob. Num.20. Omnis aūt multitudo uidens occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus, per cunctas familias suas. Deuter.34. Fleueruntqꝫ eum filij Israel (Mosen) in cāpestris. Moab triginta diebus, & cōpleti sunt dies planctus lugētiū Mosen. Augu. Permittantur ergo pia corda de charorū suorū mortibus contristari dolore sanabili, & consolabiles lachrymas fundāt cōditione mortali, quas cito reprimat fidei gaudium, qua credunt fideles quando moriuntur, paululum à nobis transire & ad meliora peruenire. Vnde de martyribus ait Apl's Heb.11. Alij distenti sūt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionē.

Mortui cur dormire dicuntur.

Morem lugendi mortuos nō esse leuem.

Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio et uita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: et omnis qui uiuit et credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Vtique domine. Ego credidi quia tu es Christus filius Dei uiui, qui in hūc mundum uenisti.

Iesus igit quo mulieris de se fiduciā et opinionē paulatim ad maiora proueheret, séqꝫ declaret esse eū qui nō solū à Deo possit precibus impetrare uitā mortuo, quod & ab alijs sanctis uiris factū legebatur, sed ipsum esse fontem simul & authorē oībus uitæ & datæ & reddendæ, nec ullam mortem metuendā ijs, qui fiduciā & spem in ipso collocassent, propterea ꝙ etiā si mors occideret, nihil possit lædere fonti omnis uitæ adhærentē. Ego.n.sum, īquit, ipse resurrectionis & uitæ fons: quare sicut tunc resuscitare possum, sic & modo. Nec ēt qsqꝫ uiuit nisi dono meo, neqꝫ qsqꝫ reuiuiscet nisi per me. 1. Corin.15. Qm̄ qdē per hoīem mors, & per hoīem resurrectio mortuorū: & sicut in Adā oēs moriuntur, ita & in Christo oēs uiuificabuntur. Et non solū iuxta mortē corporis, quæ non magnopere formidanda est, sed & iuxta mortem animæ, quæ maxime metuenda est. Nā anima quę uiuit, per me uiuit: & quę reuiuiscit, per me reuiuiscet. Vnde dicitur Danie.12. Multi de ijs qui dormiūt in terræ puluere, euigilabunt, alij in uitā æternā, alij in opprobriū ut uideāt semper. Ideo impij non dicuntur proprie resurgere, quia nō ad uitā. Psal.48. Sicut oues in īferno positi sūt, mors depascet illos. & Psal.1. Ideo non resurgunt impij in iudicio, neqꝫ pctōres in cōsilio iustorū. Vnde quartus filius ob legem tortus, Antiocho ait: Tibi.n.resurrectio ad uitā non erit. Qui mihi per fidē adhęserit, etiā si corpore fuerit mortuus, tn̄ uiuet: & si mortuus infidelitate, mihi crediderit, uiuet infidelitatis morte sublata. Ioan.5. Amen amen dico uo

Resurrectio an impijs pprie ascribātur

bis, quia uenit hora & nunc est, qñ mortui audient uocem filij Dei: & q audierint, uiuent. Et oĩs qui uiuit & credit in me, non morieť in æternum. Nam uitã in se habet manentẽ, quia Christus per fidẽ habitat in cordib⁹ nostris, Ephe 3. Igitur quãdiu sumus in Christo, manentẽ in nobis habemus uitã, quæ emori non potest, utcunq; corpus moriať, utcunq; in pul uerem redigať. Credens.n. mortuus, uiuit: sicut nõ credens uiuens, mortuus est. Matt. 8. Dimitte mortuos se pelire mortuos suos. Apoc. 3. Nomẽ habes q uiuas, & mortuus es. Quo contra Sap. 3. Iustorũ animę in manu Dei sunt. Visi sunt oculis insipientiũ mori, illi autẽ sunt in pace. Sapien. 5. Iusti autem in perpetuum uiuent, & apud dñm est merces eorũ, & cogitatio eorũ apud altissimũ. Obserua qđ ait, Qui uiuit & credit me. Chryso. supra illud Ioan. 9. Venit nox qñ nemo põt operari: Quã hoc habet consequentiã? Sanè magnã. Hoc est, donec dies est, dum licet hoĩbus in me credere, dum hęc durat uita, laborandũ est: uenit nox, hoc est, futurũ tempus, qñ nemo operari potest Non.n. dixit, qñ non potero operari, sed qñ nemo operari potest. August. Hic omne meritũ conflatur, quo post hanc uitã releuari qsq; possit uel grauari. Nemo speret quod hic neglexit, cum obierit, apud Deũ pmereri. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Chri, ut referat unusqsq; ppria corporis, prout gessit, siue bonũ, siue malũ. Ecce iuxta id qđ fecit aĩa in corpore, uel pręmiũ uel supplicium reportabit: quãobrem exuta corpore, sibi amplius mereri nõ potest. Hinc Hiero. sup Eccles. 9. Viuentes, metu mortis possunt bona opa perpetrare: mortui uero, nihil hñt ad id adijcere quod semel secũ tulere de uita: & ifra: Sed & dilectio eorũ et odiũ & æmulatio, & omne qđ in hoc seculo habere potuerũt, mortis finitur aduẽtu: nec iuste quippe possunt agere nec peccare, nec uirtutes adijcere nec uitia. Animæ igiť ex purgatorio suffragijs liberatæ uiuentiũ, minus beanť q̃ si per se hic satisfecissent. Satisfaciens.n. in hac uita pro peccatis in grã, nonnihil meriti reportat præter ipsam satisfactionẽ pro pœnæ delectione. Neq;.n. ullũ est opus bonũ, qđ si fiat in gratia & charitate, qđ iusta remuneratiõe frustreť apud Deũ, apud quem nec is qui calicem aquæ frigidæ propter Deũ porrexit, mercede sua carebit, Matt. 10. Gala. 6. Igiť dum tps habemus, operemur bonũ. Bonũ aũt facientes, nõ deficiamus. tpe.n. suo metemus, non deficientes. Satisfactio aũt quę fit in purgatorio, nihil mercedis lucrať, maculas tantũ expiasse contenta. Vnde ob id purgatorium dicitur, q maculæ peccatorũ quas in hac uita contraxerũt aĩę, per pœnarũ asperitatẽ purganť, quemadmodũ aurũ ex fornace illud boni cõsequitur ut purgatũ fulgeat. Sic aĩæ pari modo fulgorem ex fornace purgatorij reportãt, sed nihilo maiorem grãm aut charitatem q̃ secum attulerunt. Qđ.n. illicita uoluptate cõtractum fuit, merito per molestiã pœnę deleri debet. Apoc. 21. Non intrabit in eam aliqd coinquinatum. Martha tota intenta fratri reuicturo, non admodum apte rñdit ad sermonẽ Iesu, sed tñ in genere professa est q̃ magnifice de illo sentiret. Sic et Petrus Matthę. 16. Tu es Christus ille filius Dei. Sic præteritum pro pręsenti ponit, d. Ego credo quia tu es Christus ille q in hunc mundum uẽturus erat. 1. Timot. 1. Fidelis sermo, quia Christus Iesus in hunc mundum uenit peccatores saluos facere.

Aliena merita minus efficacia, cuiq; quã sua.

Satisfactio ĩ purgatorio qui differat ab ea q̃ hic fit.

Et cum hoc dixisset, abijt & uocauit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest & uocat te. Illa ut audiuit, surrexit cito, & uenit ad eum, Nondum enim uenerat Iesus in castellũ, sed erat

erat adhuc in illo loco ubi occurrerat ei Martha. Iudaei ergo qui erant cum ea in domo, et consolabantur eam, cum uidissent Mariam quia cito surrexit & exijt, secuti sunt eam, dicentes, quia uadit ad monumentum ut ploret ibi. Maria ergo cum uenisset ubi erat Iesus, uidens eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo ut uidit eam plorantem, & Iudaeos qui uenerant cum ea plorantes, infremuit spiritu & turbauit seipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, ueni & uide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudaei: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerũt: Non poterat hic qui aperuit oculos caeci nati, facere ut hic non moreretur? Iesus autem rursum frement in semetipso, uenit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam foetet. quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus: Nõne dixi tibi, quoniam si credideris, uidebit gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis, dixit. Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me: ego autem sciebam quoniam semper me audis, sed propter populum qui circunstat dixi, ut credant quia tu me misisti. Haec cum dixisset, uoce magna clamauit: Lazare, ueni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies eius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus: Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudaeis qui uenerant ad Mariam & Martham, & uiderant quae fecit Iesus, crediderunt in eum.

Vbi Martham iam in spem bonam adduxit, tunc abijt & uocauit sororem suam clãculum. illa ut audiuit se à dulcissimo magistro, prae omnibus mundi adamato uocari, surgit. Tardus autem ibat, ne uideretur ad miraculum properare, sed precibus illarum exoratus hoc facere, & ex aduentu Iudaeorum cum Maria, miraculum celebrius redderetur. Procidit Maria ad pedes Iesu non reuerita turbam. Augustinus: Quanto se plus humiliabat, tanto magis de munere diuino percipiebat. Psalm.33. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies uestrae non confundentur. Cum autem iam locus adesset & tempus re praestandi quod erat Marthae pollicitus, primum infremuit spiritu, ac semetipsum turbauit, uidelicet humanae naturae ueritatem prae se ferens: mox diuinae uirtutis indicium prolaturus, & indignans peccato, & actori peccati diabolo, cuius inuidia mors intrauit in orbem terrarum. Sap.2. Et turbauit se, quem nullus turbare potuit inuitum, sicut omnia huiusmodi suscepit quia potuit, quia in eius potestate fuit sic uel sic affici. Io.10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Vnde lachrymatus est, quo humanae naturae ostendit ueritatem. Hebr.2. Debuit per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum. Secundo, quo affectum ad amicos ostendit non inanem. Vnde Ioseph uidens fratrem suum germanum Beniamin, festinauit in domum, quia commota fuerant uiscera eius super fratre suo, & erumpebant lachrymae, & intrans in cubiculum fleuit. Tertio, ut doceret nos terminos & modum tristitiae ac moeroris ponere. Nam absque compassione & lachrymis esse, bestiarum est: multum autem lachrymari, plorare & contristari, mulierum est. Non ignorans quaerit ubi posuerint, cum praesciuerit mortuũ absens, sed ut à miraculo secluderet omnem suspicionem fuci, & quòd non proprio motu, sed exoratus miraculum fecerit. Iudaei ergo non intelligentes praecipuã fletus causam, quae non tam amoris affectu quàm salutis humanae desiderio processit, dicebant: Claret, si potuisset, eius mortem impediuisset: & si hoc non

potuit,qui potuit cæcum natum illuminare? Discamus hoc loci diuersa hominũ iudicia de nostris factis sufferre. nunquam enim deerunt calumniatores,quare conãdum ut digne Deo ambulemus, offendicula amputantes. Martha male credula, dixit,Iam fœtet,quod quasi impossibile existimaret propter dierũ multitudinem fratrem suscitari. Iesus ergo mulieris uacillantis fidem obiurgantiũcula suscitat. Noli,inquit,ob tẽporis diuturnitatẽ diffidere, quoniam omnia possibilia sunt credẽti. Mar.9.Cunctis igitur ad miraculũ nouę rei suspensis,iussu domini sublatus est lapis, moxq́; suspensis omniũ animis atq; oculis,dominus Iesus suspiciens in cœlum,ut nos doceret,quicquid magnificum geritur à nobis, ad Deum authorem oportere referri,simulq́; circunstantibus declararet se diuina uirtute facere quicquid faceret,& nõ satanę cõmercio, queãdmodũ pharisæi calumniabantur, dixit patri gratias agendo:Semper me audis. Hebr.5.Exauditus est pro reuerẽtia sua,ut populus ipsum non Dei aduersariũ,sed ab ipso missum cognosceret. Origenes:Oculos oraturus eleuat,quia necesse est uolenti ad exemplar Christi orare,oculos mentis sursum erigere,& à præsentibus reb⁹ eleuare. Hinc dicim⁹: Pater noster qui es in cœlis. Clamauit uoce magna,sicut potestatem & authoritatem habens.Non.n.dixit: In nomĩe patris mei ueni foras,quo se omnibus sanctis declarauit maiorem,qui non imperando,sed orãdo, miranda per Dei uirtutem faciunt. Quid.n. par potestati huic unquã? August. Venit ad monumentum in in quo dormiebat Lazarus,& non tanquam mortuum, sed ut uiuum & sanum audire paratum, de sepulchro protinus euocauit. Tum Iesus nequid deesset ad plenissimam miraculi fidem, ait: Soluite &c. Aug. Miraris quomodo processit ligat⁹, & non miraris quõ surrexit quatriduanus. In utroq; potentia Dei erat non uires mortui. Queãdmodũ resurrectio ista particularis, ita etiam uniuersalis in momẽto,in ictu oculi fiet.1. Cor.15. Ostẽdit hoc exẽplo dñs,horrendũ esse statũ hoĩs iam in peccatis inueterati,quantaq́; pœnitudine,quot lachrymis sit opus, ut per Dei misericordiam resipiscat ad uitam innocentiæ. Homo enim per malitiam occidit animã suam. Sap. 16. Apoc.3.Nomen habes q̃ uiuas, & mortuus es. Sic uidua quæ in deliciis uiuit,uiuẽs mortua est.1.Tim. 5.Primus ergo dies est in cogitatione,qua data opera à Deo auertimur cogitantes consilia quæ nõ possunt stabiliri. Psal.20.Sap.1. Peruersæ cogitationes separant à Deo. Hiere.4. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Laua à malitia cor tuum Hierusalem,ut salua fias. Secundus in operatione. Iac.1. Nemo cum tentatur, dicat quoniam à deo tentatur. Deus enim intentator malorum est. ipse enim neminem tẽtat. Vnusquisque uero tentatur, à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cũ conceperit, parit peccatum: peccatum uero cum consummatum fuerit,generat mortem. Psalm.7. Ecce concepit dolorem, & peperit iniquitatẽ. Vere dolorẽ concipit peccator, quãquam ipse hoc aduertere nolit. Hierem.9. Vt inique agerent laborauerunt. Tertius in consuetudine. Hierem.2. Quàm uilis facta es, iterans uias tuas? Prouerb.22. Adolescens iuxta uias suas, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Vnde Hiere. 13. Si mutare potest Aethiops pellem suam,et pardus uarietates suas & uos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Hieronymus:

Dierũ quibus iacuit Lazarus in sepulchro, mystica expositio.

Hominibus impossibile est, deo possibile, ut nequaquã Aethiops & pardus suam uideãtur mutare naturã, sed ille qui Aethiope et pardo operatur. Phi.4. Omnia possum in eo, qui me confortat. Quartus: Complacentia ex inuerecundia. Hiere.3. Frons mulieris meretricis facta est tibi. noluisti erubescere. Esaiæ.3. Peccatum suum quasi Sodoma prędicauerunt nec absconderunt. Pro.2. Qui lætantur cum malefecerint, et exultant in rebus pessimis. Fœtẽt tales, suo malo exemplo alios corrumpentes. Ps. 5. Sepulchrum patens est guttur eorum. Vnde dominus hypocritas sepulchris comparat dealbatis. Mat. 23. Quibus ait Matth.12. Progenies uiperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Lapis monumento superpositus, obstinatio est. Hierem.5. Indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. Hinc admonet Apostolus Hebr.3. Hodie si uocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, ut nõ obdure quis ex nobis fallacia peccati. Obserua nunc, quę acta sint in suscitatione Lazari. Primum, Iesus pulsatus est precibus sororum. Sic 1.Ioan.5. Qui scit fratrem suum peccare peccatũ non ad mortem, petat, & dabitur ei uita. Secũdo, Iesus turbauit semetipsum, in se uidelicet exprimens imaginem rei, quam in nobis oportet exhibere, si uelimus à malis quibus diu assueuimus resipiscere. Multum enim turbari debet, qui oppressus est mole peccati. Tertio, lachrymatus est, sic quod in nobis uiuit ploret & oret, ut quãdoq; resurgat quod iacet. Psalm.118. Exitus aquarum deduxerũt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Quarto iussit lapidem tolli, sic obstinata uoluntas non desistendi. Ioan. 8. Vade, amplius noli peccare, tollenda per confessionem, Alioqui

Actorũ in suscitatiõe Lazari circunstantiæ.

Prouerbiorum.28. Qui abscondit scelera sua, nõ dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Quinto, clamauit uoce magna. Ipse enim est qui intus uiuificat, cuius uox mortuos tam corpore quàm anima ad uitam reuocare potest. Ioan.5. Amen amen dico uobis, quia uenit hora et nunc est, quando mortui audient uocem filij Dei: & qui audierint, uiuent. Vltimo, ministris soluendi tribuit potestatem. August. Quid est, soluite, nisi, Quę solueritis super terram, erũt soluta & in cœlis. Mat.18. & Ioan.20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt? Hoc uero de infidelibus intelligi potest minime, cum iam iudicati sint. Ioan. 3. & foris sint. Vnde Paulus.1.Cor.5. Quid enim mihi de ijs qui foris sunt, iudicare? Nõne de ijs qui intus sunt, uos iudicatis? Nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Ideo Ephe.5. Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

De conspiratione contra Iesum.

ARTICVLVS XXI.

Quidam autem ex ipsis abierunt ad pharisæos, & dixerunt eis, quæ fecit Iesus. Collegerũt ergo pontifices et pharisæi concilium, & dicebãt: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: Et uenient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. *Ioan.11.* T

Declarat quantũ malorũ adducat fastus ambitio, & inde oriẽs inuidię liuor. Vnde hoc facinore tã insigniter prodigioso audito, põtifices qui authoritate pręeminebãt & pharisęi qui religione, qui pro diuinæ uirtutis tã euidẽti declaratione Iesum colere debuerant, & Deo gratulari, inuidiæ stimulis acti, iã sibi non tẽperãt amplius, sed impio cõcilio conuocato, quo res legitimis modis peragi uideretur, consultant inter sese,

qua ratione tantis periculis possit occurri. Consilium enim ex se bonum. Pro.11. Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem ubi multa cōsilia. Ideo. Ecci.37. Ante omnia opera uerbum uerax præcedat te,& ante omne actum consilium stabile. Sed cum priuati commodi respectus, & animi morbus, eos in rabiē ageret aduersus Iesum in omnes beneficum, tamen uideri uolunt hoc negocium ad totius incolumitatem populi pertinere, ne uideātur insidiari Christo propter inuidiam, cōmune periculum in medium afferunt, concitantes populū contra Christum, quasi perditionis author ille esset futurus. Imitantur hos, quotquot in proborum conspirant mortem & infamiam. Sed Ecci 27. Facienti nequissimum cōsilium, super ipsum deuoluetur,& nō agnoscet unde adueniet illi. Sic fratres Ioseph cōantes effugere dominum Ioseph, ipsum uendiderunt. Gene.37. Qua uenditione dominus ipsorum factus est. Gene.43. Vnde ipse ait. Gen.50. Nolite timere, num Dei possumus resistere uoluntati? Vos cogitastis de me malum, et Deus illud uertit in bonum, ut exaltaret me sicut impræsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Sic Achitohpel cuius consilium erat, sicut qui consuleret dominum, contra Dauid Absalon adiuuans, proprio se laqueo suspendit. 2. Reg.16. &.17. Ideo Ecclesiast. 37. Cor boni consilij statue tecum. Tob.4. Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo ut uias tuas dirigat,& omnia cōsilia tua in ipso ꝑmaneāt. Quid facimus, inquiūt? August. Perditi hoīes plus cogitabāt qūo ꝑderent, & qūo crederent, & saluarentur. Docuit enim eos dominus quid facto opus esset, siquidem salutem indipisci uellent. Ioan.6. Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quē misit ille. Chrysostomus: Nō potest pacifice loqui, qui cor habet turbatum. Et quale crimen ꝙ signa facit? Nam signa ab ipso quærebant. Matt.12. Magister, uolumus à te signum uidere. Et signis credere consueuerunt. 1. Cor.1. Iudæi signa petunt,& Græci sapientiam quærunt. Ioan.4. Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Vnde & proprio ore cōfessi sunt. Mat. 9. Nunquam apparuit sic in Israel. Ioan.7. Christus cum uenerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit? Perspicuum itaꝗ, sola inuidia & ambitione dominādi ipsos actos contra dominum. Si dimittimus eum liberè agere, multa sequētur incōmoda. Nam omnes ob miraculorum magnitudinem & multitudinem credent in eum. Ioan.3. ait Nicodemus: Rabbi, scimus quia à Deo uenisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quę tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Et uenient Romani, tollentes & locum & gentem. Per inuidiam incusant affectati regni, ex eo ꝙ prophetæ Christum regem futurum prædixerunt. Hier. 23. Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium et iustitiam in terra. Psalm.71. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Ideo recipientes eum pro Christo, profitebantur regem. Romani uero nomen regium ipsis abstulerāt. Vnde. Io.19. Non habemus regem nisi Cæsarem. Sed per inuidiam causantur, immo mentiuntur affectare regnum, quia in regem quæsitus aufugit. Ioā.6. Simplicem comitiuam habuit. Nam ipsi rebellare Romanis intēdebant, sicuti rei exitus probauit. Christus uero non resistendum, sed tunicam & pallium contēdenti relinquendum docuit, unde sibi timebant, neminem fore qui ciuitatē contra Romanos defenderet.

Sed inci-

Sed inciderunt in foueam quam fecerunt. Nam quia Christum non receperunt, ideo destructi & dispersi sunt. Matth.23. Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Lucæ.19. Quia uenient dies in te, & circundabunt te inimici tui uallo, & circundabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt, & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quòd non cognoueris tempus uisitationis tuæ. Vnde Ecclesiastici.10. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, ac diuersos dolos. Sedes ducum superborum destruxit dominus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit dominus, & plãtauit humiles ex ipsis gentibus. Memoriam superborum perdidit deus & reliquit memoriã humilium sensu. Ideo Psal.126. Nisi dominus custodierit ciuitatẽ, frustra uigilat qui custodit eam.

2 *Vnus autem ex ipsis, Caiphas nomine, cum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quicquam, nec cogitatis, quia expedit nobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gẽs pereat. Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gẽte, sed ut filios dei qui erant dispersi, congregaret in unum.*

Iam ea dignitas ueluti mox in totũ destitura, perpetua esse desierat. Lege unus ad dies uitæ summus erat sacerdos, Exo.28. sed auaritia & ambitione instigãte, in singulos annos à principibus redimebatur uenale sacerdotium, & hoc à gentibus, ut[illegible]clarret. 2. Mac.4. Nõ ergo mirum, si male nactum peius exequebãtur sacerdotium, iustitiam subuertentes, pessimi cõsilij authores. Cum ergo esset summus sacerdos, authoritate præminebat, neq; ab eius sententia declinandum erat, Deut.17. Reprehendit itaq; alios, q non intelligerẽt quod oportebat, & ignaui essent in dispiciendo quod ad rem cõduceret. Origenes: Sedetis, adhuc rem segnius ꝑpenditis, quia unius hominis salus communi reipublicæ utilitati postponenda. Sed mentita est iniquitas sibi. Nam præceptum fuit Exo.23. Insontem & iustum non occides, quia auersor impium. Quemadmodum enim ex præsentia iusti salus est cõmunitati, ita ex absentia dispendiũ Gen.18. dñs ob decem iustos in terra parcere uoluit toti terræ Sodomę & Gomorrhæ, quã igne & sulfure perdidit, Iac.5. Multum ualet deprecatio iusti assidua. Helias orauit, & terra dedit fructum, & cœlum pluuiam. Hoc ipse quidem sinistro animo dixit, ueruntamen gratia spiritꝰ sancti ore illius usa est ad prædicendũ futura, tametsi pollutum cor eiꝰ non attigerit. Aliam.n. Caiphas, aliam spiritus sanctus habuit intentionem. Nam Caiphas sub prætextu cõmunis utilitatis mortem domini intendebat, spũs sanctus prophetiam esse uoluit de gentium collectione, Quãuis corrupta esset dignitas, adhuc tñ aderat spiritus sanctus, operans in ĳs, qui uncti erant. Augusti. Hic docemur ꝑ homines malos spiritum sanctum futura prædicere, qđ tamen euangelista diuino tribuit sacramẽto, qa summus sacerdos anni illius. Nõ tamẽ fuit proprie propheta, qa non intellexit suã prophetiã. Est enim prophetia proprie cognitiua futuroꝝ contingentium prænunciatio. Hinc Balaam tametsi malus, fuit tamen propheta, quia sciuit se loqui spiritus sancti instinctu, et quid loqueretur, Nume. 24. Et dominus Mat.7. Multi dicẽt mihi in illo die, domine domine, non'ne in nomine tuo ꝓpheta uimus? & in noĩe tuo dę monia eiecimus? & in nomine tuo

Spũm sanctum per malos loqui futura

Prophetia pro animo quid.

uirtutes multas fecimus?& tunc cõfitebor illis,quia nunquam noui uos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Non ergo magni pẽdendum,si magnis dotibus à deo insignitus sis,nisi adsit charitas.1. Corinthio.13.Et si habuero prophetiã, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam, & si habuero omnẽ fidem,ita ut montes transferam,charitatem autem non habuero, nihil sum.Hac impius iste pontifex destitutus erat, qui nihil nisi innoxiam Christi mortem spirabat.Considera ergo pontificalis dignitatis uirtutẽ, quomodo plena sit gratia spiritus sancti,tametsi indigni sint qui gerãt, & honora sacerdotes digne propter gratiam in eis,non propter illorum uoluntatem,Vt morte sua Christus filios dei secundũ prędestinationem non secundum pręsentem iustitiam, qui erant dispersi per uarios errores et idololatriam,sed in hoc destinati, ut aliquando per euangelicam fidẽ fierent filij dei,congregaret in unum Ioã.1. Quotquot autem receperunt eum,dedit eis potestatem filios dei fieri,ijs qui credunt in nomine eius. Ioan.10.Et alias oues habeo,quę nõ sunt ex hoc ouili,et illas oportet me adducere,& fiet unũ ouile, & unus pastor.

Ab illo ergo die cogitauerunt, ut interficerẽt eum,Iesus ergo iã nõ in palàm ambulabat apud Iudaeos.sed abijt in regionem iuxta desertum,in ciuitatem quae dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.

Origenes:Concitati ad iram consilio Caiphæ,tanquam sano & optimo tracti, disponebant occidere, quem prius per occasionem sæpe tentauerant:nunc certo animi decreto statuunt Iesum quouis pacto de medio tollere ueluti reipublicæ consulentes incolumitati: ac ne parum esset impium facinus,impietatis fuco pretexunt,iam causam se nactos rati, quo populum etiam uniuersum permouere posset,ad palã ac legitime necãdum Iesum,ceu toti genti Iudaicę pernitiosum,nec opus esse ullo crimie, quod in illum intenderetur,nec ulla noua occasione. Fuit hæc sententia iniqua & iniusta multipliciter. Primo ex animo,quia inuidia & ira cõcitati erant,non zelo iustitiæ tracti. Mat.27.Sciebat(Pilatus)quoniã ex inuidia tradidissent eum summi sacerdotes.Sed ut dicitur Iac.1.Ira uiri iustitiam dei non operatur. Hinc Leui.19.Non oderis fratrẽ tuum in toto corde,sed puplice argue eũ, ne habeas super illo peccatum.Non quæras ultionẽ,nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum.Scdo ex causa,quia innocẽtem.Exo.23.Insontem & iustũ non occides.Lu.23.Nihil causę inuenio ĩ hoc homine.Tertio ex ordine. Nã ordine iuris pretermisso, absentem,nõ auditum,neque conuictũ condemnarunt.Ioã.7.Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso,& cognouerit quid faciat?Hinc Festus ait Act.25.Non est Romanis cõsuetudo donare aliquẽ hominem,priusquam is qui accusatur,præsentes habeat accusatores,locumque defendẽdi accipiat ad abluẽda crimina quę ei obijciuntur.Cum ergo iniuste pro nobis condemnatus sit,iustus iudex à patre constitutus est uiuorum & mortuorum. Actu. 10. & Ioã.5.Pater omne iudicium dedit filio.Iustum autem erit ipsius ex animo,quia zelo iustitiæ. Sapien.5. Accipiet armaturam zelus illius. Psal.10.Quoniam iustus dominus, & iustitias dilexit,æquitatem uidit uultus eius. Ex causa, quia reddet unicuique secũdũ opera sua,Mat.16. 2.Corinth.5.Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit,siue bonum,siue malũ. Ex ordine, quia testimonium red-

Sententia Caiphæ quã multipliciter iniqua.

dente conscientia. Romano. 2. Hieremiæ. 2. Arguet te malitia tua, et auersio tua increpabit te. Hic ergo iudex uere timendus & reuerendus. Matthæi. 10. Eum timete, qui postquam occiderit, habet potestatem animã, & corpus mittere in gehennam. Ita dico uobis, hunc timete. Secessit dominus non impotentia, sed infirmis dans exemplum, non esse peccatum se oculis subtrahere persequentium, & furorem sceleratorum latendo potius declinare, quã se offerendo magis inflãmare, ut dicit Augustinus: Non enim debemus nos temere periculis ingerere, etiã pro pietate, sed stare quidem fortiter deprehẽsi: nec in uoluntarium periculum propter incertum euentum irruamus. Moratus est autem illic Iesus cum paucis discipulis suis, qui tametsi misere sibi quoq; metuerent, tamen non ausi sunt deserere dominum.

Proximum autem erat pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante pascha, ut sanctificarent seipsos. Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur ad inuicem in templo stantes: Quid putatis quia non uenit ad diẽ festum istum? Dederant autem pontifices et pharisæi mandatum, ut siquis cognouerit, ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

Erat dies is religiosissimus apud Iudæos, quem illi phase, hoc est, trãsitum uocant, ipso nomine facti memoriam illis reuocante, q; sanguis agni postib⁹ illitus seruarit Hebræos à gladio angeli perimentis Aegyptios, ac eas tantum domus trãseũtis, quæ sanguine agni notatos haberent postes. Exo. 12. Multi præparaturi se ad esum agni, festum præuenerunt, quia immundi ab eo arcebant. Mirabantur autem ipsum tãtę deesse festiuitati, cum aliás adesse solitus esset, & populũ docere. Sed nõ erat ipsi defuturus, sed quo ueniret expectatior, distulit usq; ad tempus suũ. Porrò, pontifices & pharisæi suspicantes illum latere metu, dederãt negocium, atque etiam cũ authoritate mandauerant, ut siquis nosset ubi lateret Iesus, indicaret ipsis, ut posset capi. His sanctis ritibus pontifices & pharisæi religionis duces, ac legis magistri, præparabant sese diei festo: sed interim nesciẽtes, salutem totius orbis procurabãt. Iam enim aderat tempus à patre præfinitũ, quo Christus pro salute generis humani uictima immolaretur.

De alabastro unguenti, Mat. 26. Marc. 14.

ARTICVLVS. XXII.

Iesus ergo ante sex dies paschæ uenit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerũt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat. Lazarus uero erat unus ex discumbentibus cum eo. Ioan. 12. V

Ostendit quàm bonum sit & necessarium, nacta opportunitate bonum facere, ne præuenti cum non possumus uelimus. Iesus itaq; sciẽs illos certum consilium concepisse de se occidendo, & iam instare tempus quo uolens decreuerat immolari uerus agnus immaculatus, 1. Pet. 1. pro salute mundi, noluit latere diutius, sed uelut occurrens ad uictimam, septimo ante paschæ festum die quo Iudæi soliti sunt splendidiore cœna agnum paschalem prælibare, reuersus est in Bethaniam. Quo enim magis instabat hora à patre destinata morti, eo maior i corde Christi flamma charitatis ad hanc obeũdam exarsit. Lucæ. 12. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor usque dum perficiatur? Quo ergo responderet figuratum figuræ, decima die mensis uenit, qua accipiebant agnum paschalem, & ex eo tempore requirebant quæ erant necessaria ad festum. Exod. 12. Decima die mẽsis huius tollat unusquisq; agnum per familias suas. Venit autem per Hiericho ab Effrem Hier[lm] uersus, quia non capit prophetã perire ex-

tra Hierusalē, Luc. 13. multis clarus miraculis, leprosos mundās, cæcos illuminans. Instruxerunt ergo cœnā in domo Simonis leprosi, Mat. 26. q à domino curatus, nomen retinuit, alius tamen ab illo de quo Lucæ. 7. qui in Galilæa morabatur. Martha ob reuerentiam tanti hospitis ministrabat, sicut & Luc. 10. Heb. 13. Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hāc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Ge. 18. Sed hic ipsum deum. Vis & tu deum recipere hospitio? membra suscipe. Mat. 10. Qui recipit uos, me recipit. Mat. 25. Quā diu uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ne discipuli qui nō semel audierant, hinc Christum per mortē abiturum, animum prorsus despon deret, sed spem futuræ resurrectiōis conciperent, Lazarus erat unus ex recumbentibus: & quo certius esset omnibus, non fuisse phantasma, qđ pridem uisus esset è sepulchro surgere, & domum abire. Augu. Viuebat, loquebatur, epulabatur, ueritas ostēdebatur, infidelitas confundebatur. Vis'ne & tu unus esse discumbentiū cum Iesu? Audi eum Apo. 3. Ego sto ad ostium & pulso, siquis audierit uocem meam, & aperuerit mihi, introibo ad eum, & cœnabo cū eo, & ipse mecum.

2 *Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistica pretiosi, & unxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis, & domus impleta est ex odore unguēnti. Dixit ergo unus ex discipulis eius Iudas Scariothes, qui erat eum traditurus: Quare unguentum hoc non uenijt trecentis denarijs, & datum est egenis? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens: ea quæ mittebātur, portabat. Dixit ergo Iesus: Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ seruet illud. Pauperes enim semper habebitis uobiscum, me autem non semper habebitis.*

Maria quæ singulari quodam amore flagrabat in dominū Iesum, cum ob alia multa beneficia, tū ob recens in fratrē beneficium, unguentum confectum de spicis nardi (nā & aliud de folijs confici solet) pisticæ, id est, fidelis & puri attulit. Non ergo uile fuit, neque adulterinum, quale in myrothecijs plerunque cōficere solent pigmentarij nostri. Marci. 14. Et cum esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet, uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi: & fracto alabastro, effudit super caput eius. Matthæi. 26. ipsius recumbentis. Claret ꝙ non solum caput, sed & pedes unxit miro deuotionis affectu, quos & capillis suis extersit, haud dubie lachrymis deuotionis humectatos. Matth. 26. Videntes autem discipuli, indignati sunt, dicētes Mar. 14. Vt quid pditio ista unguenti facta est? Potuit enim unguentum istud uenundari plus quā trecentis denarijs, & dari pauperib⁹. Et fremebant in eam. Omnes quidē dixerūt, ut quid perditio hæc? Neq;.n. domi nus capitur huiusmodi delicijs, neq; nostro conuiuio cōuenit. Hoc nimirum sanctius erat, ac nostro magistro dignius, ut in pauperes erogaretur, sed non eadem mēte qua Iudas, qui alijs sub pietatis specie ansam ꝓbuit. Hieronymus: Apostoli animo commiseranti indignati, Iudas uero ob id mussitauit, ut suo lucro cōsuleret, furtimq; nonnulla surriperet, inopiam pauperum prætexens, quā quam de egenis non curaret. Prouerbio. 12. Viscera impiorum crudelia. O quot tales sunt, qui si quippiam diuino cultui uiderint impendi & honori, clamitant, hisce pauperū uiscera refici debuerant, cum interim & sua & nō sua luxu fastuq; consumant, ne in minimo quidem uel dei, uel pauperum memores, & tñ summā sibi euangelicę sciē & pfectionis arcē metiētes, uel potius mētientes. Chrys. Christus multa cōdescēsione utens

ne utens ad Iudam, nō corripuit eū surripientem, sed cōmunem intulit excusationem. Matth.26. Sciens autē Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Marc. 14. Bonū opus operata est in me. Non reprehendit Iudam dominus quanuis animum eius cognosceret, nolens illum confundere, quo docet nos longanimes eē erga tales, sed occulte opprobrat ei proditionem, tametsi propter auaritiam traditurus esset eum in mortem. Vides ergo quo ferat auaritia? In proditionem. Bene ergo ait Apostolus. 1. Timo. 6. Radix omniū malorum cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerūt se doloribus multis. Chrysostomus: Grauis quidē morbus auaritia, grauis, inquam, qui & oculos excæcat, aures obstruit, et fera sæuiores reddit, non conscientiā, non amicitiam, non consuetudinem, nō propriæ animæ salutem cognoscere sinit, sed semel ab omnibus discedēs, in seruitutem sibi quos cepit, more seuerissimi tyranni uendicat. Ita maxime incurabilis hic morbus Giezi lepra pcussit, Ananiam & Saphiram pdidit, Iudam proditorē fecit, Iudæorū principes corrupit, quare digne idololatriā Apostolus eam appellat, Ephe.5. Eccle.10. Auaro nihil est scelestius. Nihil iniquius q̄ amare pecuniam. Hic enim animam suā uenalem habet. Ecclesiastes.5. Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum nō capiet ex eis. Vbi multæ sunt diuitiæ, multi q comedunt eas. Abac.2. Væ qui multiplicat nō sua. Vsquequo aggrauat contra se densum lutum? Væ qui cōgregat auaritiam malā domui suæ, ut sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. Ideo admonet dominus Luc.12. Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abunādtia cuiusquā uita eius est, ex his quæ possidet. Semper benigne et fideliter suam dilectam excusauit, ut claret hic & Luc.10. Nā multū dilexit, Luc.7. Secuta prædicantē. Lucæ.8. Cōtemplata morientē, Ioā.19. Prima uidit resurgētē, Marc 16. Vnde sic patrocinatus est ipsi, ut significaret se suapte spōte moriturū. Nō perit, inquit, hæc impensa, sed sepulturæ meę tribuitur hoc honoris, quē ista nunc præuenit, quoniā tū non erit ungendi facultas. Matt.26. Mittens enim hæc, unguentū hoc in corpus meū: ad sepeliendū me fecit. Sepulturā gloriosam fore præsignans. Esaiæ.11. Et erit sepulchrū eius gloriosum. Vnde causam ipsorū friuolā ostendit. Mar.14. Semp.n. pauperes habebitis uobiscū: & cū uolueritis, potestis illis benefacere: me autē non semper habebitis. Qđ habuit hæc, fecit: præuenit ungere corpus meum in sepulturam. Qđ mortuo nō pōt, uiuo impendit. Aug. Loqtur de pſentia corporali: nā scđm maiestatē suā, scđm ineffabilē gratiā suā ipletur, qđ ab eo dictū est Mat. 28. Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad cōsummationem seculi. Non ergo eū habituri erāt semper corporaliter & uisibiliter, quo si bi talia impenderent. Deuterono.15. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio: ut aperias manum fratri tuo egeno et pauperi, qui tecum uersatur in terra. Prouerbiorum uicesimoprimo: Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit, & non exaudietur, Hinc.2. Corinthiorum. 8. Si enim uoluntas prompta est, secūdū id quod habet, accepta est, & non secundum id quod non habet. Matth. 10. Quicunq; potū dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli, amen dico uobis, non perdet mercedem suam.

Obserua quod ait: Opus bonũ operata est in me. Nam non solam fidẽ, sed externam unctionem ex fide profectam, opus bonũ dixit. Sunt enim opera mala à deo separantia. Esa. 59. Opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manib⁹ eorum, pedes eorum ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem. Cogitationes eorum cogitationes inutiles, uastitas & contritio in uijs eorum, uiam pacis nescierunt, & non est iudiciũ in gressibus eorum. Prouerb. 11. Impius facit opus instabile Iob. 8. Spes hypocritæ peribit. Sunt bona natura sua, ut diligere deum, orare in spiritu & ueritate, peccata detestari, fiducia & bona spe deo adhærere. Psa. 72. Mihi autem adhærere deo bonũ est, ponere in domino deo spẽ meã, Esa. 32. Erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, et securitas usque in sempiternum. Sunt tertio opera media, quę bene uel male fieri possunt, & à bonis & à malis, ut ieiunare, eleemosynas dare, orare &c. Vnde tria requiruntur, ut opus sit bonum. Primum: Fides illuminans. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Secũdum, charitas mouẽs. 1. Cor. 13. Si distribuero in cibos pauperum oẽs facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeã, charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Tertium, intentio dirigẽs. Mat. 6. Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Gala. 5. In Christo enim Iesu, neque circuncisio aliquid ualet, neque præputium sed fides q̃ per dilectionem operatur. Sic ergo bonum erit & meritorium, laude & corona dignum. Vnde hic sequitur Marc. 14. Amen dico uobis, ubicunque prædicatũ fuerit euangelium istud in uniuerso mundo, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam eius. Vult ergo deus sanctorum suorum nos præclara gesta commemorare, non solum ad nostram doctrinam, sed & ad ipsorum gloriam. Eccl. 44. Laudemus uiros gloriosos & parentes nostros in generatione sua. Sapientiam ipsorum narrent populi, & laudem eorum nunciet ecclesia.

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est, & uenerunt nõ propter Iesum tantũ, sed ut Lazarũ uiderent quem suscitauit à mortuis. 3

Famam enim Iesu mirum in modum auxerat tam insigne miraculũ quod nulla potuit tergiuersatione negari. Nec enim ut dicit Chrysostomus, poterant in eo sabbati uiolationem allegare, quemadmodum in paralytico Ioan. 5. & cæco nato, Ioã. 9. Augustinus: Curiositas traxit, non charitas. uisores enim suscitati fieri cupiebant, expectantes etiam de inferis aliquid Lazaro referente audire. Suadebat hoc insita mortalium ingenijs curiositas.

De sessione aselli & gentilium affectu.

ARTICVLVS XXIII.

Cogitauerunt autem principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. Ioan. 12. X

Porrò sacerdotum ac pharisæorũ animos sic excæcauerat liuor & odium in Iesum, ut iam illorum malitię non satis esset occidere Iesum, sed de Lazaro quoque tollendo cogitarẽt, in quem ne speciem quidem ullam criminis intentare poterant, sed solum q̃ author multis salutis fieret, & miraculo suo simpliciores ad fidem adduceret. Sed non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum, Prouerb. 21. Iob. 5. Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere man⁹ eorum quod cœperant. Esa. 46. Consilium meum stabit, & omnis uolũtas mea fiet.

In crastinum autẽ turba multa quæ uenerat ad diem festum, cum audissent, quia uenit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, &

processerant obuiam ei, & clamabant: Osanna, benedictus qui uenit in nomine domini, rex Israel. Et inuenit Iesus asellū, & sedit super eū, sicut scriptum est: Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit sedens super pullum asinæ. Hæc nō cognouerunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc scripta erant de eo, & hæc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibuit turba, quæ erat cū eo, quando Lazarum uocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam uenit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi autem dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abijt.

Iesus ante hac semper humilis, & omnis gloriæ mundanæ contēptor, tum noua pōpa uoluit uenire Hierosolymā. Declarabant palmæ, ꝙ fortis quidē & uictor mortis fuerit resuscitato Lazaro. Vnde & uocibus ostēdunt, ꝙ dicta à Dauid de Christo, doceāt ꝙ deus sit, deinde ꝙ & ꝓprie deus, d. Sit laus & honor illi q nobis expectatus uenit in nomine dn̄i. August. Ipse.n.filius omnia in gloriā ordinauit patris. Io.5. Ego ueni in noīe patris mei, & non recepistis me: si alius uenerit in noīe suo, illū accipietis. Chrysosto. Quia reges Iudæorū iniusti fuerant, & eos obnoxios bellis faciebant, confide, ait, hic nō talis, sed mitis & modestus, nullā præ se ferēs arrogantiā. Idq́ ostenditur ꝙ insidēs asino ueniat, nō exercitum post se trahēs, Zach.9. Hęc discipuli, cū nōdum scirent scipturas, Io.20. non intelligebant diuina præsciētia agi: sed postq̄ Iesus per resurrectionem glorificatus, sensum illis aperuit ut intelligerent scripturas. Lu.24. ac spiritū misit ueritatis, omnem ipsos docēs ueritatē, Io.16. Erāt tamē plerique qui talem expectabant regem, quales habet hic mundus: & hinc tam frequens hominum multitudo prodierat obuiam Iesu, ꝙ ab his qui uiderant, cognouissent hoc insigne miraculum ab illo proditū, quale non erat auditum ab orbe cōdito. Id quia palàm diuinam quandam uirtutem præ se ferebat, honos quoque exhibitus qualis nulli ꝓphetarum, ea res animos sacerdotum ac pharisæorum propemodum in desperationem adegit. Nec tamen ab impio cœpto resipiscunt, sed inter se se commurmurant, d. Quæ enim utilitas ex multis contra hominē hunc insidijs? quantum enim insidiamur, tantum hic crescit, et augetur gloria eius. Augustinus: Quid inuidet cæca turba, quia post eum abijt mundus, per quem factus est mundus? Potiora his supra hūc textum, uide parte prima, ar.98.m.

Erant autem quidam gentiles ex ijs, qui ascēderant ut adorarent in die festo: hi ergo accesserūt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum dicentes: Domine, uolumus Iesum uidere. Venit Philippus & dicit Andreæ, Andreas rursus & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora ut clarificetur filius hominis.

Erat templum uenerabile etiam gentibus, ut claret 2. Mach.3. Vnde et eunuchus reginæ Candacis uenit adorare in Hierusalem, Act.8. Tantus autem id tēporis erat populi fauor erga Iesum ex fama operum ipsius, ut ethnici quoque qui religionis gratia uenerāt Hierosolymā ut illic adorarent, uidēdi Iesu desiderio tenerentur. Aug. Ecce Iudæi uolunt eum occidere, gentiles uero uidere, sed & illi ex Iudæis erant qui dicebant, benedictus qui uenit in nomine domini. Isti ergo ex circuncisione erant, illi ex præputio, uelut duo parietes è diuerso conuenientes, ut in unam fidem Christi pacis osculo coucurrētes. Eph.2. Nunc autem in Christo Iesu, uos qui aliquando eratis longe, facti estis propè in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum: & ueniens euange-

lizauit pacem uobis qui lōge fuistis & pacem his qui propè, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Dixit Philippus Andreæ, quia prior eo. Tāt⁹ ordo & amor mutu⁹ erat īter eos. Iesus ubi cognouit ex discipulis ethnicos quoque sui uidendi desiderio teneri, cum tam impie sperneretur à pharisæis & sacerdotib⁹ hac occasione cœpit aperire mortem suā, & quantum illa fructus esset allatura, non solum Iudaicæ genti, sed uniuerso mundo. Nūc instat tempus, ut cum pharisæi credent filium hominis prorsus extinctum esse, tum maxime glorificetur apud uniuersas orbis nationes. Nouū gloriæ genus est, & noua ratione parandum. Per crucē uerus Christus demonstrabitur & agnoscetur, ac per hoc in hominū cordibus clarificabitur & honorabitur.

Ioan. 12. *Amen amen dico uobis, nisi granum frumēti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.*

Ostendit ad uitam non esse uiam nisi per sui, mundiq́ plenum contēptum, & feruidum cœlestium amorem. Non enim coronabitur nisi qui legitime certauerit, 2. Ti. 2. Sic oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam, Luc. 24. August. Altitudinē glorificationis pcedere oportuit humilitatem passionis. Phil. 2. Qui cum in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinē hominum factus, & habitu inuētus ut homo, humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autē crucis. Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomē, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum, et omnis lingua cōfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Beda: Christus granum ex semine patriarcharū in agro huius mundi seminatum per carnis assumptionem, mortuum per passionem, multiplicat fructum per gentium conuersionem. Quod enim à solis ortu usq; ad occasum laudatur nomē domini, & in omni loco offertur oblatio munda, Mal. 1. ex huius mortificatione grani processit. Esaiæ 53. Si posuerit pro peccato animam suam, uidebit semen longæuum, & uoluntas domini in manu eius dirigetur. Comparat se grano frumenti, quo panis cōficitur, quia ipse est panis uiuus qui de cœlo descendit, ut siquis mānducauerit ex hoc pane, uiuat in æternum, Io. 6. Huius frumenti fructu saginandam dicit propheta Hierusalem & Siō, id est, animam fidelē. Psal. 147. Qui posuit fines tuos pacē, & adipe frumēti satiat te. Zac. 9. Quid. n. est bonum eius? Et quid est pulchrum eius, nisi frumentū electorū, & uinum germinās uirgines? Est. n. cibus electorū de cœlo descendens. Io. 6. Panis enim uerus est qui de cœlo descendit, & dat uitā mundo. Quāuis hic astruat resurrectionē futuram iuxta Paulum, 1. Cor. 15. Insipiens tu, quod seminas, nō uiuificatur nisi pri⁹ moriatur. & quid seminas? Non corpus quod futurū est seminas, sed nudū granū, utputa tritici aut alicuius cæterorū. Deus autē dat illi corp⁹ sicut uult, et unicuiq; seminū propriū corpus. Verū si uolumus feliciter resurgere, curādū ut corpus mortificemus. Io. 15. Nō uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos ut eatis & fructū afferatis, et fructus uester maneat. Rom. 6. Existimate uos mortuos esse peccato, uiuentes autem deo in Christo Iesu. Nō ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius.

Cur sesamenti gra no Christus cōparet.

Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam.

Qui præsentē uitā diligit, & aīam suā amat, hoc est, desideria sua absurda facit pmittēs ei quæ nō oportet, nec cōtemnit mortē, pdet eā. Eccl. 18. Si pręstes aīę tuę cōcupiscētias suas faciet te in gaudiū inimicis tuis. Ro. 8. Fratres, debitores sumus, non carni, ut secundū carnē uiuamus. Si. n. secūdū carnē uixeritis, moriemini: si autē spū facta carnis mortificaueritis, uiuetis. 2. Tim. 3. Instabunt tpa in nouissimis diebꝰ periculosa: erūt .n. hoies seipsos amātes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parētibus nō obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incōtinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, uoluptatū amatores magis q̃ Dei, habētes speciē quidē pietatis, uirtutē aūt eiꝰ abnegātes. Hoc tñ nō est uere diligere, sed odire. Ps. 10. Qui diligit iniquitatē, odit aīam suā. Tob. 12. Qui aūt faciunt inīqtatē & pctm̄, hostes sunt aīę meę. Au. Si male amaueris, tūc odisti: si bene oderis, tūc amasti. Noli amare in hac uita, ne perdas in æterna uita. Nā dulcis est uita præsens ĳs qui ei sunt affixi: si uero qs ad cœlū aspexerit, cōtēplās quę illic sunt bona, cito pñia cōtemnet. Psal. 76. Renuit cōsolari aīa mea: memor fui Dei et delectatus sum. Qui ergo non cōcedit ei quæ uult, neq; ab ea flectitur, custodit illam in uitā æternā. Est aūt odium temporariū, quia in hoc mundo: lucrum æternū, quia in uitā æternā. 2. Cor. 4. Id enī qđ in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostrę, supra modū in sublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ uidētur. Quæ enim uidētur, temporalia sunt: quæ autē non uidentur, æterna. Chryso. Quēadmodū quos odio habemus, ne uocem quidem audire, nec uidere æquo animo patimur, ita anima si quid præter dei uoluntatem nobis imperat, reĳciēda est, nobisipsis emoriendum est. Colos. 3. Mortificate membra uestra quæ sunt sup terram, fornicationē, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malā, & auaritiam quæ est simulachrorū seruitus. Roma. 13. Carnis curam ne feceritis in desiderĳs. Non ergo amat suam animam in hoc mūdo, qui cūctis carnalibus uoluptatibus renūtians, etiam ipsam pro dño, ne in ipsum peccet, ponere non recusat. Sic aūt uitam impendere, non interitus est, sed lucrum: et hoc non amittere, sed seruare. Non enim perĳt anima quæ discedit à corpore, nec in totū perit corpus, olim felicius & īmortale reuicturum. Philip. 3. Nostra cōuersatio in cœlis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrū Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, secundū operationē uirtutis suæ, qua etiam possit subĳcere sibi omnia. Ecce qui non sibi, hoc est, sensualitati uiuunt, quantum gloriæ consequūtur? Exemplum habemus in paupere Lazaro et diuite epulōe, Luc. 16.

Siquis mihi ministrat, me sequatur, & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus qui est in cœlis.

Par est enim, ministrū à domino non diuelli, nec in tristibus, nec in prosperis. Quos habuero cōsortes ac socios afflictionū, eos non seiungam à consortio felicitatis, sed ubicunq; ego fuero, illic erit et minister meus. Ne uideatur nobis graue carnalibus reluctari desiderĳs, uitam etiam ipsam pro euangelio exponere, duo in medium adducit, quæ animū præstent. Alterū est exēplū: me,

inquit, sequatur. Vias meas ambulet, non suas. Duo nobis proponit imitanda: Primum cordis affectio. Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Alterũ, corporis afflictio. Matth. 16. Siquis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Ergo uidendum quemadmodum praecesserit, ut sequamur & ministremus. 1. Petr. 2. Christus passus est pro nobis, uobis relinquẽs exẽplũ, ut sequamini uestigia eius. Claret ex euãgelio, duplici nos exẽplo instituisse. Primo suapte sponte crucem suscepisse: corporis, per ieiunium. Matth. 4. Orationem. Matt. 14. Dimissa turba ascendit in montem solus orare. Passionem famis. Matth. 4. Fatigationis. Ioan. 4. Secundo illatam & impositam patienter sustinuisse. Esa. 53. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coràm tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. 1. Petr. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, uiuificatos autem spiritu. Ecce proposita nobis forma, ministrandi & sequendi Christum, si ipsum in gloriam sequi cupimus. Hinc ait Apostolus. 2. Corinthi. 6. In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieiunijs, &c. Quid enim tam iustum, quàm ut serui imitemur dominum, discipuli magistrum? Ioan. 13. Non est discipulus super magistrum. 1. Io. 2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Si adhuc dura haec uidentur addit & alterum, praemium scilicet eximium. Aug. Quem maiorem honorem accipere poterit adoptatus, quàm ut sit ubi est unicus, nõ aequalis factus diuinitate, sed cõsociatus aeternitati? Ioan. 17. Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam quam dedisti mihi. Ioan. 14. Vado parare uobis locũ: & si abiero, & praeparauero uobis locum, iterũ uenio et accipiam uos ad meipsum, ut ubi ego sum et uos sitis. Hic Apostolus ait Phil. 1. Desiderium habẽs dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius. Siquis mihi perseueranter adhaeserit, defecit enim Iudas defecerunt & alij complures. Ioan. 6. Matt. 10. Qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Nam. Luc. 9. Nemo mittens manum ad aratrũ & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Et synceriter. Psal. 100. Ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabat. Pater eum honore prosequetur, ut ministrum unici filij. Stupenda res & alias inconsueta, ut nõ satis sit esse ministrũ ubi filius est, nisi & pater eũ speciali prosequatur honore. Erit quidẽ tunc laus unicuique à Deo. 1. Cor. 4. Sap. 3. Bonorũ laborum gloriosus est fructus. Eccl. 23. Gloria magna est sequi dominum: longitudo dierum assumetur ab eo. Vnde Ps. 138. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus. Nam in uita dedit eis uirtutem super daemonia, serpentes & scorpiones. Lu. 10. & Marc. 16. & omnem languorem. Mat. 10. Immo Ioan. 14. Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quae ego facio & ipse faciet, & maiora horũ faciet. Vnde ad umbram Petri infirmi curabãtur. Act. 5. Sic per manum Pauli uirtutes nõ quaslibet deus faciebat, ita ut etiam super languidos deferrẽtur à corpore eius sudaria & semicincta, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. Act. 19.

Quae duo nobis ad imitandũ proposita.

Christus quomodo crucẽ suã sponte bifariam susceperit.

Magnificat haud dubie et post mortem, cum ad præsentiam reliquiarum mira operatur. Sine enim pœnitentia sunt dona & uocatio Dei. Rom. 11. quę templum sunt spiritus sancti 1. Cor. 6. An nescitis quoniā membra uestra templū sunt spiritus sancti qui in uobis est, quem habetis à Deo? In confesso est & negari nō potest, ad contactum ossium Helisęi mortuum reuixisse. 4. Reg. 13. Ecci. 49. Et duodecim prophetarum ossa pullulant de loco suo: nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide uirtutis suæ. Iam si mira dominus ad præsentiam arcæ operatus est, ut claret in destructione Hiericho, Iosue. 6. punitiōe Philistinorum. 1. Reg. 5. Benedictione Obededom. 2. Regum. 6. quid mirum de sanctorum reliquijs, quæ uiua templa & habitacula Dei fuerunt in terris, & tam magnifice glorificabuntur in cœlis? Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Ideo admonet Apostolus. 1. Cor. 15. Itaque fratres mei dilectissimi, stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere domini semper, scientes quod labor uester non est inanis in domino. Admonet idem Rom. 12. Honore, inquit, inuicem præuenientes. & Rom. 13. Cui honorem, honorem. 1. Pe. 2. Omnes honorate, regem honorificate. & 1. Timo. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt. Veruntamen cōstanter ait 1. Timoth. 1. Soli Deo honor & gloria. Pespicuum ergo est, aliū esse honorem quem Deo, alium quem homini impendimus, quocunque etiam nomine speciem huius honoris exprimamus. Vnde. 1. Paral. 29. Et benedixit omnis ecclesia domino Deo patrum suorum, & inclinauerunt se, & adorauerunt Deum, & deinde regem. Nullo modo passus fuisset pro tunc sanctus Dauid diuinos

Honorum Deo & hominibus impensorū differētia.

sibi honores impendi, nisi sciuisset populum alio sibi & alio Deo animo cultum honoris exhibere. Nihil ergo nos honoris impēdem⁹, quos Deus tam magnifice honorificat in cœlis & in terris?

Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea ueni in hanc horam. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo uox de cœlo, dicens: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij autem dicebant: Angelus ei locutus est. Respondit Iesus & dixit: Non propter me hæc uox uenit, sed propter uos. Ioan. 12. Z

Nequis possit dicere quod ipse extra pericula, alios admoneat, ostendit quod & ipse ab humanis proprietatibus tentatus sit, & nostræ naturæ fuerit particeps, cum turbatur. Intellige autem uolentem turbatum. Oblatus est enim, quia ipse uoluit. Quamuis enim Christus ab initio perfrueretur diuina uisione secundum portionem superiorem rationis, sinebantur tamen inferiores animæ uires sese erga obiecta, naturali quodāmodo exercere, ita ut sitiret, frigeret, ut etiam horreret corporis pulcherrimi ac refugeret incōmoda. Chrysosto. Appropinquans passioni, quod humanum est ostendit. Heb. 2. Debuit per omnia fratribus similari, ut misericors fieret & fidelis pontifex ad Deum, ut repropiciaret delicta populi. In eo enim quod passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur, auxiliari. Hebr. 4. Non enim habemus pōtificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Et qd dicā? Siquidem tibi pater placet, libera me ab hac hora mortis instātis. Verum si aliter à te decretum est, mihi quidem parendum: propterea enim in hanc ueni horam, ut pariar. August. Docet te

quem inuoces, cuius uoluntatem tuæ uoluntati anteponas: & qui hominis suscepit infirmitatem, docet contristatum dicere, non quod ego uolo, sed quod tu, Luc.22 Psal. 39. In capite libri scriptũ est de me, ut facerem uoluntatem tuam Deus meus, nolui. Docuit & nos, ne pusillanimitate frangamur, dum necessitate uel infirmitate turbamur, sed in dño consolemur. Tu præsta, inquit, pater ut mors mea meaq́; resurrectio clarum reddat nomen tuum apud omnes orbis nationes, ut te cognito, te glorificantes, salutem æternam consequantur. Ex eo enim quòd pater filium pro nobis tradidit in mortem, ostenditur misericordia & dilectio eius ad nos. Ioan.3. Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Item et iustitia eius tanta est, ꝙ maluit unigenitum occidi, ꝙ̃ peccatum manere in ultium. 2. Corinth.5. Eũ qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatũ fecit, ut nos efficeremur iustitia dei in illo. Sapientia quoq; in tam admirabili atq; conuenientissimo modo. Sic & nos quotidie oramus. Sanctificetur nomẽ tuum. Nihil enim deo accrescit, sed hominum saluti. Vnde clarificatur deus sic per bonorum profectum. Ioan.15. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis per passiones. Ioã. 21. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset deũ (Petrus per crucem) Philip.1. Magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortẽ. Hæc ubi sublatis oculis in cœlum Iesus precatus est, uenit uox: Glorificaui, siue illustraui. Nam glorificauit in ortu nomen suum, in angelorum cõcentu, Luc.2. In baptismo, Matt.3. Ecce uox de cœlis, dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõplacui. In doctrina & opere. Lu.24. Qui erat uir potens in opere & sermone, coràm Deo & omni populo. In obitu stupendis miraculis, Matth.27. Lucæ.23. Vere filius Dei erat iste. In resurrectione, Act.3. Deꝰ patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum. Roma.1. Qui prę destinatus est filius Dei in uirtute, secũdum spiritum sanctificationis, ex resurrectiõe mortuorũ Iesu Christi domini nostri: Chrysostomus: Ad hoc instat uox patris, quia semper dicebant, quoniam Christus ex deo non esset. Qui autem à deo glorificatur, quomodo à deo esse negatur? Iam enim tot miraculis iclaruerat apud homines per filium suum, sed potissimum resuscitato Lazaro moxq́; aucturus erat gloriã sui nominis apud omnes orbis nationes per crucem, per resurrectionem, per ascensionem, per spiritus sancti missionem, per apostolorum prædicationem. Aderant gentiles, q ob idiomatis ignorantiam dicebant tonitruum factum. Alij benignius interpretantes, qui forte uerba superficialiter intelligebant, dicebant angelũ quempiam ipsi locutum. Dominus uero ostendit propter ipsorum salutem agi quicquid fieret, dicens: Nõ ob meam necessitatem uel salutem, sed ut intelligatis mihi cum patre conuenire, & quicquid facio illo authore, uestræ salutis causa facere.

Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum Hoc autẽ dicebat, significans qua morte esset moriturus. Ioan.12.

Ostendit redemptionis humanæ modum & fructum, & quibus contingat. Igitur mundi iudiciũ, id est, ultio nunc à me fit. Quia enim occidam eum qui omnes occidit, & me quoq; insontem inuasit, ultor ero omniũ qui ab eo occisi sũt. Osee.13.

Ero

Ero mors tua o mors, ero morsus tuus inferne. Duplex legimus iudicium. Extremum ad quod omnes sistēdi. 2. Cor. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonū, siue malum. Ioan. 5. Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Alterum per crucem reuelatum, quando Christus deleuit chirographum decreti quod erat cōtrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci. Coloss. 2. & mundi retexit fallitatem, clarescere faciens euangelicam ueritatem. Ioan. 7. Me odit mūdus, quia ego testimonium perhibeo, quoniam opera ipsius mala sunt. Nam. 1. Ioan. 5. Totus mundus in maligno positus est. Augustinus: Dicimus bonam domum, uel malam, non quia ædificium sit malum, sed propter mores malos inhabitantium. Sic mundus malus dicitur, de quo dominus elegit suos. Ioan. 15. Quia de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Vnde Ioan. 3. Hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mūdum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant enim eorum mala opera. Hinc adhortatur. 1. Io. 2. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Siquis diligit mundum, nō est charitas patris in eo. Nunc princeps ille mūdi, mortis author. Sap. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbē terrarum, dum se uictorē credet, per mortem depelletur à sua tyrannide. Condonabitur enim omnibus peccatum per fidem euāgelicam. eo sublato fractæ sunt uires tyrāni, qui non alio telo potens est. Aug. Dicat quispiam quia diabolus ejicitur foras, iam fidelium neminem tentat. Immo tentare non cessat, sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare. Lu. 11. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quę possidet. Si autem fortior illo superueniēs, uicerit eum, uniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia distribuet. Vñ admonet Apostolus. Eph. 4. Nolite locum dare diabolo. Ia. 4. Appropinquate Deo, & appropinquabit uobis: resistite autem diabolo, & fugiet à uobis. Quàm stulti ergo sunt, qui tam crudeli tyranno se per peccatum iteratò subijciunt. Io. 8. Qui facit peccatū, seruus est peccati. 2. Petr. 2. A quo quis superatus est, eius & seruus est. Nam captiuos tenet ad ipsius uoluntatem. 2 Timoth. 2. ad omnium uitiorum genera impellens, mentis oculum excæcans. 2. Corint. 4. Quòd si opertum est euangelium, in his qui pereunt, est opertum, in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio euāgelij gloriæ Christi. Finaliter mortē pro stipendio præstat. Roma. 6. Stipendium peccati mors. An nescitis quoniam cui exhibetis uos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad uitam? Quemadmodū ille qui uicisse uidebatur, subito pelletur è regno ita ego q uidebor extinctus, exaltatus à terra, omnia undique traham ad me, mihi uere uindicans, quod hactenus ille per tyrannidem occupauit. Etenim quia ipsi non possunt ad me uenire, quòd à tyranno detenti sunt, ego uicto illo & foras eiecto, & resectis neruis potentiæ eius contra homines, traham etiam nolente illo. Augustinus: Quæ omnia, nisi ex quibus diabolus ejicitur foras? Zacha. 9. Tu autem in sanguine testamenti eduxisti uinctos de lacu in quo non erat aqua. Trahit omnes, & gentes & Iudæos. Eph. secundo.

Iudicium duplex.

Quoniam in ipso habemus accessũ ambo in uno spiritu ad Deum. Trahit & omnia, hoc est, & corp⁹ & animam: animam per gratiam, corpus per glorificationem: quia nec capillus de capite peribit. Mat.10. Trahit ergo per fidem & charitatẽ, qui sese gratiæ accommodant, qui uocem se quuntur uocantis. Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Matth.11. Hinc exaltationem, mortẽ suam in cruce significauit, quia exaltandus in signum & remedium. In signum, quo signati, percutientem euaderẽt angelum. Exo.12. Ezech.9. Ideo omnes ad ipsum confugient. Esa.11. Et eleuabit signum in nationes, & congregabit profugos Isral, et dispersos Iuda colliget. In remedium, quo respicientes per fidem à morsibus sanentur serpentum, hoc est, peccatorum. Nume.21. Ioan.3. Sicut exaltauit Moses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam ęternam. Qui ergo salutem nõ consequuntur, sibi imputent, quia inuitantis uocem audire nolunt. Rom.10. Non enim omnes obediunt euangelio, sed magis ad fabulas conuertuntur. 2. Tim.4.

2 *Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis?*

Erant in turba, qui quoniam mentio mortis pręcesserat, diuinarent illum de crucis supplicio fuisse locutum. Aug. Hoc eum dixisse intellige bant quod facere cogitabant. non. n. eis uerborũ istorum obscuritatem aperuit infusa sapientia, sed stimulata conscientia. Discipuli autem dominum de morte loquẽtem non capiebant (Luc.18.) quia amor quo eũ mori nolebant, ipsos ab hoc intelle-ctu retrahebat. Cõtrà fuit de Iudęis. Nam hinc ratiocinari contendunt illum non esse Messiam, qui se prædicaret moriturum, cum scriptura tribuat potestatem & regnum ęternũ. Danie.7. Potestas eius potestas ęterna, & regnum quod non corrumpetur. Mich.5. Et egressus eius ab initio, à dieb⁹ æternitatis. Quin & psalmorum scriptura promittit ei sacerdotium æternum, Psal.109. Vnde & cornutum inferunt argumentum, aut ipsum non esse Messiam, aut nõ exaltandum à terra & moriturum. Quid igitur, inquiũt, uult sibi quod ais futurum, ut filius hominis exaltetur à terra? Quòd si exaltari à terra, mori est, & si quoties dicis filiũ hominis, teipsum dicis & uis intelligi: aut nõ morieris, aut ille filius hominis non est Messias, si uerum dicit prophetia. Sed incidunt in foueã quam fecerunt. Sentiunt Christi regnum esse ciuile & mũdanum, eoq́ minime duraturum, et tamen uelint nolint, coguntur fateri dominiũ ętternum mansurum. Multiplicabitur eius imperiũ, & pacis non erit finis: super solium Dauid & super regnũ eius sedebit, ut cõfirmet illud, & corroboret in iudicio et iustitia, amodo & usq; in sempiternum. Luc.1. Regni eius, ait Gabriel, non erit finis. Fallũtur in hoc miseri, quia scripturę regnum Christi testantur administrationem esse internam, hoc est, in spiritu, quæ in iustificatione impij perficitur, in pace & tranquillitate conscientiæ, quo modo perpetuum & incorruptibile est. Esa.32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in requie opulenta, in tabernaculis fiduciæ. Simul etiam fiant mors Christi & æternitas. Mors enim cõ uenit ei secundum humanam naturam, æternitas ex parte naturæ diuinæ: & licet ad tempus mortẽ subierit, tertia tamen die resurgẽs gloriosus, imortalis permanet, quare ęter-

nitas ipsi competit. Heb. 7. Hic autē eo ꝙ maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotiū. Heb. 13 Christus Iesus heri & hodie, ipse & in secula. Quoniam autem maleuolētia excæcati tantorum mysteriorū non erant capaces, ideo super hoc eis nō respondit, sed tantum hortatur eos, ut omissa cæcitate mentis, desinant obstrepere luci ueritatis, præsertim quę mox esset auferenda. Non enim studio intelligēdi ueritatem, sed animo malitioso calumniandi præmissa dixerunt.

Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lumen in uobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non uos tenebræ comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quò uadat. Dum lucem
3 *habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus, & abijt, & abscondit se ab eis.*

Bifariā intelligi potest hic locus. Vno modo: Adhuc modico tempore ego qui lux sum, ero uobiscum: quare dū huius lucis est copia, ambulate proficientes in melius, dum est occasio, ne subito sublata luce occupet, iāq́ frustra desideretis adēptum, quod nunc oblatum aspernamini. Alio modo secundum Augustinum: Modicum lumen in uobis est, per quod intelligitis quod Christus manet in æternum, sed proficite ut intelligatis et moriturum ut redimat, & uicturum in æternum in cœlo quò perducat. Qui sequitur cæcos animi affectus, in tenebris ambulat, nescit quò uadat, nec ꝓprios actus intelligit, nec ad finem salubrem perueniet: dumq́ se credit pie recteq́ facere, impingit in mortem. Pro. 12. Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit cōsilia. Pro. 14. Est uia quæ uidetur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem. Chrysosto. Quanta Iudæi nunc agunt, et nesciunt quid agant: putant rectā incedere uiam, & cōtrariā incedunt. Dum ergo lucis copia est. Io. 9. Quādiu sum in mūdo lux sum mundi. credite in lucē, q̄ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Ioan. 1. ut filij lucis sitis, per adoptionis gratiam. Ioan. 1. Quotquot autem receperūt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Qui ergo mihi crediderit, non aberrabit à uero: qui noctis sunt filij, lucem refugiunt. 1. Thessa. 5. Omnes uos filij lucis estis, & filij Dei. Non sumus noctis, neq; tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut cæteri, sed uigilemus, & sobrij simus. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebrę, nunc autem lux in domino, ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate, & iustitia, & ueritate. Dum lucem inquit, habetis, hoc est, & ante crucem & post potestis incedere. Sed ut lux solaris non omnino aufertur, sed cum occiderit, iterū exoritur: sic mors mea nō est corruptio, sed occasus & translatio, & iterum exorior per resurrectionem, atq; ita nihil prohibet passio, quin æternus sim. Cum ego scripturæ æternum Christum testentur, planè me Christum comprobant. Qui autem ambulat in incredulitate, nescit quò uadat, quamuis rectam sibi uideatur incedere uiā. Qui uero crediderint, omnia quę salutē continent, faciunt umbram legis & ęnigmata tenebrosa, ac infidelitatis cæcitatem effugerunt, & ad lucem accesserunt, quæ occultabatur, & nūc fulget, & facti sunt filij lucis, hoc est, Christi. Nec amplius illis ad id tēporis locutus est Iesus, uidens indignationem cordium, quamuis nihil loquerentur, ne furorem illorum, quē sciebat ad omne facinus promptissimum, magis irritaret, sed abijt, et abscondit se ab illis, uelut absentia sua silentioq́ mitigaturus illorum efferatam insaniam, dans eis tempus & ocium,

ut per quietẽ de sermonibus & operibus eius considerare queant. Ita enim, si uoluissent, peruenire ad cognitionem deitatis illius potuissent. Admonuit & nos exemplo suo, ut quoties cum obstinatis res est, nec ulla spes proficiendi, cedamus ad tempus, ne non solum nihil fructus referamus, uerum etiam alios reddamus sceleratiores.

Ioan.12. B *Cum autem tanta signa fecisset coràm eis, non credebant in eum, ut sermo Esaiæ impleretur quem dixit: (Esaiæ. liij.) Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est? Propterea non poterant credere, quia iterum dicit Esaias: (vj) Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ut non uideant oculis, & intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Hæc dixit Esaias, quando uidit gloriam eius, & locutus est de eo.*

Planissime ostendit propria malitia excæcatos fuisse, quia tot & tantis signis credere noluerunt. Io.15. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autẽ & uiderunt & oderunt, & me & patrem meum. Vt.n. comitanter non causaliter tenetur. Nõ enim ob id fidem in Iesum spreuerunt, ut uerba uerificarentur Esaiæ, sed ex incredulitate ipsorum consecuta est impletio uaticinij Esaiæ & aliorum prophetarum. Nõ enim potuerunt, quia noluerunt. Nam malus homo & improbus non potest credere, quandiu talis fuerint, mala scilicet eligens ac uolens. Domine, qs credidit auditui nostro, hoc est, his quæ audiui à patre, & quæ audierunt à me. Rom.10. Ergo fides ex auditu. Io.5. Si crederetis Mosi, crederetis utiq; & mihi. Brachium domini, uerbũ est per quod facta sunt omnia. Ioan.1. Heb.1. Per quem fecit & secula. Esa.52. Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & uidebunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.

Brachium domini quid.

Impossibilitas ergo hæc non refertur ad eorum uoluntatem secundũ se sumptam, seu simpliciter considératam, sed ut talem, uidelicet induratã, & in malis habituatã. Sic arbor bona non potest malos fructus facere, nec mala bonos. Matt.12. Nec superbus saluari, nec iustus damnari. Excæcatur, q nullos suscipit radios diuini uerbi, et omnino absentia dei excæcat & obtenebrat. Nã sicut sol facit diẽ pñia, noctẽ uero absentia, ita De⁹ cęcos fuit hoĩes, cũ nõ adest eis. Nõ adest autem propter eorum malitiam, & tunc ut cæci peccant, non se conuertentes, & absq; correctione prolabuntur. Cyrillus: Quæ Deo permittente fiunt, sæpenumero à scriptura exprimuntur perinde atq; efficeret. Excæcat ergo deus, qa animi oculos intimos malitia excæcari passus est, non influendo malitiam, sed non dando subsidium, & cor eorum ex peccandi consuetudine obdurari. Hinc effectum est, ut oculis interioribus non uiderint. Esa.42. Quis cęcus nisi seru⁹ meus? neq; corde intellexerint mysteria, per donum intellectus penetrando quæ spectant ad fidem. Esaiæ.7. Nisi credideritis, non intelligetis, & proinde neq; cõuersi sint ad dominum, neq; à morbo peccati sanati, quod solius Dei est. Psal.40. Sana animã meam, quia peccaui. Hiere.17. Sana me domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. Ostendit certitudinem prophetiæ, quia uidit excellentiam Christi filij Dei, et de ipso locutus est, quod Iudæi malitia sua pro maiori parte excæcarentur in aduentu ipsius. Esa.6. 2

Verũtamẽ & ex principibus multi crediderũt in eũ, sed propter pharisæos non confitebantur, ut de synagoga non eijcerẽtur. Dilexerunt.n. gloriã hominũ magis quàm gloriã dei. Iesus aũt clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui uidet me, uidet eum

eum qui misit me. Ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

Disce quod uanæ gloriæ sectator, seruus est & contumeliosus. Nam primores nõ audebant palã profiteri, ob metum pharisæorum, qui decretum ædiderant, ut siquis se discipulum profiteretur Iesu, submoueretur è synagoga, quod tunc plurimum erat opprobriosum. Timore hominum deo debitum subtraxerunt. Pro. 29. Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in domino, subleuabitur. 1. Io. 4. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Iesus ergo clamauit, & dixit: Omnes profitemini uos credere deo, atqui cum à deo profectus sim, nec dicam quicquam aut faciã, nisi illo authore, quid timuistis credere in me? fides illa quæ est in me, ad patrẽ trãsit. In me, dicit. Nam aliud est credere cuipiã, aliud in quempiam. Nam is qui credit alicui, potest intelligi ut credat ei, ut uera dicenti, sed in quempiam omnino ut deũ credit. Sic credimus apostolis, nõ in apostolos. Per hoc ergo se deum ostẽdit. Qui uidet me oculo interiori mentis, uidet & eum qui misit me. Per oĩa hæc, manifestat eandem esse substantiam patris & filij. Ioã. 14. Philippe, qui uidet me, uidet & patrem meum. Non credis, quia ego in patre, & pater in me est? Mũdus tenebris errorum ac uitiorum plenus est. Atque ideo à patre, qui fons est omnis luminis, uelut radius à sole descendi in mundum, ut discussis erroribus, sublatis peccatis, lux essem mundi. Per fidem autem aperiuntur oculi cæcorum ut lumẽ uideãt, nec amplius impingãt in tenebris. Nã errore liberat, & mentales discutit tenebras, seque ipsam notã reddit & patrẽ & omni scientia corda suscipientiũ se illustrat. 1. Io. 1. Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt ullæ. 1. Io. 2. Tenebræ transierunt, & uerum lumen iã lucet. Hinc admonet Apost. Eph. 5. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

Credere cui & in quem.

Et siquis audierit uerba mea, & non custodie 3
rit, ego non iudico eum. Non enim ueni ut iudicẽ
mundum, sed ut saluificem mundum. Qui spernit
me, & non accipit uerba mea, habet qui iudicet
eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eũ
in nouissimo die. Quia ego ex meipso non sum lo
cutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatũ
dedit, quid dicam, & quid loquar. Et scio, quia
mandatũ eius uita æterna est. Quæ ergo ego lo-
quor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.

Quod siquis audierit uerba mea, nec his obtemperauerit, huic adeo nihil profuerit ad salutem audisse, ut ob incredulitatem grauius etiã exitium sit habiturus. Non quod ego sim illum iudicaturus, cum nũc in hoc non uenerim, ut mundum condemnem ob illius scelera, sed ut per fidẽ purgatum mũdum saluum faciam. Ioannis. 3. Sic enim deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eũ non pereat, sed habeat uitam æternam. Non enim misit deus filium suum in mundũ, ut iudicet mundũ, sed ut saluetur mundus per ipsum. Inuitaui præmijs, deterrui supplicijs, allexi beneficijs, excitaui miraculis, neminem à salute repello, aditum cuiuis facilẽ ad uitam aperio. Quid igitur in extremo die prætexent ij, qui tot modis prouocati ad credulitatem, in sua cæcitate perseuerauerunt? Quare enim non crediderunt? Num ut aduersario dei et propriam gloriam quærenti? A meipso locutus non sum. Si ergo dei cultores estis, sicut uobis uidemini, si legem ueneramini, meos sermones non potestis aspernari. Nec enim ex meipso locutus sum eorum more qui ad suam gloriam, ad suum quæstum quæ uolunt comminiscuntur, nec aduersa legi doceo, sed quæ lex adũbrauit typis, promisit uaticinijs, præ

sto. Sicut qui mandatum referunt, nihil dicunt, prærterquam eis demãdatũ est, ita sanè ego ipse nihil aliud sentio uel docui, præter ea quę patri uisa sunt. Ioan. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Atque ita quia nihil à meipso dixi, qualem occasionem prætexent, qui non crediderint? Citra controuersiam enim condemnabuntur, quod patri non crediderint. Baruc. 4. Hic liber mandatorum dei, & lex quę est in ęternum. Omnes qui tenent eam, peruenient ad uitam: qui autem dereliquerint eam, in mortem. Ideo Petrus ait. Ioan. 6. Domine, ad quẽ ibimus? uerba uitæ æternæ habes. Cyrillus: Cum præceperit Christus nemini inferendam calumniam, non esse irascendũ fratri, non temere iudicandum proximum, non denique alteri faciendum quod nõ uelimus nobis fieri, qui aliquid istorum admisit, ostendetur ex his domini uerbis reus gehennę ignis. O pie deus, quid fiet de nobis miseris?

De uenditione Iesu, Matthæi. 26. Marci. 14. Lucæ. 22.

Matth. 26. ARTICVLVS. XXIIII.

C *Et factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis, quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur?*

Cum Iesus tot sermonibus animos suorum aduersus afflictiones imminentes, ne planè deijcerentur, animasset, cumque mox uiderent dominum suum rapi ad ignominiosum suppliciũ, tandem palã ipsis aperit diem ac modum mortis suæ, cuius mentionẽ inculcat animis discipulorum, ne cũ eam uiderent, uelut ad tẽ prorsus inexpectatam sic expauescerent, ut penitus despõderent animũ, præsertim cum intelligerent Iesum ultro uenisse ad mortem, quam alioqui licuisset effugere, neque prius occidi potuisse, quam uenisset ille dies, quẽ ipse suæ morti præfinierat. Is autem erat dies paschæ. Luc. 22. Appropinquabat autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha. Quo nefas erat Iudæis per eius festi dies uesci panibus fermentatis, atque idem dicitur phase siue pascha, quod Syris transitum sonat, ab agno anniculo, cuius cruore summi postes ædium illiniebantur, ut eas prętериret angelus domini, extinctor omnium qui hoc signũ non haberent in frõtibus, Exo. 12. In huius rei memoriam quotannis immolabãt agnum anniculum immaculatum, eumque ab angeli transitu, marique transito feliciter, uocabant phase, Exo. 12. Huius rei discipulos submonuit. Cæterum hæc imago Iesu Christi, totũ orbem à peccati tyrannide suo sacro sanguine redẽpturi, qui solus omnium à peccatorum maculis fuit immunis. Hui9 sanguine frontes nostræ consignandę. Eze. 9. Signa Tau super frontes uirorum gementium et dolentiũ super cũctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius. Sequitur. Omnem aũt super quem uideritis Tau, ne occidatis. Mar. 14. Erat aũt pascha & azyma post biduum. Hoc & discipulos nõ latebat, sed quod tunc dominus occidendus esset, ignorabãt, quare clare ipsis prędixit, quo diuinitatẽ eius plenius intelligerent. Esa. 41. Annunciate quæ uentura sunt, & sciemus, quia dij estis uos. Esa. 42. Noua quoque ego annuncio antequam oriantur, audita uobis faciam.

Phase seu pascha quid sonet

2 *Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi, in atrium principis sacerdotũ, qui dicebatur Caiphas, & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.*

Cũ igitur immineret dies ille sacer ac lætus, cui celebrando cõueniebat pijs operibus præparari, tunc cõgregati seniores, quorum authoritate de-

cuerat populi furorem cohiberi, si quis extitisset. Erat hic dies minime accommodus sacerdotibus & scribis, qui maluerant mortē illius obscuram esse, ac uulgari nocentium supplicio simillimam. Iesus autē uolebat suam mortem esse celebrem et solennem, ac per omnia ueteris testamenti figuris ac prophetarum oraculis congruere. Lu. 22. Quærebant principes sacerdotum quomodo eū interficerent: timebāt uero plebem. Ergo dum de homicidio conueniret inter eos, consultatum est de tempore: quia uerebātur tumultum populi, propterea ꝙ non pauci essent, qui conspectis miraculis, & audita doctrina mirabili, & animaduersa morum incredibili mansuetudine, magnifice de illo sentirent. Metuebant plebem, qui non metuebant deum. Feria ergo tertia dominus præmissa dixit uerba, quia feria quinta ad uesperā pascha immolabatur: tunc feria quarta, cum dominus non reuerteretur Hierusalem, cōuenerunt primores Iudæorum. Fuit istud concilium uitiosum, quia in arduis & dubijs causis mature procedendum. Eccl. 32. Fili, absq; consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis. Prouer. 13. Qui omnia agunt cū consilio, regūtur sapientia. Hinc Moses consilio Iethro iudices ordinauit in populo, qui seniores appellabātur. Exod. 18. Sed à senioribus egressa est iniquitas, qui uidebantur regere populum, Dani. 13. Sic isti primo odio contra Christum concepto, ob præclara ipsius miracula, & cōstantem doctrinam, populum ab eo auertere studuerūt, & finaliter uitā & memoriam ipsius è terra cogitarūt delere. Hieremiæ. 11. Eradamus eum è terra uiuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Vnde in atrium Caiphæ congregati fuerunt, qui ante consilium dederat de morte inno-centis contra illud Exod. 23. Insontē & iustum non occides. Hinc festinabant perficere quod conceperant. Prouerb. 19. Vbi non est scientia animæ, non est bonum: & qui festinus est pedibus, offendet. Socrates: Velox consilium sequitur pœnitentia. Imperitiæ enim signum est cito fieri quod difficillimum est. Secundo, est ordinate inquirendum à bonis & sapientibus. Tob. 4. Consilium semper à sapiente require. Ecclesiastici. 37. Cor boni cōsilij statue tecū. Anima uiri sancti enunciat aliquando uera, ꝙ septem circunspectores sedētes in excelso ad speculandum. & in his omnibus deprecare altissimum, ut dirigat in ueritate uiam tuā. Hinc Eccl. 8. Cum fatuis consilium nō habeas, non enim poterunt diligere, nisi quę eis placent. Patet hoc in Roboam, qui relicto senum consilio, dure iuxta consilium iuuenū populo respōdens, decem partes regni amisit. 3. Reg. 12. Sic ista ira & inuidia excæcati, non nisi mortem dñi sitiebant. Ira autē uiri iustitiam dei non operatur, Iacob. 1. Gregorius: Ira si semel mentem cœperit possidere, iustum esse deputat, etiam quod crudeliter facit. Tertio, prouide circunspiciendum, attendendo principium, medium & finem, ut prudenter inchoetur. Tob. 4. Omni tempore benedic deum, & pete ab eo, ut uias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. Psal. 118. Consiliū meū iustificationes tuæ. Alioqui dñs apprehendit sapientes in astutia eorū, et consilium prauorꝝ dissipat, Iob. 5. Esa. 19. Sapientes consiliarij Pharaonis dederunt insipiens consilium. Dominus miscuit in medio eius spiritum uertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & uomēs. Vnde Iob. 21. Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona, consilium eorū lon-

Cōsilij boni conditiones.

ge fac à me. Recte prosequatur, Deu te. 16. Iuste quod iustũ est, prosequeris. Eccl. 37. Ante omnia opera uerbum uerax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile. Sunt qui cõmoda media inuenire norunt ad finem malum, qualis fuit Achitophel, secundi Regũ. 16. Consilium autem Achitophel quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret dominum. Quid autem dicitur Ecclesiastici. 27? Facienti nequissimum consilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet unde ueniat illi. Sic ipse laqueo sibi finem uitæ fecit. 2. Re. 17. Sic & isti. Mar. 14. Quærebãt summi sacerdotes quomodo eũ dolo tenerent, & occiderẽt. Cum enim de homicidio conclusum fuisset in domo Caiphæ. Ioan. 11. de tempore & modo consultabant: et quia tunc instabat dies festus in quo omne masculinum corã domino apparere cogebatur, Exod. 23. ac multi Christũ ut prophetam habebant, alij Messiã credebant, quãquam ab hac opinione p sacerdotes postea abducti sint, ideo timebãt populi tumultum, ne ipsum è manibus ipsorum ui eriperet. Utiliter perficiatur, ut finis sit utilis. Unde sub prætextu communis utilitatis dominum occidere diffiniere sunt, ut patet Ioan. 11. sed suæ libidini & auaritiæ ac ambitioni consulere studebant, quæ uidebãt per Christi doctrinam & uitam obscurari & minui. Prou. 12. Dolus in corde cogitantium mala. qui aũt pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium. Esa. 29. Væ qui profundi estis corde, ut à domino abscõdatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: quis uidet nos? & quis nouit nos? Peruersa est hæc uestra cogitatio, quasi si lutum cõtra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, non fecisti me: & figmentum dicat fictori suo, non intelligis.

Tunc abijt unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscarioth, ad principes sacerdotum, & ait illis: Quid uultis mihi dare, & ego eum uobis tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem, ut eum traderet. 3

Offendebat eos dies festus parum ad rem gerendam idoneus, ob celebritatem & frequentiam populi, sed prter spem aliunde prębita occasio, cum impia ipsorum uoluntate coniuncta, excussit scrupulum diei festi Satanas, qui prius per se Iesum tẽtarat, nũc eundem per suos ministros persequitur. Ioan. 6. Non'ne duodecim uos elegi, & unus ex uobis diabolus est? Dixit autẽ de Iuda Simonis Iscariothis, hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim, Luc. 22. Intrauit autem satanas in Iudam qui cognominabatur Iscarioth, unum de duodecim, & abijt & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Cum enim totus addictus esset teterrimo auaritiæ morbo. quod sibi in unguẽto perisse credebat, id ex domini pretio pensare uolens, adijt principes & magistratus, quos sciebat certis animis cõspirasse in mortẽ domini, neq; quicquã esse in mora, nisi ut sine tumultu caperetur, & quos probabiliter credebat congregatos, modũ congruum ipsis insinuaturus. Eccl. 10. Auaro nihil est scelestius. Nihil enim iniquius q̃ amare pecuniam. hic. n. uenalem animã suam habet, quoniam in uita sua proiecit intima sua. Non intrat satanas cogẽdo, sed alliciendo ad culpam cui per nostrã negligentiam & consensum aperimus. Ephe. 4. Nolite locum dare diabolo. Iac. 4. Appropinquare deo, & appropinquabit uobis: resistite autẽ diabolo, & fugiet à uobis. Ipse autem elongauit se à Christo & corpore & mẽte appropinquans satanæ.

Marci. 14.

Mar.14. Qui audientes, gauisi sunt, & promiserunt ei pecuniam se daturos. Placuit author sceleris domesticus Iesu. Prouerbi.2. Letantur cum malefecerint, & exultāt in rebus pessimis. Matt.26. Et ait illis: Quid uultis mihi dare &c. O mercator infelicissime, in uoluntate ponis ementis, mercedem eius qui continet cœlum & terram: & quia uendidisti, iā non habes, cœlo & terra exosus. Imitatores paternorum scelerum, qui fratrē suum Ioseph uendiderunt Ismahelitis triginta argenteis. Zach.11. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Illi polliciti sunt pecuniam, hic operam. Tantula mercede ad facinus immanissimum adduci potuit, tamq; uili æstimatus est sanguis ille preciosus, qui sufficiebat uniuerso mortalium generi redimēdo. Lucę.22. Et spopondit, & quærebat opportunitatem, ut traderet illū sine turbis. Auidus & inhians promissæ pecuniæ, statim ex eo tempore captabat occasionem, & opportunitatem prodendi Iesum. Claret maxima Iudę impietas in Iesum, cuius sectatores sunt omnes, qui pro temporali laude, lucro uel commodo, iustitiam deserunt, uel falsum testimonium dicunt, aut falsum contra ueritatem iudicium proferunt. De quibus Esa.5. Væ qui iustificatis impium pro muneribꝰ, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Mich.3. Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant. Ecce quanta uigilantia concilium malignātium obsedit Christū, Psal.21. ut animā eius tollerent. Psa.30. Accipere animam meam consilia ti sunt, nos contra uigilemus, consilium quærentes, quomodo uitam ipsius habeamus in nobis.

De manducatione agni, Mat. 26. Marc. 14. Lucæ. 22.

ARTICVLVS XXV.

Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi uis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit, tēpus meū propè est, apud te facio pascha cū discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, et parauerunt pascha. Mat. 26. D

Interea dum Iudas & sacerdotes de perdendo Iesu consultant, ille salutis humanæ negocium agit. Ioan.13. Ante diem festum paschæ. Marc.14. Prima die azymorum quando pascha immolabant. Lucæ.22. In qua necesse erat occidi pascha. Duo hic obserua: agni typici immolationem & finem, & agni ueri mysticā significationem & præsentissimam exhibitionem, quo omnia legis inuolucra cessauere, & completa sunt. Nam in uespera decimaquarta die mensis primi, necesse fuit occidi agnum paschalem, Exod.12. quare ut ueritas correspōderet figuræ, uoluit dominus cum discipulis phase uetꝰ terminare & nouum inchoare. Iudęi autē festa sua celebrabant à uespera in uesperam. Vnde hic sequitur: Et facta hora discubuit. Luc.22. Et misit Petrum & Ioannem, dicens: Euntes parate nobis pascha, ut manducemus. At illi dixerunt: Vbi uis paremus? Chrysostomus: Bene dicūt, ubi uis? quia in tota uita sua, non fuit ei certa mansio in mundo. Matthęi.8. Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. 2. Corint. 8. Sitis gratiam domini nostri Iesu Christi, qui cum diues esset, propter nos egenus factus est, ut nos inopia illius diuites essemus. Rabanus: Audiant qui ædificandarū domorum curam habent, quos marmorū columnæ delectāt. At Iesus ut ostenderet totum negocium esse mysticū, nec casu geri, nec necessitate, sed omnia ex pręscientia

Agni typici finis, & ueri exhibitio.

& consilio diuino, ait Luc. 22. Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem, occurret uobis homo quidam amphoram aquę portans: sequimini eũ in domum in quam intrat. Incerta & absentia prædicit, quo diuinitatẽ certius agnoscant. Lu. 22. Et dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi magister: Claret hunc, discipulum Iesu fuisse, sed occultum propter metum Iudæorum. Ioã. 12. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter pharisæos non cõfitebantur, ne de synagoga fierent. Haud. n. mediocris fortis fuit, apud quem dominus reficeretur, & discipuli post resurrectionem usq; pentecosten alerentur. Chrysosto. Diuinitus inspiratus, multorũ odia unius amore contempsit. Tempus meũ, ab æterno pręordinatum, in lege præfiguratum, amore salutis hominũ desideratum. Apud te facio pascha cũ discipulis meis. Luc. 22. Vbi est diuersoriũ, ubi pascha cum discipulis meis manducẽ? Et ipse ostendet uobis cœnaculum magnũ strarum, & ibi parate. Vere magnũ, in quo tam magnifica acta, phase uetus terminatũ, nouum inchoatum, spũs sanctus missus discipulis Act. 2. Mar. 14. Et abierũt discipuli eius, & uenerũt in ciuitatẽ, & inuenerũt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha. Hic uide simplicẽ discipulorũ obedientiã, qualem exhibuerant & ante cũ emandarentur ad pullum asinę adducendũ, Mat. 21. Merito. n. quod præcipit, faciendum celeriter, quia tẽpus breue. Iob. 14. Breues dies hominis sunt. Delectabiliter, quia pręmiũ grande. Mat. 7. Qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorũ. Perseueranter. Mat. 10. Qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit, Luc. 9. Nemo mittẽs manum suã ad aratrũ, & respiciens retro, aptus est regno dei.

Præcepta Christi quã grauiter ac cito exequẽda.

Vespere autem facto, discubuit cum duodecim discipulis suis.

Hinc claret, alios discipulos seorsum in alia mensa comedisse, quia cœnaculum grande paratũ ad hoc, sed seorsum ipse cum discipulis duodecim, quos ut selectos uoluit sacro sancti cõuiuij testes esse, nec Iudam dedignatus est huius conuiuij consortio, quo inexhausta dei benignitas, & inaudita proditoris manifestatur peruersitas.

Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum, antequam pat: ar. Dico. n. nobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto calice, gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter uos. Dico enim uobis, quòd non bibam de generatione uitis, donec regnum dei ueniat. Luc. 22.

Glossa: Desiderat primum typicũ phase mãducare, & sic suæ passionis mysteria declarare, ut antiqui phase probator existat, & ad suę dispositionis figuram pertinuisse demonstret, dum adueniẽte ueritate ostendit umbram cessare. Et quia ultimũ uale, ideo multum desiderabile. Hoc affirmo uobis, posthac non comedã uobiscum hoc pascha iuxta legis præscriptum, sed aliud pascha perfectius iuxta spiritum perficietur in regno dei. Beda: His uerbis Christus prohiber agnum paschalem ultra carnaliter exhiberi, asserens se nequaquã ultra Mosaicum celebraturum. Sic calicem sumens, gratias egit pro legalium consummatione, noui testamenti inchoatione. Posthac non bibam de fructu uitis iuxta carnis necessitatem, sed mox aderit regnũ dei. Matth. ultimo: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Nã post resurrectionem comedit, & bibit cũ discipulis. Actu. 10. Dedit eum manifestum fieri nõ omni populo, sed testibus pręordinatis à deo, nobis qui manducauimus et bibimus cũ illo, postquam resurrexit à mortuis.

De pedum ablutione, Ioan. 13.

ARTICVLVS XXVI.

Ioan. 13. *Ante diem festum pascha, sciẽs Iesus quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cum diabolus iã misisset in cor, ut traderet eũ Iudas Simonis Iscariothis, sciens, quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiuit, & ad deum uadit, surgit à cœna, & ponit uestimenta sua: & cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum suorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.*

Cum sciret dominus Iesus, quem nihil fugiebat, iam adesse tẽpus, quo & ipse festi uocabulo respondens, transiret ex hoc mundo ad patrem, unde fuerat profectus. Ioan. 16. Exiui à patre & ueni in mundum, cum semper dilexisset suos, qui nondum erant exituri de mundo, sed ingens & longum certamen habituri cum mundo, perpetuam erga illos charitatem declarauit. Relicturus eos, uehementiorem etiam charitatem ostẽdit, nihil omittens eorum quę facere decet eum qui multum diligit. Ostẽdit uoluntariam passionem, quia p̃cognita. Conuenienter immolatio agni ueri, qui tollit peccata mundi, Ioan. 1. sequitur immediate immolationem agni typici. Pascha enim nostrũ immolatus est Christus, 1. Co. 5. Quãquã omnia diligat quæ sunt, & nihil oderit eorum quę fecit, Sap. 11. singularia tamen ipsis dilectionis indicia ostendit. Ioan. 15. Sicut dilexit me pater, et ego dilexi uos. Nam sacramẽto corporis & sanguinis sui pauit, animam pro ipsis posuit. Ioan. 15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, q̃ ut animam suã ponat quis pro amicis suis. Pro ipsis orauit. Ioan. 17. Pater sancte, serua eos in nomie tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos unũ sumus. Nõ rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos à malo. A persecutoribus defendit, Ioan. 18. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Cum cœna quo ad agni paschalis esum facta esset, & noui sacramenti restaret institutio, & diabolus animum Iudæ urgeret ut quod cœperat p̃ficeret, cumq́ sciret q̃ nihil horum pateretur interire, quæ sibi seruanda tradidisset, quodq́ mox ad patrem esset rediturus unde profectus erat, tamen ut omnem ambitionis affectũ, eximeret ex animis discipulorum, surgit, quo plané ministri gereret imaginem, accepit linteũ, moxq́ ipse misit aquam in peluim, & abiectissimam iuxta mundum officĳ functionem aggressus est. Obserua hic in Christo fuisse futurorum præscientiam, & potestatem coercendi nefarios homines & triumphandi dęmones. Non ergo coacto animo, aut mera hominum tyrannide in crucem adactus est. Esai. 53. Oblatus est, qa ipse uoluit. Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eã. Iam & illud plenum est consolationis uerbum, omnia esse in manibus Christi, uitam & mortem, gratiam & gloriam, quæ omnia ex ipso expectanda. Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Semper ergo adeũdus cum plena fiducia. Heb. 4. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Augustinus: Nec deum patrem cum inde exiret deserens nec nos dum rediret. Vide domini humilitatem, omnia per seipsum agentis. ponit uestimenta, p̃cingit se, peluim ipse implet aqua, pedes lauit & tergit. Si conferamus personæ dignitatem cum officio in quod se deiecit, nihil potest dici demissius. Apoca. 19. Habens in uestimento & in femore suo scriptum,

Rex regum & dominus dominantium. Si attendamus quibus lauit: nam unus proditor, alter abiurator alij omnes transfugæ futuri, omnes ingrati beneficijs, maxime Iudas. Voluit hac deiectione sua omnem ambitionis & arrogantiæ affectum radicitus è mentibus nostris euellere: nam humiliari, est opus eius qui à deo egressus est, et ad deum uadit: superbire & fastuosum esse, opus ē eius qui à diabolo egressus est, & ad diabolum uadit.

z *Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si nō lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tātum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus: & uos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit, non estis mundi omnes.*

Petrus, ad quem dominus primo uenit, quia principalior inter discipulos, alioqui non est uerisimile qn & aliqui aliorum huiusmodi domini obsequium recusassent, inaudi tum humilitatis exemplum exhorruit: hinc suam humilitatem agnoscens, hinc domini dignitatem consi derans, hoc animo refugiebat à magistro lauari, quo Baptista detrectauerat eidem impartiri baptismum, Matthę.3. Tu, inquit, cui dixi q̄ sis filius dei uiui, Matth.16. tu, cui turbæ cecinerunt, osiahana filio Dauid Matthæi.21. mihi seruo & imperito pedes immundos lauas? Non leue, inquit, non ociosum est quod ago. hoc quid sibi uelit, nondum intelligis: sed post cognosces, quod ego nūc ago, tibi fuisse necessarium. Sed ne hoc quidem responso coercitus fuit Petrus, quare dominus uehemē tem eius recusationem, licet ab amore proficiscentem, ueluti clauum clauo pelleret minis cohibuit. Aut, inquit, lauaberis, aut à mensæ fœderisq́ mei consortio semoueberis. Quanquam lotio exterior non esset necessaria ad salutem ex sua natura, tamē ex uoluntate dei fuit, quemadmodū lignū scientię boni & mali uetitum, Ge.2.&.3. Interior tamē cuius illa figura fuit, necessaria est, q̄ nisi Christi sanguine fieri non potest. Apo.1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. 1. Ioā. 1. Sanguis Iesu Christi filij dei, emundat nos ab omni peccato. Cyrillus: Nisi quis peccatis fordes per gratiā meā lauerit, atq; absterserit, regni cœlorū non erit particeps. Apo.21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatū, aut abominationem faciens & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro uitæ agni. Psal.15. Dominus pars hęreditatis meę. Col.1. Qui nos dignos fecit in partem sortis sanctorū in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionē & remissionem peccatorū. Si ergo nos peccato inquinatos agnoscimus, nō abigēdus Christus, sed precibus pulsandus, & singultibus accersendus. Psal.50. Cor mundū crea in me deus, & spiritū rectū innoua in uisceribꝰ meis. Eze.36. Effundā super uos aquam mundā, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & dabo uobis cor nouū, & spūm nouum ponā in medio uestri. Audiens Petrus uehemētes has minas, q̄̄ uehemēs erat detrectando, tam uehemētior erat admittēdo, ita ut & caput ad lauandū daret, totū se dn̄o subijciens. Vtrunq; ex charitate fiebat, & detrectatio, qa plurimum obseruabat dn̄m, & admissio, quia à dn̄o separari nolebat. Qui lotus est baptismo, nō indiget nisi ut pedes lauet, hoc est, affectio-

nes animi purget ab oibus inquinamentis huius mundi. Origenes: Impossibile est, extrema animæ & infima eius non contaminari, quanquā quo ad homines perfectus quis esse putetur. Sap. 9. Corpus quod corrūpitur, aggrauat animam. Exceptione hac quod mundi essent, sed non omnes, Iudæ notauit conscientiam, qui sibi tantum conscius fuit, ut uel sic resipisceret, postquam intelligeret se non latere dominum, quem destinarat prodere. Claret ex hoc, ipsum non de corporali, sed spirituali loqui mūdatione, quanquā per corporalem significetur. non enim solū hoc habebat exemplum absolutæ modestiæ, uerum etiam typum intelligentiæ, nimirum eos, qui sese accingerent ad prædicationis euangelicæ munus, qui dominicæ mēsæ participes esse uolunt, oportere purissimos esse ab omnibus humanis & terrenis affectibus. Vnde quanquam instructa cœna & omnia parata, non tamen antea corpus suum impartit & sanguinē, quàm abluat corporis sordes. Ponit uestimenta, designans ueterem Adamum exuendum. Coloss. 3. Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem Dei, secūdum imaginem eius qui creauit eū. Esa. 11. Fides cinctorium rhenum eius. Oportet enim accedentem ad stupenda hęc mysteria, credere quia est et ꝙ præsens est, ꝙ iam non panem, sed Christi corpus sumpturus est, cuius caro immolanda erat pro mūdi uita. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo. Sola. n. fides suppetias nostræ imbecillitati latura est, fides inquā in uerba Christi, adeoq́; in uerborum energiam, quibus testatur hoc esse quod manibus porrigebat, corpus suum ipsissimum hunc quoque sanguinem, quem in remissionem multorum effusurus sit. Matth. 26. Adsit huic linteo humilis animus. Matth. 8. Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum. Itaque percepturi corpus domini, mūdemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. 2. Corint. 7. Per confessionem lauari poterimus ut non indigne communicemus cœnæ, & nobis manducemus & bibamus.

Corporis Christi in sacramento ueritas.

Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit uestimenta sua: & cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim uobis? Vos uocatis me, magister & domine: & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestros dominus & magister, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Amen amen dico uobis, non est seruus maior domino suo, neque apostolus maior est eo qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. 3

Origenes: Hoc dixit uel interrogatiue, ostendēs facti magnitudinē: uel imperatiue, ut discipulorꝭ erigat attentionem. Bene dicitis. Matt. 23. Vnus est magister Christus. Inaniter ergo ipsum magistrum & dñm uocant, qui eius doctrinæ non obediunt. Ro. 10. Nō. n. omnes obediūt euangelio. Lu. 6. Quid uocatis me, dñe dñe, & nō facitis quę dico? Vos igitur q inter uos fratres estis & cōserui, multo magis nō grauabimini mutuis officijs inuicē inseruire. Turpe fuerit igitur uobis in gregē uobis credendum, aut etiam inter uos turgere fastu, sæuire uiolentia, cum me tam mitem, tam modestū dominū ac magistrum habeatis. Non est seruus maior dño suo quandiu seruus est, neq; legatus quādiu legatus est: quādo autem maior fit, neq; seruus est neque legatus. Beati ergo eritis non modo quia creditis, sed si imitantes exemplum meum, feceritis

ſa, meis obtemperando iuſſis. Non enim magnum, uirtutem agnoſcere: ſed ſtudioſe agere maximum. Lu.12. Seruus ſciens uoluntatem domini ſui, & non faciens, plagis uapulabit multis. Matth.11. Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. & Apoſtolus.1.Co.4. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Iaco.1. Eſtote factores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uoſmetipſos. Chryſo. Non priuſquam diſcumberent, ſed poſt omnium accubitũ ſurgit à cœna, ponit ueſtiméta, lauit linteo præcinctus: nec his contentus, ipſe peluim impleuit, ipſe nemine iuſſo oia fecit, exemplo docens, non remiſſe & frigide bona opera, ſed quàm diligentiſſime facienda per noſipſos, & non alijs uti miniſtris. Vt ergo munda ſint opera noſtra, neceſſe eſt ut habeant rectitudinem intentionis. Matt.6. Si oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidũ erit. Strenuitatem executionis. Pſalm.30 Viriliter agite, & confortetur cor ueſtrũ omnes qui ſperatis in domino. Puritatem operationis, ne ſint permiſta malis. Iaco.4. Emundate manus peccatores, & purificate corda duplices animo. Eſa.1. Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum ueſtrarum.

De ſacramenti inſtitutione. Mat. 26. Marc. 14. Luc 22.

ARTICVLVS XXVII.

Matt. 26. F *Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus panem et benedixit, ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum.*

Gregorius: Finitis ueteris agni ceremonijs, trãſit ad inſtitutionem noui & ueri agni, quem in memoriam ſuæ paſſionis & noſtræ redemptionis frequentari inſtituit. Chryſoſtomus: Vide ò homo qualis ſis à Chriſto honore honoratus, quali & menſa potiris, quod angeli uidentes horreſcunt, nec ſine reuerentia reſpicere audent, propter eam quæ intus fertur coruſcationem. Luc.22. Hoc eſt corpus meum quod pro uobis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Hoc eſt, inquit, non ſignificat ut mãna. Exo.16.1.Cor.10. Oẽs eandem eſcã ſpiritualem manducauerunt. Vnde ſubdit, quod pro uobis datur, hoc eſt, paſſioni & morti iam exponitur, proditore tradente, & me ſponte ad paſſionem accedente. Hæc omnia quæ lex habuit carnalia, ſpiritualiter exhibebuntur. ſufficit enim unica uictima pro peccatis omnium ſeculorum. Sed uos uobis huius meæ erga uos charitatis, memoriam renouabitis, quod nũc à me uidetis fieri. Sicut enim legale paſcha fuit figuratiuum futuri, ſic euãgelicum iſtud eſt rememoratiuũ præteriti. Luc.22. Similiter & calicẽ poſtquam cœnauit, dicens: Hic eſt calix nouum teſtamentum in meo ſanguine, qui pro uobis fundetur. Quemadmodum uetus teſtamentũ ſanguinis aſperſione confirmatum fuit. Exo. 24. ita & nouum, ut pulchre oſtendit Apoſtolus. Heb.9. Teſtamentum in mortuis confirmatũ eſt, alioqui nõdum ualet dum uiuit qui teſtatus eſt, unde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatũ eſt. Effuſus eſt pro electis, quantum ad ſufficientiam & efficaciam: ſed pro omnibus, quo ad ſufficiẽtiam: quia paſſio ipſius eſt ſufficiẽs omnes ſaluare. Sed nemo huius abolitionis peccatorum particeps euadit, niſi qui crediderit, & ſacris eccleſię myſterijs ſubmiſerit ſeſe. Hoc eſt enim participem fieri redẽptionis ſemper ſtantis, credere uidelicet, & ſacramẽtis eccleſiæ quemlibet rite initiari. Leo. Sanguinem quem Iudas uẽdi-

Sanguis Chriſti quomodo pro omnibus fuſus.

dit, Christus ei obtulit, ut haberet remissionem peccatorum si uellet. Nec enim Iudam proditorē ab hoc sacrosancto symbolo semouit clementissimus dominus, ut hac tanta lenitate corrigeretur. Sed quoniam ille fœderis signum accepit, cū proditorem ageret in animo, impurior discessit quàm uenerat. Marc. 14. Et accepto calice, gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo omnes. Claret ergo q̄ & Iudas, quia duodecim cum ipso discubuerūt apostoli. Lu. 22. Tria hic obseruanda. Primum, huius sacramenti perfectio. Heb. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex. Roman. 10. Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Hinc sacrificia ueteris legis nō fuerunt deo accepta, nisi in fide offerētium, quia figurabant plenū & perfectū Christi sacrificium in cruce. Et sic solum fuit figuratiuum. 1. Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis. Heb. 10. Vmbram habens lex futurorum bonorum, nō ipsam imaginem rerum. Christi sacrificium perfectum. Heb. 10. Impossibile est sanguine taurorū aut hircorum auferri peccata, ideo ingrediens mundū dicit: (Christus) Hostiam & oblationē noluisti, corpus autem aptasti mihi. holocausto mata, & pro peccato tibi non placuerunt, tunc dixi, ecce uenio. In capite libri scriptū est de me, ut faciā Deus uolūtatem tuam. sequitur, In qua uoluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Christi semel. Ioan. 1. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ecclesiæ sacrificium, dicitur repræsentatiuum illius quod in cruce factū est, in quo uerus agnus non iam in cruce mortalis, sed sub speciebus panis & uini impassibilis offerē. Heb. 7. Translato sacerdotio, necesse est, ut & legis translatio fiat, sequitur. Et amplius adhuc manifestum est, si secū-

Quæ tria hic notanda.

dum similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, secūdum uirtutem uitæ insolubilis. Contestatur enim, quoniā tu es sacerdos in æternum secūdum ordinē Melchisedech. Psal. 109. Quibus constat, legis translationem cō comitari & sacerdotij translationē, non eius sacerdotij, quo ordine Aaronitico immolabāt crudas carnes brutorum, cum hunc immolandi ritum Christus semel in se transtulerit, seipsum offerens semel ad multorum exhaurienda peccata. Heb. 9. Consequitur ergo necessario, hanc translationem sacerdotij esse secundum ordinem Melchisedech, qui panem & uinum obtulit. Gen. 14. erat enim sacerdos Dei altissimi. Hinc dominus panem & uinum in corpus & sanguinem consecrando discipulis tradidit, ac idem in sui memoriam faciendū mandauit. 1. Cor. 11. Ego accepi à domino, quod et tradidi uobis, quoniā dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agēs, fregit & dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meū quod pro uobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cœnauit, dicēs: Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescūq; bibitis, in meam commemorationem. Claret ergo q̄ Christus non panem & uinum, sed corpus & sanguinem discipulis tradidit. unde cum idem discipulis faciendum præceperit, manifestum est post uerba consecrationis prolata à sacerdote, non panē, sed corpus esse Christi, atq; iam ueram trāsubstantiationem, post ultimum uerborum instans, ubi completur sensus. Non enī uirtute ministri, sed Dei fit transubstantiatio. 1. Pe. 4. Qui ministrat, tāquam ex uirtute quā administrat

Transsubstantiatio asseritur.

Deus. Ipse enim adest sacris uerbis, modo adsit legitimus minister, forma præscripta, fides ecclesiæ. Si enim uerba Christi quibus ipsa consecratio fit, aliquid efficiūt, tum id quod præ se ferunt, nempe præsentissimū esse corpus Christi & sanguinem, atq; ita præiacentem materiā quoad substantiam desijsse, solasq; species remansisse. Sin nihil efficiunt, mentitus est Christus qui ait: Hoc est corpus meū, quod pro uobis tradetur. Efficiūt igitur uerba à ministro prolata, legitimo ritu, non in signo, nec in sola memoria id quod illa uerba indicant quod pro uobis tradetur, item qui pro uobis effundetur, quæ non de signo aliquo, sed de carne & sanguine Christi intelliguntur. Illa enim sunt, quæ pro totius humani generis salute tradita sunt et oblata.

Quanq; species illæ quæ & sacramenti nomine censentur, uisibile signum dici possint, sub ijs tamen cōtinentur uerum corpus et uerus sanguis, uera anima & deitas Christi, atq; proinde eodem quo ad dexterā patris sedēs cultu adorādus. Quod autem panis aliquoties nominatur, ut claret in Actis, more fit scripturæ, quæ aliquādo solet nominare quippiam, nō id quod est, sed quod fuit, ut cū uirga Aaron dicitur deuorasse uirgas magorū. Exod. 7. quæ tunc non erant uirgæ, sed serpentes. Vel quia uocabant id quod specie præ se ferebant, cum satis haberent rudē adhuc populum in fide, lacte pascere, nec primū aliud exigere, quàm ut quocunq; modo crederent in sacramento esse corpus Christi, postea solidiori cibo pasturi paulatim, postquam adoleuissent in domino. 1. Cor. 3. Ego fratres nō potui uobis loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam. Nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis. Hebr. 5. Facti estis quibus lacte opus est, nō solido cibo. Ex quibus claret, Paulum non omnia satis aperte dixisse, non quod dicenda non erant, sed quia plebs adhuc in fide rudis mysteria capere non ualuerit, & quia panis speciem præ se ferebat, panem appellabant. Oportet ergo nos indubitatam retinere fidem, nec quærere, quomodo, ut Iudæi. Ioan. 6. Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Alioqui nunquam intelligemus. Esa. 7. Nisi credideritis, non intelligetis: sed in captiuitatem redigendo intellectum, in obsequium Christi. 2. Corint. 10. Animalis enim homo qui humanas sequitur cogitationes & animales, nō percipit ea quæ sunt spiritus dei. 1. Cor. 2. non enim est capax eorum quæ sunt supra naturam. Stultitia enim illi uidetur, & non potest intelligere, quia spiritualiter examinatur. Vides infantulum aquis immergi, paucis recensitis uerbis: sed quādo aut sensus, aut ratio docet animā illius intrinsecus expiari? huic profecto credulitati & sensus et ratio reluctantur, donec certa persuasione de uerbis Christi concepta per donū ipsius, hoc ipsum nobis clare testatum sit. Quamobrem sicut Paulus de Abraham dicit. Roman. 4. quod ad promissionē Dei nihil dubitauit ob impossibilitatē, sed robustus factus est, tribuēs gloriā deo, certissime sciens, quia is qui promiserat, potēs esset & præstare: sic & cuiuis alteri faciendum, qui uestigijs fidei Abrahæ meditatur incedere, fidem firmā Christi uerbis adhibeat, nec hæsitet quicquam illum abunde præstare posse quod affirmarat, nimirum in hoc sacramēto uerum corpus Christi esse, atq; ita Christo gloriam dabit: alioqui mendacij ipsum arguit, quod esset blasphemia, cum sit ueritas ipsa

tas ipsa

tas ipsa. Ioan. 14. Ego sum uia, ueritas, & uita. Secundum, operatio. Nam huius uirtute sacramenti purgamur à uitijs, gratia impinguamur & confortamur, & ad gloriā perducimur. Est enim mutuæ dilectionis in nobis confœderatiuum, nō significatiuum solum. Teste Aug. significant species panis & uini, communionem charitatis inter Christianos esse debere, ut sicut ex multitudine granorum panis, & uuarum multitudine uini liquor unus profluit, sic Christianorum uniuersa multitudo sibi inuicem mutua dilectione solidissime cōnectatur, ac uere fiat corpus unū. 1. Cor. 10. Qm̄ unus panis & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane & de uno calice participamus. Cęterum, quoniam hanc unionem potissimū pręstat & efficit unitas capitis, idcirco Christus huius corporis caput pręsens est in hoc sacramento, ut non modo significetur ista communio, uerumetiam efficaciter præstet his qui se idoneos reddūt. Sicut enim à capite nerui suam originem sortiūtur, quibus tum caput ipsum membris, tum membra singula sibi colligantur, si ab hoc capite Christo nerui charitatis diffundunt per huius sacramenti sumptionem ad singula membra, spiritusq́ Christi transformat, uiuificat & cōnectit ea, tam inter se, quàm ipsi capiti per esum ipsius corporis, & potum sanguinis. Ephe. 4. Veritatem autem facientes, in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput Christus, ex qua totum corpus cōpactum & connexum per omnem iūcturam subministrationis secundum operationem, in mēsuram uniuscuiusque membri argumentum corporis facit, in ædificationem sui in charitate. Non uertitur iste cibus ad modum cibi communis in substantiam nostram, sed nos magis

Panis & uini species quid mystice signēt

uertit & incorporat Christo. Ioan. 6. Sicut misit me uiuēs pater, & ego uiuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse uiuet propter me. Vnde est & unio futuræ unionis in patria præuia. Quid ista charitate, liberalitate, dignatione sublimius, cum nos tam pretiosissimo alimento fouere, & tam intime uniri nobis dignatur? Tertium frequentatio. Quoniam mors Christi non erat iteranda, nequando tantum beneficium elabi posset à mentibus hominum, neue sacrosancti fœderis initi semel cum salutis suæ authore possent obliuisci, instituit ut crebra cōmunione sacri panis & calicis memoria renouaretur inter euāgelicæ legis professores, donec ueniat, non iam seruator, sed iudex. Interim non expectanda alia hostia pro peccatis, quādoquidem hæc una sufficit pro abolendis peccatis totius mundi. Vt ergo sit nobis quod offeramus acceptabile sacrificium, quo nobis resipiscentibus conciliatum & placatū certo sciamus patrem, id nobis facere in sui memoriam præceperit. Lu. 22. 1. Corint. 11. Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis donec ueniat. Chrysostomus super illud. 2. Timoth. 3. Volo quidem adijcere planè mirabile, & nolite mirari neque turbemini. Quid uero est istud? Sacra oblatio ipsa, siue Petrus, siue Paulus, siue cuiuslibet meriti sacerdos offerat, eadem est quam Christus dedit discipulis, quamq́ sacerdotes modo conficiunt, nihil habet ista quàm illa minus. Cur id est? quia non hanc sanctificant homines, sed Christus, qui ante sacrificauerat. Quemadmodum enim uerba quæ locutus est Christus, eadem sunt quæ sacerdos nunc quoque pronunciat, ita & oblatio eadem est. sequitur,

Et hoc igitur Christi corp9, & illud. Qui autē hoc illo minus habere aliquid putat, ignorat Christum esse, qui nunc etiā adest & operatur. De hoc sacrificio dominus. Malach. 1. postquā crassæ legis reprobauit holocausta & hostias, mox istud statuit, toto orbe terrarum offerēdum. Ab ortu solis, inquit, usq; ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in gētibus. Et paulo post de Christi aduētu, deq; ecclesia loquēs ait Malac. 3. Et placebit domino sacrificium Iuda & Hierusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Patet ergo quòd antiquata lege, aliud sacrificium multo sacratius à uero Messia institutum sit, quod nō iam in Hierusalē, sed in omni loco eius nomini dicato à ueris Israelitis offerendum est. Institutum est autem his uerbis. Lu. 22. Hoc facite in meā commemorationem. Vbi planè mādauit, ut eadem faceremus quæ ipse in cœna, panem et uinum in corpus & sanguinem consecrando, quę planè cum non sint profana, sed sacra, & nos eius iussu sacra facimus, omninoq; sacrificium agimus. Confirmat id Paulus. Heb. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis: propterea debet quēadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Obserua quòd offerendū hoc sacrificium pro peccatis, sic & alibi legimus offerendum pro gratiarum actione, pro regibus &c. 1. Timot. 2. Obsecro primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & trāquillam uitam agamus, in omni pietate et castitate. Hic ritus celebrandi paucis indicatur. Sicut paschalis agni cæremonia seu religio, quę sanè non paucas res exigebat, phase uocabatur, id est trāsitus, sic & eucharistiæ cōficiendæ cæremonia, missa dicta est. *Phase.* *Missa.*

De prænunciatione proditionis Iudæ, & negationis Petri. Mat. 16 Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 13.

ARTICVLVS XXVIII.

Hæc cum dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: (Luc. xxij. Verunta men manus tradētis me, mecum est in mensa) Non de omnibus uobis dico, ego scio quos elegerim. sed ut adimpleatur scriptura, qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Amodo dico uobis, priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis quia ego sum.

Ne improuisus & nescius existimaretur traditus & passus traditionem prędixit sicut & passionem, occulte tamen, non prodendo proditorem, quo diuinitatem, futura prædicendo, suā ostendit. Deberet, inquit, amor esse reciprocus, sed tamen est hic nobiscum in mensa, qui me proditurus est his qui me quærunt ad mortem. O quot in mensa domini immundas habent manus. Sic pro familiaritatis officio plusquàm hostilia redditurus, cum panis & salis cōmunio soleat etiam ignotos amicitiæ fœdere iungere. Volebat dominus Iudam ad pœnitentiam reducere, & ideo relictis omnibus beneficijs alijs, quæ in illum contulerat, posuit hoc quod maxime faciebat ad confundendum eum. Elegit dominus & Iudam. Ioan. 6. Nōne duodecim uos elegi? sed cum bonus esset, ut Saul. 1. Re. 15. sed ipse liberi existens arbitrij, mutatus est. permittit enim dominus unicuiq; sicut uult operari, non enim aufert liberum arbitrium. Calcaneū, inquit, leuauit, hoc est, dolum et deceptionem con-

tra me cōposuit. Credatis quia ego sum. Io.8. Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis uestris. Antequam Abraham fieret, ego sum. Exo.3. Ego sum qui sum.

Amen amen dico uobis, qui accipit siquem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Cum hac dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est & dixit: Amen amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me.

Quemadmodum ego patris apostolus non aliud ago quàm ex uolūtate patris, ita et uos qui mei estis apostoli, si bona fide uobis mandatum exequemini, sicā pijs recipiemini, ueluti me per per uos loquente, quēadmodū pater p me loquitur, nihil aliud docentem quàm quod ille præscipsit. 2.Cor.13. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Qui ergo me in membro meo suscipit, & patrem suscipit & honorat. Turbatus fuit in anima, ueluti exhorrens exitium illius, qui suapte malitia sibi mortē æternam tendebat accersere. Augustinus: Deflet casum Iudæ, & mentis obstinatæ peruersitatem, & pœnæ æternæ debitæ immensitatem, quare ei misericorditer compatitur. Sic Paulus lugebat eos qui peccauerant, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia. Cor.12. Fuit hęc turbatio non inordinata, nec rationem pręueniens aut subruens, sed potestatiue assumpta. Cum autem passiones naturales sint in appetitu sensitiuo & communes animæ & corpori, faciliter in uultu apparentes, pœnosum fuit discipulis sic turbatum uidere magistrum summe dilectum. Replicatio amen, certitudinis erat signum & excitatio mentis ad audiendum. Mar.14. Amen dico uobis, quia unus ex uobis tradet me, qui manducat mecum. At illi cœperunt contristari. Matth.26. Et contristati ualde, cœperunt singuli dicere: Nunquid ego sum domine? Hoc audito sermone, mœror ingēs cepit animos omnium. Hieronymus: Cū enim nullus pręter Iudam huius rei conscius sibi esset, & magistri sui uerba indubitata haberent, quilibet sibi ob humanam timuit fragilitatem. Cupientes ergo hac mœstitudine liberari, rogare cœperunt singuli. Marc.14. Qui ait illis: Vnus ex duodecim qui intingit mecum manum in catino. Matth.26. hic me tradet. Lu.22. Et filius quidem hominis secundum quod definitum est, uadit. Matth.26. sicut scriptum de illo. Vę autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Nō hęc fient fortuito, sic diffinitum est consilio diuino, Hinc Petrus. Acto.2. Hunc definito consilio & præscientia Dei traditum per manus iniquorum affigentes cruci interemistis. Non prodidit Iudam, sed frequenter illius pupugit conscientiam ut resipisceret. Et sciebat futurum ut ille non resipisceret, nos interim docens, ut erga peccatores summa lenitate utamur, quibus certum esse non potest, an aliquando redituri sint ad se. Abusa quidem fuit illius impietate diuina sapientia ad salutē humanam, sed ideo non minus nocens ille qui sua malitia ad hoc facinus perductus est, nec omnibus beneficijs reuocari potuit. Itaq; manet illum pro facto tā impio pœna crudelissima, nisi resipiscat, ut præstiterit illi, omnino natum non fuisse. Hieronymus: Sed & hodie & in ęternum uæ illi, qui ad mensam domini malignus accedit: etenim ille uelut Iudas filium hominis tradit, non quidem peccatoribus Iudæis, sed membris. Mat.26. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit:

Nunquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Nõ fuit pudore neq; beneficij exhibitione, aut pœnæ comminatione à tãto flagitio deterritus, neq; correctus, ut impudentiam adderet sceleri, quasi nullius mali sibi conscius interrogans dominum. Nec hic tamen suæ lenitatis oblitus dominus, respondit, tu dixisti, indicans eũ magis esse quàm explicans, atq; suspicionem simulat, dissimulans scientiam. Quod saxum, quem adamantẽ non emolliret tanta mansuetudo hominis, qui nutu poterat lædere? Sed nec tanta domini mansuetudine, nec terrore denũciati supplicii correctus est animus Iudæ. Tanta est pestis amor pecuniæ. Bernardus: Si nec in regno maiestatis, nec in paradiso uoluptatis, nec in collegio unitatis, Christi uidelicet, defuit casus, quis poterit esse securus in loco horroris & uastę solitudinis? Melius esset non esse simpliciter, quàm semper esse in malo culpæ & pœnæ. Lu.22. Et ipsi cœperũt quęrere inter se, quis esset ex his qui hoc facturus esset. Quanuis singuli bene sibi conscij essent, de nullo malo arguente eos conscientia, sermonem tamẽ domini ueriorem suis cogitationibus existimabant, unde hæsitabant & tristabantur inuicem, & à domino quærentes. Basilius sicut in corporalibus passionibus multę sunt quas non sentiunt patientes, sed magis adhibent fidem coniecturæ medicorum, sic & in animæ passionibus, siquis peccatum in se non sentiat, credere debet his qui plus peccatorum habent cognitionem.

2 *Aspiciebant autem adinuicem discipuli, hæsitantes, de quo diceret: Erat ergo recumbens unus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est de quo dicit? Itaq; cum recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis est? Respondit Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariothis. Et post buccellam introiuit in eum Satanas, & dicit ei Iesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, eme nobis ea quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis ut aliquid daret. Cum ergo accepisset buccellam, exiuit continuo: erat autem nox.*

Amicabiliter brachio in sinum Iesu demisso, super pectus domini capite inclinatus erat. Hac familiaritatis indulgentia, mœrentem atq; exanimatum ob instantem mortem ipsius, dominus consolatus est ac refouit. Si uis ad Iesum recumbere, & in pectus eius cadere, & mystica ab eo discere, da operam, ut propter simplicem & bonam mentem ab eo diligaris. Etenim cui theologiæ beneficium concreditur, & proditor uerbi, qui non rectam tenet fidem, manifestus est. Domine, inquit, quis est qui tantum audebit facinus? Is est, ait, cui offulam intinctam porrexero. Ioannes tamen non prodidit Petro, ne in mensa pacis grandis oriretur turbatio. Nam Petrus se non continuisset ab inuasione ipsius. Vbi autem dominus dedit bucellam Iudæ, si fortè recogitaret amicitiam mensæ & panis, & à proditione desisteret. Iudas autem cum nec sic emendatus fuisset, plene factus est satanæ, ut inemendabilis. Igressusq; in interiora cordis eius, occupauit animam eius. Prius enim per auaritiam foris turbabat, tunc autem perfecte eum comprehendit. Cyrillus: Tritum est diabolo illuc magis impellere, quò inclinari perspicit hominẽ. Ita infirmitatem nostrã ad arma nequitiæ suæ conuertit, & ingenij nostri morbo aduersus nosipsos abutitur. Roma.6. Et si potestatis nostræ non sit, facere ne tales cogitationes in mentem

Notatu di gnũ simul & necessa rium. mentem nostram ascendant possumus tamen quod ascenderit eijcere, nec cõmittere ut magis propter negligẽtiam nostram radices agat. Verum qui consentiunt malo, hos ferè cogere uidetur. Iesus uidens destinatam Iudę malitiam, nec pudore nec metu flecti, iam enim penè proditus erat, nec abfuisset à periculo si illũ prodidisset, ablegat eum à cõuiuio, & patrandi facinoris, quod iam certa uoluntate conceptum parrarat, potestatem facit. Non desiderabat festinatam Iudæ malitiam, sed celerem humani generis redemptionem, & quia hora erat passioni proxima, id dictum solus Iudas sibi conscius intellexit. Nam ut est minime suspiciosa probitas, nõ poterat hæc suspicio descendere in pectus cuiusquam, illum cui Iesus tot argumenta amoris præbuisset, tam immane facinus ausurum. Nam & hoc frequenter solitus erat illi mãdare Iesus, nos interim ad benignitatẽ in pauperes instituẽs, & ex timulãs. Ad hæc.n. duos loculos habuit dñs, ut sibi suisq; p uideret de necessarijs et egẽis de eleemosynis. Exiuit mentaliter, & sensibiliter à saluatore, de societate angelorum ad societatem dęmonum, de luce ad tenebras. Erat nox, tempus arguens mentem illius auaritiæ tenebris excæcatam, qui se subduceret à luce, & ad opus principis tenebrarum festinaret, quia nec tempus illũ prohibuit, sed nocte dolũ struit.

Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nũc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eum in semetipso, & continuo clarificabit eũ.

Per recessum filij perditionis, boni remanserunt, & per miracula in cruce glorificatus est, non per angelos, sed per deum. Continuo ait, quia in ipsa cruce, & interim post tres dies cum resuscitauit, & post dies quadraginta, suppeditata gratia spiritus sancti discipulis Actu. 3. Deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum, quem uos quidẽ tradidistis, & negastis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. Glorificabit olim totum filium suũ in aduentu supremo, corà uniuersis terrarum ac cœlorum incolis. Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

Filioli, adhuc modicum uobiscum sum: Quaretis me, & sicut dixi Iudæis, quò ego uado, uos nõ potestis uenire. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis adinuicẽ.

Qm̃ paulo post passurus erat grauia, ea nunc pdicit eis, ut habeãt in memoria, & pparent se ad ea. Expedit uobis, ut hoc corp9 mortis mortale uestris oculis subducatur. Multa sunt Mosaicæ legis pcepta, ego discessurus, unicũ & nouũ uobis pceptũ mãdo. Nouũ dicitur, qa animã à uetustate peccati purgat, & spũaliter innouat. Sicut ergo gratis dilexi uos, nullis bonis meritis uestris prçcedẽtibus, sed & cũ inimica humana esset natura, eam suscepi sanctificauiq;, ita et uos gratis diligite inter uos, etiam si offenderit te frater, ne recorderis. Rarum est hoc inter mortales, sed hic est fructus bonę arboris, quo discernitur. I. Timoth. I. Finis præcepti est charitas de corde puro, conscientia bona & fide non ficta: Roma. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. Ponit discipulatus sui insignia. Non ait, si miracula feceritis, si linguas gentiũ noueritis, uel alia dona æque bonis ac malis obueniẽtia habueritis, sed dilectionẽ, nõ carnalẽ, uel naturalẽ, sed spũalẽ & diuinam. I. Pet. 4. Ante omnia mutuã in uobismetipsis charitatem continnam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum. I. Cor. 13. Si linguis homi

num loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnē scientiam, & si habuero omnem fidē, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò uadis? Respondit Iesus: Quò ego uado, non potes me modo sequi: sequeris aūt postea. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modo? Animam meā pro te ponam. Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen amē dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

Cruciabat animū amantis, quòd cum ille diuelleretur ab amicis, negaretur sequendi facultas. Est enim ingens solatium, siquem uere diligas, in omnē fortunam quoquo terrarum se uerterit, persequi. Non directe dominus respondit Petro, sed cogitationi eius occurrit, præsumptionemq́; reprimit. Sequeris postea, nō modo. Nam domino comprehenso fugit, sed postea propter ipsum cruci affixus fuit. Petrus necdum satis sibi notus, fortiora uiribus suis quā quā syncero expressit affectu. Quid ais Petre? ait dominus, quā magnifica nobis de te polliceris? Dixi, qđ non possis, contradicis. Tu mihi uitam impendes? Per negationem disces manifeste quod dico. Nec procul abest experimentum, anteq̃ gallus cantet, ter me negabis: tantum abest ut tua uita meam redimas. Per galli cantum, totum in cantando negocium accipiendum, usq; ad consummationem, hinc uarie loquuntur euangelistæ. Vide quomodo ceciderit non semel, sed ter, sic derelictio dei, nostram arguit infirmitatem, qui hoc attendit, inuenit beneficiū. Nullus ergo inaniter glorietur de se præsumēdo: sed qui stat, uideat ne cadat, 1. Cor. 10.

Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur earum: & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. Luc. 22. H

Ostendit quibus medijs ad uerā & æternam pertingatur gloriam. Quoniam dominus in cœna meminerat de regno dei, incidit rursus inter discipulos adhuc infirmos & carnem ex parte sapientes contentio, quis à morte domini primatum haberet in regno dei. Viderant præ cæteris Petro, Ioanni, & Iacobo familiarem se præbuisse dominum, ut in puellæ suscitatione Marc. 5. Non admisit quenquam sequi, nisi Petrum & Iacobum & Ioānem fratrē eius. Sic in transfiguratione, Matth. 17. Inter hos uero Petro nonnihil excellentiæ contulit, claues regni cœlorū dando, tributum soluendo, Matthę. 16. & 17. Cum antea fuerint à domino de huiusmodi prælationis ambitu increpati, Marc. 10. Lucæ. 9. & ad humilitatem amplectēdam inducti, uidetur q̄ humilitate magis q̄ ambitione contenderint. Phil. 2. Nihil per contentionem uel inanem gloriā, sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes, non q̄ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum. 1. Pe. 5. Omnes inuicem humilitatem insinuate, quia deus superbis resistit, humilibus dat gratiam. Aut certe quasi suspicantes eum in domini moliri mortem, qui ad primatum aspiraret. Vnde Lucas præmisit Lu. 22. Et ipsi cœperūt quærere inter se, quis esset ex his q̄ hoc facturus esset. Verum qualibet ex causa contenderint, nos potius non quod carnales adhuc discipuli gesserit, sed spiritualis magister qđ iusserit, uideamus. Somniabant tēporale regnum,

quam opinionem dominus excludens, ad humilitatem inducit. Nolite, inquit, quippiam imaginari in regno cœlorũ, quale uidetis in regnis mundanis, longe aliud regni genus est, quod beneficijs cõstat nõ ui: spiritualibus præsidijs obtinetur ac defenditur, non uiolentia: persuasione dilatatur, non necessitate. Fuerũt q hinc occasionem arriperent erroris, dicentes Christianos ęque liberos p Christum, nulli hominũ subijci debere, quemadmodum et quidam Iudæorum tributum non pendendum Cæsari censuere, Matt. 22. Sed hunc dominus errorem corrigit, dicens Mat. 22. Reddite q̃ sunt Cæsaris, Cęsari: & quę sunt dei, deo. Nulla enim cõmunitas sine rectore stare potest. Prou. 11. Vbi non est gubernator, populus corruet. Vnde Iudi. 17. In illis diebus nõ erat rex in Israel, sed unusquisq; quod sibi rectum uidebatur, hoc faciebat. Duo autem hic facit. Reijcit dominationem tyrannicam. Reges, inquit, gentium. Osee. 8. Ipsi regnauerunt, & nõ ex me: principes extiterunt, & non cognoui. Dominatur. Gen. 10. Nemroth ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus uenator coràm domino. Sophoniæ. 3. Principes eius in medio eius, quasi leones rugientes. Siquidem principes huius mundi dominatum exercent in eos, in quos habẽt magistratum. Non enim persuadent, ut amẽt honesta, sed metu suppliciorum deterrent à maleficijs, Romanorum. 13. Principes non sunt timori boni operis, sed mali, & honorem exigunt à suis, etiam si non promereantur, immò quo propius accedunt ad tyrannidem, hoc plus honoris exigunt à suis, & interim magnificis titulis honorantur à populo. Vocantur principes, patres patriæ, seruatores, consules, quòd potestate sua premant inferiores. Tale est regnum gentium. Prouerbiorum. 28. Leo rugiens, & rursus esuriẽs, princeps impius super populum pauperem. Veruntamen non impune. Ecclesiastici. 8. Interdum dominatur homo homini in malum suum. Esa. 10. Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserũt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent causæ humilium populi mei, & ut essent uiduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die uisitationis & calamitatis de longe uenientis? ad cuius confugietis auxilium? & ubi derelinquetis gloriam uestram? Hinc dominus regi Iuda ait: Hieremiæ. 22. Pater tuus nunquid non comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam, tunc cum bene erat ei? Iudicauit causam pauperis & egeni, in bonum suum. Nunquid nõ ideo, quia cognouit me, dicit dominus? Tui uero oculi & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendũ, & ad calumniam, & ad cursum mali operis. Propterea hæc dicit dñs ad Ioachim filium Iosiæ regem Iuda: non plangent eum, uæ frater, &, uæ soror, non concrepabunt ei, uæ domine, & uæ inclyte. sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portã. Secundo modum præscribit prælationis Christianæ.

Duo quedã ex Christi responso notãda.

Vos autem non sic: sed qui maior est in uobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est sicut ministrator Nã quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Non'ne qui recumbit? Ego autem in medio uestrum sum sicut qui ministrat.

Pius magister non initæ contentionis arguit, sed formam quam sequantur humilitatis, modesta ratione describit, ne scilicet gentium more dominari subiectis uelint, seq; ab eis gaudeant superuacuis laudibus attolli, sed ad exemplum regis æterni, quasi iuniores eis quibus regendis præsunt, efficiantur ac ministri.

Principum ecclesiæ officium.

Chrysostom. Principes mundi ideo fiunt, ut dominentur in minoribus suis, principes ecclesiæ, ut seruiant minoribus suis: ut proprias utilitates negligant, & illorum procurent, nec mori timeant pro salute ipsorũ. Heu domine, contrarium practicaĩ. Basilius: Non ergo extollat præsiden tem dignitas, ne ab humilitatis bea titudine corruat: illud autem nouerit, ꝙ humilitas uera ministeriũ plu rium est. Sicut enim qui plurib⁹ ministrat uulneratis, abstergẽs cuiuslibet uulneris saniẽ non sumit ex ministerio illo causam elatiõis, sic mul to minus cui cõmissæ sunt curæ fra ternorum languoꝝ, ut omnium minister redditurus pro omnibus rationem, humilis esse debet atq; sollicitus. Eccl. 32. Rectorẽ te posuerunt? noli extolli, esto in illis quasi unus ex ipsis. Curã illorũ habe, & sic con sidera, & omni cura tua explicita re cumbe, ut læteris propter illos, et or namentum gratiæ accipias coronã, & dignationem cõsequaris corona tionis. Quemadmodum ergo pericu lum ipsis imminet, si non bene præsint: sic subditis, si nõ humiliter sub sint. Hebræoꝝ. 13. Obedite præpositis uestris, & subiacete illis. Ipsi enĩ peruigilant quasi rationem pro animabus uestris reddituri, ut cũ gaudio hoc faciant, et nõ gementes, hoc enim non expedit uobis. Roman. 13. Ideoq́ necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Non enim est po testas, nisi à deo. Prouerbiorũ octauo: Per me reges regnant & legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Romanorum decimotertio: Omnis anima potestati bus sublimioribus subdita sit. Qui potestati resistit, dei ordinationi resi stit. Qui autem resistunt, ipsi sibi dã nationem acquirunt. 1. Pet. 2. Subiecti igitur estote omni humanæ crea turæ propter deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquàm ab eo missis, ad uindictam malefactorum, laudem uero bonoꝝ. Deum timete, regẽ honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Nam Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. 1. Pet. 2. Hęc est enim gratia, si propter dei cõsciẽ tiam sustinet quis tristitias patiens iniuste. Quasi liberi, & non quasi uelamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui dei. Ecce quòd seruit⁹ dei humanam non sustulit seruitutem, sed promouit, ut uolentes, & non ut coacti timore pœnæ, præstemus quæ præstanda sunt. Sic & prę lati nõ ambitioni uel luxui, sed subditorum utilitati inseruiant propter deũ. Quo ergo quisq; maior est, hoc minus sibi uindicare debet uiolẽtię, potestatis, & gloriæ. Nec enim huc spectabit, ut suis dotibus quas accepit à deo, premat inferiores, sed prosit ac subleuet: nec sibi uindicabit ho norem, sed Deo totum transcribet: non ꝙ non sit in hoc regno futurus ordo, sed quòd is qui delectus est ad primatum, ut alijs dux sit ad pietatem, adeo seruiet omnium commodis, ut uideatur minister potius esse, quàm princeps. Fauorem non ambiet, sed promerebitur animus ad benefaciendum omnibus promptissimus: authoritatẽ tuebitur uitæ integritas, nõ supercilium aut fastus. Nũc ad uerba exhortationis, sui met exemplũ adiungit humilitatis. Nã in cœna pedes lauit, corpus & sanguinem in cibũ & potum ministrauit, nec non optima fercula gratię in præsenti, & gloriæ in futuro administrat. Glossa: Necesse est ergo, ut rectorem subditis disciplina patrem, & pietas matrem, & humilitas

seruum

seruum exhibeat,ne aut districtio rigida,aut pietas sit remissa,sed utrobique seruetur discretio.

3 *Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis, & ego dispono uobis,sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.*

Ostendit uiam ad gloriam. Vos, inquit,de præmio securi, tantum de officio cogitate: meum erit de dignitate prospicere.si fueritis imitatores humilitatis meæ, eritis & gloriæ cõsortes: si fueritis afflictionum socij, eritis & consolationum ac immortalitatis. Quod si perstiteritis istoc animo,nec uos piguerit interim imitari meam humilitatem,quo magis prolitis omnibus, ego uicissim efficiam ut olim sitis participes gloriæ regni mei.Lucæ.24. Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.2.Co.1. Sicut socij passionum estis ita & consolationis eritis. Permãsistis,ait,non.n.initia,sed perseuerantia exquiritur. Nã Iudæ bonum initiũ,sed malus exitus fuit.Contra Paulus male cœpit,bene finiuit, sic & quidam discipuli retro abierunt, dicentes:Durus est hic sermo, & qs potest eum audire? Ioann.6. & iam non cum domino ambulabant. Petrus uero ait:Dñe,ad quẽ ibimus? uerba uitæ æternę habes.Lu.9.Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro,aptus est regno dei. Hinc.Mat.10.Qui aũt perseuerauerit usq; in finẽ,hic saluus erit.Si dura hæc uidentur,attende præmium. Ego dispono,passionis meæ merito. Io.14.Vado parare uobis locum,& si abiero,& pparauero uobis locũ, iterum uenio & accipio uos ad meipsum,ut ubi sum ego, & uos sitis. Luc.14.Beatus qui manducabit panẽ in regno dei.Psal.35. Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ,& torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Quis hanc gloriam exprimere,quæ mẽs excogitare possit? Vere id quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostrę,supra modũ in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis,non contemplantibus nobis quæ uidentur, sed quę non uidentur.Quę.n.uidentur. temporalia sunt:quæ autem non uidentur,æterna.2.Cori.4. Hæc ergo mutatio dexterę excelsi,ut qui nunc humiles gaudent ministrare cõseruis,tunc super domini mensam sublimes uitæ perpetuæ dapibus alantur:& qui hic in tentationibus iniuste iudicati,cũ domino permanent, illic cum domino super tentatores suos iusti iudices ueniant: & quãto huic mũdo magna humilitate despecti sunt,tanto tunc acceptis sedib9, maiori culmine potestatis excrescũt 1.Cor.6.An nescitis, quia angelos iudicabimus?

Ait autem dominus Simoni: Simon,ecce satanas expetiuit uos,ut cribraret sicut triticum,ego autem rogaui pro te,ut non deficiat fides tua. & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei:Domine,tecum paratus sum & in carcerem,& in mortem ire. At ille dixit:Dico tibi Petre,non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. H

Itaq; uertit sermonem ad Petrũ. ut per hunc institueret,& castigaret omnes.Sciebat enim hunc esse cæteris promptioris animi,sibiq; plurimum fidere,pio quidem affectu,sed humano.Ecce satanas,qui nihil intentatum relinquit quo perdat,studiose quæsiuit potestatẽ à deo, quo tentationis suæ impulsu agitaret,cõcuteret, & uelut triticum excuteret,dissipaturus si posset. Et facturus erat,si propriæ imbecillitati fuissetis relicti.Nihil autem potest, nisi permissus.Hinc Iob.1.Dixit dñs ad satan,Ecce uniuersa q̃ habet,in manu tua sunt,tantũ in eũ,ne extendas

manum tuam. Sic & post in corpus potestatem accepit, Iob.2. Ecce in manu tua est, ueruntamen animam illius serua. Sic potestatem expetijt inuadendi porcos, Matthæi.8. Vnde sicut in cribro paleæ remanent, & farina transit: sic Iudas ut furfur remāsit diabolo. Cæteri uero apostoli trāsierunt ad gloriam. Patet quòd ecclesia per Petrum fundata, nūquam deficiet: nam Petrus post casum fortior surrexit, nec morte ipsa postea diuellendus. Confirma, inquit, fratres: misericordiam tibi impensam, & alios fac sentire. Ioannis.21. Pasce oues meas. Galat.6. Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto uos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Petrus necdum sibi plene notus, ait: Quemadmodum hactenus non deserui te, ita nec posthac unquam sum deserturus, ita ut paratus sim tecum extremum adire capitis periculum, siue eūdum sit in carcerem, siue etiam in mortem. Hunc sermonem à pio quidem & simplici profectum animo, sed nondum sibi satis noto domin⁹ illico repressit. Nō cantabit, noctis uigilias consummādo. Teoph. Haurimus doctrinā, non sufficere humanū propositum sine auxilio diuino. Ioā.15. Sine me nihil potestis facere.

Ecclesiam Petri nunquam defecturam.

Et dixit eis: Quando misi uos sine sacculo & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Dicit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat, similiter & peram: & qui non habet, uendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim uobis, quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me. Et cum iniquis deputatus est, etenim ea, quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est.

Postquam exemerat illis sui fiduciam, rursus inculcat quod sæpe docuerat, ne se commeatu præmunirent aduersus necessitatem, aut humanis præsidijs armarent aduersus malorum uiolentiam, quo in solo deo esset spes eorum. Natura enim modicis est contenta, sed humanæ uoluptatis abusio multa quærit superflua, cito conqueritur, quāquam ultra naturalem habeat necessitatem & utilitatem. Accipiebant enim necessaria ab ijs quibus euangelizabant. 1. Corinthio.9. Dominus ordinauit his, qui euangelium annunciant, de euangelio uiuere. Ambrosius: Cur gladium emere iubes, qui ferire prohibes? cur haberi præcipis, quem extrahi uetas? nisi forte ut parata sit defensio, non necessaria ultio: & uidearis uindicare potuisse, sed noluisse. Nunc cum Petrus reprehensus sit, quòd aduersus impios & sceleratos pro innocentissimo Iesu strinxerit ferrum, quæ poterit posthac esse causa, ut homo Christianus iniuriam iniuria repellat? Res ad extrema peruenit: non enim solum mihi manus inijcient uiolentas, uerum etiam oportet perfici quod de me prædixit Esai.53. Et cum sceleratis deputatus est. Si graue est occidi, quanto magis grauius inter facinorosos infami supplicio affici? Eadem nocte tanquam latro captus, & die sequenti inter latrones crucifixus est, Luc.23. Hunc sermonem, cum non intelligerent apostoli, suspicarenturque dominum admonuisse, ut gladium haberent paratum ad depellendam uim imminētem, cum Christus sentiret de spūali pugna aduersus mundum & satanam, in qua uictoria cōtingit ex animo ab omnibus cupiditatibus terrenis expedito, soloque gladio doctrinæ cœlestis armato. Eaque cōstat ueteris ac noui testamēti scriptura irrefragabili, ut duos possis intelligere gladios, sed ab eodē spiritu porrectos. Ephe.6. Et gladium spiritus, quod est uerbum dei.

Sermo post cœnam, Ioannis 14.

ARTICVLVS XXIX.

Ioan. 14. Et ait discipulis suis. Nõ turbetur cor uestrũ, credi-
K tis in deum? et in me credite. In domo patris mei mãsiones multæ sunt, Siquo minus dixissem uobis: quia uado parare uobis locum. Et si abiero, & praparauero uobis locum, iterum uenio et accipiam uos ad meipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Et quò ego uado, scitis, & uiam scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò uadis, et quomodo possumus uiam scire? Dicit ei Iesus: Ego sum uia, ueritas, & uita Nemo uenit ad patrem nisi per me.

Ostendit electos, cum æterno donandi sint præmio, ob nihil aliud nisi peccatum, quod separat à deo deiecto esse debere animo. Quoniam nouerat discipulorum animos uehementer desolatos, quoniam se moriturum prædixit, & ab uno discipulorum tradendum, Petrumq́ se negaturum, consolatur ipsos, sedans passionem eorum. Erunt, inquit, q. dem hæc omnia q̃ prędixi: uerũ non est quod ob ea despõdeatis animũ, aut perturbemini. Atrocia sunt quę fient in me, quæq́ post edentur in uos, neq; me fugit quanta sit imbecillitas humanæ naturæ: sed si omnem uestram fiduciam collocaueritis in deo, & in me non est quod ullos hominum impiorum insultus formidetis. Dixerat supra. 12. Nunc anima mea turbata est, hic iubet nõ turbari. Sed est turbatio ex spiritu et

Turbatio duplex. ratione proueniens contra peccatũ. 2. Corinth. 7. Quæ secundum deum tristitia est, pœnitentiam in salutẽ stabilem operatur. Altera ex passione, abducens à rectitudine rationis, hęc per ueram & stabilem patientiã ablegand a, & internæ paci studẽdum. Psal. 12. Non contristabit iustum qc quid ei acciderit. Non ergo de morte mea tristari debetis, me mala formidare imminẽtia. Omnes enim uestri labores soluentur, & turbatio sedabitur per fidem in deũ & in me. Nullus enim potest in deum patrẽ credere, nisi credat & in filium. Ioannis. 5. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. 1. Ioan. 5. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. Augustinus: Consequens est enim, si in deum creditis, ut & in me credere debeatis: quod non esset consequens, si Christus nõ esset deus. Iam in domo patris mei multæ mansiones paratę sunt uictoribus. Nunc quoniam certo scio suã cuique mansionem paratam in regno patris, de præmio non est cur sitis solicití. tantum illud agendum, ut fortiter certetis. Augustinus: Licet alius sit alio fortior, alius alio sapientior, alius alio sanctior, alius alio iustior, nullus eorum alienabitur à domo illa, ubi mansionem pro suo quisque accepturus est merito. Denarius quidem ille æqualis est omnibus, quem paterfamilias eis qui operati sunt in uinea, iubet dari omnibus, non in eo discernens qui minus & qui amplius laborauerunt.

Beatitudo considerata per comparationem ad obiectum qđ est deus, sic una & indistincta est omnib9. Mat. 20. Acceperunt singulos denarios. *Beatitudinis distinctio.*

Sed quo ad subiectũ quod est mens creata deo unita, distincta est. Augu. Hoc utiq; denario uita significatur æterna, ubi nemo ampli9 uiuit alio, quia uiuendi non est alia in æternitate mensura: sed multæ mansiones, diuersas meritorum in una uita ęterna significant dignitates. Alia enim gloria solis, alia lunę, alia stellarum. Stella enim deffert à stella in claritate, 1. Cor. 15. Tanquam stellæ, sancti diuersas mansiones diuersæ claritatis, tanquam in cœlo, sortiuntur in regno: sed propter unum denarium nullus separatur à regno, atque ita deus erit omnia in omnibus, ut quoniam deus charitas est, per charitatẽ *Mansiões multæ quid.*

fiat ut quod habent singuli, cōmune sit omnibus. Sic enim quisque etiam ipse habet cum amat in altero quod ipse non habet. Sed quomodo sunt mansiones si adhuc parandæ, nisi sicut discipulos elegit, quos tamen elegit ante mundi constitutionem? Ephe.1. tamen secundum euangeliū tunc elegit quando uocauit. Elegit ergo ante mundi constitutionem prædestinando, elegit ante mundi consummationem uocādo. Quia quos prædestinauit, hos & uocauit, Roma.8. Sic & mansiones præparauit. Matthæi.25. Possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Præparauit etiam impedimenta per passionem tollēdo, spiritum sanctū mittendo. Præparat quotidie māsionibus parando mansores, fide purificans corda ipsorum, Act.15. Matt.5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Si ergo terret tribulatio, mulceat retributio. Lucæ.22. Vos estis qui permansistis mecū in tentationibus meis: & ego dispono uobis sicut disposuit mihi pater meus, regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.

Rursus ad uos uēturus sum, ut uos totos ad me recipiam, nunquā post hac à me distrahendos, ut iam ubicunque sum ego, sitis & uos. Offenderunt hic nonnulli in lapidem offensionis, & in petram scandali, dicentes animas sanctorum in diem usque iudicij obdormientes referuari, ac tū cum corpore glorioso in cœlo beatificandas, accipientes pro confirmatione illud Acto.1. Hic Iesus qui assumpt⁹ est in cœlum, sic ueniet quēadmodum uidistis eum euntem in cœlū. Sed reclamat Apostolus Phi.1. Desiderium habens dissolui & esse cum Christo, multo magis melius. & .2.Cor.5. Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationē ex deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cœlis, scientes quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Per fidē enim ambulamus, et non per speciē. Audemus autem & bonam uoluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad dominum. Venit ergo primum ad redimēdum. Luc.19. Venit filius hoīs quærere & saluum facere quod perierat. Venit haud dubie quotidie ad electos suos. Ioā.14. Ad eū ueniemus, & mansionē apud eū faciemus, qui scilicet fidem habet per dilectionē operantem Gal.5. quos secum assumit, ut sint ubi ipse est. Veniet demū ad perfectā beatitudinis consummationem in anima & corpore. Phil.3. Nostra autē conuersatio in cœlis est, unde & saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Non habet igitur rationē qd turbamini, siquidem mecum eritis. Hoc ænigmate dominus subindicauit se proficisci ad patrē, sed per mortem crucis. Optabile erat quod adibatur, sed iter uidebatur inamabile. Hoc discipuli nescire non poterant toties auditū à domino, sed mœror & obliuio faciebant, ut quod sciebant, nescirēt. Itaque Thomas auidus certo cognoscendi quonam esset abiturus dominus, rogat August. Vtrūque illos domin⁹ dixerat scire, utrūque iste dixit nescire: & locum quò itur, & uiam qua itur. Sed nescit ille mentiri, ergo isti sciebant, & se scire nesciebant. Licet enim scirent patrem, & filij diuinitatem & humanitatem, tamen nesciebant quòd hoc uocaret uiam & terminum uiæ. Cognitio enim uiæ dependet ex termini cognitione, sed lucem inhabitat inaccessibilem, 1. Timoth. 6. Idcirco inuestigabiles uiæ eius, Romano.11.

Heresis de dormitiōe aīarū usque iudiciū extremum.

Dominus ostendens quod facilè & non molestum si se sequi, declarat & quò uadat,& quæ sit uia. Qui fit Thoma, ait, ut neges te nosse uiam, nisi fortè me totum adhuc ignoras? Siquidem ego sum uia, ueritas & uita. Cyrillus: Tribus rebus superiores cõsequimur mãsiones: per actionem uirtutis uariam, per fidem rectam, per spem uitæ, quorum omnium Christus largitor est,& solus ipse. Iam, inquit, dixi me redire ad patrem, at hunc aditũ solus aperio. Heb.10. Habentes fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui initiauit nobis uiam nouam & uiuentem, per uelamen, id est, carnem suam. Et quoniam ad hunc factis Deo dignis peruenitur, in me habetis exemplum. 1. Ioan.2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit,& ipse ambulare. Sed quoniam sine fide impossibile est placere Deo. Heb.11. ex me didicistis ueritatem. Ioan.18. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Ideo merito confiditis quòd non decipiamini. Quòd si interim perturbat animos uestros formido mortis, scitote certam immortalitatem esse uobis, cum ego sim uita. Col.3. Cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos cũ ipso apparebitis in gloria. Duplicẽ per ipsum uitam consecuti sumus. Quia enim filius, per ipsum creati. Ioan.1. Omnia per ipsum facta sunt Heb.1. Per quem fecit & secula Act. 17. In ipso uiuimus, mouemur & sumus. Quia mediator, recreati. Ro.5. Sicut per unius delictum in omnes homines in cõdemnationem, sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitæ. Et sicut regnauit peccatum in mortem, ita et gratia regnat per iustitiam in uitã æternam, per Iesum Christum dominũ nostrum. Ipse est ergo uia ducẽs, ueritas dirigens, uita perficiẽs. Qui ergo extra uiam istam incedit, errat. Prouerb.12. In semita iustitiæ uita, iter autem deuium ducit ad mortẽ. Si extra ueritatem, fallitur. Sap.5. Errauimus à uia ueritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis,& sol intelligentię non est ortus nobis. Extra uiam, tẽdit ad mortẽ. Pro.14. Est uia quæ uidetur homini recta, & nouissima eius ducunt ad mortem. Si ergo moriamini corporaliter, non prohibet mors quo minus ad patrẽ ueniatis. Bene ergo fidite: per me enim ueniunt omnes ad patrem. Pater autem trahit ad filium. Ioan.6. Nemo põt uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Igitur æqualis est patris & filij potestas. nam & una operatio. Roma.10. Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Vnus.n. mediator Dei et hominũ homo Christus Iesus. 1. Tim.2.

Duplex nobis per Christum adepta uita.

Si cognouissetis me, & patrem meum utique cognouissetis, & amodo cognoscetis eum, & uidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus: Tanto tempore uobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui uidet me, uidet & patrem. Quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor nobis, a meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioqui propter opera ipsa credite.

Innuit quod neutrum perfectè cognoscebant. qui enim cognoscit filiationem, cognoscit & paternitatẽ. Dat tamen spem cognoscendi, quia post resurrectionem aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Lu. 24. & spiritus ueritatis omnẽ ipsos docuit ueritatem. Ioan.16. Sed in patria plenius cognoscetur. 1. Ioan.3. Videbimus enim sicuti est. 1. Cor.13. Videmus nunc per speculum in ęnigmate, tunc autem facie ad faciem.

Hoc ænigmate dominus Iesus submonuit suos, patrem quidem inuisibilem esse, nec inuisibilem tantum oculis corporeis, uerumetiam nec animo iuxta suam naturam percipi posse, sed tamen quodam modo uisum fuisse in filio, dũ illum in filio conspiciunt uentis imperantem, & mari, imperantem dæmoniis, uerbo propellentẽ morbos quamlibet immedicabiles, uerbo mortuos ad uitam reuocantem. Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre. Philippus audiens se patrem uidisse, credidit patrem oculis corporalib9 cerni posse sicut filius, quamuis nec filius sic uere cognosceretur: auidus uisendi, audiuimus, inquit, multa de eo, tantum superest aspectus. Nam eius uisio finis omnium est desideriorum. Psal. 16. Satiabor cùm apparuerit gloria tua Psal. 15. Adimplebis me lætitia cum uultu tuo. Christus docens Philippum ꝙ non sit possibile Deum uideri corporalibus oculis, ait: Tãta &c. Videt, hoc est, cognoscit. Non ergo dixit, & non uidistis me, sed cognouistis, de substantia loquens diuina. Cum ergo una substantia, scientia quoq; una est, propterea increpat discipulum, ꝙ tanto tempore sequatur se, uideritq; signa ac deitatis opera, et nõdum agnouerit eum ut deũ, quo per ipsum & patrem cognosceret. Ioan. 8. Si me sciretis, & patrem meum sciretis. Augustinus: Ideo magister discipulum arguebat, quoniã cor postulantis uidebat. tanquam enim melior esset pater quàm filius, sic patrem nosse cupiebat: & ideo nec filium sciebat, quo esse melius aliquid credebat. An non credis, inquit, ꝙ inseparabili, naturæ, uoluntatis & uirtutis consortio, pater in me est, & ego in patre? In tribus. n. personis una est essentia: ideo singulæ eàrum in singulis sunt. Semper itaq; sum in illo, propter indiuiduã naturæ uolunratisq; societatem, & ille semper in me, per me loquens, per me miraculis suã declarans uirturem. Nec enim ex me loquor quicquam, quod idem non loquatur per me: nec ex me facio quicquã, quod ille per me non simul operetur. Augustinus: Verũ sic æqualis alter alteri, ut tñ alter ab altero sit, & ideo nõ loquit̃ à seipso, qa nõ ẽ à seipso. Ideo pater in illo manẽs facit, opera, quia per quem & cum quo facit, non est nisi ab ipso. Si dictis meis parũ haberetis fidei, certẽ facta quæ uidistis Deo digna, & homine maiora, uobis fidem facere debuerant. Augustinus: Neq; enim si separati essemus, inseparabiliter operari possemus ulla ratione. Eadem ergo nobis mens, eadem uoluntas, eadem uis & natura. Hoc credite, hoc tenete, hoc animis uestris infixum habete: quod si feceritis, nihil detrimenti afferet huius corporis subductus cõspectus: oculis fidei melius cernetis absentẽ. 3

Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet: & maiora horum faciet, quia ego ad patrem uado. Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur pater in filio. Siquid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

Ostendit suam deitatem & æqualitatem cum patre per opera quæ ipse facit: idem nũc declarat per opera quæ aliis facere contulit. Quod nunc, inquit, uidetis patrem per me agentem, cui modis omnibus inhæreo, idem agam per uos, si mihi per fidem & dilectionem inhęseritis. Immo clarius etiam exeram uim meæ diuinitatis, posteaquam hanc infirmitatis speciem uobis subduxero. Augustinus: Ergo illa maiora opera seipsum facturum promisit. fecerũt enim maiora non ipsi, sed ille per ipsos. Nam ipse tactu fimbriæ sanguifluam sanauit. Mat. 9. Ex Petri um-

bra infirmi curabãtur. Act.5. Vides ergo quanta sit uirtus unigeniti, ut etiam aliis dare possit, ꝙ faciant maiora quàm ipse fecerit. Rationem insinuat, Quia ego ad patrem uado, inde missurus spiritum ad roborandum uos & docendum. 1. Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus. Ioan. 7. Nondum erat spiritus datus, quia nondum Iesus erat glorificatus. Insinuat inæstimabilem fidei potestatem, si fuerit perfecta. Mar. 9. Omnia possibilia sunt credenti. Ostendit compẽdium operationis miraculorum per petitionem & nominis eius inuocationẽ. Hinc ait Petrus Act. 3. claudo: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Nazareni surge & ambula. His discipulos consolatus est, ostendens ꝙ non pereat nec obscuretur moriẽdo, sed tum maxime eis affuturus sit ad omnia, quæ faciunt ad ueram salutem. Augustinus: Magnam spẽ dominus promisit suis orantibus. Sic ergo perrexit ad patrem, ut non relinqueret indigentes, sed exaudiret petentes. Sed cum uideamus fideles, immo & ipsos apostolos petisse & tamen non consecutos intentũ, quomodo dicit quodcunq; ? Euigila o homo fidelis, & uigilanter attẽde ꝙ illic positũ est, in nomine meo. Quis est qui tam magnum promisit beneficium? Iesus, hoc est, saluator. Ideo quodcunq; petimus aduersus salutis utilitatem, non petimus in nomine saluatoris. Et tamen ipse saluator est, non solum quando facit quod petimus, uerumetiã quando non facit: quoniã quod uidet peti contra salutem, non faciẽdo se potius exhibet saluatorem.

Ioan. 14. *Si diligitis me, mandata mea seruate: & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidet eum, neque scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit.*

Ostendit electos suos, quanquã ab omnibus uideantur despecti & derelicti, nunquam diuino destituẽdos solatio. Vnde consolatur suos de suo recessu, promittens eis si diligant, paracletum missurum, qui eos dirigat, nec auferatur ut ipse ꝑ mortem. Si me, inquit, diligitis uere quẽadmodum ego diligo patrem, ipsa re declarate charitatem erga me: declarabitis autem, si seruaueritis præcepta mea. 1. Ioan. 2. Qui dicit se nosse Deum, et mandata eius non custodit, mendax est, & in hoc ueritas nõ est: qui autem seruat uerbũ eius, uere in hoc charitas Dei perfecta est. Vult dilectionem operibus comprobari. *Quot de causis dilectio operibus cõprobanda.* Primo, ne ipsam per negligentiam & torporem perdamus, sed per exercitationem nutriamus et cõseruemus. Matth. 25. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Inutilẽ autem seruum eiicite in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dẽtium. Secundo, ut proficiamus: quia habenti dabitur, & abundabit. Mat. 13. August. Charitas meretur augeri, ut aucta mereatur & perfici. Tertio, ne quis semetipsum fallat, credẽs diligere se Deum, cum naturaliter & non gratuite nec meritorie, quia talis non pleno affectu Christo unitur. Nam ad tempus credit, & in tẽpore tribulationis recedit. Lucæ. 8. Ephe. 4. Veritatem facientes in charitate crescamus. Phil. 1. Et hoc oro, ut charitas uestra magis ac magis abundet, in omni scientia, & in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis synceres & sine offensa in diẽ Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam & laudẽ Dei. Sed quoniam ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Rom. 8. Dili-

Sp̄us s. un de detur. gentibus hunc promittit. De quo multa ad consolationem ponit. Primo, à quo detur. Ego, inquit, rogabo patrem. Idem est qui rogat ut detur & qui dat. Rogat, in quantum homo: dat, in quantum Deus. Ioan. 15. Cum uenerit paracletus quem ego mittam uobis à patre. Secūdo, quid operetur, nempe consolationem. So*Quid operetur.* latur enim affectos luctu. Matth. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Alium, inquit, paracletum, ostendens & se consolatorem. 2. Cor. 1. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christū abundat consolatio nostra. Est & aduocatus noster apud patrem. 1. Ioan. 2. Chrysosto. Ad excludendam carnalem quandam discipulorum suspicionem, qua suspicari possent, quod sicut prędixerat suū ipsius mortem, sic & paracletus ille ad consolationem datus abiret, uel mortem pateretur sicut ipse, dicit mansurum cum eis. Hoc maxime probatur suc*Quibus in donis maneat nobiscum spiritus s.* cessio in ecclesia per uitalem spiritū Christi. Manet uero in illis donis semper, sine quibus Deo placere nō possumus, fide, spe, & charitate: secus in donis gratuitis. Hinc portæ inferorum præualere non possunt aduersus ecclesiam. Mat. 16. Secundo operatur illuminationem, quia spiritus ueritatis. Ambrosius: Omne uerum à quocunq; dicitur, à spiritu sancto est. Nemo enim potest dicere, dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. 1. Cor. 12. Ducit etiam ad ueritatem, charitatem infundendo. Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū, qui datus est nobis. Tertio, liberat a spiritu erroris, de quo. 3. Regū. 21. Egrediar & ero spiritus mendax in ore omniū prophetarū eius, scilicet Achab. Vnde. 1. Tim. 4. Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium. &. 1. Ioan. 4. Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint. Hinc dicitur spiritus ueritatis, fugans nebulas omnis ignorantiæ, hæreses, gentiliū falsam deorū culturam. Tertio, quibus datur: nam mundanis denegatur, quare non mirum q̄ in errorum tenebris permanēt. 1. Ioan. 5. Totus mundus in maligno posit⁹ est. Causam, quare mundus eum nō potest accipere, *Quibus detur.* indicat: Ego, inquit, interim malis ac bonis memet exhibui communiter, nequis excusare se posset non inuitatum ad salutem. Cæterum spiritum illum, quoniam cœlestis est & uerax, mundus hic qui terrenis ac falsis bonis inhiat, non potest accipere. Quamobrem nō potest? Quia cum habeat oculos crassos, qui non amant nisi crassa terrenaq;, non uidet illum, neq; nouit illum, eo q̄ incomprehensibilis sit eius substantia 1. Cor. 2. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. 1. Ioan. 2. Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. Siquis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Nam amicitia huius seculi inimica est Deo. Iac. 4. Vos autem cognoscetis eum, quare? quia non estis de hoc mundo, propterea capaces estis eius, & apud uos manebit. Ioan. 15. Quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Ecce quibus contingit spiritus hic ueritatis, nempe non mundo deditis, sed ipsi exosis. Habent. n. mundani spiritum suum sed non sanctum. 1. Cor. 2. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.

Non relinquam uos orphanos. Vado & uenio ad 2

nio ad nos. Adhuc modicum, & mundus me iam non uidet. Vos autem uidebitis me: quia ego uiuo, & uos uiuetis. In illo die uos cognoscetis quia ego sum in patre meo, & uos in me, & ego in uobis.

Vbique consolatur suos. Nec tamen, inquit, interea relinquam uos orphanos meique solatio destitutos. Rom.8. Non enim accepistis spiritũ seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei, in quo clamamus, abba pater. Galat.4. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantẽ abba pater. Veniam ad uos per resurrectionem, sensibiliter apparendo. Ioan.20. Lu. 24. sic & per gratiam inhabitando. Ioan.14. Ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Mors mea & sepulchrũ subtrahet me conspectibus mundanorum, nec post uidebunt: uos autem uidetis nunc, & post resurrectionẽ uidebitis. Act. 10. Dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus praeordinatis à Deo. Quia ego uiuo per diuinitatem, sum enim uita, quare suscitare corpus mortuum possum, & sic me uobis iterum ostendere. Quemadmodum ergo mors mea facta est ad uitam, ita etiam si uos moriamini, uiuetis tamen aeternam uitam per me. Nolite ergo timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Matt.10. Tũc spiritu illustrati, cognoscetis identitatem naturae meae cum patre, quia ego & pater unum sumus. Ioan.10. Et uos in me, ut membra in capite: & ego in uobis, ut caput in membris. Eph.1. Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quae est corpus ipsius. Est autem filius in patre ut illi consubstantialis: in Apostolis, ut adiutor & cooperator: apostoli in eo, ut qui adiuuantur, & cooperatorem habentes, & ab ipso fouentur. Philip.4. Omnia possum in eo qui me confortat. Ioan. 15. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis. Quid hac promissione felicius, quàm Deus in nobis, & nos in Deo? Si ergo Deus pro nobis, quis contra nos? Romano.8. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculũ? an persecutio? an gladius? Sicut scriptum est. Psalm.43. Quoniam propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei quae est in Christo Iesu. Io.4. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. 3

Immensa ponit dilectionis praeconia. Non satis, inquit, est accepisse praecepta mea. Accepit enim Adam, & transgressus est, mortem inducẽs super omne genus humanum. Gen. 3. Roma.5. nisi quis meminerit: nec sufficit meminisse, nisi seruentur. Ps. 102. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Psalm.118. In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi. 1. Io.5. Haec est charitas Dei, ut mandata eius custodiamus. & mandata eius grauia nõ

sunt. Hæc itaque qui præstat, is uere diligit. Etenim quisquis me diligit, diligetur à patre meo: & ego diligã eum, nec unquam illum destituam, sed reuisam eum, meque palàm illi intuendum exhibebo, quo certius sit me non perisse supplicio crucis. Quid felicius quàm diligi à patre?

Dilectio Dei quatenus uel æterna uel tẽporalis. Dilectio Dei considerata, prout est in Dei uoluntate, sic est æterna: sed secũdum quod manifestatur in executione effectus temporalis est & ipsa temporalis, & sic exprimitur per omnem differentiam temporis. Nõ enim ideo nos diligit deus quia eum diligimus. Hierc.31. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserãs. Osee.11. In funiculis Adam traham eos, in uinculis charitatis. Ideo .1. Ioan.4. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationẽ pro peccatis nostris. Nos ergo diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Et ego, inquit, diligam eum, dilectionis effectum ostendẽs, dando gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Ioan.17. Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum deũ uerum, & quem misisti Iesum Christũ. O quàm felix cui Iesus in morte manifestum se dederit, ut accipiat eum ad semetipsum, ut ubi ipse est, & ille cum ipso sit.

Dicit ei Iudas, non ille Scariothis: Domine, quid factum est, quoniam manifestaturus es teipsum nobis, & non mundo?

Humilibus semper admirabilis exaltatio, siquando alijs præferantur. Vnde Iudas cognomento Lebbæus, domine, inquit, quid accidit, quod cum nunc omnibus sis conspicuus, tunc non sis appariturus mundo, sed nobis duntaxat? Ideo, inquit, me non exhibebo mundo, quia non diligit me, nec seruat præcepta mea.

Respondit Iesus & dixit ei: Siquis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos nõ seruat. Et sermonẽ quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Ioan. 14. M

Ostendit quàm eximia bona operetur in nobis uera dilectio, quę operibus comprobatur. Hinc suos hortatur ad seruandum mandata sua, scientes quod seruantibus illa manifestãdus sit et pater. Siquis diligit me, uere dilectione non naturali tãtum, qua & reprobi diligũt, sed effectiue charitate increata, quæ est spiritus sanctus, & formaliter creata quę est effectus spiritus sancti. Rom 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Sunt enim qui ore solum appropinquant Deo, cor autẽ ipsorum lõge est ab eo. Esa.29. Psal. 77. Dilexerũt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eorum non erat rectũ cum eo. Amator enim uoluntatem suam, uoluntati dilecti conformat. 1. Ioan.5. Hęc est enim charitas Dei, ut mandata eius custodiamus: & mandata eius grauia non sunt. Augustinus: Seruatur sermo Christi uiuendo sancta uita, faciendo præcepta, perseuerando in bonis. Qui enim perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit, Matth. 24. Sed quia pauci sunt qui sic uere diligunt, ideo dicit, Siquis. Nam omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Phil. 2. Matth.24. Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. De quibus 2. Timoth.3. Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi &c. uoluptatum amatores magis quàm Dei, habentes speciem quidẽ pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Tales tamen in ueritate non

Quibus seu quomodo Christi sermo seruetur.

se diligunt. Psalm. 10. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Hoc etiam ostendit nemini praecludi uiã salutis, nisi uolenti. Act. 10. In ueritate cõperi, quia non est acceptor personarum Deus, sed in omni gẽte qui timet Deum, & facit iustitiam, acceptus est illi. Ostendit fructum, nempe patris dilectionem. Quid autem sublimius quã diligi à patre? Dicit sapiens Eccẽs. 9. Sunt iusti atq; sapientes, & opera eorũ in manu Dei: & tamen nescit homo utrum amore an odio dign9 sit, sed omnia in futurum seruãtur incerta. Sed ueritas dicit, quae nec falli nec fallere potest. Vnde Pro. 8. Ego diligentes me diligo. Si timentibus Deum nihil deest. Psalm. 33. diligentibus poterit quicquam deesse? Rom. 8. Scimus quoniam diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum. Nec inanis patris dilectio. Pater, inquit, egoq; per communem spiritum ad eum ueniemus: nec ueniemus tantũ mox abituri, sed neq; ab eo diuellemur unquam. Augu. Dilectio Dei sanctos discernit à mundo, quoniam facit unanimes habitare in domo, in qua pater & filius faciunt mansionem. Qui donat & ipsam dilectionẽ, quibus in fine donabit suam manifestationem. Veniunt autem non mutando locum, sed nouum infundendo effectũ. August. Veniunt ad nos, dũ nos uenimus ad ipsos: ueniunt subueniendo, uenimus obediendo: ueniunt illuminando, uenimus intuendo: ueniunt implendo, uenimus ut non sit in nobis externa uisio, sed interna, & eorum in nobis non sit trãsitoria mansio, sed aeterna. Gregor. In quorundam corda uenit, sed mãsionem non facit: quia per compunctionẽ quidem, Dei respectum percipiunt, sed tẽtationis tempore hoc ipsum quod conpuncti fuerant obliuiscuntur, sicq́; ad peccata ꝑpetrãda redeunt, ac sic minime planxissent. Qui ergo Deum uere diligit, qui mã data eius custodit, in corde eius & dominus uenit & mansionem facit, quia sic eum amor diuinitatis penetrat, ut ab hoc amore tentationis tẽpore non recedat. Tãto enim quisq; à superno amore seiungitur, quanto hic inferius delectatur. 1. Ioan. 3. Qui seruat mandata eius, manet in illo, & ipse in eo. Qui autem non diligit, neq; seruat. Quomodo enim seruaret, cum unus & quidem pręcipuus sermonum sit, Diliges dominũ deũ tuum? Deut. 10. 1. Ioan. 3. Qui dicit quia diligo Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Gregor. Vere diligimus, si mandata eius seruamus: uere diligimus, si ad mandata eius à nostris nos uoluptatibus coartamus. Nam qui adhuc per illicita desideria defluit, profecto Deũ non amat, quia ei in uoluptate contradicit. Sed quia quidam uerba ipsius ex persona pensantes, tanquàm contemptibilia aspernabãtur, ut patet. Matth. 13. & Marc. 6. Ideo omnia tam uerba quàm facta patri asscribens, ait: Quisquis aũt negligit praecepta mea, negligit & Dei praecepta. Siquidem id quod docui uos, non est sic mea doctrina, ut non sit eadem patris, sed tam patris est, quã mea, unde proficiscitur quicquid possum aut doceo, nihil agens nisi ex illius authoritate, à quo missus sum in mundum, ut haec docerem quae doceo. Io. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Hinc. Luc. 10. Qui me spernit, spernit eum qui me misit. Nam. Matt. 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cõ placui, ipsum audite.

Haec locutus sum uobis, apud uos manens. paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia quaecunque dixero uobis. 2

Manens corporaliter & uisibiliter. nam alia est quam promisit futuram mansio. Matt. 28. Quoniam ex hoc extreme ipsos nouit desolatos, & pene exanimatos, confortat, diuinæ consolationis assistentiã pro mittens. Paracletus, inquit, consolator, et quis sit indicat, d. spiritus sanctus, non destituet uos in omni necessitate. Vnde. Act. 1. Et conuescẽs, præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris, quam audistis, inquit, per os meum. Lu. 24. Vos autem sedete in ciuitate, quoadusq; induamini uirtute ex alto. Vnde hac per spiritum induti, ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. Act. 5. Nec mirum, quia Lu. 21. Ego dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij uestri. Mat. 10. Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Hinc dicit, omnia illos docturum. Docuit enim quæcunq; non dixerat Christus, utpote portare non ualentes: suggessit uero quęcũq; dixerat quidem dominus, sed obscurius, uel quæ propter imbecillitatem rationis memoria comprehendere non ualebant. Quanto nobis hic spiritus exoptandus & inquirendus est affectu, sine quo nihil possumus, immo nihili sumus? Ro ma. 8. Qui spiritum Christi non habet. hic non est eius. Sed cuius tum? 1. Reg. 16. Spiritus autem domini recessit à Saul, & exagitabat eum spiritus domini malus. Ideo. Psalm. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Tria ergo insinuat, quæ operatur in nobis ad salutem necessaria. Primum est, rationalis illuminatio per boni cognitionẽ, unde spiritus dicitur ueritatis. Grego. Nisi spiritus cordi adsit audientis, ociosus est sermo doctoris. Vnde & Cain culpis suis exigentibus, uoce domini admonitus est foris, nõ unctione interius audire uerba Dei potuit, sed seruare contempsit. 1 Ioan. 2. Et unctio eius docet uos de omnibus. Sic dominus aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Lu. 24. De malis dicitur Esa. 19. Dominus miscuit in medio eius spiritum uertiginis, & errare fecerunt Aegyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius & uomens. Hinc pullulant errores ex his qui proprio sensu metiuntur scripturas. 2. Pet. 1. Hoc primum intelligẽtes, quòd omnis prophetia scripturę propria interpretatione non fit. nõ enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homiẽs. Ideo Apostolus Eph. 1 Non cesso gratias agẽs pro uobis, memoriam uestri faciẽs in orationibus meis, ut Deus domini nostri Iesu pater glorię, det uobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitionẽ eius, illuminatos oculos cordis uestri, ut sciatis quæ sit spes uocationis eius, & quæ diuitię gloriæ hæreditatis eius in sanctis. Ecce quantum & ad quæ illuminat mentis oculos. Secundum, concupiscibilis rectificatio. Multi enim bonum cognoscunt, sed non uero bono afficiuntur. Genesis. 8. Sensus & cogitatio cordis humani in malum prona sunt ab adolescentia sua. Hic autem spiritus dulcescere facit cœlestia. 1. Pet. 1. Si tamen gustastis, quoniam suauis est dominus. Sap. 12. O quàm bonus & suauis est domine spiritus tuus in omnibus. Eccl. 24. Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Quo contra malignus spiritus carnales promittit, quas tamen non uerè præstat delicias. Mat. 4. Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me.

Quæ uel docuerit uel suggesserit spiritus sanctus.

Quæ tria spiritus sanctus in nobis operetur.

tis me. Ideo Psal. 76. Renuit cõsolari anima mea: memor fui dei, & delectatus sum. Tertium, irascibilis confortatio. Rom. 7. Velle mihi adiecit, perficere autem non inuenio. Matt. 26. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Hinc Roma. 8. Similiter & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Merito ergo paracletus, hoc est, consolator dicitur. Quæ enim maior consolatio, quàm quòd ex filijs iræ facti sumus filij dei? Romanorum. 8. Ipse enim spiritus reddit testimoniũ spiritui nostro, quòd filij dei sumus. Consolatur etiam, si quando ceciderimus peccando, per peccatorum remissionem. Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Sed ne temporalis tantum credatur consolatio æternam præstat gloriã, quia pignus est hæreditatis nostræ. Ephe. 1. Romano. 8. Quòd si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, propter inhabitantem spiritum eius in uobis. Sed quibus hic spiritus cõtingit? Quem pater, inquit, mittet. Luc. 11. Pater uester cœlestis dabit spiritũ bonum petentibus se. Obserua duo. Nempe quia pater. Gal. 4. Quoniam estis filij dei, misit deus spiritum filij sui in corda uestra, clamãtem, abba pater. Alterum, quòd petẽtibus dat. Sic apostoli erant perseuerantes in oratione unanimiter cum mulierib⁹, & Maria mater Iesu, & fratribus eius. Sapiæ. 7. Inuocaui & uenit in me spiritus sapientiæ. Est autẽ duplex missio. Visibilis et aperta, sicut in die pẽtecostes, quãdo apparuit in linguis igneis, ut ignaros doctos, et frigidos inflammatos redderet, Act. 2. Inuisibilis, sic quotidie mittitur in mẽtes fidelium per infusionem donorum, & effectus quos causat in creatura

Duplex spiritus sancti missio.

rationali. Et quia sanctus, non solũ spiritus ac mentes sanctificat, sed & immundũ refugit locũ. Sap. 1. Spiritus. n. sanctus disciplinæ effugiet fictũ, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Mat. 9. Nõ enim mittunt uinũ nouum in utres ueteres, alioquin rũpuntur utres ueteres, & uinum effundit, & utres pereunt. Sed uinũ nouum in utres nouos mittunt, & ambo cõseruantur. 1. Co. 6. An nescitis, quòd membra uestra tẽplum sunt spũs sancti, quẽ habetis ex deo, & non ex uobis? Hinc admonet Ephe. 4. Nolite contristare spiritum sanctũ dei, in quo signati estis in die redemptionis. Tit. 3. Secũdum misericordiam suã saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis et renouationis spiritus sancti, quẽ effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem. Sic & in confirmatione. Act. 8. Orauerunt pro ipsis, ut acciperent spũm sanctum. Nondum enim in quẽquã illorum superuenerat, sed baptizati tantũ erant in nomine dñi Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctũ. Haud dubium in maiori plenitudine, quàm in baptismo, qui sine spiritu sancto inefficax est, dicente domino Ioã. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei.

Pacem relinquo uobis, pacem meã do uobis. Non quemodo mundus dat, ego do uobis. Nõ turbetur cor uestrum neq; formidet. Audistis quia ego dixi uobis, uado & uenio ad uos. Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quia uadò ad patrẽ, quia pater maior me est. Et nunc dixi uobis, priusquã fiat, ut cũ factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar uobiscum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam: sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mã datum dedit mihi pater, sic facio. 3

Audientes discipuli dominũ discessurũ, non parũ turbabãtur, cogi

tantes Iudæorum odia & machinationes in dominum, & subinde sibi ipsis imminentes, ideo eos consolat. Solent homines suis relinquere temporalia, et nonnunquam in perniciē animarum, & magnam occasionem discordiarum: sed dominus suis dat & relinquit pacem, qua nihil hic melius, & sine qua hic oīa nihil. Qui meam, inquit, pacem habet, hūc nulla potest mundi tempestas subuertere. Habet mundus suam quandam pacem, et his quos amat, dat pacem suā: sed hæc infida pax est. Mea pax quam uobis do, uos conciliat deo. Quis autem noceat ei, qui deum habet protectorē? Pax quam relinquo uobis, mutua concordia conglutinans uos inter uos, reddet sodalitiū uestrum inuictum aduersus omnia quæ potest mundus, aut satanas huius mundi princeps. Ostendit quantum distet pax sua, à pace quam mūdus dat, quæ sæpe in malo fit, & planè stulta est. Augustinus: Mundani homines mundi amatores, propterea dant pacem sibi, ut sine molestia mundo perfruantur: quæ nō est pax uera, sed quieta quædam fruitio temporalium diuitiarum, carnalium deliciarum, cęterorumq; bonorū huius mundi, qualem habet anima uitiosa cum carne sua, quę requiescit in mūdano & carnali successu, sed in interiori homine irrequieta manet. Esa. 57. Impij quasi mare seruens quod quiescere non potest. Nō est pax impijs, dicit dominus: Pax Christi, bonorum est. Augustinus: Pacem gratiæ nobis reliquit in hoc seculo, in qua manentes hostem uincimus, pacem gloriæ dabit nobis in futuro seculo, qua sine hoste regnabim⁹, ubi nunquam dissentire poterimus, neque à deo, neque à proximo. Pax.n. quæ est fructus spiritus. Gala. 5. ex charitate procedit, quæ ordinat hominem ad deum, & ad proximum, & sic facit concordiam. Dum ergo anima ab inquietudine passionum est libera, et diuinę legi rite subiecta, pacem habet in se & ad deū, immo quo ad proximum quantū in se est. Non enim contra aliquem passionibus agitatur, nō inuidia stimulatur, non ira turbatur. 1. Cor. 13. Charitas patiens est, benigna est, charitas nō ęmulatur, non inflatur, non agit perperam, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, nō cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Sunt tamen quidam adeo peruersæ mentis, ut cum homine pacifico pacem non habeant. Psal. 119. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuā. Multa dicit, quia perfectā hic habere non possumus. Nam & si condelectemur legi dei secundum interiorem hominem, aliam tamen inuenimus legem in mēbris nostris Roma. 7. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, et spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, Galat. 5. Ecce intestinum bellum, non nisi morte finiendum. Sic & cum proximo, quia ut dicit Augustinus: Vnus non uidet cogitationes alterius: & siquis quandoq; credat se diligi ab alio, nonnunquā tamen dubitat, cum multi uerbis & gestis prætendant, quod animo non intendunt. Hier. 9. In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occulte ponit ei insidias. Pax aūt æterna omnem penitus repugnantiā excludit. Esaiæ. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Ad hanc ęternitatis pacem, peruenitur per istā quā Christus dat. Matt. 5. Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Pace data monet ipsos bono animo esse, nec turbari de suo recessu, nec formidare aduersarios. q.d. Quid uobis nocent mundi turbationes, cū mecū

Pax Christi à mūdi pace quā differat.

pacem habeatis? Vado quidem per mortẽ, sed uenio per resurrectionẽ. Augustinus: Ibat per id quod homo erat, & manebat per id quod deus erat. In nullo ergo turbari debuerãt & formidare, qui paracleti & Christi præsentiam habituri erant. Hinc alteram addit rationẽ. Atqui, inqt, si me uere diligeretis, nimirum gauderetis uestro simul & meo nomine: quia non abeo quouis, sed ad patrẽ redeo, apud illum maiora uobis impetraturus, quando pater maior me est, unde proficiscitur quicquid uobis impartio. Is omnia dura potest auferre. Venit ad patrem non secundum quod deus, quia sic semper cũ patre. Ioã. 3. qui est in sinu patris, sed secundum quod homo: secundum quod pater maior eo est, secundum quod minoratus est ab angelis, Ps. 8. Hebr. 1. Exinaniuit. n. semetipsum, formam serui accipiens. Phi. 2. Ideo autem, ait, repeto, & inculco, ut ubi quod dixi, reꝗ exitus comprobabit de mea passione, & uestris afflictionibus futuris, credatis & omnia reliqua fore uera, quæ post uentura prędixi, de meo paracletiq; aduentu. Augustinus: Ex rebus quæ uidentur, agitur in nobis, ut credantur, q̃ non uidentur. Hoc ergo ostendit se uerũ deum, cuius est solius contingentia prædicere. Esa. 41. Annunciate quæ uentura sunt in futurũ, & sciemus qa dĳ estis uos. Posthac mortalis cum mortalibus nõ multa loquar. Adest ꝑ suos satellites huius mundi princeps satanas, summis uirib⁹ aggressurus me, ut me prorsus deĳciat & extinguat. Sed nihil periculi est. Nã in me nihil habet iuris, & dũ se maxime uictorem esse cõfidet, se uictũ prostratumq; comperiet. Princeps mundi, non creaturæ in mundo, sed mundi cõfusi & mundana sapiẽtis. Ideo princeps dicitur tenebrarum. Eph. 6. Iam enim Iudam intrauerat, Ioan. 13. & principes instigauerat ad perficiendum innocentis mortem. Venit & per se, Luc. 4. Consummataq; omni tentatione, diabolus recessit ab illo usq; ad tẽpus. Nihil ergo iuris in ipso habuit, cum peccatum non fecerit, nec inuẽtus fuerit dolus in ore eius. 1. Petri. 2. Vnde Pilatus ait Luc. 23. Nullam causam mortis inuenio in eo. Mortis autem causa, peccatum est. Rom. 5. Sicut per unũ hominem peccatum in hunc mũdũ intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrãsiit, in quo omnes peccauerunt. Nec enim morior, inquit, coactus, nec ob ullum facinus, sed ut mea morte redimam mea membra à peccati mortisq; tyrannide. Hoc mihi mandatũ est à patre meo: & quod mandatum est, ex illius facio sententia. 2. Corinthiorum. 5. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatũ fecit, ut nos efficeremur iustitia dei in illo Esai. 53. Dominus posuit in eo iniq̃tatem omnium nostrum. O immensa charitas, qua nullum diaboli cõplicumq; eius uitare uoluit ludibrium, ut uoluntatem eius impleret quem diligebat, suis in exemplum. Philippenses secundo. Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed semetipsum exinauiuit, formam serui accipiens, in similitudinẽ hominum factus: & habitu inuent⁹ ut homo, humiliauit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis.

Surgite, eamus hinc.

Quoniam audierãt iã adesse principem huius mundi, sibi metuebant à comuni periculo in locum uelut ipsis tutiorem abducit, ut cætera fidentioribus animis audiant.

Ego sum uitis uera, et pater meus agricola est. *Ioan. 15.* *omnem palmitẽ in me non ferentẽ fructum, tollet* N

enim: & omnem qui fert fructum, purgabit eũ, ut fructum plus afferat. Iam uos mũdi estis propter sermonem quem locutus sum uobis. Manete in me, & ego in uobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis.

Ostendit quemadmodum natura lem uitam & spirationẽ sine deo habere non possumus, neq; conseruare, sic neq; uitam gratiæ in præsenti, neq; gloriæ in futuro. Vnde comparat se uiti, quæ succum influit palmitibus propter tria. Primum, ob palmitum multiplicationem, sic multa membra Christi. Psal. 39. Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Augustinus: Iste locus euangelicus, in quo se dicit dominus uitem, discipulos suos palmites, secundum hoc dicit quod est caput ecclesię, nosq; membra eius, mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Vnius q̃ppe naturæ sunt uitis & palmites: propter quod cũ esset deus, cuius naturę non sumus, factus est homo, ut in illo esset uitis humana natura, cuius & nos homines palmites esse possemus. Ephesiorũ. 1. Et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius. Ro. 12. Multi unum corpus sumus, singuli autem alter alteri⁹ membra, habentes donationes secundum gratiam quæ data est nobis, differentes. Secundo, ob fructuum hubertatem. Nam multos ipse filios in gloriam adduxit, Hebræorum. 4. Psalmo. 71. Et benedicentur in ipso omnes trib⁹ terræ. Tertio, ob ligni utilitatem. Est enim quasi inutile & despectum, cũ tamen fructum proferat pretiosum: sic Christus humanitate despectissimus habebatur, cum tamẽ fructus protulerit huberrimos. Esai. 53. Non est species ei neq; decor: & uidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum & nouissimum uirorum, uirum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus & despectus uultus eius, unde nec reputauim⁹ eum. Dicitur uitis uera, ad discretionem uitis alienæ. Hiere. 2. Quomodo conuersa es mihi in amaritudinem uinea aliena? Esai. 5. Expectaui ut faceret uuas, & fecit labruscas. Ego, ait, radix uel stirps uitis sum: uos mẽbra mea ceu palmites è stirpe prognati. Ad patrẽ uelut ad fontem redit totius beneficiũ gratia, q quicquid uobis largiř, per me ac per spũm suũ uobis largitur. Succus aũt stirpis qui palmitibus quoq; dat uitã ac fructificandi uim, spũs est patri mihiq; communis. Is ut me patri connectit, ita uos quoq; mihi copulat. Influit autem Christus in corpus ecclesiæ, ceu caput in membra. Pater agit in uinea ecclesiæ, ut planteiur & fructificet: non enim circa radices occupatus est, sed circa palmites. Duo facit. Omnem enim palmitẽ Christo adhærentem, & ipsius spiritu uiuentẽ, necnon fructum stirpe dignum afferentem, pater purgat, superuacuas amputãs cupiditates, quo fructum adferat copiosiorem ac generosiorem. Gal. 5. Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continẽtia, castitas. Purgat aduersitate. Sapię. 3. Tanquam aurum in fornace probauit electos. Charitate q̃ operit multitudinem peccatorum. 1. Petr. 4. Colossen. 1. In omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia dei. Psal. 83. Ibunt de uirtute in uirtutẽ, uidebitur deus deorum in Sion. Sed qui solum per fidei professionem adhæret, charitatis autem euangelicæ nullum fructũ adfert, hũc pater amputabit à uite, uelut onerosum & inutile membrum. Frustra enim est in uite, qui fructum nõ habet, sed folia tantum uerborum, quare tollitur & emoritur,

Quot de causis succũ uitis influat palmitibus.

Vitis uera cur dictus Christus.

emoritur, quia Christus uita nostra Coloss.3. cuius ipse influxum non percipit. Oportet ergo qui per fidē unitus & incorporatus est domino, fructum afferre, hoc est, uitā habere uirtutibus prædicam, alioqui mortuus palmes est, Iac.2. Fides sine operibus mortua est, & tollendus. Iam uos mundati estis à labe peccati & erroris per uerbum meū. Augusti. Quare non ait, propter baptismum quo abluti estis, nisi quia & in aqua uerbum mundat? Detrahe uerbū, & quid est aqua nisi aqua? Accedit uerbū ad elementum, & fit sacramētū. Vnde ista tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat? nisi faciente uerbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Nam aliud est sonus transiens, aliud uirtus manens. Indicat qb⁹ maxime unitas obseruari queat concordiæ & pacis, nempe si mansērimus in uite Christo. Vnitas ipsa est qua pax constat. Ideo in Christo manendū quo irrigemur. Nā uitale alimentum ministrat uitis palmitib⁹, sic Christus nobis. Augustinus: Non eo modo illi in ipso, sicut ille in ipsis. Nam in Christo manere, est Christū manentem in se habere: & hoc discipulis, non Christo prodest. Nam palmite præciso, potest alius de uiua radice pullulare: quia autē præcisus est, nō potest sine radice uiuere. Vere autem manemus per fidē operosam per charitatem. 1. Ioan.4. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo. Vnde Ephe.3. In charitate radicati & fundati. Sicut ergo palmes manens in uite, fructum facit, eo quod ab illa uiuēdi operationem accipit: ita & qui manent in Christo per obseruationem mandatorum, maiorē fructum afferunt. Contra, qui non manent, fructum ferre non possunt, cum non adhæreant illi unde proficiscitur quicquid ad uitam æternamq; facit salutem. Augustinus: Magna gratiæ commendatio, corda instruit humilium, ora obstruit superborum, qui ignorantes dei iustitiam, suam uoluerunt constituere, Ro.10. dicētes, à deo habemus quod homines sumus, à nobis quod iusti sumus. Quid uos decipitis miseri, non assertores, sed præcipitatores liberi arbitrij? Qui enim fructum à semetipso ferre se posse existimat, in uite nō est: ac sic nec in eo Christus est, nec ipse Christianus est. Osee.13. Perditio tua o Israel. tātummodo in me auxilium tuum. Hinc.1.Cor.10. Qui stat, uideat ne cadat.

Aqua baptismi sine uerbo quid

In Christo manere quid.

2 *Ego sum uitis, uos palmites: Qui manet in me et ego in eo, hic fert fructū multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet: & colligēt eum, & in ignem mittent, & ardet.*

Ego sum uitis, cuius uos palmites estis, gratis insiti, gratis purgati, sed unde uestra culpa possitis excidere. Quare perpetuo uobis hoc curādū, ut semper mihi iungamini. Etenim quisquis manet mihi coniunctus, me sibi uicissim coniunctū habens, meoq; uiuens spiritu, hic aspirante patre, copiosum fructum profert sibi salutem æternam lucrifaciens, & deo cuius gratia fiunt omnia, gloriā apud homines concilians. Quemadmodum enim caput influit mēbris uitam & motum, & uitis palmitib⁹ humorem & pinguedinem, sic Christus uitā gratiæ, & motum sanctarū actionum, humorem accepta dona alentem, charismatumq; diuinorum pinguedinē. Psal. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Ioannis primo: De plenitudine ei⁹ omnes nos accepimus. Augustinus: Ne quis putaret saltem aliquem fructū paruum posse ferre à semetipso palmitem, non ait, quia sine me parum potestis facere, sed nihil. Siue ergo parum, siue multum, sine illo fieri non

potest.sine quo nihil fieri potest: ga si parum attulerit palmes, eum pur gat agricola ut plus afferat. Philip. 4. Omnia possum in eo, qui me con fortat. Nemo ergo seducat. Nō enim est uolentis, neque currentis, sed mi serentis dei, Romanorū.9. Praecedit enim uelle, subsequitur perficere, sed haec unde? Non enim sufficientes su mus cogitare aliquid à nobis tan quā ex nobis, sed omnis nostra suf ficientia ex deo est.2.Cor.3. Phili.2. Deus qui operatur in nobis uelle & pficere. Obserua quod ait: Sine me. Nō ergo excludit nostram coopera tionem, sed potius includit. 1. Cori. 3. Dei enim sumus adiutores. 1. Co rinthio.15. Gratia dei sum id quod sum, & gratia eius in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui: non ego autem, sed gratia dei mecum. Qui autem non manet, aridus fit: hoc est, abijcit quod à fide habuit, & auxilio, & uita priuatur, destitutus succo & spiritu Christi, sicq; emoritur iuxta mentē, etiamsi uiuat iuxta corpus, & numero fide libus iūgatur. Apoc.3. Nomen ha bes q uiuas, & mortuus es. Ps.142. Anima mea sicut terra sine aqua ti bi, & post hanc uitam separatus irre cuperabiliter à uite, conijcit in ignē aeternum, semper arsurus ad suum supplicium, qui noluerit in uite per manere, fructum editurus felicitatis aeternae. Matt.13. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorꝫ, & mittent eos in caminum ignis. Si sola sterilitas condemnatur, iniqui tatis operatio ubi manebit? Mat.25. Inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentiū. Augustinus: Ligna uitis tan to sunt contemptibiliora, si in uite nō manserint, quanto gloriosiora, si manserint. Eze 15 Fili hominis, quid fiet de ligno uitis, ex omnib⁹ lignis nemorum quae sunt inter ligna syl uarum? Nunquid tolletur de ea li gnum ut fiat opus? aut fabricabitur de eo paxillus, ut dependeat in eo quodcunq; uas? Ecce igni datū est in escam, utranq; partem eius consum psit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam. Ambrosius: Vinea re cisa fructificat, semiputata frōdescit: habens multa folia, paucos fructus, neglecta luxuriat. Sic anima purga ta à uitijs, fructificat: negligenter & semiplene putata frondescit, habens multa folia uerborum, non fructuū: quare & à domino maledicitur, si cut ficulnea Mat.21. Sed non purga ta syluestris redditur, non iam pro ferēs uuas suaues, sed agrestes. Deu ter.32. Vua eorum uua fellis, & bo trus amarissimus. Chrysostomus: Sicut de uinea nascuntur gēmae, de gemmis flores, de floribus uuae, de uuis uinum elicitur, sic de aīa uiri iu sti, bonae nascuntur cogitationes, q̄ principiū bonorꝫ sunt operum. De cogitationibus bonae proueniūt uo luntates, q̄ apud deū oderiferi sunt flores ex bona uoluntate procedunt bonae operationes, Eccl.24. Et flores mei fructus honoris & honestatis. De bonis operibus gaudium in deo Psal.18. In custodiendis illis retribu tio. Glo. Non tantū pro eis in futu ro reddetur praemiū, sed & hic in eo rū custodia magnum est gaudium. Iudi.9. Nunquid possum deserere ui num meum, quod laetificat deum et homines? Vnū ergo palmiti cōgruit aut in uite esse, aut in igne.

Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcunque uolueritis, petetis, & fiet uobis. 3

Augustinus: Tunc dicenda sunt uerba eius in nobis manere, quādo facimus quod praecipit, quando dili gimus quod promittit. Quod autē uerba eius manent in memoria, nec inueniuntur in uita, nō computatur palmes in uite, quia uitam nō extra

hit ex radice. Psal. 102. Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciẽdũ ea. Manendo autẽ in Christo, quid uelle possunt nisi qđ conuenit Christo? quid uelle possunt manendo in saluatore, nisi qđ non alienum est à salute? Et si petimus & non fit, non hoc petimus quod habet mansio in eo, nec quod habẽt uerba eius, q̃ manent in nobis, sed qđ habet cupiditas nostra, & infirmitas carnis, quæ non est in eo, & in qua non manent uerba eius. Iaco. 4. Petitis & non accipietis, eo ꝙ male petatis. Insinuat itaq; duas petitionis cõditiones. Prima: Firma ad deũ affectio. Psal. 72. Mihi adhęrere deo bonum est, ponere in dño deo spem meam. Psal. 36. Delectare in dño, & dabit tibi petitiones cordis tui. Sic Iosaphat ait. 2. Para. 20. Cum ignoramus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigam⁹ ad te. Secunda, debita mandatorum obseruatio. Pro. 28. Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Mat. 7. Nõ omnis qui dicit mihi, dñe dñe, intrabit in regnum cœlorũ: sed qui facit uoluntatem patris qui in cœlis est, ipse intrabit regnum cœloꝝ. Sed quę uoluntas. 1. The. 4. Hęc est uolũtas dei sanctificatio uestra, ut abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unusquisque uestrum uas suum possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderij sicut & gentes q̃ ignorant deum. Sed quid ait dñs Hiere. 2? Duo mala fecit populus me⁹: me dereliquerunt fontem aquæ uiuę, & foderunt sibi cisternas dissipatas, q̃ continere aquas nõ possunt. Quid ergo? Nunquid desperandũ? Nequaquam. Ait enim dominus Ezech. 18. Nunquid uoluntatis meæ est mors impij, dicit dominus, & non ut conuertatur à uijs suis, & uiuat? Sic Manasses qui Hierusalem usque ad os sanguine prophetarum impleuit. 4. Reg. 22. postquam coãgustatus est, orauit dominũ deum suum, & egit pœnitentiam ualde corãm domino deo patrum suoꝝ. Deprecatusq; est eum, & obsecrauit intente, & exaudiuit orationem eius, reduxitq; eum Hierusalem in regnum suum, & cognouit Manasses ꝙ dominus ipse esset deus. 2. Paralip. 33.

Petitionis cõditiones.

In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut et ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit, & gaudium uestrum impleatur.

Vides quomodo ille est uere fructũ afferens, qui uere est discipulus, & pater in illo glorificatur, hoc est, gloriã suã existimat. Augustinus: Si enim in hoc glorificatus est pater, non hoc gloriæ nostræ tribuamus, tanquam ex nobisipsis habeamus, eius enim est hæc gratia, & ideo nõ nostra, sed eius est gloria. Mat. 5. Sic luceat lux uestra corãm hominib⁹, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. Nehem. 8. Gaudium enim domini est fortitudo uestra. Mei, ait, discipuli. Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Sicut autem non minuitur dilectio patris, propterea ꝙ ego patiar, ita neq; uos minus diligemini ab eo, etiamsi in uarias incideritis afflictiones. Iudith. 8. Omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierũt fideles. Ostendit quemadmodum in ipsius maneamus dilectione: nempe si sermones eius in nobis manserint, si quæ credimus, teneamus, & factis exequamur. Hinc Iona. 8. Quæ placita sunt ei, facio semper. Nõ petatis solatiũ à mũdo, sed meo

Quomodo mãeamus in xp̃i dilectione.

gaudio gaudeatis, siquādo meis uestigijs ingredientes affligemini, idq; gaudium maneat in uobis, semper augescens in maius meliusq;, donec impleatur in perpetuam immortalis uitæ felicitatem. Non enim mœrore digna sunt præsentia, sed gaudio, licet crux, licet cōfusio, licet ignominia accedat. Iac. 1. Omne gaudiū existimate fratres, cum in uarias tētationes incideritis, scientes quod probatio fidei uestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet. Est enim istud gaudium internum, quod ipse in nobis operatur, ut in tribulationibus quē admodum apostoli gaudeamus. Actu. 5. plenum autem & perfectum in cœlo consequemur. Psal. 15. Adimplebis me lætitia cum uultu tuo, delectationes in dextera tua usq; in finem, Psal. 16. Sattabor cum apparuerit gloria tua.

Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicē sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quā ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio uobis.

Ostendit mutuę dilectionis necessitatem, qualitatem & utilitatem. Ipsa enim in medijs malis magno est solatio, inuictos reddens contra omnia mundi mala. Multa sunt, inqt, Mosi præcepta. unum est hoc præceptum proprie meum, quod omnia complectitur quæ doceo, quod oīa conculcabit quæ inciderint tristia, ut ea charitate uos mutuo cōplectamini, qua ego sum uos amplexus. Legisperito respondens, ait: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum, Matt. 22. Hic uero, hoc est mandatum meum. Et Ioan. 13. Mandatū nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Sed obserua quod ait Apostolus Ro. 13. Qui proximum diligit, legem impleuit. Nā non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimoniū dices, non concupisces, & si quod est aliud mādatum, in hoc instauratur uerbo: Diliges ꝓximū tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malum nō operatur, Hinc. 1. Ioan. 4. Hoc mandatum habemus à deo, ut qui diligit deum, diligat & fratrem suum. Siquis dixerit, quoniam diligo deum, & fratrē suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet, deum quem non uidet, quomodo potest diligere? Dicitur autem nouum, quia reddit hominem nouum, & ne in uetustate remaneam. Eph. 4. Deponite uos secundum pristinam cōuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris: renouamini autem spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo, quoniā sumus inuicem membra. Non autem fortuito neque simpliciter uult nos diligere inuicem, sed sicut ipse dilexit nos. Dilexit autem nos gratuite. 1. Ioannes. 4. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deū, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propiciationem pro peccatis nostris. Sic Matt. 5. Si diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? Non'ne & publicani hoc faciunt? Ordinate, quia ad uitam æternam. Ioannis 3. Sic deus dilexit mundum, ut filiū suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Ioannes. 10. Ego ueni ut uitam habeant, & abūd

Quot feo quibus modis dilexerit nos christus.

dantius habeat. Sic & nos. 1. Cor. 10. Non quærens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salui fiant. & 2. Co. 12. Non quo uestra, sed uos. Sed heu, Omnes quæ sua sunt quærunt. Phil. 2. contra illud. 1. Cor. 13. Charitas non quærit quæ sua sunt. Perfecte, quia animam pro nobis posuit. Pecuniam aut operam qui impendant, fortassis reperientur permulti: qui uitam impendat amico, perrarus est. Ipse uero plus præstitit: nam pro inimicis impendit, modo fiant amici. Roma. 5. Vt quid enim Christus cum infirmi essemus secundum tempus, pro inimicis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur. 1. Ioan. 3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus uerbo neque lingua, sed opere et ueritate. Sursum deorsumque uersat charitatis præceptum, ostenditque nobis multis uerbis, quod illud maioris momenti sit & plus curandum. Qui enim proximum diligit, amicus Dei est.

2 *Iam non dicam uos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci uobis.*

Magnum est, amicum esse principum: sed maximum, esse amicum Christi. Amicitia obtingit fidei ueritate. Sic Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Iacob. 2. Conscientiæ puritate. Pro. 22. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum habebit amicum regem. Sap. 7. In animas sanctas se transfert, et amicos Dei constituit. Patientiæ firmitate. Iudith. 8. Memores esse

Quibus mediis amicitia obtingat.

debent quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Obedientiæ integritate, sicut hic dicitur. & Ioan. 14. Qui habet mandata mea, & seruat ea, is est qui diligit me. Obserua seruitutem esse quandam uitiosam. Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Ab hac dominus liberrare uenit. Ioan. 8. Si filius uos liberauerit, uere liberi eritis. Altera uirtuosa. Rom. 6. Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Nunc uero liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificationem, finem uero uitam æternam. Mali ergo & siquando Deo uidentur seruire, non ob Dei gloriam, sed proprium faciunt commodum, hic mercedem recipientes quam quæsierunt. Matth. 6. Boni uero, qui & amici Dei sunt. Eccl. 33. Seruus fidelis sit tibi quasi anima tua. in futuro gloria, & hic gratia cumulantur. Mat. 25. Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra et multa constituam: intra in gaudium domini tui. Seruus non intelligit quid uelit sibi dominus. non enim conscius est secretorum ipsius. tantum quod iussus est facere, facit, nihil magni præmij sperans si fecerit, magno malo plectendus si neglexerit. Omnia nota fecit eis quæ poterant audire, & quorum erant capaces. Chrysostomus: Nihil aliud his uerbis ostendit, quàm nihil alienum à patre locutum, cum maximum amoris indicium sit, quod arcana patris cum eis communicauerit & dixerit. Ioan. 17. Verba quæ dedisti mihi, dedi eis. Mat. 13. Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum. Mat. 11. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Psalm. 110. Intellectum dat paruulis.

3 *Non uos me elegistis, sed ego elegi uos: & posui uos ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat: ut quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det uobis.*

Non uos me uestris officijs prouocastis ad amicitiam, ut debiti sit redamare: aut ultro uenistis ad amicitiam, ut humanitatis sit amantes redamare: sed ego cum essetis serui legis, & alieni ab amicitia Dei, uolens et ultro selegi uos ex omnibus, nihil promeritos. Duplicem attende fidelium electionem. Aeternam, quę idem est cum prædestinatione diuina quæ ex mera liberalitate & gratia diuina est. Eph. 1. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in cōspectu eius in charitate. Alteram temporalem, quę est uocatio ad fidē & gratiam atq; apostolatum & huiusmodi, quæ est effect⁹ prioris. Ro. 8. Quos prædestinauit, hos & uocauit. Neutra uero ex meritis nostris. Eph. 2. Gratia estis per fidem saluati & hoc nō ex uobis. Dei enim donū est, non ex operibus, ut nequis glorietur. Cauendum autem ne uocati ad gratiam, excidamus per culpam, quemadmodum Iudas. Io. 6. Nōne duodecim uos elegi, & unus ex uobis diabolus est? Hinc. 2. Pe. 1. Quapropter fratres magis satagite, ut p bona opera certā urām uocationem & electionē faciatis. Ad quid elegerit, subiungit. Mar. 3. Fecit ut essent duodecim cū illo, & ut mitteret eos prędicare. Quos & apostolos nominauit. Lu. 6. hoc est, legatos siue missos. 2. Cor. 5. Pro Christo legatione fungimur, tanq; Deo exhortante per nos. Manet uero fructus eorū, quia nō deficiet fides. Luc. 22. Ego pro te rogaui Petre, ut nō deficiat fides tua Mat. 16. Et portæ inferi non prąualebūt aduersus eam. Est alius fructus quē ab oībus requirit, alioqui infructuosa arbor maledicitur. Mat. 21. et excidetur. Lu. 13. Si infœcūda maledicitur, quid proferēti spinas? Sap. 4. Fructus illoꝶ inutiles & acerbi ad mādūcandū, et ad nihilū apti. Sap. 3. Bonoꝶ laboꝶ gloriosus est fruct⁹. Hic permanet in æternum. Apo. 14. Opera. n. illoꝶ sequūtur illos. Vide aūt quāta dilectiōis sit sublimitas quæ amicos Dei reddit, intellectum instruit, actus dirigit & perficit, orationū exauditionē pficit. Quid autē est facilius q̄ petere? Quid aūt quod pr̄ nō possit largiri? Quid est porrò qđ ille causa filij non uelit? Cū ergo fructū ferimus, quęcūq; patierim⁹, dabit nobis. 1. Io. 3. Charissimi si cor nr̄m non reprehenderit nos, fiduciā habemus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniā mandata eius custodimus, & quæ placita sunt coràm eo, facimus. Et hoc est mandatum eius, ut credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis.

Electio fidelium duplex.

Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem. Si mundus uos odit, scitote quia me priorem uobis odio habuit. Si de mūdo fuissetis, mundus qđ suū erat diligeret. Quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mūdo, propterea odit uos mūdus. *Ioan. 15.* P

Ostendit nihil efficacius contra mundi odia, quàm synceram & mutuam dilectionem. Vnde Apostolus. Col. 3. Super omnia autem charitatem habete, quod est uinculum perfectionis. & pax Christi exultet in cordibus urīs, in quo & uocati estis in uno corpore. Augustinus Bonus magister dilectionem sæpe commendat, tanquam sola præcipienda sit, sine qua non possunt prodesse cætera bona. 1. Cor. 13. & quę nō possit haberi sine cæteris bonis quibus hō efficitur bonus. Vnde Apostolus cōtra uitia carnis, fructum spiritus cōmendans, à capite charitatē posuit, & deinde cætera, tanquā ex isto capite exorta uel religata, contexit. *Galat. 5.*

Fructus aũt spiritus, charitas, gaudium. Quis autem bene gaudet, qui bonũ non diligit unde gaudet? Pax. Quis ueram pacem, nisi ad quem diligit habet? Longanimitas. Quis in bono lõganimis perseuerat, nisi qui seruat diligendo? Benignitas. Quis benign⁹, nisi diligat, cui opitulatur? Bonitas. Quis bonus nisi efficaciter diligẽdo? Fides: Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per dilectionem operatur? Mansuetudo. Quis mansuetus, cui dilectio non moderetur? Quis continet ab eo unde turpatur, nisi diligat unde honestetur? Non ergo sunt dura præcepta. Quid enim dulcius q̃ amare mutuũ? Qui sunt tam imbecilles, quos non fortes reddat amor mutuus? Quid tam triste, quod non dulce reddat mutua charitas? Quia res ardua & ualde molesta est persecutionem pati, & odio haberi, consolatur eos dicens: Neq; uos illud moueat, q dum mecum habetis amicitiam, dum inter uos mutua charitate cohæretis, cum mũdo dissidium ac simultatẽ habetis. Immo istuc ipsum uestros animos consolari debebit, quandoquidem hoc argumẽto cognoscetis uos esse uere meos discipulos & amicos, nimirum alienos à mundo, qui totus in maligno positus est. 1. Ioan. 5. Ne uideatur indignum, uos in mundo perpeti quod ego prior uobis sum perpessus. Odit me mundus, non q merear, sed q arguam ac prodã malefacta illius, docens ea quæ non cõgruunt mundanis affectibus. Io. 7. Me aũt odit (mũdus) quia ego testimoniũ perhibeo quia opera eius mala sunt. Obserua mundũ accipi pro uniuerso creato. Heb. 1. Per quẽ fecit & secula. Io. 1. Mundus per ipsum factꝰ est. Pro hoĩbus ĩ mũdo. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo, mũdũ reconciliãs sibi. Io. 3. Sic deus dilexit mũdũ, ut filiũ suũ unigenitũ daret, ut oẽs qui credunt in illũ, non pereant, sed habeãt uitã ęternam. Pro solis malis uel malitia maloꝝ. Hic Deũ non cognouit. Io. 1. Lux. n. uenit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras, q̃ lucem. erãt. n. eoꝝ mala opera. Io. 3. De hoc loquitur hic, de quo elegit suos. Gal. 1. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundum uoluntatem dei & patris nostri. Vnde. Rom. 12. Nolite cõformari huic seculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri, ut probetis quæ sit uoluntas Dei bona, & bene placens, et perfecta. Hinc hic subdit: Si de mũdo essetis per imitationem uitæ illi conformes in culpa, diligeret utiq; eos quasi ad idem corpus pertinentes. Nouit suę factionis homines, eosq́; complectitur, euehit, ut similis amat similem. Eccl. 13. Oẽ animal diligit sibi simile, & omnis homo ad similem sibi coniungetur, & mala scabies amat cõmode scalpentem. 1. Io. 4. Ipsi de mundo sunt, & de mundo loquuntur, & mũdus eos audit. 2 Timoth. 4. Erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus: & à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas aũt conuertent. Infelices ergo qbus hic mũdus blãdꝰ est: nã hoc arguit eos nõ esse amicos Dei. Ia. 4. Quicũq; uoluerit amicus esse huiꝰ mũdi, inimicus dei constituitur. Qm̃ nõ ea sectamini q̃ sũt carnis, sed quę sunt spũs, non inhiatis bonis terrenis, sed cœlestibꝰ: ideo uos odit mũdus, nõ q odio digni sitis sed quòd impio dissimiles. Ideo cœpit uos mũdꝰ odisse, nõ ob aliud nisi q mei estis: atqui non alio nomine felices estis, nisi q mei estis. Atque ita cũ cõmune hoc mecum habeatis, ut odio, habeamini, sit uobis magnæ consolationis loco. Ex eo. n.

Mundus quotifarie capiatur.

quòd non haberemini odio, ostenderetur quòd & ipsi illorum malitiæ & iniquitati communicaretis: nunc autem quia odio uos habent mali, gaudete. Mat.5. Beati estis cum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint oẽ malum aduersum uos, mentientes, propter me: gaudete et exultate, quoniã merces uestra copiosa est in cœlis.

2 *Mementote sermonis mei quem ego dixi uobis, non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & uos persequentur: si sermonẽ meũ seruauerunt, & uestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient uobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me.*

Nolite mirari ꝙ uestra innocentia non tuebitur uos ab odio mundi, nec mea me innocentia tueri potuit, quę maior est uestra, nec meam doctrinam ueriti sunt aspernari, nec meis beneficijs mitescere potuerũt, & à cœptis crudelibus reuocari. Nõ ergo putet se regnaturũ cum Christo, qui modo non uult odia sustinere & tribulationes pro ipso. 2. Timoth.3. Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Gala.4. Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerar, persequebatur eum qui secundũ spiritum, ita & nunc. 1. Pet.4. Charissimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem uobis fit, quasi noui aliquid contingat: sed communicantes Christi passionibus, gaudete, ut in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Quid enim malorũ non perpessus est dominus? Insanum, dęmonium habentem, blasphemum dixerunt. Ioan.10. Præcipitare conati sunt. Luc.4. lapidare uoluerunt. Io.8. &.10. tandem cruci fixerunt. Hinc admonet Apostolus. Hebr.12. Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatorib⁹ aduersus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis uestris deficientes. Sed quemadmodum meam doctrinam non tulerunt, ita nec uestram ferent, quoniã eadem docebitis quæ & ego. Eze.3. Domus Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Lu.10. Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit: qui autẽ me spernit, spernit eũ qui me misit. Sit ergo uobis consolatio ꝙ ipsi & uestri, & mei, & Dei sunt inimici: quicquid enim hoꝝ facturi sunt in uos, odio nominis mei facient. Et in in me facerent ista si præsentem haberent. Nesciunt igitur Deum quem se scire gloriãtur, & tñ hęc ignorantia nõ excusabit eos ĩ die uindictæ. Nesciunt quidem, sed ideo nesciunt, quia noluerunt discere. Ideo noluerunt discere, quia magis dilexerunt suam gloriam quàm Dei, pluris fecerunt suum quæstum, quàm lucrũ salutis euangelicæ. Non ergo excusat hæc ignorantia crassa uel magis affectata. 1. Cor.14. Siquis ignorat, ignorabitur.

Infideles cur nesciãt & an sint excusandi.

Si non uenissem, & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit, & patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & uiderunt & oderunt & me & patrem meum. Sed ut adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.

Num ergo iuste uos persequẽtur? Non. Quod itaq; pater fecit in eorũ salutem, hoc sibi sua pertinacia uerterunt in cumulum æternæ damnationis. Etenim in hoc ueni, in hoc missus sum, ut omnibus si fieri posset, impartirem salutem æternam. Si non iuxta prophetarum uaticinia uenissem, docuissem, haberent quod prætexerent. August. Nunquid sine peccato aliquem inuenit dominus? Sed de magno quodã loquitur peccato, quo tenenẽ omnia, quod unusquisque si non habet, dimittuntur ei cun-

ei cuncta peccata. Peccatū.n. infidelitatis magnū est, & quia Christus in lege fuit promissus, idcirco de perfidia redargui non potuerunt nisi misso Christo. Baruch.3. Post hęc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Heb.1. Multifariā multisq́; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio. Vnde. Io.8. Dixi ergo quia moriemini in peccato uestro. Si non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato uestro. Et quia prætexebant, quod Dei amore ipsum persequerentur, subdit: Quisquis odit me, nō potest nō odisse patrem meum, è cuius authoritate loquor quæ loquor, cuius uirtute facio quicquid facio. Ecce radix peccati. Nā una essentia & una operatio. Qui ergo Christum propter opera & doctrinam odit, & patrem odit. Ioā.7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Io.14. Pater autem in me manens, ipse facit opera. &. Io.8. Si Deus pater uester esset, diligeretis utiq; me. Ego.n. ex Deo processi & ueni, neq; enim à meipso ueni, sed ille me misit. Quare loquelam meam nō cognoscitis? Si nō edidissem inter illos miracula, quę nemo prophetarū ante me exhibuit, siue magnitudinem spectet aliquis, siue multitudinem, eaq́; omnia nō in terrorē illorū, sed in subsidium afflictorum, non tenerentur hoc peccato lōge grauissimo. Io.7. Christus cum uenerit, nunquid plura signa faciet quàm quæ hic facit? Mat.9. Nūquā apparuit sic in Israel. Vnde Nicodemus ait. Io.3. Nemo potest hęc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cū eo. Notāter ait, in eis: qa non solū corā ipsis, sed et in eis, ipsos sanādo. Nam pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniā Deus erat cum illo. Act.10. Nūc aūt audierūt & uiderūt me pręsentē, quem expectabāt futurū iuxta Mosi (Deut.18.) & prophetarū oracula, tantoq́; magis oderunt, non tantum me qui locutus sum & feci, sed & patrem meum, qui per me locutus est, per me uirtutem suam exercuit. Esa.30. Erunt oculi tui uidentes præceptorem tuum, & aures tuę audient uerbum post tergū monentis. Hæc est uia, ambulate in ea, & nō declinabitis neq; ad dexteram, neq; ad sinistram. Esa.35. Ecce Deus noster, ipse ueniet & saluabit nos. Tūc aperientur oculi cęcorum, & aures surdorum patebūt: tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum. Tolerabile est si quis prouocatus oderit aliquem: utcunque potest ignosci, si quis ignotum oderit: cęterum quis ignoscat illi, qui & notum & bene merentem odio prosequatur? Nam propter solam malitiam & nullam aliā causam natum est hoc odium, & hinc impletum oraculum. Psal.34. Quia odio habuerūt me sine causa. Immo retribuebāt mala pro bonis. Hierem.18. Nunquid redditur pro bono malum?

Cū aūt uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre, spiritum ueritatis, qui à patre procedit, ille testimoniū perhibebit de me Et uos testimoniū perhibebitis, quia ab initio mecū estis. Ioan.15. Q

Ostendit spiritus sancti dono mūdi odia conculcanda, & uitia redarguenda, suamq́; gloriam per suos collustrandam. Bono, inquit, animo sitis. prædicatio non caritura est testibus, sed & spiritus cum signis & prodigijs meis testabitur, fidelisq́; testis erit. est eñ spiritus ueritatis. Dionysius: Spiritus sanctus consolator dicitur ab operatione, quia eos quos se dignos reperit, non solū ab omni pturbatione reddit alienos, ut etiam incredibile quoddam eis gaudium tribuit. sempiterna quippe lætitia in eorū cordibus uersatur,

quorum spiritus sanctus inhabitator est. 2. Cor. 1. Benedictus Deus et pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum et Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Consolatur pœnitentes, spem ueniæ ingerendo. Psal. 93. Secundum multitudinem dolorum meorũ in corde meo, cõsolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Lugentes, dulcedinem gratię largiendo. Tob. 3. Post lachrymationem & fletum, exultationem infundis. Matt. 5. Beati qui lugent, quoniã ipsi consolabuntur. Patientes, fortitudinem sustinentiæ addendo. Hebr. 12. Nondum enim usq; ad sanguinẽ restitistis repugnantes peccato, & obliti estis cõsolationis quę uobis tanquam filijs loquitur, dicens: Fili, noli negligere disciplinam domini, neq; fatigeris dum ab eo argueris. Quẽ enim diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. Iob. 6. Hæc mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non parcat. Non autem consolatur, qui uanam quærunt consolationem. Lu. 6. Væ uobis diuitibus, qui habetis hic consolationem uestram. Vnde diues epulo audiuit. Luc. 16. Fili, recordare quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu uero cruciaris. Esa. 51. Ego ipse, ego ipse consolabor uos. Dionysius: Iste consolator spiritus mittitur à filio, non ut minister, ut angeli & prophetæ, sed ut mitti decet à sapientia Dei et uirtute, habentem eandem sapientiam, uirtutem & naturam, à patre scilicet procedentem, ut ostendatur unus patris & filij spiritus. Vnde dicitur etiam spiritus filij. Galat. 4. Quoniam estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda uestra, clamantem abba pater. Siquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Rom. 8. Beda: Spiritus sanctus mittitur, quãdo dilectores nos facit Dei & proximi, quę dilectio fit in nobis à tota trinitate. Ideo enim Deum diligimus, quia ipse prior dilexit nos. 1. Ioan. 4. Spiritus sanctus uenit à seipso, q liberaliter ubi uult spirat. Ioan. 3. Non tamen uenit sine patre & filio eum mittentibus, quia tota trinitas per spiritum sanctum inhabitat corda nostra. Augu. Iudæi odio habuerunt me gratis, sed spiritus sanctus tale testimonium perhibebit de mea innocentia, ut in me faciat credere non uidentes, quem occiderunt inuidentes. Non enim malorum incredulitas, reddet irritum fructum eorum qui credituri sunt. Cum. n. perfunctus fuero omnibus quæ mihi mandauit pater, iamq; uenerit cõsolator ille, quem, sicut ante pollicitus sum, mittam uobis à patre proficiscentẽ, qui est spiritus suggestor & doctor oĩs ueritatis, ille declarabit oĩa quæ dixerim, quæ gesserim, ex quibus liquebit & mea bonitas, & illorum obstinata cæcitas. Ille docebit nihil in me factũ, quod non ante prædictum sit in libris ipsorum quos legunt, nec intelligunt. Act. 10. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionẽ peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eũ. Beda: Adueniens spiritus sanctus, testimonium perhibuit de domino: quia discipulorum corda aspirans, omnia quę de illo scienda mortalibus erãt, clara luce reuelauit: et omnibus qui secundum eorum uerbum credunt in dominum, quicquid recte sapiũt, eiusdem spiritus est munere concessum. Vos quoque, inquit, qui nunc estis imbecilles, tunc cõfirmatiores mei spiritus afflatu, testificabimini apud omnes de me, propterea ꝙ ordine uidistis quæ gesserim, audistis quæ dixerim, quare non paruũ hoc

Qui seu quales a spiritu sancto consolentur.

erit testimonium. Beda: Cum data spiritus sancti gratia hoc fiduciam apostolorum iuuit, q ab initio fuerunt cum domino, ideoq; quæ apud illum uiderunt & audierunt, absq; omni ambiguitate prædicare uolebant. Vnde Petrus alium pro Iuda ordinare uolens Apostolum, non hunc neophytum, sed probatum ex tẽpore curabat eligere. Act. 1. Oportet ex his uiris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos dominus Iesus, incipiens à baptismo Ioannis, usque ad diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Hinc gẽtibus Christum euangelizans, confidenter ait. Act. 10 Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestũ fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cũ illo postquã surrexit à mortuis. Act. 4. Non. n. possumus quæ audiuimus & uidimus, nõ loqui. Beda: Ex multis sancti euãgelij locis inuenimus, quia discipuli ante spiritus sãcti aduentum minus capaces erãt ad intelligenda arcana diuinæ sublimitatis, minus fortes ad tolerãda humanæ prauitatis aduersa: sed eis aduenientente spiritu, cum augmento diuinæ cognitionis, data est etiam constantia uincẽdæ humanæ persecutionis: quia quæ spiritu docente intus cognouerũt, hæc abiecto timore pristino fortiter loquendo et alijs ministrabant. Ipse nanque spiritus corda eorum & scientia ueritatis illustrauit, & ad docenda quæ nossent, culmine ueritatis erexit. Vnde & Esa. 11. spiritus fortitudinis & scientiæ dicitur. Est enim spiritus scientiæ, quia per ipsum quæ recte agere uel etiam cogitare debeamus, agnoscimus. Est & fortitudinis, quia etiam per ipsum, ut quæ bene nouimus, uiriliter operemur, accipimus: ne aduersitate aliqua à bonis quę cœpimus, reppellamur. Act. 4. Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi dñi nostri.

Spũs scientiæ fortitudinis.

Hæc locutus sum uobis, ut non scandalizemini. Absque synagogis facient uos.

Nec ullis periculis oportebit deterreri à professione ueritatis euangelicæ, quam mundus quidem omnibus machinis oppugnabit, cæterum opprimere nunquam poterit, quæ Deo authore nititur. Non ergo fallam uos, nec in malis quę necesse est euangelij gratia perpeti, nec in præmijs quæ manent gnauiter suo profunctos munere, ut ne postea offendamini cum uideritis multos nõ credere, & uos multa aspera pati, sed cogitate quod etiam antequam fierent, prædixi. Gregorius: Iacula quæ præuidentur, minus feriunt. Qui enim sagaciter pensat, quantus sit tribulationũ fructus & utilitas, cum alacritate ipsas amplectitur, eo quod purgãt à culpa, disponunt ad gratiam, à pœnis æternis liberant, & gloriæ coronam pręstant. Tob. 3. Hoc autem pro certo habet omnis qui colit te, quia uita eius si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam uenire licebit. Roma. 5. Gloriamur in spe gloriæ filiorũ Dei: non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, sciẽtes, q tribulatio patientiam operatur. patientia autem probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit. Romano. 8. Non enim sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. 2. Corinth. 4. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operabitur in nobis, non

Tribulationũ utilitas.

contemplantibus nobis quæ uiden tur, sed quæ non uidentur. Quæ.n. uidentur, temporalia sunt: quæ autem non uidentur, æterna sunt. Qui religionis arcem tenere uidētur, qui legis cognitionem profitentur, uos uelut impios & execrabiles submouebūt è synagogis suis, quod apud istos est probrosissimum. Vnde & plurimi ne extra synagogam fierēt, Christum confiteri non audebant. Ioan. 12. Dilexerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriā Dei. Ioan.9. Iam enim conspirauerant Iudæi, ut siquis confiteretur eum Christum, extra synagogam fieret. Sed salubre est, propter ueritatem extra synagogam fieri malignantium. Psal. 25. Non sedi cum consilio uanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Lauabo inter innocētes manus meas.

Excōmunicatio quibus hominem priuat.

Cum autem extrema ecclesię sit pœna, non indiscriminatim in omnes hoc fulmen iaciendum. Cum enim sit separatio à corpore ecclesiæ, ideo priuat influxu gratię à capite. Io.15. Siquis in me nō manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet. Sacramentis ecclesiæ, cum sit habendus ut ethnicus & publicanus. Mat.18. Meritis ecclesiæ. Psal.118. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Communione fidelium 1. Cor.5. Tollatur è medio uestrum qui hoc opus fecit. Nescitis quia modicum fermētum totam massam corrumpit? Ingressu cœlestium. Matth.18. Amen dico uobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Non ergo contemnendum ecclesiæ iudicium. 1. Tim. 1. Hoc præceptum cōmendo tibi fili Timothee scdm pręcedentes in te prophetias, ut milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conscīētiam. Quam quidam repellētes, circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymenæus & Alexander, quos tradidi satanæ, ut discant non blasphemare. &.1. Cor.5. Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui ut præsens, eum qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu, cum uirtute domini Iesu tradere huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Obserua hic tria. Primum, quia cum magna maturitate excommunicatio infligēda. Alterum, ꝙ ob salutem animæ promouendam, non odio auaritia &c. Tertium, ꝙ crimi nosos, ut sunt pertinaciter inobediētes. Matth.18. Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. 2. Thess.3. Quod siquis non obedierit uerbo nostro, per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo, ut confundatur. Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite ut fratrem. Peruerse docētem. Gal.1. Sed licet nos aut angelus de cœlo euangelizet uobis, præterquā quod euangelizauimus uobis, anathema sit. 2. Ioan. 1. Siquis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domū, nec Aue ei dixeritis. Qui.n. dicit illi Aue, cōmunicat operibus eius malignis. Periculose uiuētē. 1. Cor.5. Scripsi uobis in ep̄la, ne cōmisceamini fornicarijs, nō utiq; fornicarijs hui9 mūdi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruiētibus: alioqui debueratis de hoc mūdo exisse. Nūc aūt scripsi uobis nō cōmisceri. Si is qui frater nominatur inter uos, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cū huiusmodi nec cibū sumere.

Tria quædam circa excommunicationē notanda.

Sed ue-

Sed uenit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitretur obsequium se præstare deo. Et hæc facient uobis, quia non nouerũt patrem neq; me. Sed hæc locutus sum uobis, ut cum uenerit hora, eorũ reminiscamini, quia ego dixi uobis.

Nõ solũ è synagoga eñcient, sed & morte punient, utpote perniciosos, & ut inimicos dei occident uos. Prętexent enim impietati suæ, pietatis imaginem, ac uerę pietatis doctores impietatis reos peragent. Ita fiet ut non solum dura perpetiamini, uerũ etiã ut impñ maleficiq; ꝑpetiamini. Sed quia nõ habuerunt sciam rectã, nec causam iustã, ideo zelus eorꝫ nõ bonus. Rom. 10. Aemulationem qui dẽ dei habent, sed non secũdum sciẽtiam. Vnde Act. 26. Ego quidem ęstimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa cõtraria agere, qđ & feci Hierosolymis. Excusabat quid ẽ ignorantia tanto, sed nõ à toto, cum ex miraculis, doctrina, & uitæ innocentia potuissent ueritatẽ, si uoluissẽt, ut cæteri cognoscere. Pessimi aũt illi, qui ex certa malitia ipsos persequebantur. Cõsolatur q̄ ꝓpter ipsum passuri erant. Nostra, inquit, hæc iniuria est, nostrum erit & uobis certãtibus opem suppeditare, & uictoribus præmia largiri, & illis obsistere, deq; pertinacibus pœnam sumere, ne uos quicquã de uindicta cogitetis. Rom. 12. Nõ uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locũ iræ. scriptũ est enim: Mihi uindictã et ego retribuam. Deu. 32. Mea est ultio, et ego retribuam eis in tempore. Non. n. ista committent in uos q̄ fu res sitis, aut maledici, aut alioqui talibus digni malis, sed quia nondum ad plenũ nouerũt neq; me, neq; patrem meũ. Beda: Quia. n. filius est in patre, & pater in filio, & qui uidet filium, uidet & patrem, Io. 14. patet q̄ quicunq; filñ credulitati obstinatamẽte resistũt, nec patrẽ nosse probãtur. Io. 8. Si me sciretis, utiq; & patrẽ

Ignorãtia quos seu qu atenus excuset.

meum sciretis. 1. Io. 2. Omnis qui negat filiũ, nec patrẽ habet: qui confitetur filiũ, & patrẽ habet. 1. Io. 5. Omnis qui diligit eũ qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo. Nec ergo uos moueat hominũ de uobis iudicium contentos recti cõscientia, q̃n poti⁹ beatos uos iudicate iuxta doctrinam meã, cũ uos oderint homines, & cum separauerint uos & exprobrauerint, & eiecerint nomen uestrum tanq̃ malum propter filium hominis: gaudete in illa die & exultate, ecce. n. merces uestra multa est in cœlo, Lu. 6. Eñcient uos è synagogis, sed hoc ipsum arguet nomina uestra scripta in cœlo. Hæc ꝓdixi, quo contra imminẽtia munirẽ pericula, & cũ uideritis molesta illa euenisse, credatis & de reliquis quæ promisi. Beda: Ego qui pro uestra uita ac salute moriturus sum, q̄ uos meo sanguine redẽpturus, qui uos in tribulationib⁹ semper adiuturus, qui ęterna uobis ꝓmia post tribulationẽ daturus sum, dixi uobis. Magnũ quippe certantibus leuamen, magnã consolationis gratiam præstat, q̃n ille certamina eadẽ futura prædixisse reminiscitur, q̄ & milites suos ne uinci possint adiuuare, & ne incassum uincat, immortalitatẽ post ꝑlia repẽdere ꝓmittit. Hoc & se deũ ostendit, cui futura cõtingẽtia nota sunt. Esa. 41. Annũciate q̃ uẽtura sunt in futurũ, & sciemus, q̄a dñ estis uos, quo fidẽ eorꝫ roboraret, & hęc cũ gaudio susciperent, nõ tanq̃ de manu ꝑsecutorꝫ, sed tanq̃ de manu dei, sine cui⁹ nutu ac uolũtate, nulla siue ꝓspera, siue aduersa cõtingere possunt.

Hæc autem uobis ab initio non dixi, quia uobiscum eram.

Hæc tã dura sciebã uobis euentura, sed tamen initio, cũ uos mihi iungerem his de rebus silui, nõ ut fallerẽ uos, sed quia nondũ erat tẽpus, nec enim cuiuis tempori conueniunt, &

quia sufficiens suffugium ad me habebatis & omne certamẽ in me reijciebatur.

Ioan 16. *Et n' ac uado ad eum qui misit me, & nemo ex uobis interrogat me, quò uadis. Sed quia hæc locutus sum uobis, tristitia impleuit cor uestrũ. Sed ego ueritatẽ dico uobis, expedit uobis, ut ego uadam. Si.n. non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos.*

R Quã necessaria, utilis & efficax mundo fuerit spiritus sancti gratia ad mali correctionem & boni promotionem, ostendit. Nunc, inquit, abeundum est, & cum uestra potissimum causa abeam, ut subducto huius corporis conspectu, proficiatis ad fortiora, tamen hic sermo sic exanimauit uos, ut nemo roget, aut cogitet quò uadã, cum nõ oporteat uos discruciari ꝙ abeam, sed gaudere potius quòd abeam ad patrẽ unde profectus sum, iã non absuturus à uobis, sed aliter uobiscũ futurus. Ad eum qui misit me. Gal. 4. At ubi uenit plenitudo tẽporis, misit deus filium suum factũ ex muliere, factũ sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionẽ filiorꝝ reciperemus. Secũdum.n. diuinitatem semper est cum patre. Ioan. 8. Qui misit me, mecum est. Ioã. 1. Deũ nemo uidit unquam: unigenitꝰ filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Erit autem tam manifesta ascensionis claritas, ut nemini uestrũ sit opus interrogare, uidentibus cunctis, quia ad cœlos pergam. Act. 1. Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit illum ab oculis eorum. Verba hęc spẽ nobis ingerunt simul & timorem. Spem, quia Christus ad patrem uadit, inde missurus spiritum sanctũ. Ioan. 14. Ego rogabo patrem, & aliũ paracletum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternũ. Immo interpellaturus pro nobis. Heb. 9. Introiuit in ipsum cœlum, ut appareat uultui dei ꝑ nobis. Ro. 8. Christus Iesus ꝗ mortuus est, immo ꝗ & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui & interpellat pro nobis. Sed qui nunc noster est aduocatus, 1. Ioan. 2. in iudicio iustus erit iudex. Nam pater omne iudicium dedit filio, Ioã. 5. Timorem, quia hac nobis uia, uelimus nolimus, eundum, per mortem scilicet. sed an ad patrem, quis nouit? Ecclesiastes. 9. Sunt iusti atq; sapientes, & opera eorum in manu dei: & tamen nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurũ seruantur incerta. O ꝙ felix, qui in hora mortis cum oculi quos modo uoluptas claudit, aperientur, dicere posset confidenter: Vado ad eũ ꝗ misit me. Ob id enim creati sumus. Ecclesiastes. 12. Reuertatur puluis in terram suam unde erat, & spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Sed heu in multis offendimus omnes, Iaco. 3. Prouer. 20. Quis potest dicere, mundum est cor meũ, purus sum à peccato? Nihil uero coinquinatum intrabit in eam. Apo. 21. ciuitatẽ scilicet Hierusalẽ. Ideo dicamus illud Iob. 10. Dimitte me ut plangam paululum dolorẽ meum, anteq; uadã, & non reuertar ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Sic filius prodigus in se reuersus, ait: Surgam, & ibo ad patrem, & dicã ei: Pater, peccaui in cœlum, & coràm te, iam nõ sum dignus uocari filius tuus, Luc. 15. occurret haud dubie pater pœnitenti & reuertenti. Sciebat autem dominus, quid uerba hæc in cordibus discipulorum ageret, quia uidelicet tristitiã magis de abscessu quo eos desereret, quàm de ascensu quo patrem peteret, lætitiam generarent. Nec mirum, cum dixerit persecutores eorum se existimare obsequium præstare deo. & maxime ꝙ in tantis

ipsorum periculis ipse deesset. Quantum nobis de ipsius absentia dolendum, sine quo nihil possumus? Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Hieremiæ secundo. Scito & uide, quia malum & amarum est dereliquisse te dominum, & non esse timorem eius apud te, dicit dominus exercituum. Osee. 9. Sed uæ eis cum recessero ab eis. Chrysostomus: Sustine modicum, & non contristemini, quando: ire enim meum uobis cōfert, & manere uobiscum, non erit utile. Nam uos quidem semper uelletis esse mecum: sed nisi ego morior pro mūdo, & eo ad patrē dato sacrificio & propiciatione pro peccatis, paracletus nō ueniet. Chrysostom⁹: Tria sunt quæ impediūt, ne quis spiritualium sit capax. Amor carnalis, Augustinus: Si carni adhæseritis, capaces spiritus nō eritis. Ipsi autem sensualiter dominum adhuc diligebant cum affectuose, humiliter, & suauiter se ad ipsos haberet, quasi spōsus ad filios. Marc. 2. Non possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus. Quanto autem quis plus affectum sequitur carnis, tanto magis impeditur à spiritualium receptione charismatum. 1. Corin. 2. Animalis homo non pcipit ea quæ sunt spiritus dei. Ioan. 7. Spiritus nondū erat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Beda: Non quod in terra positus spiritum sanctum dare non possit, (quia dicit Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum) sed quia ipso in terra posito, illi mentes ad superna erigere non ualebant. Tantum enim afficiebantur ipsi, alloquio eius allecti, consilio, conuersatione, sensibili dilectione, ut non iungerent animū ad diuinitatem ipsius. Ascendente autem illo cœlum, et ipsi pariter omne desiderium suū illò transferebāt. Matt. 6. Vbi thesaurus tuus est, ibi & cor tuum erit. Secundum: Duritia cordis. Act. 7. Dura ceruice & incircuncisi cordibus & aurib⁹, uos semper spiritui sancto restitistis. Tertiū, perturbatio mentis. Augustinus. Contristabatur humanus affectus, quia deserebat carnalis aspectus. Nisi ergo submoto carnis cōspectu cœperitis, inquit, esse spiritales, spirit⁹ ille cōsolator, qui uos fortes reddet & inuictos, nō ueniet ad uos. Quod si abiero, uosque neglecta corporali pꝛæsentia pꝛparaueritis animos uestros sublimioribus dotibus, quas spirit⁹ ille uobis deferet, tum ueniet cōsolator ille à me missus ex patre, nunquam uos relicturus, nec unquam uos destituturus, nec in uita, nec in morte. Erat siquidē diuinum secretū arcanumque consiliū, ut filio dei præsente, spirit⁹ se nō manifestaret, & filio dei absente, se spiritus mundo insinuaret.

Quæ tria obstēt spiritualibus capiendis.

3 *Et cum uenerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, et de iudicio. De peccato quidē, quia non crediderūt in me. De iustitia uero, quia ad patrem uado, & iam non uidebitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus est.*

Cum uenerit non mutando locū, sed influendo nouum donum, efficiendo nouum effectum, & eliciendo nouum actum. Menti etenim quam replet, non solum uim diuinæ charitatis infundit interius, uerumetiam timore carnali depulso, ad increpandum prauitatem malorum foris fiduciam præstat. Non ergo erit ociosus aut inefficax, sed mūdus triplici nomine per eum conuincetur inexcusabiliter. De peccato omniū maximo, quodque cętera peccata omnia complectitur, coarguetur: quia cum uiderint consentire tot prophetarum oracula cum euentis, cum cōspexerint millia hominū pꝛofiteri nomen meū, quid tū habet mūdus quod prętexat obstinatæ maliciæ suę & incredulitati? Cumque cōspexerint profanas gentes per simplicis aquę tin-

De peccato argui.

cturam,ac mei nominis professionē ablui a pristinæ uitæ sordibus,& innocentia donari,palā erit illos uolētes ac scientes in suis manere peccatis,& peccata peccatis addere. Cyrillus: Quod Iudæis saluator dicebat, nisi credideritis quia ego sum,moriemini in peccato uestro, Ioan. 8. hoc spiritus sanctus re ipsa ostendet. Nā ipse dedit eis potestatem filios dei fieri nempe ijs qui credunt in nomine eius,Ioā.1.Beda: Peccatum incredulitatis quasi speciale ponit, quia sicut fides origo uirtutum,ita solidamentum uitiorum in incredulitate persistere,domino terribiliter attestāte cognouimus. Ioan.3. Qui non credit,iam iudicatus est. At contra: Iustus ex fide uiuit,Aba.2. De iustitia, quam contempserūt,quia cum uerbum uitæ audierint, noluerunt credere ad iustitiam. Augustinus: Iustitia credentium est, credere in Christum. Rom.3. Arbitramur enim hominem iustificari per fidē, sine operibus legis. Cyrillus: Credentes .n. in Christum,ut iure iustificatos,saluabit,quem ut deum uerum susceperunt,neq; suā stabiliri conati sunt iustitiam,sed dei: ij uero qui se sua iustitia putarunt assecutos gratiam, merito spiritu sancto damnantur. Rom.10. Ignorantes dei iustitiam,& suam uolentes cōstituere,iustitię dei non sunt subiecti. Chryso. Quia dei filium ad patrem ire, argumētū fuit irreprehensibilis uitæ, & inculpatæ iustitiæ,secundum illud Matt. 3. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Rom.10. Si credideris in corde tuo q deus illū suscitauit a mortuis,& cōfitearis in ore tuo dn̄m Iesum,saluus eris. Corde enim creditē ad iustitiam, ore aūt confessio fit ad salutē. Iam autem non diu uobiscū hoc uisibili corpore uersatus sum, & tamen sentietis me uiuum ac potentem,nihilq; non præstātē eorum

De iustitia

quæ pollicitus sum. Videbitis autē postea in maiestate & gloria. Act.1. Hic Iesus qui assumptus est a uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodū uidistis eum euntē in cœlum. De iudicio discretionis quod abiecerunt, & diuinæ discussionis quod non timuerunt. Cyrillus: Magno erroris crimine mūdum arguit, qui uerum & natura deū omisit, & diabolum in creaturis adorauit, qui iā cōdem natus cecidit,quod passus nō esset, si uere deus fuisset. Ioan.12. Nunc iudicium est mundi,nūc princeps huius mundi eijcietur foras. Non'ne palàm fiet,principem huius mundi, q hactenus per peccatum exercuit tyrannidem,iam suis ipsius armis uictum,eiectum,cū demnatumq; esse, ut qui mortem meam procurauerit, per quem peccata mundi tolluntur, per quem confertur innocentia, per quem donatur libertas euangelica, p quem datur immortalitas? Tū apparebit fuisse triūphum,quod uidebatur ignominia: fuisse uictoriā, qđ putabatur exitium. Merito ergo dānantur,qui damnatum illum ac uictum sequi maluerunt in mortem æternam,q̄ me quem deus uelut in regni sui cōsortium subuexerit,omnibus innocentiæ uitæq; authorem. Sic.n. deuictus & eiectus est diuisis spolijs,ut nullum uincere possit,nisi uolentem & permittētem. Iacob. 4. Resistite diabolo, & fugiet a uobis. Gregorius: Frustra de diabolo conqueritur,qui nō uult in Christū credere,quē iudicatū et foras emissum, & propter nostram tantum exercitationem forinsecus impugnare pmissum,non solum uiri,sed et mulieres & pueri & puellę martyres uicerūt. Merito ergo arguūtur, qui terribili dei iudicio in primo angelo nō terrētur, sed uel per infidelitatē sub eius remanēt imperio,uel denuo ipsi per peccatū se subijciunt,Iob.21. Ipse est

De iudicio

rex

rex super omnes filios superbiæ.

Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet, loquetur, & quæ uentura sunt, annunciabit uobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis:

Sunt & alia, quæ & uobis et alijs necessaria sunt, quæ uobis poteram dicere, sed non est huius temporis ea pmere, nec uos adhuc capaces estis ob imbecillitatem, nec adhuc peractam huius meæ legationis functionem. Ea spiritui uenturo reseruo. Passiones enim uehementes impediunt usum rationis. Anima enim sedendo & quiescendo fit prudēs. Vnde. 1. Corin. 3. Non potui uobis loq quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, tāquam paruulis in Christo, lac uobis potum dedi, non escam. Gregorius: Dicturus Apostolus, insta importune, præmisit opportune, 2. Tim. 4. quia apud auditorum mētes ipse se sua uilitate destruit, si habere opportunitatem importunitas nescit. Si enim semper plueret, nunquam terra germinaret. Is ergo uos docebit omnē ueritatem, cuius nūc capaces ad plenum non estis. Docet ueritatem, contra uanitatem & falsitatem, nec unam atq; alterā, sed omnem. Psal. 118. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Non autem simpliciter omnem, eū futuræ reseruatum sit uitæ. 1. Corinthiorum. 13. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus: cum autem uenerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Hinc sanctorum doctorum ueritas. 1. Ioannis. 2. Vnctio eius docebit uos de omnibus. Ideo ecclesia quæ spiritu hoc regitur, columna dicitur & firmamentum ueritatis, 1. Timo. 3. Sed obseruandum, quòd spiritum hunc mundus non potest accipere, Ioannis. 14. sed in animas sanctas se trāsfert, amicos dei & prophetas constituit, Sapientiæ. 7. Matt. 11. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, qa abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Nō loquetur autem incerta, sed quē admodum ego nihil locutus sum quod non audierim apud patrem, ita ille nihil suggeret, nisi quod acceperit à patre, & à me. Est enim nō solum omnipotens, sed et omnisciens. Sicut filius non est à seipso, sed à patre, & spiritus sanctus ab utroq;, p modum amoris procedens: ideo qcquid eis attribuitur respectu creaturæ, hoc dicuntur ab ipso accipere à quo habent esse. Ioannis. 3. Quod uidit & audiuit, hoc testatur. Ioan. 14. Verba quæ ego loquor uobis, à me ipso non loquor. Ioan. 8. Quod uidi apud patrem meum, hoc loquor. Non autem ut discentem & puerū se introducit, sed quod nihil uel sciat, uel doceat, quàm quæ pater, sic et de spiritu sancto. Cum autē processio sit æterna, per uerba omnia temporum explicatur, quoniam æternitas omne tempus comprehendit. Et quia nihil aliud ita desiderabile est humanæ naturæ, ut futurorum cognitio, cōsolatur suos et ex hoc, quo & imminentia pericula præcauere possent. Iohe. 2. Effundā spiritū meū super omnem carnem, & prophetabunt filij uestri, & filiæ uestrę. Annūciat & nobis futura, cum gaudia nobis patriæ cœlestis ad memoriam reducit: cum nos à delectatiōe pręsentium abstrahēs, promissi in cœlis regni desiderijs inflammat. Ille p uos illusttabit gloriam nominis mei, quemadmodum ego per mortem et resurrectionem meam illustrabo gloriam patris. In nomine enim meo oīa & faciet & loquetur, & nihil diuersum dicet. A patre proficiscuntur omnia, sed nihil est illius, quod

idem non sit meum: nec quicquam est patris aut meum, quod spiritui sancto non sit commune. Non ergo aliquid temporale uel accidẽtale accipit, sed essentiale & æternum esse, non ut indigens uel discens, sed ut una eademque existente cognitione. Ipsum tamen quod ab æterno accepit, in tempore nunciauit apostolis & aliis. Quis autẽ spiritus habitat in eis, per quos nomen dei blasphematur? Romanorum. 2.

Omnia quæcunque habet pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit uobis.

Exponit semetipsum, quod nihil diuersum à patre accepturus uel annũciaturus sit. De meo thesauro, qui et patris est, scientiæ & sapientiæ. Ioãnis. 17. Mea omnia tua sunt, & tua mea sunt.

Ioan. 16. *Modicum, & iam non uidebitis me, & iterũ*
S *modicum, & uidebitis me, quia uado ad patrem. Dixerũt ergo ex discipulis eius ad inuicem: Quid est hoc quod dicit nobis, modicum, & non uidebitis me: & iterum modicum, & uidebitis me, & quia uado ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod dicit modicum? Nescimus quid loquitur.*

Ostendit breuem huius uitæ tristitiam, æterna compensandam lætitia. Volens enim discipulos animare, ne nimia ob mortem suam deiicerentur tristitia, sæpe illam prædixit & resurrectionis gloriam breui secutam ascensionisque ad patrem sublimitatem, glorificationis ac redẽptionis humanę consummationem, quare plus ipsis gaudendum erat, quàm tristandum. Huius duplicem assignat rationem. Prima, absentiæ breuitas. Breue, inquit, tempus est, quod orbabimini conspectu meo, sed id longum nõ erit, per triduum scilicet mortis, prædicto tempore passionis & sepulturæ completo, rursus modico tempore, ero uobiscum corporali præsentia. Actu. 1. Quibus præbuit seipsum uiuũ post resurrectionem suam per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno dei. Beda: Ideo me modico tempore à mortuis resuscitatũ uidebitis, quia non semper in terra corporaliter mãsurus, sed expleta dispensatione assumptæ mortalitatis, cum resurrectionis gloria, iam per humanitatẽ quam assumpsi ascensurus ad patrem. Ioã. 13 Sciens Iesus, quia uenit hora eius, ut trãseat ex hoc mundo ad patrem, & quia à deo exiuit, et ad deum uadit. Secunda, assistentiæ potestas, quia ad patrem qui iuuare potest, nec pereo, moriendo, sed transeo ad maiorem, uobis maiora largiturus, ubi uobis conspicuus esse desiero. Ioan. 14. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia ad patrẽ uado. Sed carnales discipuli affectu carnali inhærentes ipsi, nolebant ipso carere. Nam ob mortis mentionẽ tristitia impleti, quæ intelligẽtiã obnubilat, uerba hæc ad plenum capere nõ ualebant, antequam implerẽtur quę nobis quia impleta sunt, manifesta sunt, ut dicit August. Videbantur etiã implicare contradictionẽ. Quõ, inquiunt, uidebimus qui se subducit ad patrẽ? Aut quid sibi uult hoc breue tẽpus, quo sui uidendi copiam nobis adimet, rursum aliud breue quo sui uidendi copiam nobis faciet? Confitẽtur imperitiam, & ideo merentur intelligentiam. Audierant Ioan. 13. Filioli, adhuc modicum uobiscũ sum. Et Ioan. 14. Adhuc modicum & iam mundus me non uidet, uos autem uidetis me, sed nihil dubitabant sicut modo, quia interim uerba multa de eorum persecutione habuerat, quæ contristabant.

Cognouit autem Iesus, quia uolebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter uos, quia dixi, modicum, & non uidebitis me, & iterum modicũ, & uidebitis me? Amẽ amen dico uobis quia plorabitis, & flebitis uos, mundus autẽ 2

gaudebit: uos autem contristabimini, sed tristitia uestra uertetur in gaudium.

Præuenit illorum cogitationem, ut quemadmodum solet, ostenderet sibi notas esse quanuis arcanas hominum cogitationes, quo se deum declarat. Solius enim dei est, cognoscere quid cogitet intellectus, & qd uelit affectus, Hiere. Ego dominus scrutãs cor, & probans rhenes. 1. Regũ. 16. Homo uidet ea quæ patent, deus autem intuetur cor. Beda: Plorabant amatores Christi, uidentes illum ligari, crucifigi & sepeliri: mundus autem, id est, mũdani (quos ob infimas cogitationes mundum uocat) cum morte turpissima condemnasset illũ, quia grauis erat ei ad uidendũ, Sap. 2. gauisus est. Vt autem mors discipulos cruciabat, & afficiebat gaudio, ita resurrectio discipulos affecit gaudio, cõtra Iudæos turbabat. Beda: Contristabantur discipuli posito in morte dño, sed agnita eius resurrectione, tristitia uersa est in gaudium, uisa eius ascensionis potentia, iam maiori gaudio subleuati laudabant dominum, Luc. 24. Hic sermo cunctis fidelibus conuenit, qui per lachrymas pressurasqꝫ ad gaudia æterna peruenire contendunt, qui merito in pręsenti plorant & tristes sunt, quia necdum ualent uidere quem diligunt: quia quãdiu sunt in corpore, à domino & sua patria & regno se peregrinari cognoscunt. 2. Corinth. 5. Psal. 119. Hei mihi quia incolatus meus prolongatꝰ est, quia per labores et certamina ad coronam sibi perueniendum esse nõ dubitant. 2. Timothe. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Quoqꝫ tristitia uertetur in gaudium cum finito agone huius uitæ, perennis uitæ brauium accipiunt. Flentibus autem & contristatis fidelibus mundus gaudet, quia iure in præsentibus qualecunqꝫ gaudiũ habẽt qui alterius uitæ uel nulla gaudia sperant, uel se ad hæc pertingere posse desperant. Luc. 6. Væ uobis qui ridetis nunc, quia flebitis. Esa. 65. Ecce serui mei comedent, & uos esurietis: ecce serui mei bibent, & uos sitietis: ecce serui mei lętabuntur, & uos confundemini: ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & uos clamabitis prę dolore cordis, & prę dolore spiritus ululabitis. Obserua hic esse tristitiam quandam seculi, quæ est mentis deiectio de re turbabili, in deum non relata. Hæc mortẽ accelerat. 2. Corinth. 7. Seculi tristitia mortem operatur. Prouerbio. 17. Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritꝰ tristis exiccat ossa. Prouerbio. 25. Sicut tinea uestimento, & uermis ligno, ita tristitia uiri nocet cordi. Eccl. 30. Tristitiam longe expelle à te, multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa. Est alia peccati, amaritudo conscientiæ in quolibet opere uitioso. Augustinus: omnis inordinatus animus sibi ipsi pœna est. Esa. 48. Nõ est pax impijs, dicit dominus. Esai. 66. Vermis eorum non morietur. Isidorus: Vis nunquam esse tristis? semper bene uiue, reus nanque animus nunquã est securus. Sapientiæ. 17. Frequenter enim præoccupant pessima redarguente conscientia. Cum enim sit timida nequitia, data est in omnium condemnationẽ. Semper enim præsumit sæua perturbata conscientia. Prouerbio. 15. Secura autem mẽs quasi iuge conuiuium. Est tertia de peccato, dolor pœnitentialis. 2. Corinthiorũ. 7. Quæ secundum deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Matthæi. 5. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Tristitia triplex

Mulier cũ parit, tristitiam habet, quia uenit hora eius, Cum autẽ peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudiũ, quia natus est

homo in mundum. Et uos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis.

Comparat dolorem apostolorum dolori parturientis, propter breuitatem & acerbitatem, & propter lætitiam continuam subsequentem. Vnde non dicit, quod non erit dolor, & tribulatio ei, sed nec meminit eius: tãtum erit gaudium quod succedet. Sic sancti post præsentis miseriæ terminum, tanto abundabunt gaudio, ut nullius miseriæ memoria occurrat. Apoca. 21. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra q̃ prima abierunt, & dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia.

Nec mirum q per tantam tristitiam ingressuri sumus in gaudium, quia & mater per mœrorem in partu, ad hoc uenit ut sit mater. Cor uestrum, dicit, quia non carnale & lasciuum, sed spiritale & internum, quale est gaudium angelorum, et ideo stabile & perpetuum. Ioan. 20. Gauisi sunt discipuli uiso domino. Est autẽ gaudium istud purum sine permistione tristitiæ. Eccl. 30. Non est cẽsus super censum salutis corporis, & non est oblectamentum super cordis gaudium Esa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. De qua Ioã. 7. Qui sitit, ueniat ad me, & bibat. Est uerum. Prou. 14. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Rom. 12. Domino seruientes, spe gaudentes. Phil. 4. Gaudete in dño semper. 2. Cori. 6. Quasi tristes, semper autem gaudentes. Est tertio plenum sine defectione. Mat. 25. Euge serue bone & fidelis quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Esa. 51. Letitia sempiterna super capita eorum gaudium & exultatio nem obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. Ego egoipse cósolabor uos. Istud gaudium adeo perfectum, ut nec conuiciis, nec plagis tolli possit, Act. 5. Ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Ostendit etiam dominus per hoc q̃d ultra non moriatur, sed perpetuo uiuens, illis incorruptibilis gaudii sit author futurus. Beda: Sed & uniuersa ecclesia p hui⁹ uitæ labores & angustias, ad æterna cœlestium tendit prẽmia gaudiorum. Act. 14. Q̃m per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cœlorum. 1. Pet. 1. In quo exultabitis, modicum nunc, si oportet, cõtristari in uariis tentationibus, ut probatio uestræ fidei multo pretiosior sit auro, quod per ignẽ probatur, inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, ĩ reuelatione Iesu Christi, quem cum non uideritis, diligitis. In quẽ nunc quoque non uidentes, creditis, credẽtes aũt exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata in cœlis, reportantes finem fidei uestræ, salutẽ animarum uestrarum.

Gaudij apliti ꝓprietates quæ & quot.

Et in illo die non interrogabitis me quicquam.

Nunc multa sunt de quibus aĩus uester gestit interrogare, tũ adeo satisfactum erit animis uestris & oculis, ut nihil amplius existimetis interrogandum tale quale prius.

Amen amen dico uobis, siquid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis. Vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo. Petite, & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Ioan. 16. T

Ostendit nihil defuturũ iis, q totis uotis diuino hærent præsidio. Quid opus est, inquit, uobis aliis ꝓsidiis? Pater unus potest oĩa, & ille meis amicis, ac meo noĩe petẽtibus, nihil negaturus est. Chrysost. Ostẽdit nominis sui uirtutem, quia non

uisus, non rogatus, sed nominatus apud patrē, facit ut statim exaudiantur ab eo. Quo ergo deploratis conscientijs spem petendi p̄candiq́ꝫ fiduciam præstaret, iuramento contestatur nos accepturos, siquid petierimus patrem in nomine ipsius. Hebræo.6. Impossibile est mētiri deū. Nume.23. Non est deus quasi homo ut mentiatur, neq; ut filius hominis ut mutetur. Ioā.14. Ego sum uia, ueritas, & uita. Tria potissimum insinuat obseruāda in oratione, si exaudiri uolumus. Primum, quid petendum, ut sit permanens & decens. Psal.4. Filij hominū, usquequo graui corde? ut quid diligitis uanitatē, & quæritis mendacium? Prouerb.1. Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quę sibi sunt noxia cupient? Ideo Luc.11. Quāto magis pater uester cœlestis dabit spiritū bonum petentibus se? Ecce quid petendum? Nam Rom.8. Siquis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Secundum, à quo petendum. Iaco.1. Omne datum optimū, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminū. Gala.4. Quoniam estis filij dei, misit deus spiritū filij sui in corda uestra, clamantē abba pater. Sed quid ait dn̄s Malac.1? Filius honorat patrē suū, & seruus dn̄m suū. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? & si dn̄s ego sum, ubi est timor meus? dicit dn̄s exercituū. Chrysostomus: Qui orat deū, & peccat, nō deum orat, sed illudit. Isidorus: Sicut nullū proficit in uulnere medicamentū, si ferrum in uulnere remanet, ita nihil proficit oratio illius, cuius adhuc peccatum in mente, uel odium manet in corde. Ecclesia.34. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio ipsius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit

Tria in petēdo obseruāda, quę

humiliando se? Orationē illius quis audiet? Malach.2. Nunquid nō pater unus omniū nostrū? Nūquid nō deus unus creauit nos? Quare ergo unusquisq; uestrū despicit fratrem suū, uiolans pactū patrū nostrorū? Ecclesi.34. Vnus ædificans, & unus destruens, quid prodest illis nisi labor? Vnus orans, & unus maledicens, cuius uocem exaudiet deus? Ideo admonet dn̄s Matt.5. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuū ante altare, & uade prius recōciliari fratri tuo, & tunc ueniens, offer munus tuū. Tertiū, quomodo? In nomine meo ait. 1. Timoth.2. Vnus mediator dei et hominum homo Christus Iesus. Actu.4. Nec enim aliud nōmen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. August. Nō petitur in nomine saluatoris, quicquid contra rationem petitur salutis. Beda: Quotiescunq; petentes nō exaudimur, ideo fit, uel quia cōtra auxiliū nostrę petimus salutis, & propterea à misericordię patre beneficij gratia, quod inepte petimus, negat. Sic Paulo ter roganti, responsum est. 2. Corinth.12. Sufficit tibi gratia mea. Vel utilia quidē quæ ad salutē ueram respiciunt, petimus, sed ipsi male uiuēdo, auditū à nobis iusti iudicis auertimus, incidentes in illud Prou.28. Qui declinat aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Vel dum pro peccantibus ut resipiscant oramus, & si salubriter petimus, atq; ex nostra parte audiri mereamur, ipsorum tamen peruersitas ne impetremus, obsistit. 1. Regū.16. Vsquequo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum, ne regnet super Israel? ait dominus Samueli. Hiere.11. Tu noli orare pro populo hoc, et ne assumas pro eis laudem, quia non

exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tẽpore afflictionis eorum. Veruntamẽ fructu orationis nõ priuabimur: quia si illi digni nõ sunt saluari, nos tamẽ amoris, quẽ illis impendimus, mercede donabimur. Fit etiã aliquando, ut salutaria prorsus precibus solicitis ac deuotis quæramus actionibus, nec tamen statim obtineamus quæ petimus, sed in futurum petitionis nostræ differatur effectus. Sic quotidie rogamus, adueniat regnũ tuũ, Matt. 6. idẽ tamen regnũ non mox finita oratione, sed congruo tempore sumus accepturi. Quod pia conditoris nostri dispensatione constat actitari, ut desideria nostræ deuotionis dilatione crescãt, & incremẽto quotidiano magis magisq́ prouecta, tandem perfectius capiant gaudia quę requirunt. Optimus impetrandi modus indicatur Ionæ. 3. Et crediderunt uiri Niniuitæ domino, & prædicauerunt ieiuniũ, & uestiti sunt saccis à maiore usq; ad minorem. Et peruenit uerbũ ad regem Niniue. Et surrexit de solio suo, & abiecit uestimentũ suũ à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere, & clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines & iumenta & boues & pecora non gustent quicquã, nec pascantur, & aquã non bibant, & operiantur saccis homines, & iumenta clament ad dominũ in fortitudine, & conuertatur uir à uia sua mala, & ab iniquitate q̃ est in manibus eorum. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & nõ peribimus? Et uidit deus opera eorum, quia conuersi sunt de uia sua mala, & misertus est super malitiã, quã locutus fuerat eis, & non fecit.

Quatuor in efficaci oratiõe seu cõuersione. Vbi quatuor ponit: Primũ, fidei firmitas, quia crediderũt dño. Heb. 11. Accedentẽ ad deum oportet credere, quia est, & inquirentium se remunerator sit. Marc. 11. Quæcũq; orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet uobis. Secundũ, conscientiæ humilitas. Eccl. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Hanc duobus declarabant. Corporis castigatione. Psal. 34. Humiliabam in ieiunio animã meam, & oratio mea ĩ sinu meo conuertetur. Ornatus depositione. Sic dñs filijs Israel, cũ uitulum adorassent, ait Exod. 33. Iam nunc depone ornatũ tuũ, ut sciam quid faciam tibi. Sic Iudith oratura dñm, induit se cilicio, Iudith. 9. Et Achab domini audiens sententiam cõtra se & domũ suam, operuit cilicio carnẽ suã, ieiunauitq́; & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite, & factus est sermo ad Heliam Thesbiten, dicens: Nõne uidisti Achab humiliatũ corã me? Quia igitur humiliatus est mei causa, nõ inducam malũ in diebus eius, sed in diebus filij sui inferã malũ domui eius. 3. Reg. 21. Tertium, pœnitentiæ ueritas, quia conuersi à uia sua mala. Esa. 1. Lauamini, mundi estote, auferte malũ cogitationũ uestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, discite bene facere, quęrite iudiciũ, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam, & uenite, & arguite me, dicit dñs. Si fuerint peccata uestra ut coccinũ, quasi nix dealbabunt. Iob. 11. Si abstuleris iniquitatem quæ est in manu tua à te, & nõ manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tunc leuare poteris faciem tuã absq; macula, & eris stabilis, & nõ timebis. Quartũ, clementiæ diuinę immensitas. Vidit opera, nõ attendit solũ uerba q̃ Israel solebat promittere. Exo. 24. Oĩa q̃ locutus est dñs, faciemus & erimus obedientes. Videns mutata opera, mutauit sententiam: uel potius dicamus q; perseuerauit ĩ proposito suo, à principio uolens misereri. Non. n. punire uolebat, nec puniturus erat,

qui cōminabatur. Euersa enim fuit Niniue, quæ mala erat, ſtātibus mœnibus et domibus, euerſa eſt ciuitas in perditis moribus. Et quanuis nō ſit factū, quod illi homines timebāt Iona prædicante futurū factū eſt tamē quod fuerat deo pcipiente prædictū. Prou.12. Verte impios, & non erunt. Pſal.144. Voluntatē timentiū ſe faciet, & deprecationē eorꝝ exaudiet, & ſaluos faciet illos. Neceſsitatē autē petendi inſinuat, quia ī hanc uſq; horā nihil à ſummo patre petierant, ſed in omnibus neceſsitatibus ad ipſum recurrebant, ſemper inuenientes auxiliū & leuamē. Luc.22. Quādo miſi uos ſine ſacculo & pera, nūquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Sic Luc.17. Dñe, adauge nobis fidē. Auguſt. Quia nomen meum ſicut eſt cognoſcēdum, nondū agnouiſtis, ſed cognita ueritate mei nominis petetis. Pſal.9. Sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum. In quo omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtriū, & infernorū. Philip.2. Chryſoſtomus: Petentis negligentia reprehēditur, ubi dedantis miſericordia non dubitatur. Vnde quo fiduciam impetrādi pſtaret, hortatur ut petamus. Matth.7. Omnis qui petit, accipit: & qui quęrit, inuenit: & pulſanti aperietur. Hactenus, inquit, obſtitit uobis pręſentia corporis, quo minus petieritis aliquid ab illo dignū nomine meo. Poſthac petite ſublatis in cœlū oculis & animis, ubi ſcitote me præſentem fore patronum, & quicquid poſtulaueritis, impetrabitis, ut gaudiū ueſtrū, qđ poſt hūc in quo nūc eſtis mœrorē, ex reddito uobis mei cōſpectu cōtinget, fiat plenū ac perpetuū. Nō enim quod ſeparor à uobis, exiſtimate uos à me derelictos, ſed nomē meum maiorē uobis fiduciā dabit, & gaudium ueſtrū erit pleniſsimū, cū accipietis omnes petitiones ueſtras. Ioan.15. Hæc locutus ſum uobis, ut gaudium meum in uobis ſit, & gaudiū ueſtrū impleatur. Diſtinguit autē inter gaudium ſuū & ipſorꝝ. Eſt enim gaudium temporale & uanū. Eccleſiaſtes.2. Riſum reputaui errorē, & gaudio dixi, quid fruſtra deciperis? Hoc in tribus q̄ritur. 1.Ioan.2. Omne quod eſt in mundo, concupiſcentia eſt oculorꝝ, concupiſcentia carnis, & ſuperbia uitæ. Primo in diuitijs, ī quibus auari. Iob.3. Quaſi effodientes theſaurum, gaudentq; uehementer cū inuenerint ſepulchrū. Antiqui ſecum theſauros accipiebant ad ſepulchra. Sed auarus nunquam implebitur pecunia. Lucæ.1. Diuites dimiſit inanes. Secūdo in delicijs, in quibus carnales. Sapi.2. Venite, fruamur bonis quæ ſunt, & utamur creatura tanquā in iuuentute celeriter. uino & unguento nos impleamus, & nō prætereat nos flos temporis. Coronemus nos roſis antequā marceſcant, nullū pratum ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra. Vbiq; relinquamus ſigna lætitiæ, quoniā hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors noſtra. Iob.21. Infantes eorum exultant luſibus, tenent tympanū & citharā, gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Qui dixerunt deo, recede à nobis, ſcientiam uiarum tuarum nolumus. Quis eſt omnipotens, ut ſeruiamus ei? & quid nobis prodeſt, ſi orauerimus eum? Tertio in honoribus, in quibus ſuperbi. Iaco.4. Nunc autē exultatis in ſuperbijs ueſtris, omnis exultatio talis maligna eſt. Iob.20. Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti. Hinc admonet Apoſtolus. 1.Corinth.7. Qui gaudent, tanquam non gaudentes ſint: & qui emunt, tanquam non poſsidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur. Pręterit enim figura mundi

Gaudium triplex.

Gaudium mundi in quibus ſeu quot quæratur.

huius. 1. Ioan. 2. Et mundus transit, & concupiscentia eius. Et dominus discipulis dixit Lucæ. 10. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quod spiritus uobis subijciuntur. Gaudete autem quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. Est gaudium spirituale & uerum. Esa. 61. Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Beda: Habent sancti in præsenti gaudium de spe cœlestium bonorum. Roman. 12. Spe gaudentes. Galat. 5. Fructus spiritus, gaudium, pax, cum pro domino terrenis exercentur aduersis. Iaco. 1. Omne gaudium existimate fratres, cum in uarias tentationes incideritis. Rom. 8. Non enim sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Cum suadente amore fraterno, discunt gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Rom. 12. 1. Corinth. 12. Si gaudet unum membrũ, cõgaudent & omnia membra. Sed non est plenum, quod dolore & fletu uariante miscetur. Prouerb. 14. Risus dolore miscetur, & extrema gaudij luctus occupat. Corpus enim quod corrũpitur, aggrauat animam. Sapien. 9. Gala. 5. Caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim sibi inuicẽ aduersantur. Est tertio gaudium cæleste & æternum, quod plenũ erit, ubi nemine flente, cũ solis datur gaudere gaudentibus. Psal. 16. Notas mihi fecisti uias uitæ, adimplebis me læticia cum uultu tuo, delectationes in dextera tua usque in finem. O quã felix qui audire merebitur illud Matth. 25. Euge serue bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

Gaudium spirituale.

Gaudium cæleste.

2 *Hæc in prouerbijs locutus sum uobis. Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar uobis, sed palàm de patre meo annunciabo uobis. In illo die in nomine meo petetis. Et non dico uobis, quia ego rogabo patrem de uobis: ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis quia à deo exiui.*

Hæc interim obscurius & uelut per ænigma locutus sum uobis, nondũ quid dicã plene intelligentibus. Sed cũ uobis datum sit nosse mysteriũ regni cœlestis. Matth. 13. Venit hora qua palàm loquar uobis de patre. Hoc accipi potest uel pro præsenti, quia clarius de patre statim dixit, uel secundũ Chrysostomũ de tempore resurrectionis, quãdo per dies quadraginta apparens eis, locutus est de regno dei. Actu. 1. Quãdo aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, Luc. 24. & spiritũ sanctum misit omnem ueritatem docentem. Prius autẽ putabant sic eius esse patrem deum, sicut & noster est gratia. Sed tum hoc quoque suggeret spiritus cœlestis, quid petendũ sit, aut quomodo in nomine meo. Roma. 8. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quo autẽ maiori fiducia petant patrem, ostendit ipsos tanquã amicos securum accessum habere ad patrẽ, sed per ipsum. Ephe. 2. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Non ergo excludit suum adiutorium, cũ aduocatus noster sit. 1. Ioan. 2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Sed aufert timorem, præbens accessum securũ quia amici. Hinc accepta spiritus sancti gratia, preces ad patrem formabant. Actu. 4. Amat, inquit, uos pater, nõ operũ uestrorum gratia, sed ob id quia me multum diligitis, quia creditis, quod ab ipso profectus sum. Nõ est probatio per causam, sed per signũ, q. d. ipse pater amat uos, cuius signum est, quia uos me amastis. Augustinus: Amat nos pater quia amamus

mus filium, cum à patre & filio accipiamus, ut & patrem amemus & filium. Romano. 5. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum, qui datus est nobis. Romanorum. 11. Quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Certissimum ergo est argumentum paternæ dilectionis, intellectus illuminatio per fidē, et affectus inflammatio per charitatem. Matt. 11. Cõfiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hęc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

3 *Exiui à patre, & ueni in mundum: iterum relinquo mundum, & uado ad patrem. Dicũt ei discipuli eius: Ecce nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & nõ opus est tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à deo existi.*

Antequam uenirem in mundũ assumpto, quod uidetis, mortali corpore, iam eram apud patrem, sed uestra causa ueni in mundum, ut uos in cœlum eueherem. Beda. Exiuit, qã non in forma qua æqualis est patri, sed in assumpta humanitate apparuit. Baru. 3. Post hęc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Conspicuum se & amicis & inimicis præbens. Nunc rursus obitis his quæ mãdauerat pater, uestra gratia iuxta corporis præsentiam relinquo mundum, & ad patrem uado. Beda: Ab aspectu mũdi amatorum, quod uiderant, abstulit, & se amatoribus suis æqualem patri esse credēdum docuit, quia humanitatem quã induit per ascensionem ad inuisibilia perduxit. Ephesiorum. 4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos. Dicitur autem deus in cœlo esse empyreo, quia ibi excellentius operatur, & seipsum clarius manifestat, quanuis secundum se nullam habeat habitudinem & determinationem ad locum, sed in seipso inuariabiliter æternaliterq́; subsistat, tanquam ens uere incircunscriptum, simpliciterq́; & perfectiue infinitum. Esaiæ. 66. Cœlum mihi sedes est, terra scabellum pedum meorum. Hieremię. 23. Nunquid cœlum & terram ego impleo? Exhilarati discipuli dixerunt: Nunc absque parabolarum inuolucro palàm eloqueris quid sis facturus, nec opus est, ut te quicquam præterea rogemus. Nam tria dixerat, quib⁹ plurimum consolati fuerunt. Quòd pater eos amaret, & quòd à deo erat, & quia ad patrem ibat. Hoc autem maxime inter alia respirare fecit, quòd erant amici patris, & quia per hoc respondit ad id quod erat in mēte eorum, ideo dicunt, quod palàm loquitur. Facile enim intelligit homo, quod diligit audire. In hoc uere, inquiunt, credimus, quòd à deo profectus sis, quòd cordium arcana penitus habes perspecta. Beda: Aperte ostendunt, quia loquēs dominus ad eos, de his maxime disputabat, quæ illos delectabat audire, & quæ interrogare uolebãt. Vnde merito illum scire omnia quasi deum, et quasi dei filium à deo uenisse confitentur. Apertum nanq; diuinitatis indicium cogitationum nosse secreta. 3. Reg. 8. Tu solus nosti corda omnium filiorum hominum. Hieremiæ. 11. Tu autem domine sabaoth, qui iudicas iuste, & ꝓbas corda & rhenes. Nõ autem transeunter hæc commemoranda sunt, sed solerter inuigilandũ est, ut non uerba tantum & opera, sed & ipsa cordiũ secreta diuinis digna reddamus aspectibus. Petamus supernam clementiam, quod est uere in nomine saluatoris petere, ut & cordis munditiam, & boni operis ꝑstet efficaciam, & ante omnia illam sedulo recolamus horam, & citius uenire optemus, in qua facie ad faciem clare uidere mereamur. 1. Ioan. 3. Charissime, nunc filij dei sumus,

Tria quædã cõsolatoria Christi uerba.

& nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniā uidebimus eum sicuti est.

Respondit eis Iesus: Modo creditis? Ecce uenit hora, & iam uenit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solū solū relinquatis. Et nō sum solus, quia pater mecum est. Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressurā habebitis, sed confidite, ego uici mundum.

Modo creditis? Immo iam instat tēpus, quo declarabitis ꝙ ex uobisipsis sitis imbecilles. Nō solū enim non fortiter perferetis tempestatem imminentem, sed me deserto solo in manibus satellitum, qui me rapient ad crucis supplicium, alius alio fugietis, adeo metu perturbatis animis, ut non modo mihi non sitis adhæsuri, sed ne consortio quidem mutuo uobis inuicem auxilio solatioq́ futuri, dum sibi quisq; timebit, ne alterius indicio prodatur, aut in periculum ueniat. Zachariæ.13. Percute pastorem, & dispergentur oues. Psalmo.87. Elongasti à me amicum & ꝓximum, & notos meos à miseria. Verum ego ob id peius non habebo, qa nō sum solus, sed habeo patrem mecum: & ita neque per impotentiam morior, sed uoluntarie. In me ueram animæ tranquillitatem, & pacem internam ac spiritualē habebitis. Colossẽ.3. Et pax Christi exultet in cordibus uestris, Philippen.4. Nihil solliciti sitis, sed in omni oratiōe & obsecratione cum gratiarum actione, petitiones uestræ innotescant apud deum. Et pax dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra, & intelligentias uestras in Christo Iesu. Mundus magnis tumultibus coorietur in uos, quemadmodum in me nūc cooritur, sed magno sitis animo, memores ꝙ ego uici mundum. Ex me sumetis exemplum, à me sperabitis auxilium. 2. Ti.3. Omnes qui pie uolūt uiuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Non ergo oportet timere, sed magis contemnere uictum. Sicut enim Adam uicto, omnis creatura condemnata est, ita ubi Christus uicit, in omnem naturā uictoria transiit, et uirtus nostra in Christo Iesu gratiā assecuta est, calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici, Lucæ.10.

Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlum, dixit: Pater, uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam æternam. Hæc est autē uita æterna, ut cognoscant te solum deum uerum, et quem misisti Iesum Christum. Ioan.17. V

Ostendit in omnibus tentationibus, relictis omnibus, ad deum confugiendum. Hinc attollens in cœlū oculos, ipso corporis habitu docuit quò foret animus intendendus. Psalmo.122. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Confert enim nonnihil ad eleuationem mentis in deum, industria actuum exteriorū, situum, applicationum, quoniam corporalia ad spiritualia ordinātur, Threnoꝝ.3. Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in cœlis. Sic oraturus dominum Salomō, genua in terram fixit. 3. Reg.8. Sic pectus publicanus percussit, Lucę.18. Pater naturalis & consubstantialis, à quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur, Ephesioꝝ.3. Sic & orationem auspicari docuit Matthæi.6. Pater noster qui es in cœlis. Augustinus: Omnia quæ fiunt in tempore, causas habent in diuina dispositione, quæ tamen causæ non sunt sub tempore, quare uenit hora, non ut necessaria coactione pateretur, sed diuina dispositione dignaretur. Sic enim expediebat ad humani generis salutem, ut mundus per patrem cognosceret filium, ac uicissim, per filium cognosceret patrem.

Oculos in cœlum leuare.

Gestuū in oratiōe diuersitas.

Clarificauit pater filium in passiõe, per solis obscurationẽ, terræ motũ, ueli templi & petrarum scissionem, mortuorũ suscitationem. Matt.27. Per resurrectionem, Rom.1. Qui prę destinatus est filius in uirtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorum Iesu Christi. Spiritus sancti missionem. Ioan. 16. Ille me clarificabit. Ipse enim per ora Apostolorum homines ad Christum conuertit, ut eius maiestatem agnoscerent et adorarent. Inde ostendit quæ sit gloria eius & patris. Credere, inquit, omnem carnem & beneficia experiri, gloria dei est. Et sanè Christus quantum ad se attinebat, omnes ad fidem adducere curabat: quòd aũt quidam non attenderunt, non docentis, sed nõ suscipientium crimen est. Placuit enim patri, quicquid largitur hominib9, per filium largiri, p cuius mortem donat omnibus, si uelint, uitam æternã. Hoc potestatẽ indicat unigeniti & deitatis, dare uitã æternam hominibus. Esai. 40. Et uidebit omnis caro salutare dei, quod os dñi locutum est. Psal. 63. Ad te omnis caro ueniet. Dati.n. sunt ipsi electi per prędestinationem & temporalem uocationem. Ro.8. Quos prædestinauit, hos & uocauit: quos uocauit, hos & iustificauit. Ioannis.6. Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Per meritum uero Christi introitũ habemus ad uitam, quam in Adam amiseramus. Hebræorũ. 10. Habentes itaqꝫ fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, quã initiauit nobis uiam nouam per uelamen, id est, per carnem suam. Est autem cognitio per fidem, uita æterna in spe. Ioan.3. Qui credit in filiũ, habet uitam æternam. Roma.6. Gratia dei uita ęterna. Sed fruitio postea in re, quando uidebimus facie ad faciem, 1. Corin.13. Perfecta & cõsummata est felicitas. Dicit autem te solum deum uerum, non falsum, sicut dŋ gentium. Psal.95. Quoniam omnes dŋ gentium dæmonia. 1. Ioan.5. Et scimus quoniam filius dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus deum uerum & simus in uero filio eius. Hic est uerus deus & uita æterna. Est ergo uerus deus, præter quem nõ est alius deus, ita quòd dictio illa exclusiua, solus, determinat deum, excludens omnem aliam deitatem, quoniam non est alia deitas præter eam quæ est in patre, & eadẽ numero est in tribus personis, quæ sunt unus uerus deus solus, est'que hoc modo unaquæque earum solus uerus deus. 1. Corinthiorum.8. Nã etsi sunt qui dicantur dŋ, siue in cœlo, siue in terra, siquidem sunt dŋ multi, & domini multi, nobis tamẽ unus deus pater, ex quo omnia, & nos in illo: & unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.

Ego te clarificaui super terram, opus cõsummaui, quod dedisti mihi, ut faciam. Et nunc clarifica tu me pater apud temetipsum claritate quã habui, priusquam mundus fieret, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia uerba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt uere, quia à te exiui, et crediderunt, quia tu me misisti. 2

Non quæsiui gloriam meam, sed tuam: uerũ deieci meipsum ad summam ignominiam & humilitatem, ut tui nominis gloriam illustrarem apud homines, omni notitia dei disseminata, & pfecto opere quod dedisti mihi. Hoc est.n. opus incarnationis unigeniti, sanctificare nostrã naturã, & prosternere rectorẽ mundi, qui se prius deum faciebat, & inferre creaturæ notitiã dei. Vnde Ioan. 19. in cruce ait: Consummatum est.

Et nunc tu mi pater, tu uicissim effice, ut mundus intelligat me totum in eam gloriam quam habebam apud te, priusquam hic orbis conderetur. Collocauit humanam naturã in throno regio, & adoratur nunc ab omni creatura. Effeci ut nomen tuũ innotuerit ĳs, quos afflatu tuo exemptos à mundo, mihi tradidisti. Tui erant quos condidisti, tui erant quos huic negocio destinaras, et eos mihi docendos & formandos tradidisti. Esaiæ. 8. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus, in signũ & in portentum Israel à domino exercituum qui habitat in Sion. Sermonem meum quem pharisæi spreuerunt, hi uelut abs te profectum receperunt, cui credentes, cognouerunt uere quod abs te, profectus sim, abs te missus uenerim in hunc mundum. Nunc me docente, cognouerunt naturaliter hæc omnia ad me pertinere tãquam ad filium, qui in rebus paternis potens est, & non aliunde acquisita. Ioannis. 14. Verba quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor. Ioannis. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.

3 *Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, et clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te uenio.*

Nunc quoniam eos relinquo iuxta corporis conuictum, uicissim illos tuę bonitati cõmendo seruandos, ne deficiant, sed semper in melius proficiant. Sciunt cui debeãt acceptam ferre suam salutem. Ex te pẽdent. Ego igitur pro his rogo, quos è mundo subductos, tuos esse uoluisti, ut tua bonitas quod cœpit illis, perpetuum ac propriũ esse uelit. Pro mundo autem non rogo, qui malis cupiditatibus excæcatus, pertinaciter reclamat doctrinę meę, sibĳpsi salutem gratis oblatam inuidens. Iacob. 4. Quicunque uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constituitur. I. Ioannis. 2. Siquis diligit mundum, non est charitas patris in eo. 2. Timoth. 2. Nouit dominus qui sunt eius. Sine meritis prædestinati prçuĳs, sic tamen quod prædestinationis effectum sine meritis Christi, & precibus obtinere non debuerunt. Prædestinatio nanque uniuersa includit quæ ad salutem prædestinati concurrunt, quare comprehendit & preces quæ pro p̃destinatis funduntur Ideo mei sunt, quia tui sunt, quòd inter nos sit rerum omnium communio. Nõ enim nunc accepi potestatem, sed quãdo tui fuerunt, & mei fuerunt. Glorificatur filius in his quæ sunt patris, tantam omnium habẽs potestatem, sicut & pater, quam claritatem & discipuli cognouerunt. Actu. 4. Nõ est in aliquo alio salus. Actuum. 10. Hic est qui constitutus est à deo iudex uiuorum & mortuorum. Iamque non sum in mundo, quem mox relinquo. Cæterum hi mei loco manent in mundo, adhuc sparsuri per uniuersas orbis natiões quod à me didicerunt. Quicquid docuerint, quicquid fecerint, quoniam intelligetur à nobis esse profectum, ad nostri nominis gloriam referetur.

Prædestinatio qua includat.

Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum sicut & nos. Cum essem cum eis, ego seruabã eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis perĳt, nisi filius perditionis, ut scriptura impleatur. Nũc autem ad te uenio, & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletũ in semetipsis. Ioan. 17. X

Quia uerisimile erat tristari eos, utpote qui relinquebantur adiutore destituti, ostendit quòd patri eos cõmendet, & illũ custodẽ eis prçficiat. Pater, omnis sanctitatis origo causalis, indeficiens & fontanea, serua eos in fide & charitate nominis tui, ut

perseuerent in te, & cum ceciderint non collidantur. Psalm. 36. Cum ceciderit, nō collidetur: quia dominus supponit manū suā. Sint unum per sanctæ dilectionis coagulum: nam si charitatē inter se habuerint, inuicti erunt, & nihil eis præualebit. Nō autē simpliciter sint unū, sed sicut ego & tu, unū sapientes, & unū uolētes, illa eos cōcordia custodiet. 1. Cor. 1. Obsecro uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata. Sicut. n. inuidia cōiunctos dissoluit, ita charitas disiūctos unit. Col. 3. Super oīa aūt charitatē habete, quod est uinculum perfectionis. Quantum ad me attinet, nullū perdidi, nullum amisi: quod quidam à seipsis resilierint, nihil hoc ad me. Nā nihil à me prætermissum est, quod illos ad meliorem mentem reuocare debuerit. Dicitur filius perditionis, quia digna fecit perditione æterna. Sic Antichristus filius pditionis dicitur. 2. Thes. 2. Licet enim Iudas cū Christo esset, non tamen ipsius erat, sed perditioni natus erat, quam ipse sibi suopte uitio uolens accersiuit. Venio ad te, per corporalem ascēsionem, & hæc loquor quo plenum in semetipsis habeant gaudium, nunc spe de cœlestibus gaudentes, & postea re in cœlesti gloria. Io 15. Hæc locutus sum uobis, & gaudium meū in uobis sit, & gaudiū uestrum impleatur. Homines inhiant rebus terrenis & caducis, ego cœlestia doceo. Doctrinam abs te traditam, tradidi illis: quam aspernante mūdo, hi pauci amplexi sunt, & ob hoc mundus hos uelut sui desertores, & ad nos transfugas, odio prosequitur, nō ob aliud, nisi quod nobis adhærent, mūdo renunciantes. Non habent mentem mundo agglutinatam, & omne studium in illum insumentem. Simplex illorum erga nos fiducia meretur cœlestem fauorem, & odium in eos mūdi nostra causa exortū, prouocat nr̄am erga illos beneuolētiā.

Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos 2
odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut et ego
non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mū
do, sed ut serues eos a malo. De mūdo non sunt, si
cut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in
ueritate. Sermo tuus ueritas est. Sicut tu me misi
sti in mundum, ita & ego misi eos in mundum;
& pro eis ego sanctificabo meipsum, ut sint &
ipsi sanctificati in ueritate. Non pro eis autem ro
go tantum, sed & pro eis qui per uerbum eorum
credituri sunt in me, ut omnes unum sint, sicut tu
pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unū
sint, ut credat mundus, quia tu me misisti.

Nihil commune habent cū terra, cœlorum facti ciues: & ita quia mūdus omnis ita ut alienis usurus est eis, tu pater cœlestis posthac ut cœli ciues adiuua. Eph. 2. Non estis hospites & aduenę, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei. Hoc tantum rogo, ne uiuentes in mundo, mundi uitiīs contaminentur: & à nobis desciscentes, reuoluantur in mundi factionem. Id enim sine tuo præsidio uitare non poterunt, tot insultibus impetiti. Serua eos à malo culpæ, nā mala pœnæ proficua sunt. Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorū est regnum cœlorum. Mihi adhęrēt, mei palmites sunt, mea mēbra sunt: ita fit, ut quemadmodum ego alienus sum à mundo, quoniam adhæreo tibi, ita et hi sint à mundo alieni, quoniam adhærent mihi. Sanctifica eos per spiritum sanctificantē, & custodi eos in rectitudine sermonis & dogmatum, & erudi eos, & doce ueritatem doctrinæ uitæ & iustitiæ, ne iusti apparere tantū uelint ut hypocritæ. Sermo tuus quem ego docui, pura ueritas est, non habet fucos, non habet umbrarum fumos. Psal. 118. Principium uerborum tuorum ueritas. Quemadmodum ex chari

tate me misisti, ut hominibus æternam annũciarem salutem, ita & ego misi eos ad annunciandum regnum dei. Matt. 10. Euntes, prædicate, dicẽtes: Quia appropinquabit regnum cœlorum. Huius rei gratia memetipsum uictimam immolo tibi, ut & hi purgati à peccatis, puri plœuerent in prædicatione ueritatis euangelicæ. Non enim potest pure prædicare doctrinam meam mundo, qui mundanis fuerit affectibus obnoxius. Erigit discipulorum animos, quòd habituri sint multos discipulos per fidei dilatationẽ. Rogauit pro Petro, ne deficeret fides eius, Lu. 22. Rogat nunc ut fideles fide & charitate conglutinati, pacem & concordiam inter se, & erga deum indiuisam habeant fidem. Ego per spiritum meum agam in illis, quemadmodum tu in me ueritatem tuã exercuisti: ita fiet, ut ipsi quoq; uelut unius corporis membra uni adhærentia capiti, & eodem uegetata spiritu, mutua cõcordia inter sese cohæreãt, ut undiq; sit absoluta perfectaq; concordia in cœlis & in terris. Obserua hic, esse unitatem naturæ, quę coalescit, eo quod una substantia tribus communicatur, estq; in tribus una essentia, una diuinitas, una & par æqlitas. Io. 10. Ego & pater unum sumus. Deiformitatis, qua participatione diuinitatis creaturis communicata, in deum transeunt ac transferuntur (seruata naturę ueritate) homines, perinde atque ignitum ferrum efficacia ignis fit igniforme, estq; hæc admirabilis & summa quædam unitas, qua tũc erimus participes quãdo uidebimꝰ deum sicuti est, 1. Ioan. 3. 1. Corin. 6. Qui adhæret deo, unus spiritus est cum eo. Consensionis & uolũtatis, ubi est idem uelle & idem nolle. Solet hæc in malis quoq; inueniri. Psa. 2. Principes conuenerunt in unum aduersus dominũ & aduersus Christum eius. Cuius exordium caro, & ea quæ ex hac oritur concupiscentia malorum omnium radix. 1. Tim. 6. Alia in bonum uergit quæ ex uirtutibꝰ coalescit, cuiꝰ copula est amor. Psal. 132. Ecce q̃ bonum & q̃ iocũdum, habitare fratres in unum. Act. 4. Multitudinis credẽtium erat cor unũ, & anima una. Hac oportet nos esse cõcordes, si modo unam patris hæreditatẽ uolumus possidere. Phil. 2. Siqua consolatio in Christo, siqd solatium charitatis, siqua societas spiritus, siqua uiscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habẽtes, unanimes, id ipsum sentientes. Tanta autem debet esse Christiani hominis perfectio, ut uidentes cognoscãt fidem in Iesum sanctam & ueram. 1. Pet. 2. Cõuersationem uestrãm inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detrectant de uobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibꝰ uos considerantes, glorificent deum in die uisitatiõis. Sic in primitiua ecclesia gratiam habebant ad omnem plebem, Actu. 2.

Et ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, & cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam, quã dedisti mihi, quia dilexisti me ante mundi constitutionem. Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui: & hi cognouerũt quia tu me misisti, & notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Ego claritatem gloriæ immortalis dedi eis. Philip. 3. Saluatorem expectamus dominum nostrũ Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratũ corpori claritatis suę. Sic & gloriam miraculorum, Lucæ. 10. Similiter scientiæ claritatem. Ioan. 15. Omnia quęcunq; audiui à patre meo, nota feci

uobis. Vt sint unum per charitatē, sicut nos unum per naturam. Vt ad perfectionem mutuæ unionis, quæ in patria habetur, perducantur, ubi est deus omnia in omnibus. Ioan. 13. In hoc cognoscēt omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Vbique orat mundum per fidē ipsum à patre missum cognoscere, qua cognitione maxime inflammatur dilectio fideliū ad deū, qui sic dilexit nos, ut filium suum unigenitum daret, (Ioan. 3.) ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Dilexit pater ipsum, ut filium naturalem & unicum: apostolos, ut filios adoptiuos. Iam tamq; discessurus, gloriæ ostendit magnitudinē, si perseuerēt. Pater, inquit, cupio ut queadmodū hi quos ex mundo sublatos tradidisti mihi ut futuri sunt imitatores afflictionum & crucis meæ, ita sint & gloriæ consortes, ut quemadmodū spectatores fuerunt humilitatis meę ac testes erūt supplicij mei, ita sint et glorię spectatores, quā mihi his malis defuncto daturus es, ut & ipsi discant per afflictiones tendere ad ęterna gaudia, per ignominiam, ad æternam proficisci gloriā. Homini reges maxima, uidere gloriam filij dei. Nā quia pater genuit eū, necessario gloriæ author fuit & suppeditator, qui substantiæ author dicitur. Vbi sum, inquit, Io. 3. Nemo ascendit in cœlū, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Quāuis modo sit cum infidelibus p gratiam & in sacramento, Matt. 28. Ecce ego uobiscum sum usq; ad cōsummationem seculi, & ipsi cum illo per fidē, nihilo minus tamē distamus aliquo modo. 2. Corinth. 5. Dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à dño. Tunc autem uidebunt facie ad faciem. 1. Corint. 13. Pater iuste, fons & origo uniuersæ iustitiæ. Psa. 10. Iustus dñs et iustitias dilexit. A me nihil est prę teritum, quo minus innotesceres hominibus, sed mundus magna ex parte suis uitijs obcæcatus, noluit te agnoscere, qui mihi te docenti noluit credere, ideo priuabuntur præmijs & gloria. Accipit hic mundum pro reprobis & mundo deditis, qui tot⁹ in maligno positus est, 1. Ioan. 5. Ego uero purus à mundo te noui & cognitū prædicaui. Matt. 11. Nemo nouit filiū nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit fili⁹ reuelare. Nec omnino frustra fuit p̄dicatio mea, quia p me cognouerūt te hi quos ī hoc delegeras, ut cognoscerent, q abs te profectus sim. Notum itaq; feci, & notum faciam misso spiritu sancto, qui inducet eos in omnem ueritatem. Etsi didicerint qs tu, tua dilectio qua dilexisti me, in ipsis erit, & ego in eis, ut uniti capiti suo, uitam gloriæ sortiantur. Ioann. 15. Qui manet in me, & ego in eo, hic, fert fructum multum. 1. Ioannis. 4. Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo.

De Passione domini.

ARTICVLVS XXX.

Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiam deo in odorem suauitatis, Ephe. 5. Affectuosis etsi breuibus, uerbis amarissimæ passionis dominicę insinuat, & causam & modum. Eramus enim omnes natura filij irę, Ephe. 2. Nam in Adam omnes peccauerunt, & egent gloria dei, Rom. 3. Hinc Lucæ. 19. Venit filius hominis quærere & saluum facere quod perierat. Tria ergo hisce in uerbis indicat Apostolus circa passionem attendendą. Primum: Copiosus dilectionis affectus. Hieremi. 31. in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Vnde dominus Ioannis. 3. Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut

omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam ęternam. Vere magnum charitatis indicium. Io.15. Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Sed ipse pro inimicis mortuus est. Rom.5. Vt quid enim cum adhuc infirmi essemus, Christus secundum tempus mortuus est? Hinc hortatur Ioannes.1. Io.4. Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Secundum, dolorosus passionis effectus. Nam seipsum tradidit oblationem et hostiam. Esa.53. Tradidit in mortem animam suam. 1. Ioan.3. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniā ille pro nobis animam suam posuit. Matth.20. Filius hominis nō uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suā redemptionem pro multis. Bonauentura: Mors est priuatio uitæ, & habet comparationem ad inferentem, & ad eum qui sustinet Et secundum hoc dupliciter potest quis alium tradere in mortem: Aut quia facit, ut alij inferant ei mortem, aut quia facit ut sustineat. Quoniam autem sustinentia mortis fuit à Deo patre, & à Christo, quia Deus pater uoluit ut ipse sustineret mortem, & ipse uoluntarie sustinuit. Esaiæ.53. Oblatus est, quia ipse uoluit. Lu.22. Et filius quidem hominis secundum quod diffinitum est, uadit. Hinc est quòd traditus dicitur à patre, traditus & à seipso. Rursus, quia Iudas & Iudæi procurauerunt, ut alij inferrent ei mortem, hinc traditus dicitur à Iuda & Iudæis. Et quoniam laudabilis fuit sufferentia mortis, illatio autem uituperabilis, hinc est quod traditio patris & Christi, laudatur: Iudæ autem ac Iudæorū, uituperatur. Traditus ergo à patre, ex charitatis eminentia. 1. Ioan.4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum misit in mundum, ut uiuamus per ipsum Ro.8 Qui etiā proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo etiam non omnia cum illo nobis donauit? O nunquam obliuiscenda dilectio. A seipso, ex humilitatis obedientia Phil.2. Humiliauit semetipsum, factus obediēs usque ad mortem, mortem autē crucis. 1. Pe.2. Tradebat autem iudicāti se iniuste, qui peccata nostra ipse ptulit in corpore suo super lignum. A Iudæis, ex probitatis & ueritatis inuidentia: quia. n. uitia ipsorum carpebat, exarserunt inuidia contra eū. Sap.2. Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ: promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat: Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarū, grauis est nobis etiam ad uidēdum: quoniā dissimilis est alijs uita illius, & immutatæ sunt uiæ eius. Tanquā nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à uijs nostris tanquam ab immūdicijs, & profert nouissima iustorū, & gloriatur patrē se habere Deū. Videamus ergo si sermones illius ueri sint, & tentemus quæ uentura sunt illi, & sciemus, quæ erunt nouissima illius. Si. n. est uerus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illū de manibus contrariorum. Cōtumelia & tormento interrogemus eū, ut sciamus reuerentiā eius, & probemus patientiā illius. Morte turpissima cōdemnemus eū. Erit. n. respectus ex sermonibus illius. Adamussim usque, inuidiā Iudæorum & Christi innocētiā depinxit. Hinc. Mat.27. de Pilato dicitur: Sciebat. n. quod per inuidiā tradidisset eū summi sacerdotes. Vnde quo magis cernebant gloriā Christi emicare, eo amplius inuidia stimulati, in mortē domini conspirabāt. Vnde Lazaro resusci-

Mors quid

Dupliciter quē a quo tradi in mortē.

Christus quàm uarie in mortem traditus.

resuscitato, inito consilio diffinierũt ꝙ primum Christum morti tradendũ, Ioan. 11. Sic uidentes Iesum plausu populari laudari, dixerunt Io. 12. Videtis, quia nihil proficimus? ecce mũdus totus post eum abijt. Iudas ipsum tradidit ex cupiditatis demẽtia. Sic. n. pecuniæ cupiditate dementatus fuit, ut non consideraret, quid, quanti uenderet, sed solum ut uenderet. Matt. 26 Quid uultis mihi dare, & ego uobis illum tradam? Qui audientes (Marci. 14.) gauisi sunt, & cõstituerunt ei triginta denarios, Mat. 26. O quot sunt qui multo minoris uendunt, pro quibus sanguinem ipse fudit, hoc est animas suas, proximos suos.

Tertium. Tertium: Gratiosus redẽptionis fructus. 2. Cor. 5. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum. Innotescit ergo ꝙ graue & enorme sit peccatum, pro cuius expiatione mortuus est unicus filius dei, ut dei appareat iustitia, qua maluit filium occidi, ꝙ peccatum manere inultũ: & misericordia refulgeat, qua sic cõpassus est generi humano, ut pro ipsius salute unigenitum daret. Rom. 5. Commendat autem charitatem suam deus in nobis, quoniam si cũ adhuc peccatores essemus secundũ tempus, Christus pro nobis mortuus est, multo igitur magis nũc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Hebræ. 13. Iesus ut sanctificaret populum per suum sanguinem, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improperiũ eius portantes. Bernardus: Super omnia te mihi reddit amabilem bone Iesu, calix quem bibisti, opus redemptionis nostrę, hoc amorem meum facile sibi uendicat. Quotidiana Christiani hominis lectio, esse debet recordatio passionis Christi: quia nihil ita cor humanum accendit, ut sedulo & profunde recogitata passio, & humanitas saluatoris.

Passio domini quadrupliciter cõsideretur Potest anima deuota domini passionem cõtemplari quadrupliciter, in ordine ad quatuor effectus, in animo meditantis consequendos. Nam in seipsa considerata maxima occurrit amaritudo: ideo est compũctiua ad compassionem. In causa monstratur inaudita dilectio, sic est inflammatiua ad amorem. In modo relucet perfecta uirtutum exemplatio, unde est illuminatiua ad imitationem. In fructu mõstratur plena perditorum restauratio, & sic est cõsolatiua ad desolatorũ erectionẽ. Ergo si durus es, & quasi insensibilis ad deuotionem in primo diligenter exercitare, & deuotaberis: si frigidus & segnis, in secũdo inflammaberis: si hebes & stolidus, i tertio illuminaberis: si tristis & desolatus, in quarto consolaberis. Hinc Paschasius papa: Semel Christus mortuus est iustus pro iniustis: & scimus, & certũ habemus, & spe immobili retinemus, quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra nõ dominabitur, Rom. 6. Tamen ne unquam obliuiscamur quod semel factũ est, in memoria nostri fit omni anno quando pascha celebratur. Nũquid enim toties Christus occiditur? sed tamẽ anniuersaria recordatio, repræsentat nobis quod olim factum est, & sic nos moueri facit, tãquam uideamus dominum præsentem in cruce. Bonauentura: Qui in cruce domini, iuxta dictum apostolicum, Galatas sexto, uult gloriari, sedula debet cordis meditatione in ipsa persistere, cuius mysteria & quæ circa ipsam facta sunt, si toto forent mentis intuitu perspecta, in nouum adducerent statum meditantem. Nam profundo corde, & totis uiscerum medullis eam perscrutanti, multi adsunt passus inspirati, ex quibus nouam compassionem, nouum amorem, nouas

consolationes, et per consequens nouum quędam statum perciperet, in præsagium futuræ gloriæ. Ad hunc statum consequendum, tota mentis acies uigilantibus oculis illuc dirigenda, extraneis omissis curis, & q̄si præsentialiter adsit, singula quæ contigerunt, affectuose, diligenter, morose, & perseueranter contemplāda. Nec nos tædere debet audire, & contemplari, quæ ipse dignatus est pro nobis pati.

De oratione domini & captione.

ARTICVLVS XXXI.

B *Hæc cum dixisset Iesus, hymno dicto, egressus cum discipulis suis, ibat trans torrentem Cedron secundum consuetudinem in montem oliuarum. Secuti sunt autem eum et discipuli. Tunc dicit discipulis suis: Omnes uos scandalum patiemini in me in ista nocte: Scriptum est enim: Percutiā pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait: Et si omnes scādalizati fuerint in te, ego nunquā scandalizabor. Et ait illi Iesus: Amē dico tibi, quia tu hodie in hac nocte, priusquam gallus bis uocē dederit, ter me es abnegaturus. At ille amplius loquebatur: Etiāsi oportuerit me simul cōmori tibi, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.*

Postquam dominus dulci sermone confortasset erexissetq; suorū animos, & gregem suum patri commēdasset, (Ioannis. 17.) hymno ex more dicto in laudem dei, (Sēper enim agendæ gratiæ, siue prospera, siue aduersa contingāt, semper laudes deo canendæ sunt) ultro proficiscitur obuiā ijs, à quibus capiendus erat, quo se uolentem pati declararet, trās torrentē per uallem Iosaphat inter Hierusalem & montem oliueti currentem, ubi plurimæ cedri, unde apud Hebręos ex re nomē habuit Cedrō. Chrysostomus: Solitus erat dominus solitaria loca, & à tumultibus quieta quærere, quando uolebat aliquid secrete, & sublime docere discipulos, quod ab alijs non erat fas audiri. Theop. Post cœnam nequaquā inertia, aut iocus aut somnus occupant dominum, sed oratio & doctrina. Ascendit autem in montem oliuarum, per quē pietas Iesu designatur, q totius gratię fons est: ad hunc ipsum sequi debemus, ut hinc oleo misericordiæ dignemur, & influat in nos dei gratia, quæ optimus est liquor medendis peccatorum uulneribus. Canti. 1. Oleum effusum nomen tuum. Secuti sunt eum mœsto corde & tremulo corpore discipuli, undecim uidelicet. nam Iudas exierat ad uerbum. Quod facis, fac citius (Ioannis. 13.) ad consummationē sceleris, ad acquisitionem uilissimæ mercedis, ferocem armatorū cohortem congregaturus. Parat autem animos eorum ad tolerantiam imminentis periculi, non ignarus imbecillitatis illorum. Verum ne desponderent animum, cōsolatur eos prophetia, Zachariæ. 13. Et mox futura resurrectione, simul tempus locumq; designās uicinum, ubi rursus ipsum essent conspecturi. Percutiam, inqt. Esaiæ. 53. Propter scelus populi mei percussi eum. Psalmo. 68. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem uulnerum meorū addiderunt. Sed quemadmodum mors mea uos reddet dissipatos & turbatos, ita resurrectio mea uos refocillatos colliget in unum. Petrus itaq; non satis sibi notus, fortitudine quadam humana ac temporaria, negat futurum quod ex prophetia futurum prædixit. Iesus autem penitus cupiens ex animis nostris euellere nostri fiduciam, prædixit illi casum. Petrus autem quod maioris erat temeritatis, unum se cæteris omnibus anteponit: quare dominus ipsum, quanquam feruentissimi esset amoris in dominum, cadere permisit, quo præsumptio humiliaretur, et plus Christi uerbis, q̄ sibi fideret:

nec non in suo casu disceret, quomodo alijs misereri deberet. At Petri temeritatē imitati sunt, & reliqui Apostoli, Christum & ipsi abnegaturi, si similis casus accidisset. Sic usu uenire solet ijs, qui uiribus proprijs putant sese posse uictores uitiorū euadere, cum interim ex gratia pendeāt. 1 Corinthiorum .15. Gratia dei sum id quod sum.

Tunc uenit cum illis in uillam quæ dicitur Gethsemani, ubi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius Et ait illis: Sedete hic, donec uadā illuc & orē. Vos aūt uigilate & orate, ne intretis in tentationem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit pauere, tædere, et cōtristari, & mæstus esse, & ait illis: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Sustinete hic, et uigilate mecum Orate, ne intretis in tentationem.

Nemo potest ascendere in crucem Iesu, nisi prius descendat in uallem hāc, nisi sese deiecerit, abdicatis omnibus humanæ superbiæ præsidijs. Gethsemani, uallis pinguedinū dicitur: morte autē domini pinguescunt animæ nostræ atq; saginantur. Psalmo. 62. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. In horto captus est & orauit, satisfaciens pro peccato primorꝗ parentum in horto cōtracto, quo nos in hortum reduceret deliciarum cœlestium, & quia notus erat locus traditori. Vtinam cor nostrū hortus fiat deliciosus, in quem Iesus intrare dignetur, uirtutum gratiarumq́; graminibus plenus, redolens quasi odor bonus. 2. Corint. 5. Christi bonus odor sumus in omni loco. Cant. 5. Veniat dilectus meus in hortum suum. Iussit autem octo in initio horti sedere, qui tamen ęgre diuellebantur à magistro quem amabant, uehementer quidem, sed tamē affectu adhuc humano. Hilarius: Iussit eos subsidere & expectare redeūtem, donec solus pro cunctis oret, quia eius oratio omnium nostrum est redemptio. Quo autem subsistere

In horto cur capi uoluerit Iesus

possent aduersus tempestatē imminentem, monuit ut uigilarent & orarent, ne si eos tētator ociosos & oscitantes opprimeret, incautos illaquearet & superaret. Hinc ostendit quibus armis Christiano militi in afflictionibus utēdum sit. Relictis ergo octo, tres assumpsit, aliquantulum diuertēs à latere montis, quibus singularem affectus sui dilectionem ostenderat, & qui præ cæteris magnalia promiserant. Siquidem Petrus in mortem & in carcerem se cum domino iturum promisit, Luc. 22. Ioannes et Iacobus calicem domini se bibituros spoponderunt, Matthæi. 20. Erant autem in Iesu duo inter se diuersissima, diuina maiestas qua nihil sublimius, & humana imbecillitas qua nihil abiectius. Quoniam autem his tribus gustum aliquem præbuerat suæ sublimitatis (Matth. 17.) in transfiguratione, uoluit eosdem extremæ abiectionis & humilitatis esse testes, ut in eodem disceret, & quid esset imitandum, & quid sperandum. Verum ut homo prorsus omni destitutus auxilio, cœpit pauere, nec dissimulauit anxietatem animi apud amicos. Tristis, inquit, est anima mea. Ps. 87. Repleta est malis anima mea. Glossa, id est, doloribꝰ & pœnis. Vsq; ad mortē, hoc est, tam uehementer, ut mortem induceret, nisi diuina dispensatione ad alia reseruaretur, uel extensiue ad mortē usque duratura nec subleuanda. Cōsiderare possumus Christum in passione bifariam: semel, ut deum omnis affectionis humanæ expertem. Neq; enim eius natura, qui semper idem est, Psal. 101. & apud quem nulla est transmutatio, Iaco. 1. uarijs agitari & duci potest affectibus neque tristitia, neq; dolore, ut homines affici. Malachiæ. 3. Ego deus & non mutor. Altero, ut eum qui formam serui suapte spōte suscepit, & eiusmodi

Christū in passiōe bifariam cōsiderari.

formam, qua nostra incōmoda sentiret, quā ue cōpateretur. Phil. 2. Hieronymus: Dominus noster, ut ueritatem in se probaret assumpti hominis, uere quidem contristatus est: sed ne passio illius in animo dominaretur, cœpit contristari. Aliud enim est contristari, aliud incipere cōtristari. Vnde est tristitia quædam inordinata, rationem præueniens atq; impediens, quæ non cadit in constantem uirum. Prou. 12. Non contristabit iustū quicquid ei acciderit. Talis non fuit in Christo. Esai. 42. Non erit tristis neq; turbulentus. Alia ordinata & bona, rationem sequens, & uanitatem excludens. Eccēs. 7. Cor sapiētum ubi tristitia. 2. Cor. 7. Quæ secūdum deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Tristabatur ergo & timebat, prout timor & tristitia sunt naturales affectiões & passiones, uel potius propassiones appetitus sensitiui, secundū Hieronymum. Verum non dominabatur illi uspiam ulla tristitia, neque à culmine uirtutis deiecit, ut nos sæpe nostro malo experimur, sed rationis imperium sequebatur. Duo autem præcipuo Christum affecere angore & tristitia: alterum in animam grassabatur, peccatum & dei offensa, q̄ propè infinita erat. Esa. 53. Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum. Ambrosius: Doles domine, & uere doles, nō tua uulnera, sed nostra crimina. Alterum modo ex animo, modo ex corporis qualitate nascebatur, immo ex utriusq; uicinitate. Non enim non potuit affici tristibus obiectis, qui sensum habuit probè clareq; omnia dijudicantem. Iam enim ob oculos posita cūcta pericula, cuncta peccata, uniuersa tormenta, omnium hominum scādalum & ingratitudinem, pro quibus patiebatur, præsentissime cernebat. Bernardus: O gaudium, o lætitia, tu lætificas ciuitatem dei, tu totum obiectū beatitudinis, quid contristaris? Nōne tu es deus totius consolationis, qui consolaris nos in omni tribulatione nostra? (2. Corinthiorum 1.) & quomodo tristes cōsolaris, si tristis est anima tua? Iussit uigilare secum, non quasi indigeat, sed quia sic ipsis expediebat. Tempus enim hoc non somnum postulabat, sed uigiliam et intentam deprecationem. Quo facto paululū progressus, ac ueluti prorsus ab omni solatio hominum destitutus, planeq; deploratus quod ad humanas attinebat opes, cōfugit ad patris auxilium, nec apud hunc statim inuenturus mali leuamen. Horrebat natura corporis cruciatum ac mortem imminentē, quæ nihil uult nisi quod conuenit sibi. Procidit in faciem, ut humilitatem mentis, habitu corporis commēdet, ut dicit Hieronymus.

Quæ duo Christū potissime angerunt.

Et progressus pusillum, & ipse auulsus est ab eis, quantū iactus est lapidis, & positis genibus, procidit in faciem suā super terram, & orauit, ut si fieri posset, transiret ab eo hora, & dixit: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt. Si possibile est transfer calicē hunc à me. Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu, fiat uoluntas tua. Et cū surrexisset ab oratione, et uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes, et ait Petro: Simon, dormis? Sic non potuisti una hora uigilare mecum? Vt quid dormitis? surgite, uigilate, et orate, ut nō intretis in tētationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

Bonauentura: Hic parumper subsiste & mirabilia domini dei tui mēte pertracta, orat enim nunc dominus, sed & sæpius orasse legitur: sed p̄ nobis tūc aduocatus noster, nunc autem pro se orabat. Compatere, & admirare profundissimam humilitatē. Cum. n. sit deus patri coæternus & coæqualis, oblitus uidetur se esse deum, orat ut homo, stat tanquā q̄libet homunculus de populo, deum orans. Considera etiam perfectissi-

mam obeditentiam. Quid enim orat? certè ut hora mortis trāsferatur. habet hoc expedire, ut non moreretur si ei placeret, sed non exauditur secū dum aliquam uoluntatem, quæ erat in eo, quia uult pater, ut penitus moriatur, & ei quanuis coæterno & unico filio proprio nō pepercit, sed pro nobis tradidit. Ro. 8. Dominus autē Iesus hanc obedientiam suam suscipit, & exequitur reuerenter. Vide tertio indicibilem ad nos charitatem tā patris quàm filij, compassione, admiratione, uenerationeq́ dignissimam: nā propter nos, hæc mors indicitur. Chrys. Dicendo, quòd transeat calix iste, ostendit quod humanum est: addendo, non sicut ego, ostendit quod perfectū est. Duplex insinuatur uoluntas: rationis, quæ erat subiecta diuinæ uoluntati: sensualitatis, quam ratio subijciebat diuinę, licet ipsa sensualitas cōtrarium appeteret, & per hoc quanquā nō erat similis, erat tamen subiecta, ac per hoc non erat cōtraria. Duo. n. est reperire ī carne nostra: ipsam naturam, secundū quam nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur, quod mortale est, à uita. 2. Cor. 5. Secundo, infirmitatem aggrauantē animam. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat aīam: non quia corpus, sed quia corruptibile: & sic cupimus dissolui, & esse cum Christo. Phil. 1. Si possibile est, inquit: nam si uis, possibile est: si nō uis, non est possibile: ergo tua uoluntas fiat ad salutem humani generis, non quod ego iuxta corporis imbecillitatem. Intermittit autem orationem non tędio affectus orandi, sed remedio alijs prouidendi. Nouerat enim quantum suis immineret periculum. Hinc Petrum qui præ cęteris de constantia gloriatus fuit aggreditur, dicens: Vbi est promissio tua, si una non potuisti hora uigilare mecum? Beda: Somnus corporis, indicium erat, quòd in proximo grauandi erant somno infidelitatis. Vt quid dormitis? Neq; sterendum, ubi hostes nusquā non obseruāt excubias. Vnde. Lucę. 22. Simon, ecce Satanas expetiuit uos, ut cribraret, sicut triticum. 1. Pe. 5. Sobrij estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tā quam Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Hinc. Lu. 18. Oportet semper orare, & nunquam deficere. Isidorus. Hoc est remediū eius, qui uitiorū tentamentis æstuat, ut quoties quolibet uitio tangitur, toties orationes fundat, quia frequens oratio uitiorum impugnationem extinguit. Hieronymus: Etsi spiritus uester promptus sit ad uolendum, tamen caro fragilis est ad sustinēdum. Hoc aduersus temerarios dictū est, quicquid crediderint, putant se præstare posse. Nam quantum de ardore mentis confidimus, tantum de fragilitate carnis timeamus. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut nō quę cunq; uultis, illa faciatis. Vnde quāquam spiritu feruerēt, in utranq; tamen (ut aiunt) aurem dormitabant, carne superati. Verum ut illius mors non profuit ociosis, ita nec precatio ualere debet, nisi his qui pro se quoque student orare.

Mat. 26. (margin)

Duæ in Iesu uoluntates. (margin)

Duo quædā in carne nostra inueniri. (margin)

Iterum secundo abijt, & orauit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. Et uenit iterum ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati, & ignorabant quid responderent ei. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertio eundem sermonem, dicens: Pater, si uis, transfer calicem hunc a me. ueruntamen non mea uoluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi angelus de cœlo, confortans eum, & factus in agonia, prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

Hieron. Pater mi, si non pōt in me & per me saluari genus humanum

nisi moriar, fiat uoluntas tua. Vide quantis coartabatur angoribus, undique illi angustiæ, pater non respondet, discipuli dormiunt uehementer grauati, mœrore conduplicante somnolentiam quare ignorabāt quid responderent. Alte quippe promittens,& in promissione succumbens legitima non habet responsa, maxime si facilis est promissio, aut si leue est quod exigitur ab amico. Promiserant mortem, Christus exigebat uigiliam,& hoc propter ipsos.non.n. nisi uigilantibus contingit uictoria.

Tres orando uices Christi quid. Tertio orauit, quo nos doceret pertinaciter, & uehementer orandum, quoties imminet procella tentationis. Orauit tribus uicibus, ut sua oratione nos liberaret à malis præteritis, præsentibus,& futuris:& sicut tribus uicibus orauit, sic & in tribus locis distinctis ab inuicē ad leuem iactū lapidis. Rabanus: Christus orauit tribus uicibus, ut in hoc instrueret tria petenda, de præteritis ueniam, in præsentibus tutelam, de futuris cautelam. Vel de peccatis ueniam, in præsenti gratiam,& in futuro gloriam. Ostendit & quemadmodum orandum sit. Primo: Elōgauit

Quomodo sit orandū se. Cyrillus: Semotim orat, ut discamus quòd animo attento & corde quieto colloquendum est cum Deo sublimi. Matth.6. Tu autem cū oraueris, intra in cubiculum tuum: & clauso super te ostio ora patrem tuū in abscondito. Secundo, procidit in faciem. Eccl.35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Iudith.9. Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Tertio, uoluntatem suam paternæ uoluntati subiecit. Ambros. In agonia mortis suæ, Dei filius angustiatus, patrem deuote precatus est:& tñ in oratione paternæ uolūtati se cōformat, ad docēdū uolūtatē nrām sibi subijcere. Au. Filius unicus dicit, nō quæro uoluntatē meā:& hoīes uolūt facere uolūtatē suā? Ille tm̄ se humiliat, qui est æqualis patri:& tantum se extollit, qui in imo iacet,& nisi man⁹ ei porrigat nō surgit? Quarto, replicauit, immo triplicauit. Hieron. Orationē geminat,& triplicat, in quo cōstāter orare nos informat. Apparuit angelus cōsolās eū, quo humana in ipso demōstrat natura: sed alibi legimus, qđ angeli ei ministrarūt, in quo diuinitatē agnoscebāt,& ut disceremus, qđ deuote orantibus,& pro iustitia tribulatis, angeli assistūt consolationem impendentes. Psal.93. Secundū multitudinē doloṛ meorū in corde meo, cōsolationes tuæ lætificauerūt aīam meā. Nouerat qđ uellet pater, & cupiebat ipse bibere poculū mortis pro salute mūdi: sed in se trāstulit affectū sui corporis, ac suis precādi formā præscribere studuit. Cæterum ut nos doceret tū cælitus nobis adfore auxiliū à dño, postquā nos totos diuinæ uolūtati tradiderimus, apparuit illi angelus. Agonia quæ nōnū- *Agonia Christi quæ.* quā morte ipsa est grauior, uehemēs erat anxiatio quā habuit de pœnis sibi de propinquo īminentibus, quas p̄sentialiter intuebaṫ. Bonauentura: Dñator dñe Iesu, unde aīæ tuæ tāta anxietas et anxia supplicatio? Nōne uoluntarium omnino te patri sacrificium obtulisti? Verum ut ueram in te credentes nostræ mortalitatis naturam, formaremur ad fidem, & in tribulationum perpessione consimili erigeremur ad spem, et maiores erga te stimulos haberemus, naturaliter carnis nostræ infirmitatem huiuscemodi signis euidētibus expressisti, quibus docemur, quia uere dolores nostros pertuleris,& nō absq; sensu doloris degustaueris amaritudines passionum. Nam ruptis ab intra & apertis uenulis, simul cum sudore effluxit sanguis. August. Angustias animæ tuę & cordis tui, domi-

Matt.4.

ne Iesu dulcissime, indicauit certissime sudor ille sanguineus, qui orationis tempore de sanctissima carne tua guttatim effluebat. Collige anima deuota, compassiuo affectu guttas illas, & cor tuum illis consperge, tibi proderunt ad salutem. Hæc omnia cum intima compassione & pia meditatione pēsanda, quo Christo grati, & eius exemplo in omni aduersitate patientiam seruare, Deū suppliciter inuocare, & diuinæ pietati, & dispēsationi nosipsos fiducialiter & finaliter cōmittere studeam⁹.

Et cum surrexisset ab oratione, & uenisset ad discipulos suos, inuenit eos dormiētes præ tristitia, & ait illis: Dormite iam, & requiescite. Sufficit. Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Sciebat autē & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & a pontificibus & pharisæis ministros, uenit illuc. Dederat autem traditor eis signum, dicens: Quēcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite caute. Et ait Iesus: Surgite, eamus, ecce qui me tradet, propè est. Adhuc eo loquente, ecce Iudas Iscarioth unus ex duodecim uenit, & cum eo turba multa cum gladijs, & fustibus, & lignis, & laternis, & facibus, & armis, missi a principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus populi. Iesus autem sciens omnia, quæ uentura erant super ipsum, processit obuiā, & dixit eis: Quē quæritis? Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dixit ergo eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis Iesus, ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram: Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt Iesum Nazarenum: At ille ait; Dixi uobis, quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire: Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit, (Ioan xvij) Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam.

Bonus pastor inuigilat super gregem suum, quem in finem usq; dilexerat. Erant. n. uehementer contristati, auditis uerbis & signis uisis tristitiæ in Iesu. Psal. 118. Dormitauit anima mea præ tędio, confirma me in uerbis tuis. Secundum Origenem. Chrys. & Hieron. compassus imbecillitati ipsorum, iussit aliquātō dormire. Alij ironiam uolunt. Post intulit, satis dormitatū est. Ipsa res uos uolentes nolentes excitabit. Orige. Sed & nunc Iesus in manus peccatorū traditur, cum hi, qui uidentur in Iesum credere, habent eum in manibus suis cum sint peccatores. Sed & quandocunq; iustus habens in se Iesum, in potestate factus fuerit peccatorum. Iesus traditus est in manus peccatorū. Consueuerat pius pastor suos ad ipsum locū abducere, ita à turbis segregati, facilius cœlestia perciperēt, quare aptū hūc locū proditor excogitauit. Glossa. In horto capi uoluit dominus, ut pro peccato in horto deliciarū cōmisso satisfaceret. Iudas aūt dudū Iesum ducē sequens, nūc factus sceleratæ turmæ dux sceleratior fustibus armaię, aduersus Iesum inermem uenit illuc. Nec deerat authoritas, quia à summis pontificibus & pharisæis ministros: nec em̄ satis sibi fidebat Iudas ad prodendū dominum, hinc adhibet armatā manum cum authoritate utriusq; ordinis profani & sacri. Atq; hæc aguntur noctu, captataq; loci & tēporis opportunitate. Densissimæ tenebræ sint oportet, ubi uincitur & capitur Iesus. Deniq; ne uel in persona errarent, dedit signum osculi, quod olim signum honoris, et officij gratia fieri consueuit à salutantibus. Cauerant enim Iudæi & sacerdotes, ne pecunia numeraretur, ni Iesus esset in manibus. Symbolo amicitię dominum tradidit, q tot erat beneficijs affecti⁹. O quot habet imitatores, qui loquūtur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Psal. 27. O quantū amaricauit cor Iesu tanta uigilantia filiorum tenebrarum ad perficiendum homicidium, ac tanta

In horto cur uoluerit capi Iesus.

desidia in filijs lucis. Vt uolūtarie se pati ostenderet, suos erigit ut surgāt cum proditor ianuis esset. Munierat se Iudas armis & lumine, quia nox erat. Ioā.13. Nox in hoc captata est, nequis tumultus oriretur in populo: & armata manus adhibita est, ne Iesu comites ui obsisterent, quo minus caperetur. Deinde cœpit ex interuallo præcedere turbam, quasi aliūde ueniēs, & aliud agēs, sic tñ, ut illis esset in cōspectu. Iesus ergo cui omnia nuda sunt & aperta, quo uoluntariā ostenderet passionē, simulq; diuinā uirtutē, qua sic cohibebātur, ut impiam uoluntatem nō nisi permissi perficerent. Anselmus: Quàm prōptus bone Iesu spiritus tuus ad passionem fuerit, euidenter ostendisti, quando uenientibus unà cū proditore uiris sanguinum, & quærentibus animam tuam cū laternis, facibus, & armis, per noctem ultro occurristi. O sūma charitas, quę foras mittis timorem, & mortis excludis horrorē. O bone Iesu, quid facis amicis quærētibus te in ueritate, qui inimicis ad mortē te quęrentibus sponte occurris? Chrys. In medio eorum consistens, oculos eorum excęcauit, ne eum agnoscerent. Augu. Nominatur autem & Iudas, ut si mirum nō esset eum ab alijs non agnosci, mirū tamē appareat, quod Iudas familiaris discipulus eum non agnouit. Et quare non comprehenderunt secum loquētem, sed ceciderunt retrorsum quasi exanimes non ferētes dominicę uocis uim, nisi quia adhuc noluit qui potuit? Vbi nūc militū cohors? ubi terror & munimen armorum? una uox turbam odijs ferocem, armis terribilem, absq; ullo telo percussit & prostrauit. Deus enim latebat in carne. Væ qui terribilem illā expectant uocem, ite maledicti in ignem æternum. Matt.26. Hieronymus: Omnia hæc diuina dispensatione facta sunt, ut ostenderetur uirtus latentis diuinitatis in eo, & inexcusabiles essent, qui tot uisis signis non credidissent, nec ad pœnitētiam moti. Merito retrorsum ceciderunt quia stabant contra Christum. Septies autem cadit iustus in die, & resurgit. Pro.24. Nam in faciē cadens, uidit quò cecidit. Vbi aūt recepissēt animos, ac rursum pararent adoriri Iesum, intrepida uoce dominus respondit: Iam dixi, quia ego sum. In me unum facio uobis potestatem. Augu. Audierant hoc prius, sed non apprehenderāt: quia ipse uoluit qui potuit, & potest quicquid uult. Porrò, quemadmodum sui capiēdi fecit potestatem, ita non idem ius permisit in discipulos, interim boni pastoris imaginem præbens, qui sui gregis incolumitatem suæ uitæ dispendio redemit. Aug. Iubet inimicos, & hoc faciūt quod iubet: sinunt abire, quos non uult perire. Solus perditionis filius perijt, idq; suo malo, quia noluit agnoscere uocem ad pœnitentiam uocantis. Sciebat dominus nō futurum ut ille resipisceret, sed tamē nihil nō facit, quo corrigeretur, nos erudiens, ut erga peccatores summa lenitate utamur, propterea qđ ignoremus, an aliquando sint ad meliorē mentem redituri. Si resipiscunt, lucri fecimus proximorum salutem: si nō resipiscunt, non carebit nostra mansuetudo suo præmio. Solus pius dominus pro omnibus satisfacere, sicut potuit, ita & uoluit. Esa.63. Torcular calcaui solus, & de gentibus non est uir mecum.

Iudas uero antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, ut osularetur eum. Iesus autem dixit illi: Amice, ad quid uenisti? Et confestim accessit ad Iesum, & ait: Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixit illi Iesus: Iuda, osculo filium hominis tradis? Videntes autem hi qui cum ipso erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio?

Et ecce

Et ecce unus ex his, qui erant cum Iesu, Simon Petrus, habens gladium, eduxit eum: extendensq; manum suam, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius dextram, erat autem seruo nomen Malchus. Respõdens autem Iesus, ait: Sinite usq; huc. Dixit ergo Iesus Petro: Conuerte gladium tuum, & mitte in uaginam, in locum suum. Omnis enim qui acceperit gladium, gladio peribit. Calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illum? An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia oportet sic fieri? Et cũ tetigisset auriculã eius sanauit eum. In illa hora ait Iesus ad eos qui uenerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores. Tanquã ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me, cum quotidie fuerim apud uos in templo sedens, & docens, & non me tenuistis, nec misistis manus in me, sed hæc est hora uestra, & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est, ut implerentur scripturæ prophetarum. Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, et tenuerunt eum. Tunc discipuli eius omnes, relicto eo, fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum. At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis.

Volens impius proditor perficere quod Iudæis promiserat, appropinquauit Iesu corpore, non mente. Lõge enim à peccatoribus salus. Psal. 118. Cyrillus: Iudas immemor sapientiæ Christi, putauit se latere posse quod fraude hæc ageret. Iesus autem quo perfectum ubiq; mansuetudinis exemplar præberet suis, nec impium discipulum ab osculo prohibuit, nec exprobrauit illi suam uesaniam, sed blando dicto tetigit illius conscientiam, d. Amice, ad quid uenisti, cui tot amicitiæ indicia pstitisti, cur amicum fingis cũ inimicus sis? Dominus ergo pro sua benignitate, nec proditoris recusauit osculũ, ne eum fugere uideretur, & plus afficeret eum, cum amoris signum non negaret, sed rursus illius pupugit conscientiam. Intelligebat Iudas se non latere, nouerat innocẽtiam domini, toties inaudita mansuetudine prouocabatur ad mutanda consilia, uel lapis emolliri potuerat, nisi totum illius pectus satanas auaritiæ morbo occupasset. Bernardus: O cor omni felle amarius, omni lapide durius, O Iuda mercator pessime, qũo ausus fuisti labia illa melliflua tangere? Chrysostomus: Non dicit magistrum tuum, dominum tuum, sed filium hominis, mansuetum & mitem: qui etsi non esset magister & dominus, quia tamẽ tam suauiter erga te gessit, nõ esset à te tradẽdus: unde & nomẽ proprium posuit, quod magis dolentis erat & reuocantis, quàm prouocati ad iram. Discipuli, uisa turbæ deiectione, & quòd cũ à terra surrexisset, staret tremula & pturbata, sumpserunt audaciã, quod Christi uirtute refrænata, non posset resistere. Conspicientes ergo uim parari domino, amore suppeditante audaciam, uoluerunt magistrum defendere. Porrò Petrus qui cæteris feruentius amabat, quiq; præ cæteris fortia pollicitus fuerat, non expectato domini responso, ei qui primus tentabat manum mittere in Iesum, uidelicet domini sui sæuitiam referens, domino moderante ictum, abscidit auriculam. Dominus uolens ostendere tempus nunc esse patiendi, non ulciscendi, ait: Permittite usque huc progredi, intermittite defensionem. Hinc ut omnẽ ulciscendi affectum penitus ex animis omnium discipulorum euelleret, uim quidem militum diuina uirtute cohibuit à Petro, sed interim ipsum ad reliquũ pugnæ flagrantem acriter obiurgat. Sic & alibi obiurgauit, dum potestatem peterent sibi fieri, ut ignis descẽderet de cœlo, & consumeret non recipientes ipsos. Lucæ nono. Nescitis cuius spiritus sitis: filius hominis

non uenit animas pdere,sed saluare. Mauult.n.nos ferre,nō inferre iiuriā bene mereri de oībus, bene pcari oībus. Roman.12. Nulli malum pro malo reddentes, non uosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum.q.d.Cesset uindicta, ut exhibeatur patientia. nobis non est istac opus defensione, qui tolerando melius uincimus quā occidendo. Hilarius:Recondi gladium iubet dominus, quia melius eos nō humano, sed oris sui gladio perempturus: euāgelico sermone qui uitia amputat, homines seruat. Augustinus:Gladium accipit, qui nulla superiori ac legitima potestate iubente uel concedente,in sanguinem armatur alicuius. Gene.9. Quicunq; sanguinem effuderit humanum,fundetur sanguis illius: ad imaginē quippe Dei factus est homo. Sic accipit & qui non zelo iustitiæ,sed crudelitate uindictę. Requiritur ergo authoritas. Rom.13. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, uindex in iram ei qui male agit. Secundo causa. Roman. 13. Principes non sunt timori boni operis,sed mali.1. Petri.2. In uindictam malorum, laudem uero bonorum. Tertio, ordo iuris. Deut.16. Iuste quod iustum est, exequeris. Remigius: Qui gladio utitur ad occidendum hominem, ipse prius gladio malitiæ suę percutitur,et post gladio bis acuto ex ore Dei procedentis,Apocalypsis. 1. Alteram assignat rationem Theoph. Quanuis passio de se fuerit amara, tamen propter amorem patiendi ad salutē humanam, facta est sibi grata et calix saluatoris:sic amara medicina,ob spem sanitatis grata est. Tertiam addit:Nō opus,inquit, mihi angelorū copijs, multo minus hominum,qui imbelles porrò sunt, si ad angelorū robur conferas. Vnde

Gladiū accipe quis dicatur.

Requisita ad recte utēdū gladio, quæ & quot.

unus angelus in una nocte occidit. 185000. hominum.4.Reg.19. Habet autē legio militum.6666.Sed ita uisum est patri. ita prædictū à prophetis: neq; quicquā horū casu uel fortuito geritur.Si ergo defendor,& nō morior pro hominum salute,non uerificabuntur uaticinia prophetarū, quod est impossibile. Nā sicut passio ab æterno disposita, sic prophetata ante tempus est. Quo ergo suā declararet potētiā, induceret ad pœniam, ostēderet patiētiā, curauit hostis sui læsionem. Beda: Nunquā obliuiscitur pietatis suę dn̄s,qui etiā hostes suos nō patitur uulnerari:illi iusto mortē inferunt, iste persequētium uulnera sanat,mystice docens,& ipsos si cōuertanť,posse sanari, qui in suę mortis consensione uulnerati sunt Chrysostomus: Miraculum fecit,erudiēs nos,ut eis qui malefaciunt nobis,bene faciamus. Matt.5. Benefacite his qui oderunt uos. Adeo nulli non beneficus fuit, ut nos puderet quēquā ulcisci uelle,ne dicam emerentem lędere. Dominus,ut sese declararet uolentem omnia pati,cōuersus ad principes sacerdotum & magistratus tēpli,qui aderant,ut res diligentius atque audacius fieret,ueluti latronem, uiolentum ac repugnantem expugnaturi. Latronum est nocere & latitare. ego nemini nocui, immo multa beneficia & sanitatum & doctrinæ præbui,non clam,sed clara luce, & in loco omnium celeberrimo, uidelicet in templo docui. nunc nocte intempesta silentem quæritis in secessu. Certè eadem erat uobis tum uoluntas quæ nunc est, sed obstitit uobis eius uoluntas, cui nemo potest resistere. Chrysostomus. Ideo in templo non renuerunt,quia ausi nō fuerunt propter turbam: quare dominus foras exiuit,ut ex loco & tēpore haberent aptitudinem. Hoc tēpus uestræ uoluntati concessum est,

ut faciatis mihi quæ uultis, ad quod est potestas tenebrarum, id est, dæmonũ uos instigantium. Beda: Ideo cõtra me in tenebris armamini, quia potestas uestra contra lucem mundi est, ignorantiæ tenebris obnubilata. Sed hæc omnia fiunt non uestra uiolentia, sed dispensatione consilij Dei uiui, de quo olim iam uaticinatæ sunt scripturę prophetarum. Hactenus impediti diuina uirtutē, nũc cognoscendi & capiendi, copiam acceperunt. Io. 10. Potestatem habeo
A ponēdi aĩam meã, & potestatē iterũ sumendi eam. Bernardus: O quis sine gemitu audiet, qualiter in illa hora mali homicidæ manus illas ligauerunt, quæ omnia creauerant: illũ ceperunt, qui nos à captiuitate liberare uenerat: illum traxerunt, qui ad suam dilectionem omnē trahit creaturam. Leo: Quicquid sacerdotum instinctu furor ille popularis audebat, ex hoc colligi potest, quoniam Matthęo teste, manus iniecerunt. Dicturus, tenuerunt eum, quid necesse fuit præmittere, manus iniecerunt, (certum est enim quod eum non nisi manibus tenere potuerunt) nisi qa illatarum iniuriarum uiolentiam significare uoluisset? Nam inijcere, uiolentiam importat, & hoc cum incertitudine. q. d. Cum magno impetu undiq; manus in eum iniecerunt, & in terram prostrauerũt. Intuere ò anima deuota dominum quàm sapienter suscipit infelicis Iudæ oscula & amplexus, cuius pauloante pedes lauerat, & summo cibauerat cibo, et quomodo se patitur ligari, capi, percuti, & furibunde duci, ac si esset malefactor, & omnino impotens ad se defendendum: quomodo etiam cõpatitur discipulis fugientibus & errantibus. Videntes enim discipuli nullam esse spem, Iesu sese offerente ad necem, timentes similiter tractari immemores promissorũ deserto dño fugerunt. Ioã. 16. Ecce uenit hora & iam uenit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis. O quàm inhumanissime dominum tractarunt, cum discipuli tã intime dominũ diligentes, ex huius horrore inuiti & gementes tãquam orphani fugerent. Iob. 19. Frēs meos lõge fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me, dereliquerũt me propinqui mei. Multi usque hodie multa Deo promittunt, et parua uel nulla præstant. Ecce nunc aĩa Deo deuota quomodo Deus tuus tanquam latro duris uinculis est ligatus, ut te à peccatorũ & gehēnę ignis uinculis absolueret. Liga nũc mēbra tua à peccatis in obsequiũ Christi.

De examinatione & peruersa condemnatione per pontifices.

ARTICVLVS XXXII.

Cohors autem & ministri Iudæorum & tribunus, comprehendentes Iesum, ligauerunt eum, & adduxerunt ad Annam primum. Erat Annas socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudæis quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus a longe, et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, et introiuit cum Iesu in atriũ pontificis. Petrus autem stabat foras ad ostium. Exiuit ergo ille alius discipulus, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrũ. Et ingressus intro, sedebat foris in medio atrij deorsum, cũ ministris ad ignem, & calefaciebat se, ut uideret finem. Circumsedentibus autem illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum uidisset ancilla quadam ostiaria, una ex ancillis summi sacerdotis, sedentem ad lumen, & calefacientem se, & eum fuisset intuita, aspiciens illum, dixit: Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? At ille negauit eum coràm omnibus, dicens: Mulier, non sum, non noui eum, neque scio quid dicis. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit. C

Cohors militum gentilium, quæ continebat 500. uiros, & dicebatur maior: uel 300. quæ minor, & tribunus qui mille præerat, facinorosorũ

in morem ligarunt, quo cum morti dignum ostenderent, & quia Iudas caute ducendum monuit: & adduxerunt per torrentē Cedron trahentes & impellentes. Bonauentura: Conspice nūc quomodo ducitur agnus sine macula ad uictimam, ab illis iniquissimis uersus Hierusalem festinanter & anxie, manibus post tergum ligatis, exchlamydatus, tunica non curiose succinctus, capite discoopertus, curuus ex fatigatione & uehementi acceleratione incedens. Quis tunc discipulorū corda doloris aculeus penetrauit, cum uiderent dilectū magistrū suum à suo discipulo traditum, quasi malefactorē duci ad mortē, cū & ille impijssimus Iudas pœnitētia ductus, tāta postmodum fuerit amaritudine ex hoc repletus, ut maluerit mori quàm uiuere uę tūi illi, qui nec sic ad fontē misericordię per spē ueniæ redijt, sed propter sceleris immanitatem perterritus, desperauit. Ad Annam duxerunt, quia primo in uia domus occurrebat Annę. Ideo ne lōgiori ductu tumultus oriretur, & quia senior Caipha, hinc eū honorare uoluit, quo & ipse minoris criminis apud populum haberetur, si à maiori damnatum ætate, ipse condemnaret. Hic Caiphas, reliquis ambigentibus, quid esset faciēdū de Iesu, propter munus quod gerebat, ꝓphetico spiritu afflatus, suaserat Iesum omnino tollēdum è medio. Hūc Caiphā scribit Iosephus sibi pōtificiū pretio cōparasse à principe Romano, sed ita, ut modo hic, modo Annas i pōtificiū succederet, id quod palā legē subuertebat. Sed heu, ubi & nūc illud Mat. 10. Gratis accepistis, gratis date? Veno omnia exposita sunt & sacerdotia, & sacra quoq; & nihil est quod nō obediat pecuniæ. Ecclesiast. 10. Hoc dictum repetit Ioannes, quo Christi occisionem maxime retorqueat in principes, qui ut dicit Augustinus, immunes ab ea uideri uoluerunt, cum forent authores. Sic Act. 5. dixerunt discipulis. Præcipiēdo pręcipimus uobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce repletis Hierusalē doctrina uestra, et uultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Petrus autē parum feliciter tentata pugna nondum tamē deposita tota spe salutis, sequebatur. Ioannes, quia fortè aliquoties pisces portauerat, notꝰ erat, qui & ita dulcis erat et mitis, ut etiā ab inimicis Iesu diligeretur. Atrium est spatium inter primam & secundam portam sub dio. Intuita ancilla Petrū curiosius, cœpit noscitare speciem discipuli: & quia timidus et tremulus incessit, suspectum habuit. Chrysostomus: Quid ais ô Petre? nōne dixisti, etiam si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo? Marc. 14. Quid ergo nunc dicis, non sum discipulus eius? nec fers unius ancillæ interrogationem? Non erat armatus miles, sed uilis ancilla, nec dicit, seductoris huius, sed hominis illius, quod miserentis erat, non terrentis. Non est hoc actū fortuito, sed ita placuit diuinæ dispensationi, quo magis retunderetur fiducia Petri tā magnifica pollicentis, ut nunc ad mulierculæ uocem abnegarit dominum. O quàm multi usque hodie, in ecclesia & concionibus constituti, pectora tundunt, peccata detestantur, bona proponunt: sed post malis societatibus iuncti in omne flagitiū defluunt. Difficile enim est, in mala societate ad peccatum non accendi, aut à firmitate charitatis non resolui, aut saltem per malam famam non denigrari. Ecclesiastici. 13. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicat superbo, induet superbiā. Ecce Petrus inter discipulos Christum filium Dei confessus est, inter milites & ministros negabat

Atriū quid

gabat

gabat se discipulum. Augustinus. Qui se negat Christianũ, negat Christum. Sunt enim qui confitentur se nosse Christum, factis autem negãt, Tit.1. Ergo. 1. Corin. 10. Qui stat, uideat ne cadat. Reliquit ergo societatem turbatus, nõ aduertẽs gallicãtũ.

Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus. Ego palàm locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, & templo quò omnes Iudaei conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt, quid locutus sum ipsis: ecce hi sciunt quae dixerim ego. Haec autem cum dixisset Iesus, unus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens. Sic respõdes pontifici? Respondit ei Iesus. Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me cædis?

Annas igitur quo speciem aliquã legitimi iudicij præberet, sed reuera hoc agens, ut ex uarijs responsis Iesu aliquid excerperet, quod illi criminis uice posset impingi, interrogauit eum de discipulis quos seduxisset, et doctrina quam sparsisset in populũ. Iesus intelligens eum, non æqui iudicis animo percontari, quo uerum cognosceret, sed fraudulenter uenari, quod criminaretur, à suo suorum'ꝙ testimonio relegat eum ad testimonium publicum et inimicorum, quo nullum potest esse certius innocenti. Mea doctrina, inquit, non fuit clancularia & seditiosa, loco & festis & templo celeberrimis docui. Nihil in occulto locutus sum, quod idem nõ sim palàm docere ausus. Illorum erit certius testimonium, qui mihi nulla familiaritate iuncti sunt, plerique etiam oderunt. O benigna mansuetudo saluatoris, uelut ante iudicẽ stabat, & aduersus doctrinam suam æmulos testes allegabat. Vere magnum ueræ doctrinæ indicium. nam æmuli quid calumnientur semper inquirunt. & suspecta semper doctrina quæ publicum fugit. Ioannis. 3. Omnis qui male agit, odit lucem: qui autem facit ueritatem, uenit ad lucem. Duo interrogatus dominus, de altero respondet, docens nos, si de absentibus nihil boni scimus, taceamus errata, non arrodamus eorum uitam qui se defendere nequeunt. Discipuli enim ipsius omnes ꝓfugi facti sunt, insuper & primus inter ipsos negauit se discipulum. Docuit insuper, nõnunquam pro ueritate fortiter respondendum, sed absq; cõuicio. Sed quidam non dissimilis domino suo, dedit alapam Iesu, q.d. Reuerenter respondendum pontifici. Indignitatis plena fuit hæc alapa, & grauis, quã tam uigilanti studio describit Euangelista, qui multa tamen dura & opprobriosa præterijt, ut ex alijs claret, & propheta prædixit, Thre. 3. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Attende & quis dederit, cui dederit, qualiter dederit. Dicit.n. ꝙ manu armata, queadmodum uestigium cicatricis inflictæ in Veronica Romæ indicat. Fertur'ꝙ idẽ Malchus cui auriculam redintegrarat, et corãm quibus, quia inimicis & summis sacerdotibus. Poterat dominus Iesus & hunc impium pontificem perdere, & hunc impactorem alapæ cohibere, nisi uoluisset suis exemplũ exhibere, quàm sint præpostera, quã puersa mũdi iudicia. Et apud Ethnicum iudicem auditur uicissim, & interrogatur reus apud põtificem, pro responso dabatur alapa, & dabatur ei qui iudex futurus est uiuorum & mortuorum. Si falsè, inquit, locutus sum, & indiscrete, ostende, loquor apud iudicem, ei respondeo rogatus Ostendit pro ueritate nõnunquam fortiter respondendum, sed absque conuicio, ne mali impune se credant peccare, aliena rapere, omnes iniuria afficere. Augustin⁹. Quid ista respõsione uerius? quid dulcius? quid iustius? O nos miseri, qui mala

rependimus,& quæ non possumus, minamur.

Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pōtificem, principem sacerdotum, ubi omnes scribæ & pharisæi, sacerdotes & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum à longe usque in atrium summi sacerdotis. Stabant autem ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem Simon Petrus cum his stans, & calefaciens se. Et post pusillum, rursus cum uidisset illum alia ancilla, cœpit dicere his qui erant ibi circunstantibus. Et hic cum Iesu Nazareno erat. Dixerunt ergo ei, qui circunstabant. Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit iterum cum iuramēto. Et dixit, non sum, quia non noui hominem.

Quo res maiore cum authoritate geri uideretur, conuenerunt eò omnes primores, ut cū Iesus coràm tot examinatus, et iudicatus, nihil superesse posset sinistræ suspicionis. Ipsi enim causas secundum legem examinabant, & iudicabant, sed quasdam ad præsidem referebant puniendas. Petrus nondum abiecerat animum, sed eminus secutus est dominum, iā discipulatus, discipulum nimirum mox abiuraturus. Rabanus: In hoc maxima nobis est admiratione uenerandus, quòd dominū non reliquit, etiam cum timeret. Quòd enim timet, est naturæ: quòd sequitur, deuotionis: quòd negat, surreptionis: quòd pœnitet, fidei. Augustinus. Nō hyems erat, sed tamē frigus erat, quale solet in uere accidere. Chrysostomus. Iam ignis diuini amoris in eo tepuerat, ideo alium ignem requisiuit stās cum inimicis Christi, factus spectator tolerātiæ potius quàm imitator, ut quando non poterat iuuare magistrum, saltem uideret quis esset finis. Siquidem nonnulla spes adhuc alebat animum Petri. Ministri ergo qui astabant, ancillæ uerbis instigati, cum & ipsi curiosius hominis uultum & cultum contemplarentur, cœperunt ex notis Petrum utcunque noscitare. Rursus Petrus elapsus est periurio, nec interim uenit in mentē, quid prædixisset illi dominus, & qd illi promisisset: tantus pauor habebat hominem. Hac negatione arbitrabatur se futurum à periculo liberum, quemadmodum se explicuerat ab ostiaria. Conueniebat magnificū pollicitatorem, quo magis agnosceret suam imbecillitatem, à muliercula terreri, ut post intrepide nomen Iesu profitens apud magistratus, & reges, sciret eam fortitudinem esse non uirium humanæ naturæ, sed spiritus diuini.

Et interuallo facto, quasi horæ unius, dicit unus ex circunstantibus, cognatus eius cuius absciderat Petrus auriculam. Nònne ego te uidi in horto cum illo? Et rursus qui astabant, dixerunt Petro. Vere tu ex illis es, nam & Galilæus es, & loquela tua manifestum te facit. Iterum ergo negauit, & cœpit anathematizare, detestari, & iurare, quia nescio hominem istum quem dicitis. Et continuo adhuc eo loquente, iterum gallus cantauit. Et conuersus dominus, respexit Petrum: & recordatus est Petrus uerbi domini, quod dixerat ei Iesus. Priusquam gallus bis cantet, ter me negabis Et egressus foras, fleuit amare.

Quoniam pugna quanquam in tenebris, insignem fecerat eum, interuallo facto quasi horæ, ne crederetur surreptione toties Christum negasse, dicit ei unus: Quid negas te esse de numero discipulorum istius, cū ego te uiderim cum illo in horto? Et alij; Vere inquiunt, es: siquidem non facies solum, sed & sermo tuus te prodit. Vides quibus gradibus ad extremum malorum peruenit. Principio cōrubernio se iungit malorum, nempe ministris pontificis: deinde Christi uerbum, quo eum negaturum prędixit, à tergo reliquit: postremo sibi ipsi precatur ominatur'ꝗ malū. Rabanus. Perseuerantia in peccato, dat incrementa scelerum: & qui spernit minima, labitur in maiora Nec Petrus rediȷ̄t, nec rediturus erat, nisi dominus efficaci cōtuitu suo reddidis-

fet illum sibi, tacitoq́ afflatu prouocasset ad pœnitētię lachrymas. Chrysostomus. Non potuit diu manere in tenebris quem lux diuinæ respexit miserationis. Augu. Conuersio hæc spiritualis fuit, non corporalis, ab æquitate qua Petrum cadere permisit, quo erga peccantes (ut dicit Chrysostomus) duriorem sententiam, pro prÿ casus intuitu temperaret, ad effectum suæ clementiæ. Hic est enim respectus pietatis diuinæ. Psalm. 118. Aspice in me, & miserere mei. Victori. Egreditur foras, ut ab impiorum segregatus consortio, negationis sordes liberius fletibus abluat. Chrysostomus: Fleuit non propter pœnam, sed quod negauerat dilectum, quod ei quolibet supplicio molestius erat. Leo: Felices lachrymæ tuæ sancte apostole, quæ ad diluendam culpam negationis, uirtutem sacri habuere baptismatis. Dicit Clemens papa discipulus Petri, q ex tunc duxit in cōsuetudinem, post primum galli cantum surgere, et ad matutinum usque huius negationis memor lachrymari. Sed & quoties memoria ipsius incidit, lachrymis perfundebatur: quare semper sudarium in sinu gestabat. Nobis eodem quo Petro itinere incedendum, siquando Christum malefactis negamus, si nostris uotis promissisq́ non respondemus, tum lachrymæ, tum singultus edendi. Psal. 118. Exitus aquarum deduxerūt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Hic imber erumpēs, extinguit fulmen iræ diuinæ. Nō flet autem, nisi prius egressus è palatio Caiphæ. Nam illic quo q́sq́ peior est, hoc sibi magis placet. Quātū periculū, Christi discipulum notū esse in aulis pontificū & principū? nisi.n. totū discipulum exuat, periclitatur de capite. Qđ fecerat Petrus, id ēt facturi erant discipuli cæteri, si similis īcidisset necessitas, sed in uno Petro Iesus docerē uoluit oēs, quia expauefactus metu, peccauerat imbecillitate humana, nō destinata malitia, meruit misericordiam, nequis q̄uis grauiter lapsus, desperaret de uenia, modo resipiscat, modo animæ maculam lachrymis abluat, & nequis sibi fidat, neq; malorum consortio se admisceat. Quotquot ergo prolapsi sunt in graue crimen, orēt dominum Iesum, ut dignetur oculos suos flectere ad sese, & p̄tinus agnoscēt unde quo reciderint. Subducant sese à scelerato cōsortio, & lachrymis mutatum animum testantibus culpam abluant.

Lachryma Petri.

Principes autem sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, ut eum morti traderent: nec inueniebant, cū multi falsi testes accessissent. Multi enim falsum testimonium dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant. Nouissime uero uenerūt duo falsi testes, & falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes. Hic dixit, quoniam audiuimus eum dicentem, possum destruere templum dei hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum reædificare, & non erat conueniens testimonium illorum.

Quanquam animos haberēt parricidales, tamen ob metum populi & præsidis, ne uiderentur homicidæ potius quàm læsæ pietatis ultores, studebant iustitiæ speciem aliquam prætexere. Nihil aliud sitiebant quā mortem illius, qui omnibus gratis uitam offerebat æternam. Psal. 30. In eo dum conuenirēt simul aduersum me, accipere animam meā consiliati sunt. Sed impiam hominum astutiā, diuina prudentia uertit in filÿ sui gloriam. Dum.n. à multis examinatur, ac multis modis accusatur, omnes innocentiæ suæ testes fecit ac professores, etiam inimicos. Nullum autē certius innocentiæ testimonium, q̄ quod ab inimico ueritas extorquet, atque ibi crimen demum obÿciendum queritur, cum prophanarum etiam legum æquitas nemini manū

inijciat, nisi prius criminis inuidia uehemēs grauet aliquem. Solus erat Iesus, in quem nullum testimonium inuenire posset humana malitia. Subornant falsos testes, sed tanta ipsius fuit innocentia, ut hoc quoq; difficile fuerit sic de illo mētiri, ut aliquam ueri speciē haberet mendacium: quare testimonia conuenientia non erāt ad finem intentum. Sed quoniam ad unius testimonium nemo condemnabatur. Deut. 17. Venerunt duo falsi testes, ex uerbis domini quibus dixit se ab illis occidendum, & sub triduum reuicturum, mendacij occasionem sumentes ea uerba non intellecta deprauabant, quo res esset odiosior. q. d. Vsurpauit sibi diuinam potestatem. Tales sunt, qui alio sermone repetunt, quæ simplici animo pronunciata sunt, & peruertunt. Vide quā nihili Iudæi suam legem faciant, ut innocentem è medio tollant. Exod. 20. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Exod. 23. Non suscipies uocem mendacij. Prouerbiorum. 19. Testis falsus non erit impunitus. Isidorus. Falsus testis tribus est obnoxius. Deo, quē false iurando contemnit: iudici, quem mendacio fallit: & innocenti, quem falso testimonio lædit. In tribus, ut dicit Hiero. claruit falsitas istorum. In mutatione, non enim dixit dominus soluere possum, sed soluite, hoc est, uos soluetis, nec dixit reædificabo, sed excitabo, quod non de materiali, sed corporis templo dicitur. In additione, quia addiderunt dei, & manufactum. In intentione, quia non in sensu quo dominus dixerat, retulerunt: nam quod dominus de morte resurrectione'q; dixerat, ipsi ad materiale templum torquebant.

Periurij quibus obnoxij.

Falsitas testium istorū in quot seu quibus claruerit.

Et exurgens princeps sacerdotum in medium, interrogauit Iesum, dicens. Non respondes quicquam ad ea, quæ tibi obijciuntur, & isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat, & nihil respondit. Rursus autem summus sacerdos dixit ei. Adiuro te per deum uiuum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius dei benedicti. Iesus autem dixit illi: Tu dixisti. Veruntamen dico uobis, amodo uidebitis filium hominis sedentem a dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotum scidit uestimenta sua, dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam, quid uobis uidetur? At illi omnes exclamauerunt, dicentes. Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius. Et uiri qui tenebant eum, illudebant ei cædentes, & uelauerunt, & percusserunt faciem eius. Et ministri eum alapis cædebant, alij palmas in faciem eius dederunt, & interrogabant eum, dicentes. Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes, dicebant in eum.

Videns princeps sacerdotum rem minus prospere succedere, surrexit, æqui iudicis simulans imaginē, qua si Iesu facturus potestatem defendendi sui, sed re uera ex ipsius ore uenās unde posset conuinci. Beda: Caiphas ad responsionem, dei filium prouocat, ut ex responsione calumniādi inueniat occasionem. Dominus obticuit, sciens quicquid dicturus esset, rapiendum in calumniam, & ut māsuetudinis et patientiæ præberet exēplum, & quia accusationes inductæ, erant falsæ. Augustinus. Aperta mendacia non sunt responsione digna. Psal. 24 Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me. Tunc princeps sacerdotum patientia & silentio Christi commotus, arbitrans se cōtemni, ut talium mos est, cuius uesaniæ longa omnis erat mora, ut aliquid extorquere posset, unde condemnaretur Iesus, ipsum adiurauit. Est autem adiuratio, ueritatis inquisitio sub respectu superioris potestatis. Erat hoc insidiosum problema pontificis impij. Si negasset se filium dei, exclamasset: cur igitur tibi sumis quod non es? Si affirmasset, calumniaturus erat blasphemiam: si obticuisset adiuratus, uisus fuisset contē-

Adiuratio quid.

nere

nere deum & authoritatē summi pō tificis. Iesus ergo ueluti deferens honori quem gerebat, & ob diuini nominis inuocati reuerentiam, sic ueritatem confitebatur, se scilicet esse qđ erat, ut tamen uitaret arrogantiæ notam, & adijciens quod impios ab instituto facinore debuerat reuocare. Quod requirunt, fatetur quod ipse sit, eosq́ propria ipsorum conuincit sententia, quia legem nouerant, quæ Christum promittebat: quare respōdet, ut ipsorum ignorantia inexcusabilis fieret. Subindicat autem se humilem, tunc & ab impijs condemnatum, olim uenturum cum potestate diuina, iudicem totius mundi, cum uelint nolint cognoscent. Hoc sermone magis irritatus princeps sacerdotum, quo ficto religionis studio Xpi crimen faceret atrocius, discidit uestimenta sua. Furor illū pauloante sub mouerat à sede, & tamen interim ne scius assurgit filio dei, nunc lacerat uestimenta, uaticinans futurum, ut regnante uero pontifice Iesu, carnale pontificium aboleretur. Scissa est synagoga, Christi tunica manet integra. Hierony. Mos erat Iudæorum, scindere uestimenta audita blasphemia, tali signo cordis dolorem indicantium. Sic Paulus et Barnabas populum diuinos honores offerre uolētem scissis tunicis compescuerunt, Actu. 14. Summo tamē sacerdoti hoc inhibitum erat, Leuit. 21. Sed ipsi cōtra legem agentes, apparenter Christum secundum legem iudicabant. Chrysostomus. Magna istius Caiphæ malitia. Primo sententiam tulit blasphemiæ in Christum, & postea quærit consilium. Pro nihilo, inquit, laboramus pro testibus habēdis. Vide excæcatam malitiam, ipsi sunt iudices, accusatores, testes, & cum legis præcepta se consummare arbitrati sunt, contra legis præcepta agunt, dicente scriptura Exod. 23. Insontem

Scissio uestis Caiphæ quid signet.

& iustum nō occides, & eum qui uenerat mortem tollere, reum mortis dicunt. Non primum hoc audierunt modo. nam et ante filium dei se dixit non semel, idq́ operibus testatus est Ioan. 10. Sed cum aliam causam inuenire non poterant, istam exaggerabant. Tunc ueluti in iure damnatum sæuire cœperunt ludibrijs, quorum nihil non mansuetissime passus est Iesus, ut absolutum exemplum tolerantiæ suis exhiberet. Nemo ferendis ignominijs superauit Iesum, edendis miraculis quidam superarūt. Expuerunt in faciem, in quam desiderāt angeli prospicere. 1. Pet. 1. Ipsius qui speciosus est præ filijs hominum, Psalmo. 44. quam tanto affectu expetierunt sancti, Lucæ. 10. Multi reges & prophetæ uoluerunt uidere quæ uidetis, & non uiderunt. Psal. 79. Ostēde faciem tuam, & salui erimus. Hāc ipsis ostendit, sed eā uelauerunt, non ut crimina sua non uideret, sed ut à seipsis (ut dicit Rabanus) sicut quondam in Mose, gratiam cognitionis absconderent, quo liberius malitiam suam in ipsum exercerent. Erat enim tam gratiosa, & uirtus de ipsius oculis exibat (ut dicit Chrysostomus) ut intuentes ipsum, occulte ad pietatem & amorem attraherentur. Traditus fuit dominus uoluntati eorum: ideo unusquisque ubi & quomodo uolebat, illudebat. Hinc his contumelijs exprobrant ei, quòd Messias haberi uoluisset, quòd prophetiæ titulo fuisset à populo insignitus. Bernardus. Alij manu uersa percutiebāt os eius mellifluum, alij sanctissimam euellebant barbam, alij per crines trahebant. Esa. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me. O domine, ad quorum manus deuenisti? quanta est patientia tua? Sic dominus amore peccatricis ani-

Christi facies quàm gratiosa.

mæ,cui dicit per Hiere.3. Tu autem fornicata es cũ amatoribus multis, tamẽ reuerterẽ ad me,dicit dominus, & ego suscipiam te, tam multipliciter et enormiter illusus est.Tota nox in ædibus Caiphæ consumpta est in perniciem & ludibrium Iesu, sacerdotibus & senioribus,& reliquis in requiem se recipientibus. Tu anima deuota accumbe,et quiesce ad pedes Iesu,si potes:sin autem, dole cum dolente,quoniã omnia propter te fiunt. Stude ergo horum exemplo omnem iniuriam,uilipensionem,& quæcunque opprobria quasi nihil cum gaudio sustinerẽ.1.Pet.2: Christus passus est pro nobis,uobis relinquens exẽplum,ut sequamini uestigia eius,qui peccatum non fecit,nec inuentus est dolus in ore eius:qui cum malediceretur, non maledicebat:cum pateretur,non comminabatur. Caueat & quisq; ne proximum conuicijs scommatibus'q; afficiat. Matth.5. Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis.

De præsentatione & falsa accusatione coram Pilato & Herode.

ARTICVLVS XXXIII.

Et confestim mane facto,conuenerunt principes sacerdotum cum scribis,& pharisæis, & uniuerso concilio aduersus Iesum,ut eum morti traderent,& adduxerunt eum in concilium suum, dicentes.Si tu es Christus,dic nobis palàm. Et ait illis: Si dixero uobis,non credetis mihi: si autem et interrogauero,non respondebitis, neq; dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris uirtutis dei.Dixerunt omnes: Tu ergo es filius dei? Qui ait:Vos dicitis,quia ego sum.At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimo-nium? ipsi enim audiuimus ab ore eius

Vt uero diluxit,iam legitimi concilij formam exhibituri, cuncti conueniunt:& accitum in conciliũ suũ, Iesum percontantur, uenantes aliqd ex illius dictis,quod in eo criminẽtur.In iudicio quæritur, ac destinata morte,post circunspiciunt quo titulo mortis causa possit intendi. Hieronymus:Attende anima deuota,quantum sitiebãt sanguinem Christi, qui non poterant claram expectare lucẽ, sed summo mane accelerabant sententiam mortis contra dominum proferre.In priori concilio interrogarũt, si filius dei esset, ut si confiteretur,cõtra eum ex lege quæ deorum prohibet pluralitatem, & diuini honoris usurpationem,sub mortis intermina tione,damnationis accusationem haberent.Verum quia Pilatus gentilis erat, legis edicta parúipendens, & plures deos colens,quærunt nunc,si ipse sit Christus ille,quem iuxta prophetarum oracula expectarent. Nouerant Christum de semine Dauid pmissum,Matth.22.Quare si simpliciter profiteretur se Messiam,accusandi habuissent ansam, quod regiam sibi usurparet cõtra inhibitionem Imperatoris,dignitatem, & sic ut seditiosus puniendus. Iesus ergò sciens illos sciscitari,non ut discerent ueritatem,sed ut uenarẽtur calumniam, respondit: Si dixero uobis qui sim, non credetis mihi,sicut nec antea qñ per opera hoc ostendi.Ioan.10. Quousq; animam nostram tollis? si tu es Christus,dic nobis palàm. Respondit eis Iesus:Loquor uobis, & non creditis.Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Si autem uos percõter ex scripturarum testimonijs, qualis sit promissus Messias, & an ea signa competant in me,non respõdebitis mihi ex animo,qui nec discere cupitis quod uerum est,nec docere Nimirum uoluisset dominus Caipham cum suis interrogare, & sic instruere, & seruare: sed uidebat animos ipsorum ad falsitatem et calumnias prolapsuros.Sed quoniam humilem Christum per quem seruari poterãt occidere quàm amplecti maluerunt,scirent sese conspecturos iu-

dicem & ultorem impietatis suę quē seruatorem promissum & expectatum tot seculis agnoscere noluerūt. Nam secundum diuinitatem semper est ad dexteram patris, hoc est, in uera æqualitate, & eadem maiestate cū ipso: quo ad humanitatem uero, per passionem ad maiestatis gloriam peruenit Mar.16. Et dominus quidem Iesus assumptus est in cœlum, & sedet à dextris dei, Sciebant ex modo loquendi per filium hominis, dominum seipsum notare, & quia filium hominis sessurum dixit à dextris uirtutis dei, quod ꝓprie conuenit Christo, Psal.109. Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, hinc concludunt quòd Iesus se filiū dei affirmaret. Ea uox uisa est omnibus idonea ansa calumniandi, si modo profiteretur aperte se filium dei. Iesus ingenue fatetur hoc quod perpetuo inculcat, se dei filiū esse, se'q olim summpturum pœnam de malis, consessurum'q ad dexteram patris. Hic rursus piaculum admittit, ueritatem dicens: Quid egemus testimonio contra istum, ut mortis reus comprobetur? Ipsi audiuimus ex ore eius manifestam blasphemiam. In hanc sententiam facile pedibus discessum est ab omnibus, qui quocunq; titulo decreuerāt occidere Iesum. Quid enim longius à blasphemia abest, q̄ prædicare gloriam filij dei, q̄ testificari futurum quod prophetæ futurū prędixerant? O obstupescenda nequitia impiorum, uidere inter tot sanctimonia & dignitate præcellentes, ne unū quidem qui pro ueritate uel uerbum proferret: quin omnes ut lupi rapaces in agnum mitissimum sæuiunt. O Iesu pie, quantum cor tuū tanta cruciabat impietas.

Tunc surgens omnis multitudo eorum, uincientes Iesum, adducunt à Caipha, & ligatum eum, tradiderunt Pilato præsidi in prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed ut manducarent pascha. Tunc uidens Iudas qui tradidit eum, quod damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus populi, dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu uideris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex eis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc appellatus est ager ille Acheldemach, hoc est, ager sanguinis usque in hodiernum diem. Tunc adimpletum est, quod dictum est per Hieremiam prophetam, dicentē: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus.

Tradiderunt uinctum præsidi, ut indamnatum animaduerteret, quo innoxij sanguinis inuidiam in eum deriuarent. Victo. Mos erat Iudæorum, ut quem morte dignum iudicarent, uinctum iudici traderent. Leo: Tradiderunt Pilato, tanquam Romanis deuoti legibus, omne iudicium potestati Cæsaris reseruassent, sed expetierunt executorem magis sæuitiæ quàm arbitrum causæ. Offerebant enim duris nexibus uinctum, colaphis & alapis frequentibus cæsum, sputis oblitum, clamoribus prædamnatum, ut inter tot præiudicia, quem omnes uellent perire, non auderet Pilatus absoluere. Vincitur, ut nostra soluat uincula. Psal. 115. Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Psalmo centesimoquadragesimoquinto. Dominus soluit compeditos. Ne immundi redderentur ingressu, non introierunt prætorium, ad esum azymorum panum: nam agnum præcedenti die comederant. Ecce hypocritæ isti, excolantes culicem & camelum glutientes, formidantes maculari in-

greſſu domus alieni,cũ ipſi tot artibus molirentur necem homini nihil cõmerito,immo tot modis bene merito. Auguſtinus: O inopia cæcitatis humanæ,habitaculo contaminabantur alieno,ſed non ſcelere proprio. Iudas tot indicijs intelligẽs Ieſum damnatum,quem innoxium nouerat, & hinc ſibi damnationis imminere periculum, prout à domino audiuit, quem prophetam nouerat,pœnitentia ductus,ſed fera, quia ſine ſpe ueniæ,quanquam dolorem haberet in corde,confeſſionem in ore,reſtitutionem in opere, ſacerdotibus reddidit pecuniam. Chryſoſtomus: Vide ueritatem undique fulgentem, proditor de ſeipſo dat teſtimonium,& eorum qui condemnauerunt, oppilat ora.. Huius certe confeſſio debuerat commouere principum animos, fatetur auaritiæ morbo factum,& innocentem fatetur quẽ prodidit. At illi prorſus efferati,nec aliud quàm innoxiũ ſanguinem ſitientes, reſponderunt: Quid noſtra intereſt, an nocentem prodideris an innocentem? tu opus tuum conſpice,et onus tuum porta. Chryſoſtomus: Accuſatio eſt Iudæorum in nouiſſimo die,quòd pœnitentiam non egerunt,Iuda flagitium cõfitente. Hilarius: Profeſſio audax, emiſſe ſe iuſti ſanguinem audiunt,& tamen in uendente ſcelus conſtituũt & extra reatum ſe eſſe credunt, nec intelligere uolunt, quòd ſi peccauit ille qui tradidit ſanguinem iuſtum, multo magis peccauerunt qui emerunt,& pretium offerendo diſcipulum ad proditionem prouocabant. Agnouit magnitudinem ſceleris ſui, ſed non agnouit magnitudinem miſericordiæ dei. Fleuit Petrus amare, & miſericordiam conſecutus eſt: fleuit & Iudas,ſed abiecto magis animo quàm cõuerſo: & ideo digreſſus, laqueo ſe ſuſpendit,ut eleuatus in aere ſe indignum cœlo & terra oſtenderet,ſed ſocium dæmonum in aere habitãtium,qui proditionis culpã non ſolum nõ uere emendare ſtuduit,ſed etiam proprij homicidij(ut dicit Rabanus) ſcelus addidit. Et ut in uocali arteria quæ uocem proditionis ędidit,puniretur,quare ſuſpenſus crepuit medius, Actu.2. ne anima exiret per os quod dominum ea nocte oſculatum fuerat. Maluit ſe quàm pecuniã perdere,ut dicit Beda: quia pecuniã templo reddidit, ſe diabolo ſocium fecit. Noluerunt pecuniam ponere in carbonam,ſiue in donaria templi,qbus multum religionis tribui uolebant: atque interim produnt conſciẽtiam ſuam ſceleratam,confitentes innoxium,cuius proditionem emerãt. Neque enim alio pacto poterant magis traducerẽ ſuam impietatem. Leo: Cuius cordis eſt iſta ſimulatio? ſacerdotum conſcientia capit, quod templi arca non recipit: refutatur illius ſanguinis taxatio. Quantumlibet uos protegatis fallaciæ umbraculis, manet initum cum proditore commercium,quo ſanguinem iuſtum, ſicut non licuit,comparaſtis. Emerunt ex eis agrum figuli,ſecundum Hieronymum,in diffamationẽ paſſiõis Chriſti & uenditionis,ſed ordinatione diuina hoc factum eſt i memoriam innocentis mortis Chriſti, & iniuſtæ emptionis Iudæorum,& uenditionis Iudæ. Obſerua ſecundum Hieronymum in Hieremia hoc teſtimonium per Matthæum inductum, non reperiri,ſed ſententialiter in Zacha.11. Tamen legi,ait,nuper in quodam uolumine Hebræo,quod Nazarææ ſectæ mihi Hebræus obtulit,Hieremię appocryphum,in quo ad uerbum hęc ſcripta reppert. Origenes: In ſecretis Hieremiæ hæc continentur.

Pœnitẽtia Iudæ qua. (margin)

Teſtimonium Matthæi ex Hieremia quale. (margin)

Ieſus autem ſtetit ante præſidem. Exiuit ergo ad eos foras præſes,& dixit eis: Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? Reſponderunt,& dixerunt: Si non eſſet hic malefactor, nõ

tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum uos, & secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo Iudaei: Nobis non licet interficere quenquam, ut sermo Iesu impleretur, significans qua morte esset moriturus.

Cum Iesus staret ante praesidē ueluti reus, cum esset à Romanis iudex constitutus, leges Romanorum seruare uolens, ait: Mittitis hunc ad me capite plectendum: atqui non est moris Romani quenquam afficere supplicio, nisi conuictum de crimine capitali. Chrysostomus: Videns eum ligatum Pilatus, & à tot ductum, nō aestimauit hoc argumentum esse inalterabile actionis, sed interrogauit. Principes autem sacerdotum cognoscentes suas accusationes friuolas et falsas, nullam accusationem specificarunt, credentes se authoritate & multitudine posse quod uellent. Sit tibi, inquiunt, satis pontificum & sacerdotum authoritas & pharisaeorum. Ita honoratos & ueridicos se haberi uolebant, ut quicquid uel dicerēt, uel facerent, iustum haberetur. O quot hodie imitatores, qui obstatus dignitatem se & iustos & bonos haberi uolunt. O inauditam innocentis domini blasphemiam, quem sicut non simplici morte, sed turpissima condēnare uoluerunt, sic non sunt contenti eum ut malefactorem quemlibet, sed ut sceleratissimum infamarē et publicum, cuius mala nulla tergiuersatione celari possint. Augustinus: Interrogentur & respondeant, à spiritibus immundis liberati, languidi sanati, leprosi mundati, surdi audiētes, caeci uidentes, mortui resurgentes: & quod super his omnibus mirabilius est, stulti intelligentes, utrum Iesus sit malefactor. Ipse enim est qui pertransijt benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, Actu. 10. Et nūc à filijs diaboli, ut malefactor accusatur, & talis, ut excusationem nō admittat. Sed ista dicebāt de quibus per prophetam praedixerat Psal. 34. Retribuebant mihi mala pro bonis. Hiere. 18 Nunquid redditur pro bono malum quia foderunt foueā animae meae? Accipite eum uos. Ironia esse potest. q. d. Si tantae authoritatis & iustitiae estis, ut nudis uerbis uestris sit credendum, iudicate eum, me non grauantes. Aut siquid est, quod ad meum tribunal non pertinet, aut siquid huiusmodi commissum est, quod uestra lex punire iussit, cū non sit alioqui Romanis legibus uetitū, accipite & iudicate. Sed quoniam ablatum erat eis sceptrum regni iudiciariaq; potestas, Gene. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de foemore eius, donec ueniat qui mittēdus est. Vel secundum Bedam, supplicium crucis, quod sibi Romani reseruarunt, alijs concessis ipsis. nam ipsum aliquoties lapidare uoluerūt, ut claret Ioannis. 8. & 10. responderunt sibi non licere interficere quenquam, crucis scilicet supplicio. Vnde & sermo Iesu impletus est, quo se praedixit tradendum gentibus ad illudendum, & flagellandum & crucifigendum, Matth. 20. Luc 18. Vt omnino intelligeremus, non solum mortem illi constitutam fuisse, sed delectum etiam mortis genus. Deus autem nunquam suis deest promissis, etiam si nos desimus tam deo, quàm nobisipsis saepe.

An dignitas alicuius malitiam excuset.

Coeperunt autem illum accusare, dicentes: Hūc inuenimus subuertentem gentem nostram, et prohibentem tributa dari Caesari, et dicentem se Christum regem esse. Introiuit ergo iterum Pilatus in praetorium, & uocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudaeorum? Iesus autem respondit: A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus: Nunquid Iudaeus ego sum? gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo. si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri utiquē mei decertarent pro me, ut non traderer Iudaeis. Nunc autem regnum meum non est

hinc. Dixit ergo ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respõdit Iesus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est ueritas? Et cum hoc dixisset, exiuit iterum ad Iudæos.

Videntes se non posse consequi intẽtum, accusarunt in tribus quę sibi uidebantur pulchri cõmenti, quæ maxime commouerent præsidem, eo qđ pertinerent ad læsam Cæsaris maiestatem. Quid his mendacijs impudẽtius? Nam Cæsari reddenda quæ Cæsaris sunt, dixit Matth. 22. Quæsitus in regem, fugit Ioan. 6. Messiam se esse factis ipsis declararat. Proinde etiã si se Messiam prædicasset, non oportebat obijcere criminis loco, nisi declarassent in eum non cõpetere, quæ de Messia prophetæ prædixerant. Pilatus qnanquam idololatria, tamen multo æquior Iudæorum sacerdotibus, satis se æquiter & prudenter in initio gessit. Quanquam enim à primoribus accusaretur Christus, non tamen subitam è uestigio tulit sententiam, sed clanculum accersito Iesu, examinat eum de intẽto crimine. Publicitus noluit ob furorem populi. Duo prima non curauit. Primum, quia cum esset gentilis, de cęremonijs legis non magnopere pendit, sciens plures ipsos habere sectas, utpote Sadducæorum & pharisæorum. Alterum, falsum relatione didicit, & quia nouum non erat hoc disputari inter Iudæos. Intelligens uero obijci de affectato regno Iesu, nec in specie quicquam appareret quod huic crimini faceret fidem, interrogauit, an de iure rex esset, d. Tu ne es ille rex Iudæorum, quem dicũtur expectare? Hoc unum diligenter exquirit, quod cætera non pertinerent ad rempublicam, cæterum hoc crimen uideretur & ad Cæsaris maiestatem, et ad publicam tranquillitatem pertinere. Cauebat enim, ne Romani tam nobili prouincia priuarentur, & ipse propriæ personę iacturam incurreret. Iesus autem, tametsi non ignoraret hoc esse falsò delatum à Iudæis, tamen ut Iudæorum malitiam detegeret, ait: Si à te cogitasti me fore regem, communis iudex trãsit in partem: quo facto, semper suspecta est uentilatio rei. Si à teipso hæc causa sumpsit initium, iniustum est, ut cogitatio præsidis per examinationem exquiratur, quare pande signa meæ rebellionis. Si alij dixerunt de me, inquisitionem fac ordinariam. Accusanti, non reo, incumbit probatio: si dictum eorum non probatum credis, non iure pcedis: si approbas, es iudex suspectus. Pilatus autem suam aperiens innocentiam, & Iudęorum malitiam, nequaquam, inqt, ex me hoc cõiecto cum Iudæus non sim, nec ex libris ipsorum cognoscere ualeam, quis ipsorum promissus sit rex, nec ipsis fauere contra æquitatem. Tui & ipsorum primores te tradiderunt, ut iudici. Si falsum est affectati regni crimen: quid igitur commisisti? apparet quòd magni aliquid sit in causa. Quod si piaculũ hoc abstergere potes, nos æquo animo audiemus. Hæc quoniam Pilatus simpliciter sciscitabatur, ut liberaret innocentem. Iesus illi per ænigma dignatus est respondere, docens aliud regni genus esse, de quo prophetæ fuissent locuti. Tho. Docet regni mũdani imbecillitatem, quoniam à ministris habet fortitudinem, qui pro rege, qui unus solus homo, contra inimicos pugnant: & regni superni firmitatem, quod nullo indiget. Maius ergo illi regnũ est. Augustinus: Non dicit, non est hic regnum meũ, sed non est hinc, quia peregrinatur à domino, inde non habens originem, sed hic est usque ad consummationem seculi, recipiens bonos & malos, zizania & triticum, Mat. 13. Hoc non

plene intelligens, audiens tamen Iesum non prorsus abnuere regis nomen, sed regni genus distinguere, ait: Ergò ne uerum te regem esse alicui, quodcunq; sit istud regni genus qd ad nos non pertineat? Veritatem, ait dominus, quam à me interrogas, tu ipse profers: quia uere sic est q rex sim ego, nec tamen talis, ut aucuper mundanum regnum & Romanum. In hoc temporali regno temporaliter natus sum, & ueni per incarnationis mysterium, non per diuinitatis mutationem, uel descensum localem, nõ ut dominarer per tyrannidem, nec ut fallam mendacio, sed ut testificer ueritatem, uera affirmando, & in cordibus radicando, & falsa extirpãdo. 1. Ioan. 3. In hoc apparuit filius dei, ut dissoluat opera diaboli. Cuius simplex est animus, nec huius mundi cupiditatibus obcæcatus, agnoscit & audit uocem meã. Duplex distinguit regnum. Alterum mundanum, in pompa & gloria, delicijs & diuitijs, Mat. 20. Reges gentium dominãtur earum. Lu. 7. Ecce qui in ueste p̃tiosa & delicijs sunt, in domibus regum sunt, & tale à se ablegat. Vnde paucos habuit discipulos, & eos imbelles ac tenues, ipse inermis & imbellis, uidelicet alijs nitens præsidijs, eo quòd regnum ipsius non esset terrenum. Alterum spiritu, quo sua gratia regnat in nobis, nostras q; uires suo subijcit imperio. Luc. 17. Regnũ dei intra uos est. Romanorũ. 14. Regnum dei non est esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Rabanus: Duo requiruntur ut qs sit de regno Christi. Primo, ut doctrinæ ipsius ueritas audiatur. Secundo, ut opere impleatur. Colossẽ. 1. Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum dilectionis filij sui, in quo habemus redẽptionem & remissionem peccatorũ. Sic dominus ubiq; temperauit respõsa sua, ut innocentiam probaret suã, nec daret operam, ut elaberetur è iudicio, qui mori decreuerat. Non ergo displicuit Pilato uerbum ueritatis, quod etiam improbi amant: nam & si fallere uolunt, non tamen falli. Ad hanc amore conuersus, & dulcedine uocis eius allectus, quærit quæ sit ueritas illa, cuius participatione homo efficeretur de regno Christi, quod singulare & extra communem hominũ usum intellexit. Sed uidens ueritatis longam, & difficilem rationem, ac timens dispendium temporis, non audita solutione, festinauit dominum liberare, innocentiam ipsius allegãdo, ut dicit Chrysostomus: Sed neq; idoneus fuit discipulus. Esa 7. Nisi credideritis, non intelligetis. Nouerat enim dominus eum in ueritate non stare, sed contra ueritatem falsam daturum sententiam.

Duplex regnum.

Duo requiri ut sit quis de Christi regno.

Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas: Ego non inuenio causam in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Commouit populũ, docens per uniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa usque huc. Audiens autem Pilatus Galilæã, interrogauit si homo Galilæus esset. Et ut cognouit, quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui et ipse Hierosolymis erat his diebus. Herodes uero uiso Iesu, gauisus est ualde. erat enim ex multo iam tempore cupiens uidere eum, eo quòd audierat multa de eo, & spectabat signũ aliquod uidere ab eo fieri. Interrogauit autem eũ multis sermonibus, & ipse nihil respondebat. Stabant autem principes sacerdotum & scribæ constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum ueste alba; & remisit eum ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. nam antea inimici erant adinuicem.

Quid multis, inquit, est opus? examinaui hominem de obiectis criminibus, nihil in eo criminis inuento. At illi sibi conscij, q argumentis uincere non poterant, clamorem intendunt, crimina criminibus, mendacia mendacijs connectentes.

Immo seditiosus est, aiunt commouit populum sua doctrina, & turbauit. Theoph. Peruertit populum, nec in una parte tantum sed in Galilæa incepit, & peruenit usq; huc. Ob id Galilæam nominant, ut exosum & suspectum Pilato reddant, q; similis fuerit Iudæ Galilęo, qui rebellionem & tumultum excitauit, quare perijt cum suis, Actu.5. Est autem hoc peculiare crimen euangelicæ doctrinæ: commouet populum, & seditionem mouet, impijs aduersus inuisam ueritatem insurgentibus. Verum non hic tumultus imputandus est euangelij præconibus, sed hominum insanabili malitiæ, qui ueritatem saluciferam obrui malũt, quàm morbum animi deponere. Virtus autem est ignorantem docere, quod ipsi criminis uice inducunt. Beda. Pilatus de præmissa accusatione non interrogandum dominum per seipsum ratus, sed magis nacta occasione cupit se ab eo iudicando liberum reddere, ne contra innocẽtem sententiam ferre cogeretur, quem inuidia traditum nouerat. Herodi illum misit audiendum, credens probabiliter quòd hominem suæ ditionis facile liberaret maxime innocentem. Egit & in hoc, ut dicit Rabanus secundum legem Romanorum, quæ iubet quemlibet à suæ ditionis principe iudicari. Quãquam hęc quoq; gesta sint diuina dispensatione consilij, ut ab omnibus tribunalibus referret dominus Iesus testimonium innocẽtię suę, magisq; traduceretur pontificum, scribarum & primorum malitia. Fuerat autem dominus in Galilęa conceptus, Lu. 1. nutritus, Matt. 2. & ibi bonam partem ętatis suę transegerat, unde uenit ad Iordanem ad baptismum, Matt. 3. Gauisus est Herodes pręsentato sibi domino, non deuotione, sed curiositate, ex eo tempore cupiens uidere eum, quo post Ioannis decollationem rumorem miraculorum ipsius audiuit. Lucę. 9. Quis est iste de quo ego talia audio? Dolositate signum quærebat, simulans se credere more Iudæorum. 1. Corinthiorum. 1. Iudæi signa petunt, cum intra se cogitarẽt extinguere omne semẽ Dauid, imitator paterni sceleris, quo ipse solus regnaret. Interrogabat Iesum, cupiens aliquid ab illo prolicere, non ut redderet melior, sed ut suæ curiositati morem gereret. Iesus autem qui non in hoc uenerat, ut impij principis libidini seruiret, sed ut omniũ salutem procuraret, nihil respondit, nos interim docens, aliquando non promendum sermonem euãgelicum, ubi constat indignos esse qui audiãt. Gregorius: Inquisitus redemptor noster tacuit: expectatus, miracula adhibere contempsit, sese apud se in occultis retinens, eos quos exteriora quærere reperit, ingratos foris reliquit, magis eligens à superbiẽtibus despici, quàm à non credẽtibus uacua uoce laudari. Non enim fastidiosis animis alta sunt pandenda mysteria, neque prodigia facienda coràm sectantibus uanitatem. Stabant autem principes sacerdotum pertinaciter accusando, & in accusatione perdurando, tanto utique grauius & iniquius, quo timebant ne ipsum Herodes absolueret. Hęc enim erat ipsorum damnata constantia, ut Christus morti penitus traderetur. Spreuit illum tanquam simplicem & fatuum, eo quòd nec sibi nec accusatoribus responderet. Iob uigesimoprimo. Deridetur iusti simplicitas. Qualis rex, talia & latera eius. Ecclesiastici decimo Secundum iudicem populi, & ministri eius. Non est enim uirorum, regum, & iudicum, in iudicio constitutum illudere, sed uel damnare conuictum, uel absoluere innocentem. Vnde ludibrij causa ueste alba induit.

duit. Hanc indignā ignominiam tulit dominus Iesus à crasso rege, & illius armato satellitio quo cingebatur, ne non haberent similes labra lactucas. Siquidem apud hoc hominū genus citius gloriam referet funambulus quispiam, aut præstigiator, q̄ ueritatis euangelicæ syncerus prædicator. Ambrosius. Non ociose ueste alba induitur, immaculatæ tribuens indicia passiōis, quòd agnus sine macula cum gloria, mūdi peccata susciperet. Nolēs autem offendere primores Iudæorum, remisit Iesum ad Pilatum, gratum interim habens, quod Pilatus hoc honoris habuerit sibi, ut uidendi Iesu fecerit copiam. Nam antea inimici erant ob necem Galilæorum, quos Pilatus prçter consensum Herodis occiderat, miscens sanguinē ipsorum cō sacrificijs, Luc. 13. Theo. Vide diabolum ubiq; cōiungentem disiuncta, ut Christi perficiat necem. Erubescamus, si causa nostræ salutis nec amicos in proprio fœdere cōseruamus. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum. Ephesior. 2. Caue autem ne unquam auxiliares copias iūgas cum improbis, alioqui audies de domino illud. 2. Para. 19. Impio præbes auxilium, & ideo iram domini merebaris. Prouer. 1. Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas illis. Impia uero pax est, quam conglutinat iniuria ueritatis euangelicę. Cōsideremus nunc quàm opprobriosissime fuerit dominus oblatus, quàm falsissime accusatus, quàm mansuete & patienter & silenter se habuit. Sic dei filius dignatus est de iudice ad iudicem duci, ac taliter irrideri, ut nos rei ab æternæ mortis iudicio liberaremur, & æterna confusione, & dæmonum illusione, stola'q; immortalitatis uestiremur, ac filij dei efficeremur. Non gloriemur itaque in uestium & mundi pompa, sed in domino.

De excusatione, & iniusta condemnatione per iudicem.

ARTICVLVS XXXIIII.

Pilatus autem conuentis principibus sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos. Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum, & ecce ego eum coràm uobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes. nam remisi uos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. Et accusauerunt eum summi sacerdotes in multis, & cum accusaretur a principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Pilatus autem rursus interrogauit eum, dicens. Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Non respondes quicquam? Vides in quantis te accusant? Iesus autem amplius non respondit ei ad ullum uerbum, ita ut miraretur præses uehementer.

Pilatus ubi uidit remitti reū, nec successisse quod conatus fuerat, ex iudice cœpit esse patronus Iesu. Vide quomodo primores Iudæorum populum concitarunt, ut sese sequerentur de iudice ad iudicem ad persequēdum Iesum. Attende quanta solertia uerba librans, Christi enunciat innocentiam, qui eum quasi auertentem dicit ab obedientia Cæsaris ac legis Iudæorum, quia non credebat uerū. q. d. Vos in probatione deficitis, iudicari autem sine sua confessione nō potest, quare coràm uobis interrogo si in aliquo deliquit, ex alijs incognitis mihi iudicare eum nō licet. Idem accidit Herodi, qui me certius poterat his de rebus iudicare, peritus legum uestrarum: nam hac de causa reieci cognitionem ad illius tribunal. Beda: Audi cæce Iudæe, audi crudelis pagane. Pilatus ipse confitetur, neque se, neq; Herodem dignum quid morte in Christo reperisse, sed tantū in illudendo innoxium alienæ crudelitatis obtēperasse clamoribus. Hieronymus. Lentus ergo Pilatus, nec satis erga ueritatem seuerus, quia timebat accusationē. Prouerbior. 29.

Qui timet hominē,cito corruet. Subiungit.Proinde præstat imitari nos Herodis ęquitatem, pœna quapiam nō capitali castigatum dimittam hominem.Beda:Flagris & ludibrijs illum quantum iubetis afficiam,dum modo innoxium sanguinem non sitiatis. Audiētes Iesum uiuum dimittendum,et accusationes suas subuersas,exarserunt sicut ignis in spinis, ex iudicibus fiunt accusatores. Nam summi sacerdotes, nequa posset elabi Iesus,uarios criminum articulos in illum congerunt,ut ex multis aliquod saltem esset,quod moueret iudicem non admodum iniquum. Dominus ut patientiæ & mansuetudinis daret exemplum,nihil respondit, neqȝ ad sui excusationem,neqȝ ad dictorum refragationem,neqȝ ad accusantium improperationem,ne crimē diluens dimitteretur,& crucis utilitas differretur,ut dicit Hieronymus. Rursum ergo cum instarent accusatores,Pilatus cupiebat ex ipso elicere quo liberaretur. Chrysostomus. Quia corruptum erat iudiciū,agnus coràm tondente se obmutuit,Esa.53. Mirabatur ergo præses hominem innoxiū,in periculo capitis tanta mansuetudine obticescere,sciens ꝙ facile posset se excusare,præsertim cum haberet iudicē pro se. Augustinus. Non uoluit propheta ut nunquam loqueretur,quibusdam enim interrogationibus respondet,sed propter illa in quibus non respondit, dicta est similitudo de agno,ut non reus suo silentio, sed innocens haberetur. Cum ergo iudicaretur, ubicunque non aperuit os suum,sicut agnus non aperuit, id est,non sicut mali sibi cōscius de peccatis conuincebatur proprijs, sed sicut mansuetus,qui pro peccatis immolabatur alienis. Ambrosius. Dominus tacet,& bene: qui defensione non indiget,ambiant defendi,qui timent uinci. Non ergo accusationem tacendo confirmat, sed despicit non refellendo.

Per diem autem solennem consueuerat præses,& necesse habebat eis dimittere unum ex uinctis,quemcunq; uoluissent & petissent. Habebat autem tunc uinctum unum insignem,qui uocabatur Barrabas. Erat autem Barrabas latro, qui cum seditiosis erat uinctus, & in seditione fecerat homicidium. Congregatis autem illis, respondit Pilatus,& dixit. Est autem consuetudo uobis,ut unum dimittam uobis in pascha. Quem ergo uultis dimittam uobis, Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem & summi sacerdotes, & seniores populi,persuaserunt populis,et concitauerunt turbam, ut magis Barrabam dimitteret eis,Iesum uero perderet. Et cum ascendisset turba,cœpit rogare, sicut semper faciebat eis. Respondens autem præses,ait illis Quem uultis uobis de duobus dimitti? Exclamauit simul uniuersa turba,dicens. Non hunc,sed tolle hunc,& dimitte nobis Barrabam.

Pilatus in sacerdotibus nihil esse præsidij sentiens, confugit ad populum,sperans,ut illorum fauore liberaretur Iesus. Beda:Hęc consuetudo non erat legis præceptum, sed ex antiqua patrum traditione descēderat, ob memoriam liberationis ex Aegypto,qua uinctum liberabant, & hāc ab Imperatore sibi seruari impetrarant. Chrysostomus: Per hanc consuetudinem eripere tentauit, & ut Iudæis ne umbra quidem excusationis remaneret, manifestus homicida in cōparatiōe Christi adducitur. Nam ob facinora insignis erat, & populo inuisus. Nec hoc temere accidit, sed dispensatione diuina, nequis esset unde non haberet testimonium innocētiæ suæ dominus Iesus. Illud enim magnopere referebat,ut cōstaret omnibus,mortem eam nobis redimendis fuisse gratis impensam. In hunc quoniam sciebat præses publicum esse ciuitatis odium,sperabat fore,ut citius paterentur dimitti Iesum de multis bene meritum, quàm homi-

nem publicæ trãquillitatis hostem. Auget hoc crimen Pilati, quòd non ignorantia, sed scienter deliquit, sciẽs per inuidiam traditum. Cum populus instaret, utrum mallent sibi donari, suasu seniorum & sacerdotum factum est, ut sibi poscerent Barrabã, & huius loco Iesus occideretur. Chrysostomus: Putabant se astruere posse Iesum deteriorem latrone, ac adeo nequam, ut neque pro pietate, neque pro festi prærogatiua, deberet liberari. Itaque præses non consentiens, ut liberam prout solebant, haberent ex omnibus optionem, pro nunc proposuit illis, utrum è duobus sibi uellent condonari diei festi gratia. Populus seductus unà clamabat: Non hunc quem tu uis, sed tolle hunc, qui grauis est nobis ad uidendum. Ambrosius. Non immerito homicidæ absolutionem petunt, qui innocentis flagitant occisionem. Tales leges habet iniquitas, ut quod oderit innocentia, iniquitas diligat. Augustinus. Quid hoc est dicere, nisi ꝙ occidatur illequi uiuificat mortuos, & dimittatur latro ut iterum occidat uiuos?

Iterum locutus est ad eos Pilatus, uolens dimittere Iesum. Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? At illi succlamabant omnes, dicentes. Crucifige, crucifige eũ. Erat autẽ quasi tertia. Ille autẽ tertio dixit ad eos. Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiam ergo illum & dimittam. At illi magis clamabant, & instabant uocibus magnis, postulantes, ut crucifigeretur, & inualescebant uoces eorum.

Pilatus furorem populi compescere uolens, ac simul sperans, quòd mitiori pœna quapiam forent contenti, interrogat de Iesu innocente, quid agendum, dum latro publicus festo donatur. Beda: Quanta perditorum crudelitas, qui non solum occidere innocentem, sed pessimo genere mortis occidere desiderant? Pendentes enim in ligno crucifixi manibus & pedibus, producta morte necabantur, diu uiuentes in cruce, non quia uita longior eligebatur, sed quòd mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur, mala fuit Barnabæ electio, sed peior innocentis crucifixionis postulatio. Nam tanta ipsis exhibuit beneficia, ex compassione ipsorum defleuit incommoda. Luc. 19. Ac ne sic quidem Pilatus cessit illorum clamoribus, sed tertio conatus est illos compescere. Chrysostomus: Intuere quàm sapienter nõ ait, quia peccauit & dignus est morte, donate eum festo: sed primum eum excusat, & eruens eum à causa omni, tamen ex superabundanti rogat, ut si nollent, ut innoxium dimittere, saltem ut noxium donarent festo. q. d. Iniustum est innocentem tam despecto mortis genere perire, ubi latro manifestus dimittitur liber. Non enim solum studebant Iesu uitam eripere, sed famam etiam honestam abolere, quod est homicidio crudelius. Nam lex execrabilem pronunciat quisquis pendet in ligno, Deuteronomij. 21. Beda: Quia totam suam accusationem, quam aduersus dominum intulerant, crebra ac solicita Pilati excusatione & examinatione uidebant euacuatam, tandem impudenter ad solas se preces cõuertunt, ut qđ criminãdo & quasi ratiocinando nequiuerunt, postulando & uociferando perficerent. Quanto ergo magis Pilatus ostendit domini innocentiam, tanto magis furens populus damnationis clamabat uindictam.

Pilati quãtum initio erga Christi liberationem studium.

Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Milites ergo præsidis suscipientes Iesum, adduxerant eum intrò in prætorium, & congregauerunt ad eum uniuersam cohortem: & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei, & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera

eius. Et ueniebant ad eum, & genu flexo ante eũ, illudebant ei, dicentes. Aue rex Iudæorum: & dabant ei alapas. Et expuentes in eum, accipiebant arundinem, & percutiebant caput eius, & ponentes genua, adorabant. Et postquam illuserunt ei, exiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis. Ecce adduco eum uobis foras, ut cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. Exiuit ergo Iesus, portãs spineam coronam, & purpureum uestimentum. Et dicit eis. Ecce homo.

Præses, ubi tentatis omnibus perspiceret sese nihil proficere apud furẽtem Iudæorum populum, iuxta morem Romanũ iussit Iesum uirgis cędi. Egrediamur ad horrendum hoc spectaculum. Spoliatur uestibus coràm omnibus speciosus forma prę filijs hominum, Psalmo. 44. Suscipit flagella spurcissimorum tam dura quàm dolorosa: flagellatur undiqꝫ. Nihil in pulcherrimo corpore non saucium plagis, liuore obsitum, fluit undique sanguis regius de omnibus partibus corporis. Superadditur, spissatur, reiteratur liuor super liuorẽ, fractura super fracturam, quousqꝫ tam tortoribus quàm inspectoribus fatigatis solui iubetur à columna. O homo perdite, omnis huius tu contritionis causa existis: ecce agnus innocens quæ non rapuit, exoluit, & tu neqꝫ deuotionis gratitudinem, neqꝫ compassionis repẽdis affectum. Sed nec eo crudelitatis contenti phanatici homines, addunt capiti spineam coronam, eam'qꝫ profundant, uelut regnum affectatum exprobrantes homini humili & contempto. Et quoniam ueteres reges purpura utebantur, cui coccineus color similis est, exutum ueste purpurea circundederunt eum, ut dicit Ioannes, alij chlamydem dicunt coccineam. Fuit autẽ corona de iuncis marinis, qui ob sui duriciem calceamenta desuper gradientium penetrant: & quia fuit per modum infulæ se pilei, totum caput ambiendo confixit. Chrysostomus. Mille puncturis caput eius impleuerunt, ita ut sanguis copiosissime per faciem & genas deflueret, oculos & aures replens. Addunt regiì sceptri loco arundinem in manu, quo declarare uolunt inanitatem regni arrogati. Adorationis simulatione irrident, unde alapas haud dubium quin grauissimas dabant. Excreant in gloriosam illam faciem, de qua dicitur Sapientiæ. 7. Candor est lucis æternæ. Psal. 79. Ostende faciem tuam, et salui erimus. In maiorem contemptum & doloris augmentum, caput illud angelis reuerendum percutiebant, et derisorie adorabant. Bonauentura: Cerne nunc caput illud plenum spinis, ictibus arundinis uulnerari grauissime, totum sanguine madẽs, qui commistus sputis, ipsum ut leprosum fecit apparere. Esa. 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & nos reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo & humiliatum. Anselmus. Attende quis est hic qui ingreditur, habens quasi imaginem regis & nihilo minus serui despectissimi confusione repletus. Coronatus incedit, sed ipsa eius corona cruciatus est, mille puncturis speciosum eius caput diuulnerante: regali purpura induitur, sed in ea magis despicitur quàm honoratur: sceptrum in manu gestat, sed eo ipso uenerandum eius caput feritur, adorant coràm illo & regem conclamant, & continuo ad cõspuendum amabiles eius genas subsiliunt: maxillas palmis percutiunt, & honorabile collum eius exhonorãt. Ad omne genus ludibrij sese mãsuetissime præbebat Iesus omnium rerum dominus, quo nos, qui cum nihil sumus tamen animos excelsos ac præferoces gerimus, doceret lenitatem, & in malis tolerantiam. Hæc autem passus est fieri in Iesum Pilatus, ut Iudæorum odium hac homi-

Corona Iesu unde seu qualis.

nis afflictione placeret. Sed non excusatur a toto: quia cum iudex esset populi, innocentē absoluere debuit, & nocentium nequitiam coercere. Ecci.7. Noli quærere fieri iudex, nisi ualeas uirtute irrumpere iniquitatē, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scādalum in agilitate tua. Prou.17. Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est uterq; apud deū. Præses itaq; rursus egressus, tētat, an posset multitudinis sæuitiam mitigare. Audis semper inculcari innocentiam Christi. Non inuenio, inquit, etsi intentatum crimē uerberibus elicere ac tortura contenderim. August. Exiuit Iesus non clarus impio, sed plenus opprobrio, spineā gestans coronam & purpureū uestimentum. O quantus dolor cor apprehēdit maternum, tota doloribus, tota amaritudine ex filio spectato plena. Ecce homo. Augustinus: Si regi inuidetis, iam parcite, quia deuictū uidetis, feruet ignominia, frigescat inuidia. Ecci. 13. Omne animal diligit sibi simile, & omnis homo ad similem sibi coniungetur. O hō, ecce hō pp te nat⁹. Esai.9. Paruulus natus est nobis, & filius dat⁹ est nobis. Cū hoib⁹ cōuersatus, Baruc. Pro hoib⁹ īmolatus, Esa.53. Oblat⁹ est qa ipse uoluit, Ansel. O pie Iesu, illudēdum te misit Pilatus Herodi, illusum recepit, in conspectu irrisorū te stare iussit, nec pepercit amarissimis uerberibus uirgineam carnem tuam diuellere, plagas plagis, liuores liuoribus infligens. O domine, quid tanta amaritudine dignum commiseras? Prorsus nihil, ego homo perditus, totius contritionis tuę causa fui, Amor tuus & iniquitas mea, sic te fecit imbecillem.

Cum ergo uidissent eum pontifices, clamabāt: Tolle tolle, crucifige crucifige eum. Dicit ei Pilatus: Accipite eum uos, et crucifigite. Ego enim nō inuenio in eo causam. Respōderunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est iterum in prætorium, & dixit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem respōsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me ullā, nisi datum esset tibi desuper: Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatū habet, et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi uero clamabant: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari.

Hoc spectaculo, quo quantauis barbarorū feritas poterat mitescere, non solum non sunt mitigati Iudęorum animi, sed magis etiam accensi sunt, ut quod hactenus successisset p̄ficerent. Tolle, inquiūt, quia grauis est nobis etiam ad uidendum. Sapięntię.2. Bis ingeminant crucifige, quo mentis ostendunt pertinaciam, & desiderij uehementiam. Psal.21. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Rabanus: Salubrius ingeminarent, miserere mei deus, miserere mei. Pilatus intelligens ex captata misericordia nihil esse spei, metu tentat furorem illorum coercere. Ego, inquit, iuris administrator sum, non alieni odij uindex: & nocentes legum authoritate punio, non sum innocentiæ carnifex. Vos hominem uestro periculo abducite, et, si uidetur, crucifigite. Ego non soleo crucifigere, nisi nocentes & facinorosos. In hoc nullum crimen inuenio. Nec enim satis est reo crimen imponere, nisi certis argumētis probetur quod obiectum est, præsertim quoties de periculo capitis hominis agitur. Iudæi audientes Pilatum tanto studio patrocinantem Iesu, nec omnino committendum ducerent, ut aliquo pacto elaberetur Iesus, crimen commenti sunt, quod apud iudicem peritum

legis graue uideri posset, d. Quãuis nihil commisisset aduersus leges Cęsareas, tamen secundum legem nostram, sibi diuinitatem arrogans in deum blasphemus, debet mori, Leuitici. 24. Mira peruersitas & cæcitas, quasi mentitus sit, quia se dixit filium dei, cum id & per scripturas & opera ostenderit. Ioannis. 5. Opera quæ dedit mihi pater ut faciã hæc testimonium perhibent de me. Scrutamini scripturas, in quib⁹ putatis uos uitam æternam habere, illæ sunt q̃ testimonium perhibent de me. Nõ ergo arrogantiæ, sed ueritati adscribendum quæ omnibus anteponenda est. Magis timuit, ne si dimitteret contra legem ageret, à Iudæis accusandus: si non dimitteret, filium dei crucifigeret, & sic factum enorme fecisset, filium dei flagellando, & ne secundum Glossam apud Cęsarem accusaretur crimine læsæ maiestatis, se maiorem iudicando, qui potius fuerat ad Imperatorẽ mittendus. Chrysostomus: Pilatus timore percussus, inquisitionẽ extra tumultum facit. Non autem de patria, quam ante in accusatione audierat, sed generis origine quærit: qua cognita, refelleret, quòd affectasset uideri filius dei, quanquam apud Ethnicos tum fabulis poetarum erat proditum, & uulgo credebatur quosdam ex deo & homine natos, semideos haberi. Sed dominus responsum non dedit, quia secundum Chrysostomũ quęstio supra captum erat humanum. Esaiæ quinquagesimotertio: Generationem eius quis enarrabit? Et ne secundum Augustinum passionem prolongaret uel impediret. Nouit enim Pilatum hæc omnia tentare, quo tandem uitam illi lucrifaceret, nec ignorans futurum, ut omnibus tentatis obstinato Iudæorum furori cæderet, ne uideretur omnia conat⁹, ut elaberetur, nolens ad mortem

Timoris Pilati causæ

actum fuisse. Pilatus admiratus hominis silentium in capitis periculo, cum iudicem haberet tam fauẽtem, ut eum ad respondendum prouocaret, mihi, inquit, non loqueris? Chrysostomus: Cõdemnauit seipsum Pilatus. Cur enim non dimisit, quem innocentem nouit, & toties proclamauit? Tunc dominus abiecto silentio, humiliter imperito dans doctrinam, ut eum à fastu & errore quo tenebatur, erueret. Habes, inquit, tu quidem potestatem iuxta leges humanas, sed in me nullam haberes, nisi permissum esset ab eo, cuius potestas superat omnem humanam potestatem. Ostendit eum aliena legatione fungi. Porrò eos quorum legatione fungeretur, non à se, sed aliunde imperij gubernacula tenere, nempe à deo. Romanorũ. 13. Non est potestas nisi à deo. Qui uero à deo magistratum gerunt, nisi suo malo perire uelint, quod iustum est, iuste exequantur, oportet. Deu. 16. Propterea quia hæc dicis studio dimittẽdi me, & quæ fecisti humano timore, non inuidia fecisti, minus quidem q̃ is qui me tibi auaritia uel inuidia tradidit, sed tamen peccasti. Hoc audito, Pilatus cum intelligeret hominis & modestiam & innocentiam, ac Iudæorum malitiam, suamq́ æquitatem nõ esse reo incognitam, cui hoc magis fauebat, quod uideret eum nec mortis periculo commoueri, tentabat omnes uias, ut aliquo pacto Iesum absolueret. Id sentientes Iudæi, quod crimen illud prius ex lege intentatum præses negligeret, nec cessaret hoc agere modis omnibus, ut Iesus dimitteretur, ad prius crimen redeunt, quod ostendunt nec ipsi iudici tutum negligere, quanquam paulo ante satis superq́ explosum fuit. Si nihil, inquiunt, ad te ptinet quod peccauit in deum nostrum, certe ad te ptinet, quod peccauit in Cæsarem. Non es

amicus Cæsaris,qui faueas Cæsaris hosti.Rabanus:Licet regnum Christi in nullo esset contra honorem Imperatoris, Iudæi tamen calumniose sic arguebant.Pilatus uero non audebat uel in minima apparentia quicquam agere contra Cæsaris honorem.Augustinus.Nõ potuit Pilatus contemnere Cæsarem authorem potestatis suæ,quemadmodum legem gentis alienæ.

Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum,& sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostrotos,hebraice aũt Gabatha, Erat autem parasceue,hora quasi sexta. Sedente autẽ illo pro tribunali,misit ad illum uxor sua, dicens:Nihil tibi & iusto illi, multa enim passa sum per uisum hodie propter illum. Et ait Iudæis Ecce rex uester. Illi autẽ clamabant. Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem uestrum crucifigam? Responderunt pontifices:Non habemus regem nisi Cæsarẽ.Videns ergo Pilatus quia nihil proficeret,sed magis tumultus fieret,accepta aqua lauit manus corã populo,dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius, uos uideritis. Et respondens uniuersus populus,dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tunc Pilatus uolens satisfacere populo,adiudicauit fieri petitionẽ eorum, & dimisit illis Barrabam, qui propter homicidium et seditionẽ missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum uero flagellis cæsum,tradidit uoluntati eorum, ut crucifigeretur.

Beda:Erat locus ille sublimis, & altus ante domũ Pilati ut corã omnibus euidentius de facto inquireretur,& obiectiones diluerẽtur. Dicitur aũt parasceue præparatio latine,quia illa die Iudæi cibos parabãt pro sabbato sequenti. Primus homo sexta die,hora quasi sexta mandatum trãsgressus fuit,sic secundus crucifixus. Sedente illo in sede iudiciaria, confugit diabolus ad antiqua uascula, ut quemadmodum terrenum Adamũ è paradiso eiecit,ita secundi Adami,qua exulandus erat,mortẽ impediret.Productus est igitur Iesus tanquam reus,foras,cum in eo condẽnando,nullius iudicij esset species legitima obseruata.Ecce,inquit,quem & qualem de affectato accusatis regno.Sed magis placebat Iudæis ignominiosa mors,sperantib9 fore ut crucis ignominia prorsus abominabilẽ Iesu redderet memoriam,nec ullum post exoriturũ,qui nomen illius sic extincti profiteretur.Pilatus irridẽs illorũ pertinacem insaniam. Quid, inquit,an regem uestrũ tanta afficiã ignominia, ut suffigam in crucem? Sed tanta erat ulciscendi libido, ut sese ultro in æternam seruitutem addicerent,quo Iesum libertatis authorẽ extinguerent. Chrysostom9:Quia uoluntarie negauerũt Christũ & regnum cœleste,iusto dei iudicio facti sunt serui potestatis terrenæ.Dan.9. Et non erit eius populus qui eũ negaturus est. Videns præses se nihil proficere laborando pro Christi liberatione,saluo fauore populi & Cæsaris,sed quod magis turbatio fieret populi in contrarium clamantis, ait: (Hieronymus)Ego quidem innocẽtem uolui libertati reddere,sed quoniam seditio oritur,et rebellionis crimen contra Cæsarem mihi imponitur,sicut lauo manus,sic & conscientiam.Innocens ego sum,uos uideritis,quid uobis contingat pro culpa quam cõmittitis. Ego quidem minister legis sum, uox uestra sanguinem fundit,unde pœnam sentietis. Beda:Mos erat antiquorum,lauare manus corã populo,cum quis innocentẽ se ostẽdebat à delicto. Ambrosius:Manus quidem lauat,sed facta non diluit.Iudex enim nec inuidiæ cædere debuit alienæ, nec timori, ut sanguinem funderet innocentem, & morti addiceret innoxium. Nec hac uoce deterriti sunt infelices Iudæi ultionem sanguinis sibi imprecantes et posteris.Sed Christus clementior in illo,quàm essent in sese,neminem repulit à uenia, modo resipiscerent.

Qua hora præuaricatus Adam, eadem condemnatus Christus.

Complures enim post adorauerunt crucē Christi, qui tunc in turba clamauerunt, tolle tolle, c. e. Impetus et pertinacia non permiserunt eos aspicere quātum malum sibi & filijs imprecarētur, ut dicit Chrysostomus: Tunc Pilatus à ueritate auditū auertens, & à iustitia declinās, pietate relicta, in impietatem uersus, nolēs Iudæos offendere, nullumq́ suspicans malum, tam pauperem etsi innocentem cōdemnare, maxime cū non appareret contradictor, tandē tradidit illum crucifigendum, cui paulo ante fauerat. Leo: Sic iudex iniquus uno timore pcussus, et fauore uictus, qui plurimis persuasionibus uincere tentauit, lotis manibus, ore polluto, ijsdem labijs misit Iesum ad crucem, q̄bus eum pronunciauerat innocētē. Vide & alta mente repone apud te iniquam sententiam, animaduertito qui sint iudices, qui accusantes, qui testes, quæ acta & merita causarum. Iudicatur ut homicida, q nos è mortis faucibus eripit, excipit truculentam sententiā, demittit atq; in terrā defigit inclytam faciem, interim tamen ut agnus tacitus sese præbet ad omnem contumeliam, nostris malis debitam ignominiā in se transferēs, ut nos eueheret ad suam gloriam. Esa. 53. Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse uulneratus est propter iniq̄tates nostras, attritus est propter scelera nostra.

De crucifixione et uoluntaria expiratione.

ARTICVLVS XXXV.

F *Suscipientes autem Iesum postquā illuserunt ei, exuerunt eum purpura, & induerunt eum uestimentis suis, & educunt ut crucifigerent. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, hebraice autē Golgotha. Et cū exeuntes ducerent eum, apprehenderunt prætereuntē quempiam hominem Cyrenæum, nomine Simonem, patrem Alexandri & Rufi, uenientem de uilla. Hunc angariauerunt ut tolleret crucē eius, & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequebatur autem illum turba multa populi & mulierū quæ plangebant, & lamentabantur eū. Conuersus aūt Iesus ad illas, dixit: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super uos ipsas flete, & super filios uestros. Quoniam ecce uenīt dies in quibus dicent: Beatæ steriles et uentres qui nō genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Tūc incipient montibus dicere, cadite super nos: et collibus, cooperite nos. Ducebantur autē & alij duo nequam cum eo, ut interficerentur.*

Exuitur purpura, qua ludibrio habitus est: & induitur proprijs, ut ab omnibus agnoscatur, & quo omnibus, q ei fauerant, magis esset opprobrio. Nihil. n. non excogitant malorꝝ scelerū ministri, quo Christum prorsus extinguāt, porroq; doloribꝰ afficiant. Psal. 38. Et dolor meus renouatus est Non enim potuerunt sine magno dolore uestes impactæ uulneribus extrahi, quin & uulnera à nouo rumperentur, ut totus sanguine perfunderetur. Ipse humiliter crucem sibi baiulat, nā et hoc procuratum est à Iudæis, neqd ignominiæ deesset. Chrysost. Quia lignum crucis ut ꝓfanum uitabant, Christo imponunt condemnato, nesciȷ implētes scripturā, Esa. 9. Et factus est principatus super humerum eius. 1. Pet. 2. Qui peccata nostra ipse ꝑtulit in corpore suo super lignum. Bonauē. Cerne hic eū quomodo uadit curuus sub cruce, uehementer anhelās tota nocte opprobrijs & uerberibꝰ fatigatus. Credendū est pie, omnē scapularum cutē usq; ad crudæ carnis reuelationē defricatā fuisse, et priora uulnera aut innouata, aut in unū uulnus nimia cōfricatiōe redacta. Siquidē ut historiæ tradūt crucis lignum lōgū fuit 15. pedū et grossum, in quo ꝑfectę staturę uir pulcherrimꝰ exaltādus erat, ut omni populo cōspicuus esset. Io. 3. Sicut exaltauit Moses serpentē in eremo in ligno, sic exaltari oportet filiū hominis. Syris dicit golgotha, Crux Iesu quanta.

id est,

id est, Caluariæ locus, quod funestus esset ossibus & caluarijs interfectorũ, ut locus quoque responderet figuræ. Nã uictima qua cõsecrabatur testamẽtum, extra septa populi immolabatur. Heb. 13. Quorum. n. animaliũ sanguis infertur pro peccato in sancta per pontificẽ, horum corpora cremãtur extra castra: propter quod & Iesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eũ extra castra, improperium eius portãtes. Imposuerunt Simoni uolenti nolenti domini crucem, ut Iesu præcedente baiularet post illum. Chrysostomus: Hoc non misericordia moti fecerunt, sed quo citius ad mortem peruenirent, & ne aliquo casu impedirẽtur per iudicem, quem inuitũ ad sententiã induxerant, cum ad liberationem innocentis esset propensus. Bernar. Iesus nimijs passionibus affectus, graue crucis pondus expedite portare nõ poterat, quosdam necessitas adigit ad amplectendam crucẽ Iesu, uerum hæc est felix necessitas quæ propellit ad salutem. Apostoli neminẽ cogunt ad Christum, sed milites cogunt. Beda: Multa turba, sed non eadem mente domini crucem sequebãtur. Quidam enim ut cuius mortem impetrauerant, morientem læti aspicerent: mulieres uero, ut quem uiuere desiderabant moriturum, morientem, & mortuum plorarent. Nõ autem solus mulierum ideo inducitur plãctus, quin numerus etiam innumerus credentium uirorum de eius passiõe fuerit mœstissimus: sed quia sexus fœmineus quasi contemptibilior, liberius poterat pręsentibus sacerdotum principibus & magistratibus, quid contra eos senserit, ostentare. Quo fuit ante famosior, eo iam plures sequebantur ad uidendum spectaculum. Sacerdotibus igitur ac scribis gaudentibus, mulieres plangebant, & lamentabantur de morte innocentis. Dominus uero qui nouit eos qui sunt eius. 2. Timoth. 2. Prætermissa furentis populi turba, ad amãtes & plangẽtes se fœminas, & oculos, & ora conuertit. Theoph. Non prohibet eas simpliciter flere, sed arguit causam et modum flendi, quia plorabant quasi pro se Christus pateretur, & non pro totius generis humani salute. Sic & nos passionem ruminantes, causam passionis, hoc est, peccata nostra defleamus. Admonuit ergo, quo propriam calamitatem & filiorum suorum, immimentesque pœnas ac culpam propriã deplangerent. Sunt qui aliorum errata & miseriam plãgunt, seipsos negligentes. Ecclesiastici. 30. Miserere animæ tuæ placens deo. Beatæ steriles, grauius enim cruciatur materna pietas in malis liberorum, quã proprijs. Nunc exultant primores cum popularibus, quasi re bene gesta: sed tunc cum uenerit ille dies ultionis diuinæ, tanta formido malorum ingruentium corripiet animos illorũ, ut montibus dicturi sint, cadite super nos.

Quatenus mulieres flere uetuerit Iesus.

Quod si in uiridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

Si illorum malitia tale exemplum ædidit in hominem undequaque inculpatum, quale exemplum ædi cõuenit in eos qui prauis cupiditatibus undique corrupti, non potuerunt ad ullam bonã frugem adduci? Bernardus: Si tu dominator arbor sancta lignum fructiferum & benedictum, tãtum pateris, quid erit de nobis miseris qui lignum sumus aridum, & aptum igni? Proue. 11. Si iustus in terra recipit, impius & peccator quãto magis? Et nequid super esset ignominiæ, procuratum est ut simul alij duo facinorosi ducerentur cũ eo, ut nocens ex flagitiosorum cõsortio existimaretur.

Et postquã uenerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est interpretatũ, Caluariæ locus, dederunt ei uinũ myrrhatũ bibere cum felle mistũ, & cum gustasset, noluit bibere. Ibi *crucifixerunt eum, & cũ eo duos alios, unum à dextris, & alterum à sinistris, medium autẽ Iesum.* Et *impleta est scriptura, dicẽs:* Et *cum iniquis deputatus est. Scripsit autẽ & titulum Pilatus causam ipsius, & posuit super caput eius.* Erat *autem scriptum: Iesus Nazarenus rex Iudæorum.* Hunc *ergo titulum multi legerunt Iudæorũ, quia propè ciuitatẽ erat locus ubi crucifixus est Iesus.* Et *erat scriptũ hebraice, græce, & latine.* Dicebant *ergo Pilato pontifices: Noli scribere, rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iudæorum.* Respondit *Pilatus: Quod scripsi, scripsi.*

Locus Caluariæ dictus, ꝙ hominum illic occisorum craniis & ossibus albicaret. Hic, ne qua pars esset corporis sine pœna & cruciatu, aut ne quid omitteretur ludibrii, dabãt ei uinum acidũ myrrhã & felle corruptũ. Multo aliter didicerunt à Salomone Prou. 31. Date siceram mœrentibus, et uinũ his qui amaro sunt animo, ut bibant & obliuiscant egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius. Augustinus: Quicquid in ligno perdidit Adam, hoc Christus in ligno inuenit. Nã sicut Adam inobediens manus extendit ad lignũ, uetitum gustans cibũ feria sexta, hora sexta: sic & Christus patri obediens, innocẽtes manus extendit in ligno crucis feria sexta, hora sexta. Theoph. Quia. n. ꝑ lignũ mors intrauerat, necesse erat ut per lignũ exterminaretur. Breuiter hic euangelistæ trãnseunt, nobis uero non transeunter ruminandum. Principio hic obserua rursus exui Christum corona, uestibusq́ omnibus, hinc stillicidiũ toto corpore ebullit, hinc cruore omnia conspergũtur. Bernardus: Heu heu domine, qui cœlũ uestit diuersis luminaribus, & terrã floribꝰ, ante crucem exuitur uestibus suis. Nudari uoluit, ut nos indueret nũc indumentis uirtutũ & gratiæ, deinde in futuro gloriæ & gaudiorũ. Secundo, quomodo nudus corã omnibus sedet, defixis in terram luminibus, dum singula parantur, cernitur ab omnibus, ridetur omni humano solatio destitutus. Accelerat pia & mœstissima mater amaritudine plena, uelo capitis cingens & tegens uerenda. Tertio, ꝙ dire cruci affigitur. Bonauentura: Conspice, ꝙ despicabiliter ipsum arripiunt, et sicut ribaldum uilissimum dorsotenus super crucem prosternunt, furibunde brachia extendentes, & cruci affigẽtes. Similiter et de pedibus factum intuere, quos traxerunt quantum uiolentissime potuerũt. Erant claui quadri & obtusi in acuminibus, quare carnẽ, neruos & ossa secum intra foramina trahebant, maximum dolorẽ inferentes. Psal. 21. Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerũt omnia ossa mea. Sic enim extensus fuit, ut omnes iuncturæ ossium discerni & dinumerari potuissent, ꝗ maxima fuit pœna. Bernardus: O aĩa deuota, uolue & reuolue corpus dominicũ, & ubiq; inuenies dolorẽ & cruorem. Vere tam miserabiliter pendebat rex gloriæ, tamq́ pœnaliter iudex uiuoꝝ & mortuorum, ut solo aspectu in eius compassionem mollescere potuerint corda lapidea. Nam post crucifixionem pœnosam in sublime crucẽ leuãtes, magno impetu miserunt in foramẽ petrę quod pararant, clamantes & insultantes. Sic eleuari decet qui se regẽ fecit. Ex huius uehementi lapsu, uulnera manuum & pedũ innouata sunt & aperta, & sanguis copiosissime effluxit. Esa. 53. Ipse aũt uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Quarto, ꝙ latronibus ueluti princeps latronum sociatur. Chrysostomus: Pariter crucifigunt latrones, non tanquam ini-

Contẽplanda circa Iesu crucifixionẽ quæ

Claui quales.

mici latronum: participes enim erãt sceleris eoꝝ, nam Pilato dicente, quẽ uultis uobis dimitti, latrones latronem petierunt, dominum autem occiderunt. Ideo aurẽ fecerunr, ut passionem domini macularẽt, & ipsum infamarenr, ꝙ non sine causa passus sit. Quicquid autem Iudæorum malitia potuit excogitare in ignominiã domini Iesu, id ille uertit in gloriam suam, nostramq́ salutem. Crux probrosa, per illum facta est triumphale signum, cui mundus inclinat caput, quod adorant angeli, quod tremunt dæmones. Inuenit illic condẽ natus, quem faceret ex latrone paradisi ciuem. Tantum aberat ut supplicij societas contaminaret ipsum. Sic uisum est diuinæ sapientiæ, quo uel tam insigni exemplo nostram frangeret superbiam, qui pro malefactis etiam laudem expetimus ab hominibus. Chrysostomus: Mos erat olim Romanorum, scribere titulum, hoc est, causam mortis, ut intuentes legerent, quod secundum leges iuste iudicati essent. Cautũ est igitur à præside, ne quisquam uel indigena, uel peregrinus titulum ignoraret, quo ipsum à latronũ facinore segregar, ac in Iudæorum malitiam & infamiam crimen reijcit, dum in regem proprium insurrexerunt. Mouit autem illorum animos, quòd honorificentior esset quàm uellent. Tantum erat studium impijs abrogandi nominis cui uni debebatur omnis totius mũdi gloria. Augustinus: Quid loquimini insani? quid fieri cõtradicitis, quod mutare nullo pacto potestis? Nũquid enim propterea nõ erit uerum, quia Iesus dixit, rex sum Iudæorum? Si corrumpi non potest, quod Pilatus scripsit, corrumpi potest, quod ueritas dixit? Nam & confirmando Pilatus quod scripserat, ait: Quod scripsi, scripsi, ut impleretur quod scriptura in titulo Psalm. Ne corrumpas tituli inscriptionem. Rex ergo est Christ⁹ Iudęoꝝ, immo & gentium, sed Iudæorum circuncisione cordis in spiritu, non litera, Romanorum. 2.

Milites ergo cum crucifixissent eũ, acceperunt uestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuiq; militi partem, mittentes sortẽ super eis, quis quid tolleret, et tunicam. Erat autẽ tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Nõ scindamus eã, sed sortiamur de ea, cuius sit, ut scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt uestimenta mea sibi, & super uestem meã miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerũt. & sedentes, obseruabant eum.

Claret, nudum Christum crucifixum, honore sibi in die palmarũ exhibito in uestiũ prostratione, in contumeliam uerso. Tunica quę sic erat contexta, ut dissui non posset, sorte prouenit, quã beata uirgo proprijs manibus creditur fecisse. Tali enim uestimento pauperes ibidem uti solebant. Non enim ob prętiositatem diuidebant, sed in contẽptum & derisum domini, qui se regem dixerit, & ad complacendum Iudæis. Hæc autem tametsi profanis animis à militibus gererentur, tamẽ imprudẽtes subseruiunt uaticinio prophetarum, ut hinc agnosceretur is esse, de quo prædixerat spiritus sanctus in Psal. 21. Obseruabant ne uel suapte natura & uirtute è manibus eorum elaberetur, uel alieno pręsidio, id est, populi expectantis raperetur. Augustinus: Hæc custodientium diligentia nobis profuit, ut quo diligentius custodiebatur, eo magis uirt⁹ resurgentis appareret.

Tunica inconsutilis, qualis fuerit indumentum.

Et stabat populus expectans. Prætereuntes autem blasphemabant eũ, mouentes capita sua, et dicentes: Vah qui destruis templum dei, & in tribus diebus illud reædificas. Saluum fac temetipsum. Si filius dei es, descende nunc de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes ad alterutrum cum scribis & senioribus, dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si

Christus rex Israel est, descendat nunc de cruce, ut uideamus, & credamus ei. Confidite in deum, liberet eum nūc si uult. Dixit enim, quia filius dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei & conuiciabantur. Illudebant autem & milites accedentes, & acetum offerentes, & dicentes: Si tu es rex *Iudaeorum, saluum te fac.*

Nec his tantis iniurijs saturari potuerūt, sed exprobrabant uelut iam uicto, ludibrij causa motis capitib⁹, dicentes: Nunc ostende quid possis: exere uires istas quas iactitas. Ps. 21. Omnes uidentes me, deriserunt me: locuti sunt labijs, et mouerūt caput. Sperauit in dño, eripiat eum. Chrysosto. Cōsidera nunc uocē filiorum diaboli, quomodo imitantur patrē suum. Diabolus dixit: si filius dei es mitte te deorsum: isti dicunt. si filius dei es, descende nunc de cruce. Immo quia filius dei est, non descēdat, nisi per eius mortem genus humanum à morte liberetur æterna. Mai⁹ fecit à morte resurgendo, nec credide runt, sed infidelitatem pecunia redemerunt, Mat. 28. Sed neq; tantis opprobrijs mitigari potuit pōtificum & sacerdotum odium. Hinc Leo: Principes sacerdotum quib⁹ indulgentiam saluator petebat, suppliciū crucis irrisionum aculeis exasperabant: & in quem manibus amplius sæuire nō poterant, linguarū tela iaciebant. Si rex Israel est, ut uideri uoluit, declaret nūc quid possit. Talia iactabāt in eū audiente populo, q solebat admirari Christi miracula, quo animos illius penitus alienarent ab eo. Quin & in totum authoritatē illi abrogant, uelut ex ipsa re conuincentes eū, nec esse Messiam, nec filiū dei, quē esse se professus fuerat, si nō descēderet de cruce, At non in descēsu, sed in perseuerantia sita erat mundi salus: ea plus ualuit apud Iesum, q̄ principū conuicia. O densissima cæcitas, cū prophetæ occidendum p̄ dixerint, & lex pręfigurarit. Dani. 9. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus meus, & non erit eius populus qui eū negaturus est. Esa. 53. Tradidit in mortem aīam suā. O quanta inhumanitas, homini in tam incomparabili supplicio constit uto, non solū non condolere, sed tam contemptibiliter insultare. Psa. 68. Quoniam quē tu percussisti, p̄secuti sunt, & super dolorē uulnerum meorū addiderūt. Grego. Qui de cruce descēdere noluit, de sepulchro surrexit, & non crediderunt ei. Si. n. insultantibus cædens de cruce descenderet, uirtutem patientiæ non demōstraret. Atq; ut omni ex parte conuicijs incesseretur pijssimus & innocētissimus Iesus, latrones quoq; similia quædam exprobrabant illi. Nec minora conuicia milites ad omne facinus procliui, Iudæorū fauore corrupti, in eum iaciebant, acetum offerentes quo citius moreretur. Scribit Plutarchus de Antonio, q acetum ei administrabant quo celerius ex uulnere moreretur. *Acetū cur Iesu propinatum.*

Iesus autem dicebat: Pater, *ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.*

Dominus ut perageret salutiferū illud pro oībus sacrificiū, continuit uirtutem diuinā, & humanam naturā totā omnibus cruciatibus exposuit: et adeo nō regessit, aut ultus est tā atrocē maledicentiam etiam morienti irrogatā, & ipsa cruce acerbiorem, ut patrem interim deprecatus sit pro eis, & alterū à latronibus receperit in paradisum suū. Ignis ille diuini amoris, ipsius pectus adeo sibi mancipauerat, ut nihil nisi clemētiam, nihil nisi fauorē erga nos & cōmiseratione spiraret. Bonauentura: O uerbum totius dulcedinis & ueniæ. Cōsidera anima mea q̄ fuit dulcis amor dñi nostri Iesu Christi sup impios hostes suos, qñ non solum pleno corde fuit indultor, sed etiam

efficacissimus intercessor, & pijssimus excusator, unde ad modum sapientis aduocati, primo captat beneuolentiam, non iudicem alloquens qui sic non flectitur, sed paterno nomine suo blandiens genitori, sicque concludit nihil tanto filio denegandum, quia quæ placita sunt ei, facit semper. Ioan. 8. Bernard. Oratio quę paterno dulcescit nomine, omnium petitionum mearum impetrandarum mihi fiduciam præstat. Secundo petitionem format, d. Dimitte illis. Non ait examina pater, uide pater, sed dimitte. q. d. Etsi iustitia punitionem requirat ex actibus suis, misericordia tamen remittat gemitibus meis. Secure hæc petere poterat, quia meditator Dei & hoīum. 1. Tim. 2. Suscipiēs super se patris seueritatē & hominis iniquitatē. Esa. 53. Propter scelus populi mei percussi eum. Tertio, addit facti excusationē. Erāt enim inter hos qui hoc animo persequebantur, quo Paulus persequebatur ecclesiā Dei. 1. Tim. 1. Qui prius fui psecutor, blasphemus, & cōtumeliosus, sed misericordiā Dei cōsecutus sum, qa ignorās feci in incredulitate. Per hāc. n. ignorātiā peccatū eorꝫ, præsertim gētiliū atq; simplicsū Iudęorꝫ alleuiabatur. Non. n. sciuerūt se filium Dei trucidare, sed hoīem blasphemum. Impleuit quod docuit. Mat. 5. Orate pro persequētibus & calumniantibus uos. Esa. 53. Et ipse peccata multorꝫ tulit, & pro transgressoribus orauit. Hoc exemplo tam insigni discimus magnā nobis condonādi errata proximorum necessitatē impositā. Nōne uehementer impudens uidebitur, qui cum se Christi discipulū fateatur, peccator in peccatorem uindictam moliatur? Aug. Vox est carnificum, sicut peccauit, sic puniatur: uox est pietatis Christianorum, sicut cecidit, sic releuetur; sicut dolet, sic curetur. Vę ergo ijs qui uenena odij retinent ad tā præclarum pietatis exemplum, nec ante remittūt offensam, q̄ mors miserā rapiat animam. Mat. 18. Sic pater meus cœlestis faciet uobis, si nō remiseritis unusquisq; fratri suo de cordibus uestris. Aug. Non est peccatū tam magnum quod Deus pœnitenti non dimittat, qui crucifigentibus se dimittit.

Necessitas inuicem dimittendi quanta.

Vnus autē ex his qui pendebant latronibus, blasphemauit eū, dicens: Si tu es Christus, saluū fac temetipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: Neq; tu times Deum, qui in eadem damnatione es, & nos quidem iuste, nam digna factis recipimus, hic uero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine memēto mei dum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

Instigatus & hic pditionis filius, dominum uerbis contumeliosis lacessit. Si tu es ille rex Iudæorum, inquit, expedi potētiam tuam, ipsum te serua, quin et nos experiamur potentiam tuam, qua hactenus multis opem contulisti. Cæterum alter considerata tā admirabili Iesu mansuetudine, increpabat sceleris & supplicij consortem. d. Tu si moriturus nō uereris homines, certè Deum metuere debes, qui morituro insultas, præsertim cum sis illi supplicij socius, uel hoc solum debebat te à cōuicijs cohibere, etiam si socius esset criminis. Prouerb. 15. Per timorem domini declinat omnis à malo. Nunc alia est illius, alia nostra conditio. Ambrosius: Nos occidimus, hic uiuificat: nos aliena furati sumus, hic largitur propria, immo seipsum gratis impendit. Quatuor indicijs fidem ueram indicat. Consortē increpando, seipsum accusando. Ambrosius: Priorem blasphemiam sequenti diluit confessione, uisa Christi patientia. Christum excusando. Nam & hoc testimonium reddidit in cruce, ut undequaq; testata esset illius in-

Indicia fidei latroni dextri quot

nocentia. Quarto memoriam petĳt in bonum. Mira fides, cum uideret pendentem ac morientem in cruce, moriturus & ipse, salutem uelut à rege petit. Glossa. Ecce quãta uirtus fidei in latrone, quia nec timore Iudæorum astantium, nec proprio dolore, nec socĳ sui blasphematione, nec Christi apparẽte infirmitate, nec apostolorum fuga & negatione, retrahitur à ueritatis confessione. Ro. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Subindicat autem regnum quoddã non iam humile, sed augustissimum & perpetuum. Psal. 144. Regnum tuũ regnum omnium seculorum, quo protestatur se credere Messiam in lege promissum, cuius est regnum cœlorum. Iesus autem qui mutus erat ac surdus ad omnia conuicia, nõ est surdus ac mutus cum fiducia postulanti, nimirum requiem ac refocillationem pollicẽs mox à peracto supplicio. Anselmus: Credo domine, certè ubi tu uis, & ubi tu es, paradisus est: & esse tecum, hoc est, esse in paradiso, quomodo uenerabilis ille cõfessor & gloriosus martyr tecum fuit per totum illud hodie, & postea omni tempore. Ambros. Pulcherrimum datur affectandæ cõuersionis exemplum, quòd tam cito latroni uenia datur. Cito dominus ignoscit, quia cito ille conuertitur. Semper dominus plus dat quàm petatur: memoriam petĳt, & regnum accepit. Nemo ergo desperandus cuius incertus est exitus, nemo quamlibet inueteratur despondeat animum quin resipiscat imitetur latronem, agnoscat errata, adeat medicum & uitæ largitorem. Oret, urgeat, instet. Domine, memento mei, cũ iã sis in regno tuo.

Stabat iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophe, & Maria Magdalene. Cum uidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus, Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua: Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.

O affectuosissimum, dolorosum, omniq́ compassione dignissimum uerbũ. Astabat fide, & plena in Deũ fiducia, quia sciebat futurum, ut hac crudeli morte seruandi essent omnes qui crederẽt in filium. Id ob oculos posuit uirgo: alioqui defecisset in tot filĳ unice adamati opprobrĳs et supplicĳs. Stabat ergo mater iuxta crucem, & inter cruces latronum non auertebat oculos à filio, angustiabatur & ipse. Aug. Cruciat te domine Iesu crux tua, sed non minus mater tua: cruciat te dolor tuus, sed nõ minus dolor eius. Non est mirum si doles & condoles, si pateris & compateris bone fili in desolatione matris, in separatione matris, in commendatione matris. Nunquam te deseruit, nõ in infantia, nõ in adolescentia, nõ in iuuentute, nõ in tua passione. Nũquam tibi defuit eius solatium, sed nec eius obsequium. Lactauit infantem, audit & sequitur prędicantem, uidet & compatitur patientem contemplatur opprobria, intuetur uulnera, audit tua uerba. Tu uero bone Iesu, quanquam esset dolor intolerabilis, plaga insanabilis, in agonia mortis, in ultimo spiritu cõstitutus, non obliuisceris matrem tuam, caput inclinans ad eam, & discipulo in matrem commendans. Chrysost. O bone Iesu, quid matrem tuã dulcissimam quæ te tam diligenter nutriuit, reuerenter tractauit, dulciter lactauit, tã dure alloqueris, mulier, inquiens? Sed ideo hoc factum certo, ne matris dolorem amplius excitares, non enim tunc tempus erat dulciter alloquendi, nec matris nomen exprimendi, si enim dulcius locutus fuisses, credo quod uirginis cor crepuisset. Commendatur uirgo uirgini, ut esset inter eos grata socie-

Mulieris nomĩe cur Iesus matrem appellarit.

tas & floridus aspectus. Data est omnibus in matrem & aduocatam, quam post Deum summe amare & uenerari debemus. Atque ex eo tempore discipulus ille suscepit erga eā affectum filij, per omnia curā illius agens. Magna laus Ioannis, q̄ à Iesu diligitur, et ei mater committitur. Aug. Considerare libet bona mater, Dei genetrix, nutrix, & filia desolata, quis fuerit dolor tuus & angustia tua. Vides crucifixum unigenitum tuum, mutas filium in patrem, magistrum in discipulum, regem in militem, dominum in seruum, omnipotentem in deficientem. Reuera uiscera tua penetrat gladius, configit animam tuam lancea, & clauus laniat mentem tuam, spinarum aculei lacerant cor tuum. Filij tui amarus aspectus deest tibi præ amaritudine lachrymarum, desunt uerba, deest fortitudo, marcescit pulchritudo. Vulnera filij tui, sunt uulnera tua, crux filij tui, est crux tua, mors eius, est mors tua. Nutrix bona, quomodo amittis alumnum tuum, mater filium, ancilla dominum? uno die priuaris patre & filio. Lignum crucis, cathedra fuit docentis. exēplo enim suo nos instruit, ut à filijs cura parētibus impendatur. 1. Timoth. 5. Qui suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior.

A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super uniuersam terram, usque ad horam nonam, & obscuratus est Sol. Et circa horam nonam exclamauit Iesus uoce magna, dicens: Heloi Heloi Lama Zabachthani, Quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant: Ecce Heliam uocat iste.

Ab hac hora qua maxime Sol feruere solet, quasi detestans tātam hominum impietatem, obduxit faciem suam, eo morituro qui lux est totius mundi. Nihil est quod non compatiatur morienti Christo. Solus homo non compatitur, non agnoscit, neq; sui creatoris uicem indolet. Tum Iesus omni mortalium solatio destitutus, clamauit ad patrem, referēs prophetiam de ipso prædictam. Psal. 21. Præ nimia doloris angustia, in quo ueritas humanæ naturæ ostenditur, & uirtus diuinitatis. Nam in omnibus membris patiebatur, et propter complexionis teneritudinem summe erat passibilis, & doloris perceptiuus. Vnde & singulæ animi uires sibijpsis permittebantur, & nihil ex superioribus in inferiores redundabat, quo dolor uehemens & tristitia mitigari posset, & sic secundum humanam naturam uidebatur quodāmodo derelictus, nō quòd diuinam posuerit naturam, quia quod semel assumpsit, nunquàm deposuit, sed quo diuina potentia humanas uires sineret omnifariā affligi, ut interim incommoda omnia irrogata clare intelligerent, sentirētq; distinctissime. Vnde patet, nullum unquàm uiatorem sic pœnis derelictum, quomodo à deitate humanitas Christi derelicta est. Iustos quidem multipliciter consolatus est, redundantiā spiritualis lætitiæ non solū non prohibēdo, sed & augmentando. Iniustos uero etsi non est specialiter consolatus, tamen non prohibuit quin dolor intensus partis sensitiuæ rationem obtunderet & absorberet, & sic minus à parte intellectiua sentiretur, ut euidenter ueritas illius patesceret. Threno. 1. O uos omnes qui transitis p uiam, attendite & uidete, si est dolor, sicut dolor meus. Quidam non satis intelligentes hanc uocem, suspicati sunt ipsum implorare Heliæ auxilium, uel forte Iudæi solito more domini uerbum deprauantes, imbecillitatis ipsum arguebant. Tales & hodie sunt multi, semperq; futuri sunt pseudoprophetæ, nihilo

melius interpretantes uerba Iesu ꝗ illi fecerunt.

Postea sciens Iesus, quia omnia consummata sunt, ut scriptura consummaretur, dixit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum, & continuo currens unus ex eis, acceptam spongiam circunligatam hyssopo, impleuit aceto, & imposuit arundini, & offerens ori eius, dabat illi bibere. Ceteri uero dicebant: Sine uideamus, si ueniat Helias ad deponendum eum.

His peractis, cum Iesus sciret nihil superesse, quod ad legitimam uictimam pertineret, ut hoc quoq; accederet quod prophetia prædixerat. Psal.68. Et quo uerã ostenderet mortem quam pro omnibus oppetebat, ait: Sitio. Solet enim sitis uulnera & sanguinis perfusionẽ comitari, quæ nonnunquam est illi suppliciũ morte attrocius. Psal.21. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Aruit tãquam testa uirtus mea, & lingua mea adhęsit faucib⁹ meis. Magis tamen nostram sitiebat salutem, pro quo ista patiebatur, sed Iudæi præter fel & acetum nihil offerũt. Bernardus: O bone Iesu, quid clamas, sitio? Ignoras quoniam inimici tui in siti tua non te recreabunt uino, uel sicera, aut aqua de torrente munda, sed acido aceto? Quid ergo clamas, sitio? Nonne tu es fons uitę, de quo potant omnes angeli? Nõne tu potasti sitientem populum in deserto? Nonne tu es qui operis cœlũ nubibus, & paras terræ pluuiam? Vt quid ergo sitis? Sitio, inquit, peccatorum conuersionem, lachrymas compunctionis, compassionis, & deuotionis. Chrysostomus: Si decem millia haberemus inimicorum, & si insanabilia passi sumus uidẽtes eos interfici, flectimur: hi uero ĩ his quæ uidebant, non facti sunt mansueti, sed sæuiebant magis, & insaniam intendebant: & spongiam offerentes, aceto potabant, ac deridebant, quasi Heliæ implorasset auxilium.

Quid Iesus sitierit.

O quantum uirgineum doluit cor, filio in tẽta anxietate succurrere nõ ualens.

Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est.

Significans rite omnia peracta, nihilq; esse prætermissum quod ad ei⁹ sacrificij ritum pertineret. Lucæ.18. Ecce ascendimus Hierosolymam, et consumabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Leo: Degustato aceto quod illa uinea dabat, quæ ab authoris sui plantatione degenerans, conuersa fuerat in amaritudinem uitis alienæ (Hierem.2.) consummatum est, inquit, hoc est, impletæ sunt scripturæ. Non est amplius quo insaniam furentis populi expectem. nihil minus pertuli quàm prædixi, peracta mysteria infirmitatis, propinata documenta uirtutis. O quantum doluit, quòd tanti operis consummatio in tot infidelib⁹ & ingratis Christianis perdita fuit. Vnde cum in cruce passionem suam offerret, abundantissimas fundit lachrymas, uidens tantam præscitorum multitudinem, & electorum paucitatem: quas lachrymas etsi euangelistæ taceant, quia multa sunt quæ fecit Iesus, quæ non scripserunt. Ioannis. 21. Apostolus tamen non tacuit Hebræorum quinto. Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eum qui posset saluum illum à morte facere, cum clamore ualido & lachrymis offerens exauditus est pro reuerentia sua. Et quidem cum esset filius Dei didicit ex his quæ passus est, obedientiam: & consummatus, fact us est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ.

Et iterum clamans, uoce magna, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: Et inclinato capite expirans tradidit spiritum.

Glossa: Patrem inuocans filium Dei se declarat: spiritum uero cõmendans

mendans, nō defectum uirtutis, sed confidentiam paternæ potestatis insinuat, ad quem reuertitur, expleto salutis nostrę munere, in quod destinatus erat. Io. 17. Opus consummaui, quod dedisti mihi ut faciam. Bernardus: Quid est quod ille coæternus & consubstantialis Dei patris filius, animam suam deuote & manifeste in manus patris commēdat, cui non minus cōmendata esset etiā si hoc non dixisset? Nunquid non timuit quod dæmon sibi obuiaret in exitu animæ, tanquā aliquid sui credens inuenire? Absit, nam ante ait in cœna. Io. 14. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquā. Fecit hoc nos erudiens, qui terra & cinis sumus, quo disceremus spiritum nostrum manibus patris commendare, ne à mundi huius principe egressus comprehendatur, qui in nobis heu non pauca quæ ad eum pertinent, inueniet. Athanasius. Cōmendat patri per se uniuersos uiuificatos, omnes enim in Christo unū sumus. Vt autem omnibus palàm esset, illum non defecisse, quēadmodum alij deficere solēt paulatim exhausto corporis uigore, mox à ualido clamore, ac uerbis articulate prolatis, sponte deposuit animā. Io. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Ambrosius: Ex modo moriendi ostendit, quòd in obedientia patris mortuus est. Philip. 2. Factus est obediens usq; ad mortem, mortem autē crucis. O qualis erat anima uirginis matris, cum audiuit clamantem, uidit lachrymantem, & morientem, uere tunc impletum est Symeonis oraculum. Lu. 2. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Aspice ò homo in authorem uitæ & salutis tuæ, ecce quæ non rapuit, soluit. Psal. 68. Mortuus est enim pro peccatis nostris. 1. Pe. 3.

Cur Iesus animā suā patri commendarit.

Et ecce uelum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum quæ dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.

Proinus omnia testata sunt mortem efficacem domini Iesu. Siquidē uelum templi, quod separabat sancta à reliqua parte templi, ultro scissum est, indicans Mosaicæ legis umbras posthac euanituras, ad coruscantem euangelij lucem. Cessant umbræ simulatque prodit ueritas, nec erat futurum ut ullus sacerdos introiret in sancta, semel imolata uictima, quę sola sufficit pro expiādis totius mūdi peccatis. 1. Io. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nr̄is: et non pro nr̄is tātum, sed etiam pro totius mundi. Hieronym. Omnis creatura compatitur Christo morienti, Sol obtenebratur, petræ scinduntur, uelum templi diuiditur, terra concutitur, sepulchra aperiuntur: & solus homo miser redemptori non compatitur, pro quo patitur. Bernardus: Ascendit Christus in altum, ut ab omnibus uideretur: alta uoce clamauit, ut ab omnibus audiretur: uoci lachrymas addidit, ut homo compateretur, qui ad hanc uocem non concutitur, terra grauior est, petra durior, sepulchro fœtidior. Multi de monumētis in die paschæ exierunt, & apparuerunt multis, pręcones & socij resurrectionis. Nam primitiæ dormientium Christus.

Centurio autem qui ex aduerso stabat, et qui cum eo erant, custodientes Iesum, uiso terræmotu & his quæ fiebant, & quia sic clamans expirasset, timuerunt ualde, glorificantes Deum & dicentes: Vere hic homo iustus filius Dei erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & uidebant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur: Stabant autem omnes noti eius a longe.

Longinus quis qualis ue fuerit. tus saluatoris aperuit, & non tantum ueniam, sed & episcopatus honorem, ac martyrij coronam inuenit. Nam tactu sanguinis Iesu illuminatus, cum esset cæcutiens, & intus fidei lumine credidit, & per apostolos baptizatus fuit. Exiuit sanguis & acqua, magno mysterio declarantes, quod eius mors nos ablueret à peccatis, & quod eadem, uitam nobis largiretur æternam. Nam baptismus aqua constat, in sanguine uita est hominis. Huius enim sanguis credêtes seruat à morte, huius mysticus esus nos ab Aegyptia seruitute, hoc est, à mundi cupiditatibus & peccati tyrãnide liberos, trãsmittit in terram cœlestem. Hoc uim tribuit omnibus sacramẽtis. Eph. 5. Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquę in uerbo uitæ. *Sacramentis sua uis unde.* Præter naturam autẽ est, ut è corpore uulnerato mortuo fluat uel aqua uel sanguis. Sed qui uidit, testimonium perhibet. Ioan. 3. Quod uidimus, testamur: ait dominus. Hæc tametsi casu geri uidebantur, diuini tamen consilij dispensatione gesta sunt, ut hac etiam ex parte prophetarum oraculis rerum euẽtus responderet. Quia enim duo dixerat, ideo duplex scripturę adducit testimonium. Quia crura nõ fracta. Exo. 12. De agno paschali huius figura: Os non comminuetis ex eo. Et quod olim uidebunt in quẽ transfixerunt. Zach. 12. Eodem enim corpore uenturus est, quo pependit in cruce, tametsi glorioso, tamen uestigia uulneris ostendet omnibus, & fontem frustra apertum incredulis exprobrabit, cuius profluxu sanari poterant.

Post hæc cum sero factum esset, quia erat parasceue, quod erat ante sabbatum, quod illucescebat, ecce uenit quidam homo diues nomine Ioseph, qui erat nobilis decurio, uir bonus & iustus (Hic non consenserat consilio et actibus eorũ) ab Arimathia ciuitate Iudææ, qui & ipse expectabat regnum Dei, eo quod discipulus esset Iesu oc cultus autem propter metum Iudæorum. Hic audacter accessit ad Pilatum, & petijt ut tolleret corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur, si iam obijsset. Et accersito Centurione, interrogauit eũ si iam mortuus esset, & ut cognouit a Centurione, donauit corpus Ioseph. Ioseph ergo mercatus sindonem, & deponens illud, inuoluit sindone munda. Venit autem & Nicodemus qui uenerat ad Iesum primum nocte, ferens mixturam myrrhæ & aloes. Acceperunt ergo corpus Iesu, & depositum ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est dominus Iesus, hortus: & in horto monumentum nouum quod exciderat sibi Ioseph in petra, in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen Iudæorũ, quia iuxta erat monumentum, posuerunt eum. Et aduoluit Ioseph saxum magnum ad ostium monumenti, & abijt. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedentes contra sepulchrum.

Itaque morte iam multorum experimento certa comprobataq́; supererat ut sepultura resurrectionis fidem multis modis confirmaret. Multa præclara euangelistæ de hoc uiro prædicant quod bonus, quod iustus, non obscuro genere natus, locuples, quod Christi (quod omniũ maximum est) discipulus tametsi occultus. Nam legem sanxerant, ut qui se profiteretur discipulum Iesu, submoueretur è synagoga. Ioan. 9. Nondum enim datum erat robur per spiritum, ut contemptis omnibus, Iesu nomen profiteri possent. Deinde spem habens futuræ resurrectionis & felicitatis æternæ, ab Arimathia, alio nomine Ramatha, unde Samuel fuit. 1. Reg. 1. Chrysostomus: Cœlitus prouisum est, ut iste Ioseph diues esset, ut haberet quod in sepulturam domini exhiberet, ut nobilis decurio quo ad præsidem accedere posset, ut iustus, quo corpus do-

ſumus in omni loco, ſindone munda puræ conſcientiæ inuoluamus, et in intimo cordis reformato uirtutibus ſepeliamus, cordeq́ꝫ uigilāti cuſtodiamus, ut perſeueret nobiſcum, quo per ipſum reſurgamus.

Altera autem die quæ eſt poſt paraſceuen, conuenerunt principes ſacerdotum & phariſæi ad Pilatum, dicentes: Domine, *recordati ſumus, quia ſeductor ille dixit adhuc uiuens, poſt tres dies reſurgam.* Iube *ergo cuſtodiri ſepulchrum uſque in tertium diem, ne forte ueniant diſcipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi.* Surrexit *à mortuis, et erit nouiſſimus error peior priore.* Ait *illis:* Habetis *cuſtodiam.* Ite, *cuſtodite, ſicut ſcitis.* Illi *autem abeuntes, munierunt ſepulchrum, ſignantes lapidem cum cuſtodibus.*

Miſeri ac phanatici homines ueritate deſtituti, ſemper ſibi metuunt, confugiunt ad alia præſidia. Conueniunt ad Pilatum confirmaturi reſurrectionis ueritatem, dum eam conantur impedire: & quo callidius gloriam et famam Christi conantur impedire, eo plus glorificarunt. Vide autem ꝙ manifeſte ſeipſam, & ſi neſcia, prodat falſitas. Recordati, inquiunt, ſumus &c. cū idipſum multo aliter & in paſſione & ante & in aliud torſerint. Nō ſuffecit eis ſepulchri clauſura magno lapide, nec militū multitudine, niſi lapidē in oſtio monumenti ſigillis obſignaſſent. Dum ergo reſurrecturo conantur exitum occludere, auxerunt miraculum, & fidem reſurrectionis, ſignantes lapidem, nequid fraudis eſſe poſſit uel in cuſtodibus. Ecce commemorata paſſio quam imitari debemus. Si enim compatimur, et conregnabimus. Roma. 8. Si commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus.

De reſurrectione domini et apparitione. Luc. 24. Ioan. 20. Matth. 28.

Mar. 16. ARTICVLVS XXXVII.

H *Et cum tranſiſſet ſabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, ut uenientes ungerent Ieſum. Et ualde mane una ſabbatorum ueniunt ad monumentum, orto iam ſole.*

Nunquā uerus perfectusq́ꝫ amor, quin ad maiora ſemper contendat, deſtituitur aut uiribus aut conſolatione finali. Canti. 8. Fortis ut mors dilectio. Pauci diligunt uere & pure etiam in uita. Eccleſiaſti. 6. Eſt amicus ſecundum tempus ſuum, et non permanebit in die tribulationis. Eſt amicus ſocius menſę, & non permanebit in die neceſſitatis. Sed pauciores in die mortis, temporalem ſubſtantiam, non animæ ſalutem quærētes. Pauciſſimi uero poſt mortē. Vnde dominus conqueritur. Pſalm. 30. Obliuiōi datus ſum tanquam mortuus à corde. Iſtæ autem dominum prædicantem ſequebantur, miniſtrātes ei de facultatibus ſuis, Lucæ. 8. Aſſiſtebant morienti, Ioan. 19. Vngere quærebant mortuum. Statim. n. ut occidiſſet ſol, & rediſſet operandi tempus, parauerunt. Luc. 23. Subſecutę autem mulieres quę cum eo uenerant de Galilæa, uiderunt monumentum, & quemadmodum poſitū erat corpus eius, & reuertentes parauerunt aromata & unguenta. Et ſabbato quidem ſiluerunt ſecundū mādatum. Eodē tempore dominus ſabbatum ſuum peragit conquieſcens in ſepulchro, peracto iam opere ſalutis in die paraſceues, ut intelligeremus ꝑ eundē eſſe reſtitutum genus humanū, per quē fuerat conditū. Ioan. 1. Omnia ꝑ ipſum facta ſunt. Et qm̄ aduenięte ueritate ceſſare debēt figuræ tanꝗ cōpletæ, ideo poſt quietem dominici corporis ī ſepulchro, propter octauam reſurrectionis, in diem octauum eccleſia diei ſeptimi tranſtulit ſabbatiſmum. Prima omnium Maria nominatur Magdalene, quia ductrix & inſtigatrix aliarum. Vnxerat pedes, apud quos remiſſionē iuenit peccatoꝝ, Luc. 7. Ca

Quāta uere diligentium paucitas.

Sabbatiſmus cur ex ſabbato in diem dominicum trāſlatus.

put,& commendata quod opus bonũ fecit preueniens,quod modo uolebat Mat.26.Totum scilicet ungere corpus,quo à corruptione & uermium corrosione præseruaretur.Sed hoc satis superque per Ioseph & Nicodemũ actitatum est,Ioã.19.Humano quodam affectu,non diuino, dominum diligebant,non reminiscentes neque credentes quod se tertia die resurrecturum prædixerat.Hinc scriptum est. Psal. 15.Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem.De quo Luc.I.Et quod nascetur ex te sanctum,uocabitur filius dei.Et ualde mane,Ioan. 20.Cũ adhuc tenebræ essent,Lucæ. 24.Valde diluculo, ueniunt ad monumentum portantes quæ parauerunt aromata.Matth.28. Vespere autem sabbati,quæ lucescit in prima sabbati, uenit Maria Magdalena & altera Maria uidere sepulchrũ.Cum enim adesset uespera sabbati prioris , hoc est,extrema pars noctis,cuius finem excipiebat diluculum diei sequẽtis, cum dies appropinquare incipit, qui primus erat dies hebdomadæ secuturæ,uenerunt:hinc Ioannes dicit quod tenebræ erant , cum scilicet exierunt:sed orto sole uenerunt ad monumentum , ut Marcus: quia cum dies illucescit,dicimus solem ortum quanquam necdum nobis reddatur uisibilis:sic & in diluculo dicimus adhuc tenebras esse.Mirandus mulierum feruor,cum naturale sit horridum uidere mortuũ,etiam matri filium,istæ tamen iam per diẽ et duas noctes sepultum,ungere & contrectare quærunt.

2 *Et dicebant adinuicem:Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?Et respicientes, uiderũt reuolutum lapidem.erat quippe magnus ualde.Et introeuntes in monumentum,uiderũt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida & obstupuerunt.*

Monumẽtum tripliciter clausum erat,grandis lapidis aduolutione,sigilli appositione,& militum uallatione,Mat.27. Sed isti ad angeli apparitionẽ territi,uidentes sepulchrũ uacuum abierant. Erat autem lapis ingens,nec muliebrium erat uirium eum amoliri,dum ergo anxiæ circũspiciunt,quomodo possit amoueri, subito uident sublatum. Quomodo sublatus sit,indicat Matt. 28. Et ecce terræmotus factus est magnus, angelus enim domini descendit de cœlo,& accedens reuoluit lapidem, & sedebat sup eum.Erat autẽ aspectus eius sicut fulgur, uestimentum eius sicut nix.Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt uelut mortui.Beda:Resurrexit dominus mane de sepulchro in quo positus fuerat uespere,quo impletum est illud Psal.29.Ad uesperum demorabitur fletus , & ad matutinum lætitia.Quòd autem terræmotus domino resurgẽte factus est,sicut ipso moriente,significat corda terrena prius per fidem passiõis & resurrectionis eius fore concutienda , & saluberrimo pœnitentiæ pauore permota, ad uitam sublimanda perpetuam.Si autem terra sic tremuit cum dominus ad ueniam suorum surgeret,quomodo contremiscet,cum noxiorum omnium surget ad pœnam? Chrysostomus: Cuius gratia uenit angelus,& leuauit lapidem post resurrectionem? Certe propter mulieres, quæ eum uiderãt poni in sepulchro,ut crederẽt, quoniam surrexit,uident sepulchrũ uacuum.Sedebat super eum,tanquã imperterritus dominici sepulchri custos,& resurrectionis doctor . Gregorius:In fulgure terror timoris est, in candore blandimentum lenitatis. Raba . Timoris anxietate custodes sunt exterriti , qui amoris fiduciam non habuerunt : & facti sunt uelut mortui,qui resurrectionis ueritatem credere noluerunt. Beda:Ad designãdum quia is cuius gloriam resurre-

Quotupliciter sepulchrũ Iesu clausum.

ctionis nūciabat,& terribilis est ad damnandum reprobos,et benignus ac blandus ad consolandum iustos. Quia enim Christus deus & homo est,inter acta humanitatis eius,angelorum ministeria deo debita non desunt,sicut inquisita sancti euangelij copiosissime probat historia. Reuoluit lapidem,ut non egressuro domino ianuam pandat, sed ut egressus iam facti, præstet hominibus indicium. Ausæ sunt autem ingredi,pietas enim addebat audaciam sexui. Moxq́ ingressæ monumenti uestibulum, uidentes angelum, tametsi lætum & bonum, tamen quia subitum & inexpectatum spectaculum, obstupuere. Hieronymus: Habuit hic angelus totaliter formam resurrectionis,quam mortem timentib9 ostendit,in ueste claritatem,in ætate incorruptionem,in fulgure subtilitatem & agilitatem. Obserua tamen tres ipsius conditiones,& Christi et nostræ resurrectionis gloriam designantes. Prima,quia secundum Hieronymum, non senex,non infans, sed iucundus ætate. Seue. Viderunt iuuenem,ut uiderent nostræ resurrectionis ætatem, quia nescit resurrectio ætatem senectutis, ubi mori & nasci nescitur,ibi ætas,nec adiungit detrimentum,nec indiget incrementis.Eph.4.Donec occurramus ī unitatem fidei,& agnitionis filij dei, in uirum perfectum,in mensuram ætatis plenitudinis Christi.Secunda,q̄a sedens in dextera. Nam prospera & ęterna uenerat nūciare.Grego. Quia redemptor noster iam corruptionem uitæ præsentis transierat,recte in dextera angelus qui resurrectionis ipsius gaudium nunciabat, sedebat.Beda; Nec prætereundum quare testis resurrectionis sedens apparuerit, cum is qui natiuitatis eius gaudium euangelizauit,iuxta pastores stetisse legatur.Stare quippe regnantis est,sedere regnantis. Stetit, quia is quem prædicabat, ad debellandum mundi principem uenit:sedit,figurans eum qui superato mortis authore,sedem regni conscendit perpetui. Matt.28.Data est mihi potestas omnis in cœlo & in terra.Tertia,quia coopertus stola candida.ad designandum angelicæ splendorem puritatis,& quia nuncius ueræ lucis.Mat.13.Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.

Tres angeli apparentis cōditiones, quid & quæ.

Qui dixit illis:Nolite expauescere,Iesum quæritis Nazarenum crucifixum,surrexit, non est hic,Ecce locus ubi posuerunt eum,sed ite,dicite discipulis eius & Petro,quia præcedet uos in Galilaeam.Ibi eum uidebitis,sicut dixit uobis. 3

Vt ergo gloriam intelligerent resurgentis, pauorem à cordibus eorum amouit, consolans eas.Isti,inquit,merito exanimantur ad gloriā resurgentis, qui perseuerant in infidelitate sua. Cæterum nolite timere uos.Angelus bonus apparitione sua primo terret ob fragilitatem cōditionis humanæ, sed statim confortat sua allocutione, ac in fide lætificat iucunda sua uisione. Contra malus semper magis magisq́ terrorem suum auget. Hinc intentionem mulierum bonam commendat, quod Iesum qui crucifixus erat,quærerēt. Galat.6. Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Surrexit propria uirtute, iam præstitit quod se facturum promisit. Non est hic secundum humanam naturam, qui nusquam deest secundum diuinam.Hieremi.23. Cœlum & terram ego impleo. Quare superuacaneum est officium quod illi parastis Matth.28.Non est hic,surrexit enim sicut dixit. Venite & uidete locum ubi positus erat dominus. Si ergo mihi non creditis,illius memontote uerborum,hæc uobis fidem facient, si mihi parum creditis.Quin potius abite.Matt.28.Et cito euntes, dicite

Cur mulieres iussæ nunciare Christi resurrectionem.

discipulis eius, uehementer morte eius exanimatis & Petro, quo sibi culpam dimissam agnoscat, quia p̃cedet eos in Galilæam, ibi uidebunt uiuum, quem luxerunt mortuum. Ne ergo eis solum hoc resurrectiõis gaudium crederent esse, noua legatio illis iniungitur. Hiero. Mulieribus dicit ut annuncient apostolis, ut quia per mulierem mors annunciata est, ita & per mulierẽ uita resurgens. Vnde sicut in primorum tentatione parentum talis fuit processus, quod à malo angelo ad mulierem, à muliere ad uirum processit: sic nũc uitæ annunciatio à bono angelo ad mulieres, à mulieribus ad uiros peruenit. Gregorius: Galilæa, transmigratio facta interpretatur: iam quippe redemptor noster à passiõe ad resurrectionem, à morte ad uitã, à pœna ad gloriam, à corruptione ad incorruptionem transmigrarat. Sic in Galilæa conspiciendus promittitur, quia illi speciem eius contẽplari merebuntur, qui modo transmigrãt de uitijs ad uirtutes, de amore mundi ad amorem dei, declinantes à malo & facientes bonum, Psal. 36. Sapientes & quærentes non terrena, sed cęlestia, Coloss. 3. Felices qui Iesum q̃runt medicum animarum, sed obserua ꝙ Nazarenus dicitur, teste angelo, & crucifixus. Si ergo salutem inuenire uolumus, odore bono uirtutum floreamus. 2. Corin. 2. Christi bonus odor sumus in omni loco. Psalm. 91. Iustus ut palma florebit. Ecclesiast. 24. Ego quasi uitis fructificaui suauitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Et carnis concupiscentias mortificemus. 1. Cor. 5. Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi, etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Gal. 5. Qui Christi sunt, carnem suã crucifixerunt cum uitijs & concupiscẽtijs suis. Hieron. Breuis sententia in syllabis, sed ingens in quantitate promissio. ibi est gaudij nostri fons, & salutis æternæ origo præparata, ibi congregantur dispersiones, ibi uidebitis, sed non sicut uidistis. Mat. 28. Ecce prædixi uobis.

Et ingressæ, non inuenerunt corpus domini Iesu. Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo uiri steterunt secus illas in ueste fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent uultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis, uiuentem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est uobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens: Quia oportet filiũ hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere, & recordatæ sunt uerborum eius. Luca. 24.

Pauidis & consternatis ob corporis domini ablationem, in quo & uiuebant et moriebantur, angeli astiterunt, sicut apostolis domino ascendente in cœlum, Actu. 1. Hęc ipsa species angelorum, resurrectionis triũphum præ se ferebat, q & blando alloquio placidó'ꝙ subleuant attonitas mentes. Quid quæritis, inquiunt, eum qui uiuit, in sepulchris mortuorum? Recordamini, Luc. 18. Mat. 20. Claret quòd dominus non solum discipulis, sed & deuotis fœminis prædixit passionem suam & resurrectionem. Prædixerat se moriturum, prędixerat & genus & tempus mortis, sed idem prædixit se tertio die rediturũ. Agnoscite tempus, sub uesperam parasceues depositus est de cruce, & in monumento hoc conditus. Is primus à morte dies supputatur. Sabbatum totum conquieuit in sepulchro. Nunc tertij diei diluculum est, quem ille simul exoriens ab inferis toto mundo lætum ac faustũ esse uoluit.

Et egressæ à monumento, nunciauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalena, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant

dicebant ad apostolos hæc. Et uisa sunt ante illos sicut deliramentum uerba ista, & non crediderunt illis.

Marc.16. At illę exeuntes, fugerũt de monumento. Inuaserat enim eas tremor & pauor, & nemini quicq̃ dixerunt. Timebant enim. Nam pauor mentis, & tremor corporis inuaserat eas, partim ob magnitudinem miraculi, partim ob ingẽs gaudium, & desiderium ac spem uidendi Iesum rediuiuum, Matthæi uicesimooctauo: Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius. Sed aliјs nihil dixerunt hominibus, præterquàm discipulis, qui ob metum Iudæorum sparsim collecti latitabant, obliti & ipsi ferè omnium quæ audissent à Iesu, ac propemodum desperantes, quæ uidissent, quæq́ audissent ab angelis. Cæterũ ob rem incredibilem quam nunciabant sexus infirmior non inuenit fidem apud apostolos, quos ideo dominus passus est esse tardiores ad credẽdum, ut pluribus argumentis confirmaretur resurrectionis dominicæ fides. Theoph. Est naturaliter incredibile mortalibus miraculum resurrectionis, ideo deliramenta uidebantur. Nominatur autem primo Maria Magdalene, qa principalior & magistra aliarum ac feruẽtior, ut probat eius uigilantia diligentia, & perseuerantia. Hinc Ioannes de ipsa sola mentionem facit.

Ioan. 20. *Vna autem sabbati Maria Magdalene uenit* K *mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentũ, & uidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo & uenit ad Simonem Petrum, et ad aliũ discipulum quem amabat Iesus, & dicit illis: Tulerunt dominum meum, & nescimus ubi posuerunt eum.*

Venit diluculo, ut dicit Lucas: nec sola, quia dicit, nescimus: nec ad solum Petrum, ut claret ex Luca. 24. Petrus autẽ surgens, cucurrit ad monumentum. Et procũbẽs, uidit linteamina posita. Hoc clarius Ioãnes subsequenter explicat.

Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus, & uenerunt ad monumẽtum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus cucurrit citius Petro, & uenit primus ad monumentum: & cum se inclinasset, uidit posita linteamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & uidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in unum locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus, qui uenerat primus ad monumentum. Et uidit, & credidit. Nondum enim sciebãt scripturam, quia oportuit eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos.

Quanquam non crederent esse uerũ quod narrabant mulieres, tamen eo profecit illarum assertio, ut cæteris discipulis partim metu, partim desperatione perculsis, Petrus & Ioannes periculum facturi currerẽt ad monumentum qui sicut animo, ita & corpore coniuncti erant, Christũ cõprehensum secuti, Ioannis. 18. Tẽplum ad orandum ingressi, Actu. 3. Ad Samaritanos missi, Act. 8. Ioannes ætate agilior, prior uenit ad monumentum, inclinando & prospiciẽdo per ostiũ domus, uidit posita linteamina, ut liqueret facile corpus nõ esse sublatũ à furibus, qui totum corpus ut erat obuolutũ potius abduxissent, cũ aromatibus, linteis & sindone, si non ob pretiũ rerũ, certe ob id qđ non tantũ habuissent ocij, ad detrahẽda corpori unguẽta quouis uisco tenacius inhærentia, et suo quæq; loco digerẽda. Non tamẽ ob reuerentiam Petri, qui & officio senior erat & ætate, introiuit. Mox aduenit Petrus, qui cognita re ex Ioanne, ut tardior fuerat in cursu, ita audacior fuit pariter, & curiosior in uestigando. Non enim suffecit ei à longe prospexisse, sed ueritatem uo-

luit certius inuestigare, Vnde uidit linteamina angelico famulatu ad resurrectionis certitudinem, ordinate posita. Secut⁹ est eum Ioannes, credens sublatum corpus. Nondũ credebant eum reuixisse, tantũ illud credebãt esse uerum quod dixerat Maria, corpus sublatum à monumẽto. Nondum enim plene intellexerant scripturam propheticam, quæ certo, prędixerat futurum ut Iesus moreretur, ac tertio die reuiuisceret. Ecce quantũ periculũ, non intelligere nec scire scripturas. Hinc dominus Sadducæis resurrectionẽ generalẽ negãtibus, ait Mat. 22. Erratis, ignorãtes scripturas & uirtutem dei. Vnde. 2. Pe. 1. Et habemus firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucẽti in caliginoso loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordib⁹ uestris: Lu. 24. Abijt (Petrus) secum mirans quod factum fuerat. Dubitans neq; corpus sustulisset è monumento, uariaq; cogitans, à quibus, quo ue consilio id factum fuisset, quod corpore sublato uideret relicta linteamina ueluti per ociũ subtracta corpori, q̃ sine negocio nõ poterant auelli, eaq; nõ temere disiecta, sed commode in suum reposita locum, semoto ab his sudario quo tectum fuerat caput Iesu. Gregorius: Hic diuinæ dispensationis magnitudo pẽsanda est, quia discipulorum corda & accendũtur ut q̃rant, & differuntur ne inueniãt, quatenus infirmitas animi, ipso suo mœrore cruciata, purgatior ad inueniendum fiat: & tanto ualidius teneat, quanto tardius inuenit quod quærebat.

Ioan. 20

I *Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se & prospexit in monumentum: Et uidit duos angelos in albis sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi positum erat corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt dominũ meum, & nescio ubi posuerunt eum.*

Clare hic patet, q̃ dominus fidelis est, & seipsum negare nõ potest, iuxta apostolũ. 2. Timo. 2. Quæsiuit antea in domo Simonis, & inuenit, audireq; meruit. Dimittunẽ tibi peccata tua. Luc. 7. Iterum nunc quęrit ad monumentum, plorãs, nec antea cedit loco donec inueniat. Augustinus: Viris redeũtibus, infirmiorem sexum in eodem loco fortior figebat affectus, & oculi qui dominum quęsierant, & non inueniebant, lachrymis iam uacabant, amplius iam dolentes, q̃ erat ablatus de monumento, quã m q̃ fuerat occisus in ligno, quoniam magistri tanti, cuius ei uita subtracta fuerat, nec memoria remanebat, Grego. Amanti semel inspexisse nõ sufficit, quia uis amoris intentionem multiplicat inquisitionis. Quęsiuit enim prius, & minime inuenit: perseuerauit ut quæreret, unde contigit ut inuenirent: actumq; est ut desideria dilata crescerent, & crescendo caperẽt quod inuenissent. Sancta enim desideria dilatione crescunt: si autem dilatione deficiũt, desideria non fuerũt. Tũ angeli quoq; ut illius mœrorem consolarentur, ultro compellant flentem. q. d. Potius gaudendum esset q̃ flendum. Tulerunt, inquit, dominum meum. Suũ dominum appellat, & etiãnum mortuũ amat, nihil aliud sperãs de resurrectione, tãtum in hoc discruciatur, q̃ corporis sit adempta præsentia.

Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & uidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? Quẽ quæris? Illa existimãs, quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti illum, dicito mihi, ubi posuisti eum, & ego eum tollam? Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister.

Cum ergo fleret, adest omniũ mœrentium cõsolator Iesus. Chrysostomus: Cur non expectauit angelorũ

responsum, cum ad minus homines multæ reuerentiæ apparerent? Quia domino apparente angeli assurrexerunt, quod ipsa aduertens ad eum conuersa est, sed non cognouit, quia fidē resurrectionis non habuit. Grego. Quia amabat & dubitabat, uidebat & nō cognoscebat, eumq́ illi amor ostendebat, et dubietas abscōdebat. Interrogatur causa doloris, ut augeatur desiderium, quatenus cū nominaret quē quęreret, in amorem eius, ardentius ęstuaret. Suspicans illa quod cultor et custos esset eius loci in quo erat monumentum, quia in humili apparebat specie, ne subito sua specie conspectus mulierem expauescerent, domine, ait &c. Grego. Consuetudo feruenter amantium est, ut nullum putent ignorare, quod ipsi indefinenter reuoluunt in corde. Vnde more ebriorum ex amore loquitur, qui rationē & possibilitatem parū attendunt, æstimantes suam potestatem parificari dilectiōis feruori. Suspicabatur.n. quod amicus quispiā ob Iudæorum metū curasset corpus clanculum asportandū, ne ueniret in manus Iudæorū, & secus tractarent quam uellet. Greg. Forsitan hæc mulier errando non errabat: nam & uere hortulanus est, eradicās germina mala, & inserens semina uirtutum, & fructus spiritus. Est autem in potestate corporis gloriosi, exhibere sese prout uult, uisibile et inuisibile, talem ergo se exhibuit foris, qualis erat in earum cordibus, ut gradatim manifestam sortirentur ueritatis notitiam. Sic solet nonnunquam dominus consolationis gratiam abscondere, ut quærentis mentem inflammet quo ardētius quæratur, ut cum inuentus fuerit, cum maiori lætitia recipiatur, & receptus feruētiori cautela teneatur. Cant. 3. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam. Quęramus ergo cum Maria, si uolumus

Quo Iesus cū Magdalena quærendus.

inuenire. Cordialiter. Deut. 4. Cum quæsieris dominum, inuenies eum, si tamen toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Psal. 118. In toto corde meo exquisiui te. Diligenter. Prouerbiorum. 8. Beatus homo qui audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet uitam. Canticorum. 5. Surgam et circuibo ciuitatem, per uicos & plateas quæram quem diligit anima mea. Quæsiui illum, & non inueni. Inuenerunt me uigiles qui custodiunt ciuitatem, num quem diligit anima mea uidistis? Vigiles, angeli sunt. Esai. 62. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die & nocte non tacebunt. Paululum cum pertransissem illos, inueni quē diligit anima mea. Efficaciter: quia enim perseuerauit, nullamq́ aliam consolationem admisit, meruit prima omnium inuenire. Psalmo. 76. Renuit cōsolari anima mea: memor fui dei, & delectatus sum. Canticorum. 8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Iesus igitur delectatus tanto mulieris desiderio, uoce iam nota & familiari compellat eam. Illa subito gaudio rapta, solito titulo compellat præceptorem, sentiens uim occultam, solitam'que dulcedinem. Origenes: O mutatio dexteræ excelsi. Conuersus est dolor magnus in gaudium magnum, mutatæ sunt lachrymæ doloris in lachrymas amoris. Non ei suffecit uidere, sed ex uehementi desiderio, qui intime & immediate cupit uniri amató, procidēs uoluit osculari pedes illius, memor adhuc ueteris familiaritatis. Nouerat, quia senserat, quoniam uirtus de illo exibat, & sanabat omnes,

Lucæ sexto: Iesus autem sciēs illam nihil adhuc magni de se sentire, quā quàm synceriter & flagranter amaret à contactu corporis prohibuit. Noli me tangere, corpus idem est quod pependit in cruce, sed iam immortalitatis gloria decoratum, tuus autem affectus adhuc carnem sapit, quia nondum ascendi ad patrē meū. Quod cum fecero, mittam uobis spiritum consolatorem, qui uos perfectos reddet, meoq́ spirituali consortio dignos. Necdum enim credis, me patri æqualem, sed inferiorem & purum hominem. Satis sit interim tuo desiderio, ꝙ me cōspexeris, quodq́ loquentem audieris.

Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum, & patrem uestrum, deum meum & deum uestrum. Venit Maria Magdalene annunciās discipulis, quia uidi dominum, & hæc dixit mihi.

Abi potiꝰ ad fratres meos, ob mortem meam desolatos, & hoc gaudiū quod ex meo conspectu es adepta, ꝙ primum illis imparti, hisq́ meis uerbis annūcia, ꝙ in hoc reuixi: dies aliquot cum eis cōmoratus, terras relinquam & ascendam ad patrem. Deponant ergo terrenos affectus, & animū ad spiritualia ac cœlestia erigant. Seue. Vocat fratres, quos corporis sui fecit esse germanos, quos patri suo adoptauit in filios, quos ꝓ sciuit sibi cohæredes, quibꝰ specialia amicitiæ indicia demōstrauit. Augu. Nō ait, patrē nostrum, quia nō eodē modo, quia meū per naturā, uestrū per gratiā. Neq; ait deū nostrum, sed meum, sub quo & ego homo sum: et uestrum, inter quos & ipsum mediator sum. Orig. Sequamur huius mulieris affectū, ut perueniamus ad effectum, ploret unusquisq; ad Iesum, et quærat fideliter, apparebitq́ ei q nō celauit se peccatrici quærenti. Læta hoc feliciq́ conspectu exhilarata, dū properat cōmissam sibi legatione à domino expedire, uenit ad reliquas socias mulieres, lento adhuc gradu ipsam præstolantes indicans quòd uiderit dominum. Quæ quasi exanimatæ, quòd tam fausto sua negligētia fuissent priuatæ spectaculo, per dominum simul consolari meruerunt, Matth. 28.

Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere, ite, nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæā, ibi me uidebunt. Matt. 28. M

Currunt ergo ut hoc gaudiū cōmunicēt discipulis, quibus occurrit Iesus quo certiora nūciare possent. Hiero. Primo mulieres merentur audire, Auete, ut maledictum Euæ mulieris, in mulieribꝰ solueretur. Quibus pauidis ut animum redderet, ait: Nolite timere, quo & rectius perciperent quæ essent dicenda. Paulatim erexit animos suorum ad alacritatem, & spem peractæ resurrectionis. Hinc determinat locum apparitionis & promissæ uisionis, ut ex loco ꝓbetur ueritas, et ex promisso accēdatur charitas. Angelus apostolos nominauit discipulos, subiectionis, & humiliationis ratione, dn̄o dans honorē, quā ꝙ dn̄s fratres ipsos uocet charitatis amore. Hebr. 2. Non cōfunditur fratres eos uocare. Beda: O ꝙ felices fœminæ quæ triumphū resurrectionis mundo meruerūt nūciare, ac mortis quā Eua serpentino affectu cōtraxit, imperiū disruptū prædicare. Quāto feliciores animæ uiroꝝ ac mulierū, quotquot in die iudicij, ꝑcussus pauore ac digna ultiōe in die iudicij reprobis, ipꝭ cœlesti gratia adiuiꝭ, triūphare de morte, & gaudiū beatæ resurrectiōis meruerint intrare. Raba. Per hoc quod sic occurrit eis, ostendit se omnibꝰ iter uirtutū inchoantibus, ut ad salutē ꝑuenire queant, ad iuuando occurrere. Esai. 64. Occur-

risti lætanti & facienti iustitiã. Chry. Tenuerunt pedes eius, et cum super abundanti ad eũ lętitia currentes, ac ceperunt qui tactũ coniecturã et certitudinẽ resurrectionis. Fortassis aliquis uestrũ uellet et secundũ illas effici mulieres, & pedes detinere Iesu. Potestis & nunc quicũq; uultis, nõ pedes & manus tm̃, sed & caput illud detinere sacrũ, terribilibus potiẽtes mysterijs pura cõsciẽtia. Mar. 16. Surgẽs aũt Iesus mane prima sabbati apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septẽ dęmonia. Illa uadẽs, nũciauit his qui fuerant cũ eo, lugẽtibus, & flentibus, & illi audientes, quia uisus esset ab ea, & uiueret, non crediderunt. Adeo exciderat q; toties se tertio die promiserat resurrecturũ, ut nec Mariæ crederent. Hieron. Humani generis culpa abciditur unde processit. Augu. Resurgentẽ dñm priores fœminæ apostolis nunciauerunt: quia uiro mortem fœmina in paradiso nunciauit, ideo uiris fœminæ in Ecclesia uitam nunciauerunt Resurrectionem Christi apostoli gentibus erant prædicaturi, quam apostolis fœminæ nunciauerunt. Sed nulla inclytę cœlorum fit mentio reginæ, quæ domi residens, fide certissima filium resurgentem expectabat, quare cum reliquis ad ungendum non properauit. Cui & dominus ante omnes apparuit, dicens, ut sentit Ambrosius: Salue sancta parẽs, cõfortamini, dimittite fletus, tẽpus est gaudij & lætitiæ, qm̃ regni ianua aperta est, hoste generis humani deuicto. Data est mihi oĩs ptãs in cœlo et in terra. Cõfirmat hoc authoritas p̃cipientis honorare parẽtes. Ipse autẽ q nõ uenit soluere legẽ, sed adimplere, semper ipsam honorauit. Humiliter obediẽdo. Lu. 2. Descẽdit cũ eis Nazareth & erat subditus illis. Gratãter defectũ subleuãdo in nuptijs, aquam in

Matri suæ qui et quãdo apparuit Christus.

uinum mutando. Io. 2. Fideliter cõmẽdãdo in morte ipsam discipulo. Io. 19. Nouerat in imẽsum maternũ excedere affectũ. Vnde Tobias fili9 Raguelis ait: Ego noui, quia pr̃ meus & mater mea modo dies cõputant, & cruciaẽ spiritus eoꝝ in ipsis. Si ergo primo Magdalenæ præ apostolis, & Petro iter apostolos apparuit præ cæteris amore simul & dolore flagrãtibus, quãto magis matri prę omnibus diligẽti & dolẽti. Psal. 93. Secundũ multitudinẽ doloꝝ meoꝝ in corde meo cõsolationes tuæ lætificauerunt animã meã. Quod euangelistæ nullã de hoc faciant mentionẽ, miꝝ non est, cum nec ubi Petro nec quando uel ubi apparuerit Iacobo, scripserint, cum tamen Lucas clare dicat q; apparuerit Petro singulariter. Luc. 24. Et Apostolus. 1. Cor. 15. q; plus quã quingẽtis apparuerit frb9, & Iacobo &c. Et qa eoꝝ propositũ erat, resurrectionis testes inducere, sed matris testimonium inefficax est pro filio. Et tertio, quia hoc pro constanti reliquerunt omnibus credibile.

Quæ cũ abijsẽt, ecce quidã de custodibus uenerunt in ciuitatẽ, et nũciauerũt principibus sacerdotũ omnia quæ facta fuerãt. Et cõgregati cum senioribus cõsilio accepto, pecuniã copiosam dederũt militibus, dicẽtes: Dicite quia discipuli eius nocte uenerũt, et furati sunt eũ nobis dormiẽtibus. Etsi hoc auditum fuerit apud præsidẽ, nos suadebimus ei, & securos uos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erãt edocti, et diuulgatum ẽ uerbum istud apud Iudæos, usq; ĩ hodiernũ diẽ. 2

Quo resurrectionis fides etiã inimicoꝝ testimonio cõfirmareẽ, milites terręmotu et angelica apparitiõe stupefacti, ueritatẽ resurrectionis nũciauerũt. Raban. Simplex animi æquitas, & indocta hoĩm rusticitas, sępe ueritatẽ rei prout est sine fraude manifestat: at cõtra uersuta malignitas falsitatem uerisimilibus uerbis, pro uero cõmendare decertat. Vnde cõ-

filium à se inuicem acceperunt quo ueritatem peruerterent: cum res esset manifestior, quàm ut possit dubitari, mendacium redimunt pecunia, quemadmodum ante proditoris operam pecunia redemerant, nisi quòd maiore summa redimunt operam mentientium quàm proditoris. Hieronymus. Custodes miracula confitentur, illi autem qui post tale testimonium debuerant conuerti ad pœnitentiam, & Iesum quærere resurgentem, perseuerant in malitia, & pecuniam quæ in usus templi data fuerat, uertunt in redemptionem mendacij, sicut & ante triginta argenteos Iudæ dederant proditori. Omnes ergo qui stipe templi in his quæ conferuntur in usus ecclesiæ abutuntur in alijs rebus quo suam expleant uoluptatem, similes sunt sacerdotibus mendacium & sanguinem saluatoris redimẽtibus. Chrysostomus. Vere formam mendacij habebat quod dicebãt. Qualiter enim furarentur homines paupeκres & idiotæ, & neque apparere audẽtes? Si enim Christo uiuente fugerunt, qualiter mortuo eo nõ timuissent tot militum multitudinem? Nũquid ostiũ sepulchri potuerunt euertere? Lapis iminebat magnus, multis indigens manibus. Nunquid nõ etiam erat sigillum superimpositũ? Quare non persuasibilia sunt quæ de furto dicitis. Vnde per quæ resurrectionem conantur obumbrare, eã inclarescere faciunt. Dicentes enim quòd discipuli furati sint, fatentur corpus non esse in sepulchro. Furtũ autẽ ostendit mendax custodia militum, & pauor discipulorum. Remigius: O stulta insania, dormientes testes adhibes, si dormierũt, quo modo furtum uiderunt? si non uiderunt, quomodo testes sunt? si uiderunt, cur fures non detinuerunt? Et quò processit impietas? Si auditum, inquiunt, fuerit à præside quòd furtim sublatum sit, ne timueritis, quia suadebimus uerum esse quod dicitis, ita quòd nihil uobis imputabit. Hiere. 9. Docuerunt linguam suam loqui mendacium, ut inique agerẽt, laborauerunt. Sic omnes qui errant, & in errorem mittunt. 2. Timoth. 3. Semper in peius proficiunt. Crucifigunt, immo redimunt pecunijs mendacia, quo suos semel insipienter cõceptos tandem pertinaciter constabiliant errores, ad humana confugiunt suffragia, quo multitudine & authoritate perficiant, quod ratione & ueritate non possunt. Chrysostomus: Non mireris si pecuniæ milites superauerunt, quæ apud discipulum tantam ostenderunt uirtutem, ut facerent eum magistri proditorẽ. Raba. O pestis magna auaritia, semper bonis animis detestanda. Quid illæsum, quid inconcussum dimittis? Tu genus hominum confudisti, tu discipulum Christi comitem ab apostolatu præcipitasti, tu milites custodientes sepulchrum captiuasti. Ecclesiastes. 10. Et pecuniæ obediunt omnia. Inuenit commentum tam friuolum in populo fidem. Rabanus. Error empti mẽdacij, p quod resurrectionis denegant ueritatẽ, pseuerat in Iudæis ne in Christũ credãt, & reatu eos constringit perpetuo.

Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus: & ipsi loquebantur adinuicem de omnibus quæ acciderant. Et factum est dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans, ibat cum illis. Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent, & ait illis: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem, ambulantes, & estis tristes? Et respondens unus ex eis, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & ignoras quæ facta sunt in illa his diebus? Lucæ. 24 N

Quàm fructuosam sit ac salutiferum, & cor & corpus cum domino

& in domino habere occupatū propter ipsius assistentiā & p̄sentiā. Ser uauere modum magistri binos mittentis. Luc. 10. Ob charitatis legem ac testimonium ueritatis. Inter eundum uarios miscēt sermones, ita ut fit, præsertim ubi quid mœroris est in animo. Erant enim morte domini uehementer perturbati iamq; propemodum animum desponderant, ac spem abiecerant. Tandē illis multa inter ipsos de Iesu commentantibus, & ecce lupus (quod dici solet) in fabula. Iesus enim qui promiserat sese futurum in medio, ubicunq; duos comperisset de se colloquentes. Marc. 18. Etiam iuxta corporis præsentiam tum exhibuit, quod iuxta spiritum nūquàm facere desinit. Quemadmodum adesse gaudet de se confabulantibus dominus Iesus, ita Satanas adesse gaudet his qui miscent confabulationes, bonorū morū corruptrices. Immo spiritus mendax in ore est omnium malorum. 3. Reg. 21. Ad decipiendum. Hinc admonet Petrus. 1. Pet. 4. Siquis loquitur quasi sermones Dei. Eph. 4. Omnis sermo malus de ore uestro non procedat, sed siquis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audiētibus. Felices cum quibus ambulat Iesus, quia nihil habent timere cum salutem secum habeant. Lu. 22. Quādo misi uos sine sacculo & pera, nū quid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Marc. 16. Post hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in uillam. Nam in potestate est corporis gloriosi, quomodo et quando uult apparere. Greg. Quia amabant & dubitabant, ideo dominus eis foris apparuit, & quis esset intus non ostendit. Sic Syri nec locum nec Heliseum cognouerunt. 4. Reg. 6. Sic nec fores Loth Sodomitæ. Gene. 19. Gregorius; Interrogat, ut instruendi occasionē accipiat. Sic. Gen. 3. Adā, ubi es? O quàm exacte in iudicio exquiret, qui sint sermones nostri. Matt. 12. Dico uobis, quoniam omne uerbū ociosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Causam tristitiæ inquirit, quo liberius loquantur, nam de morte domini tristes erāt. 2. Cor. 7. Quæ secūdum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilē operatur: seculi autem tristitia mortem operatur. Prouerb. 25. Sicut tinea uestimēto & uermis ligno, ita tristitia uiri nocet cordi. Ecclesiast. 30. Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo. Iucunditas cordis hæc est uita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis, & exultatio uiri est longæuitas. Habet autem hoc proprium human⁹ affectus, ut quod cuiq; ualde cordi est, putet nemini ignotum esse, & nemini non esse curæ. Res, inquit, omnibus est notissima, quicunque uersantur Hierosolymis. Beda: Peregrinum putabāt, cuius uultum agnoscebant, sed reuera peregrinus erat eis, à quorum naturæ fragilitate, percepta iam resurrectionis gloria, lōge distabat, & à quorum fide, utpote resurrectiōis eius nescia, manebat extraneus. Fuit et in hoc mundo peregrinus. Ioan. 1. In propria uenit, & sui eum non receperunt, docēs nos in hac miseriarum ualle peregrinos esse. Hinc Dauid. Psalm. 38. Aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei. 1. Para. 29. Peregrini sumus coràm te & aduenæ, sicut oēs patres nostri. Dies nostri quasi umbra super terram, & nulla est mora. Heb. 13. Nō habem⁹ hic manentem ciuitatem, sed futurā inquirimus. Nā dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. 2. Corint. 5. Est autem peregrino necessarium, primo oneris depositio re-

Peregrinus quomodo fuerit Christus.

Peregrinā ti necessaria quæ.

tardantis: sic ipse mortalitatem deposuit. Ideo admonet Apostolus. Heb.12. Deponentes omne pondus, & circunstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositũ nobis certamen, aspiciẽtes in authorem fidei, & cõsummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta, atq; in dextera Dei sedet. 1. Pe. 2. Obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere uos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Galat. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Roman. 8. Si secundum carnem uixeritis, moriemini: si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Secundo: Itineris recti conseruatio. Pro. 12. In semita iustitiæ uita, iter autem deuium ducit ad mortem. Io. 14. Ego sum uia, ueritas, & uita. Hinc. 1. Io. 2 Qui dicit se ĩ Christo manere, debet sicut ille ambulauit, et ipse ambulare. 1. Pe. 2. In hoc. n. uocati estis, quia Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exẽplum, ut sequamini uestigia eius. Io. 12. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumẽ uitæ. Tertio: Alieni negocij despectio, non enĩ attendit quid alij agunt. 1. Io. 2. Noli te diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt. si quis diligit mundũ, non est charitas patris in eo. Iaco. 1. Quicũq; enim uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. Quarto ad patriam festina profectio. Heb. 4. Festinemus ingredi in illam requiem. Col. 3. Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt, quærite ubi Christus est dextra Dei sedens: quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terrã. 2. Cor. 5. Scimus. n. quoniã si terrestris dom⁹ nostra huius habitationis dissoluatur, q ędificationẽ ex Deo habemus, domũ nõ manufactã, ęternã in cœlis. Nã & in hoc ingemiscimus, habitationẽ nostrã quæ de cœlo est superindui cupientes: si tamen uestiti, & non nudi inueniamur. Nã & qui sumus ĩ hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo qđ nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur quod mortale est à uita.

Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit uir propheta potentes in opere & sermone, coràm Deo & omni populo. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redempturus Israel, & nunc super hæc omnia tertia dies est hodie quòd hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum: & non inuento corpore eius, uenerunt dicentes se etiam uisionem angelorum uidisse, qui dicunt eum uiuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum uero non inuenerunt.

Tum dñs quasi discere uolẽs, cũ docturus uenisset, interrogat: illi simpliciter uelut hospiti & rerum gestarũ ignato, summã negocij exponũt, ingenue profitentes q̃ nihil adhuc sentirent de Iesu dignũ ipsius dignitate quanq; de resurrectione spem penè oẽm abiecissent. Beda: Prophetã fatetur, filiũ Dei tacẽt, uel nondũ pfecte credẽtes, uel soliciti ne inciderent in manus Iudæorũ persequẽtiũ, quia nesciebãt quis esset, quod erat uerum celantes, & subiungunt: Potens in opere. non. n. solum foris uerbo mouebat auditũ, sed intus p gratiam. Mat. 7. Erat. n. docens sicut potestatem habens. Io. 7. Nũquam sic locutus est homo. Act. 1. Cœpit facere & docere. Scribæ uero dixerunt, & non faciebant. Mat. 23. Nec corã Deo, sed solũ corã populo. Mat. 23. Omnia opera sua faciunt, ut appareant hominibus. Magnum est, corã Deo esse bonũ per rectam intentionem. Psal. 15. Prouidebã dñm in cõ

Emaitarum, quantula de Iesu fides.

ſpectu meo ſemper. Et corā populo per bonā conuerſationē. Ro. 12. Prouidentes bona non tm̄ corā Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Quanq̃ Iudas ipſum tradiderit cupiditate auaritiæ, & Pilatus peruerſitate iuſtitiæ, tñ principes dicuntur hoc feciſſe, qa oīm cauſa erāt. Io. 19. Gens tua & pōtifices tui tradiderūt te mihi. Neq; quicquam affulget certioris ſpei, niſi quod mulieres quædam ē ſodalitio noſtro, nos nouo & inaudito nuncio magis etiam attonitos reddiderunt. Gloſſa: De nō inuento corpore plus mœſtitiam addiderunt, q̃ de denūciata reſurrectione gaudium, quo recrearentur, attulerunt. Metuebant enim, ne Iudęi ipſis imponerent corpus auferēdo. Beda: Ecce ſeipſos arguunt, q; in illo redemptionem ſperauerunt, quē mortuum, ſed non reſurgere uiderant. Errabant autem, temporalem, non ſpiritualem redemptionē intelligentes. Pſal. 129. Quia apud dñm miſericordia, & copioſa apud eum redēptio. Vnde & de promiſſione reſurrectionis tacent, neſcientes cui loquerentur, quā tamen tacite innuunt, ſignāter tertiā diē exprimentes. Sed ne uideantur mulierꝶ uerbis tanquā meticuloſi territi, addunt teſtimonia uiroꝶ. Ex noſtris inquiunt, quo ſe fatentur diſcipulos Ieſu. Toties ab eo audierunt tertia die ſe reſurrecturū. Matth. 12. 20. 26. Io. 2. Et ſe rediuiuū cōſpectui ipſorum præbiturū. Io. 16. Iterum uidebo uos, & gaudebit cor ueſtrum, & gaudium ueſtrū nemo tollet à uobis. Vnde ſpem conceperant, ſed uerbis mulierum & Petri ac Ioannis tota conciderat.

Et ipſe dixit ad eos: O ſtulti & tardi corde ad credēdum in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ. Nōne hac oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Et incipiens a Moſe & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello quò ibāt, & ipſe ſe finxit longius ire, & coegerunt eum, dicentes. Mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt iā dies, & intrauit cum illis. Et factum eſt dum recumberet cum eis, accepit panem, et benedixit ac fregit, et porrigebat illis, & aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipſe euanuit ex oculis eorum, & dixerunt ad inuicem: Nōne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia, & aperiret nobis ſcripturas? Et ſurgentes, eadem hora regreſſi ſunt in Hieruſalem, et inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum illis erant, dicentes: Quia ſurrexit dominus uere, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

Cū hac narratione diſcipuli ſimpliciter declaraſſent, q̃ uacillarent animo, q̃ exigua ſpe eſſent de promiſſis dñi, tum Ieſus nondū patitur agnoſci ſeſe, ſed ueluti doctior quiſpiam Ieſu diſcipulus obiurgat illorum tarditatem, & caſtigat incredulitatem. Cur iſta nunc noua uobis uidentur poſteaq̃ geſta ſunt, cum hæc omnia tot retro ſeculis gerenda prædixerint prophetarum oracula? 1. Pet. 1. De qua ſalute exquiſierunt, atq; ſcrutati ſunt prophetæ, qui de futura in uobis grā prophetauerūt, ſcrutātes in qđ uel quale tp̄s ſignificaret in eis ſp̄us Chriſti, prænūciās eas quę in Chriſto ſunt paſſiones, et poſteriores glorias. Lu. 18. Ecce aſcēdimus Hieroſolymā, & cōſummabūtur oīa quę ſcripta ſunt p̄ prophetas de filio hoīs. Au. Quod intelligimus, debemus rationi: qđ credim⁹, authoritati: ſed quod opinamur, errori. Nōne docent hoc, afflatu cœleſti proditæ ſcripturæ, ſic fuiſſe uiſū conſilio diuino, ut Chr̄us hęc oīa pateretē, q̃ paſſus eſt, et ſic noua rōne per mortē repararet uitā, p̄ crucē aſſereret regnū, p̄ ignominiā intraret in ſuam gloriam? Ecce Chr̄us non ſine paſſione intrauit in gloriā ſuā, q̄uo ergo nos in alienam? Beda: Hoc

nobis in loco nõ ullam scripturam interpretandi, sed gemina nosipsos humiliandi necessitas incumbit, qui neque in scripturis quantum oportet edocti, neque ad implenda quæ nouimus, quantum decet, sumus intenti. Nam si Moses & omnes prophetæ Christum locuti sunt, & hunc per angustam portam passionis in suam gloriam intraturũ prædixerunt, qua ratione glorientur se Christianos, qui iuxta uirium suarum modulum, neque scripturas qualiter ad Christum perueniant, inuestigant, neq; ad gloriam quam cum Christo habere cupiunt, per passiones tribulationum desiderent attingere? Actu. 14. Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Roman. 8. Non sunt condignæ passiones præsentis temporis, ad futurãm gloriã quæ reuelabitur in nobis. Cum hac obiurgatiuncula reddidisset eos attentiores, enarrauit illis scripturas omnes, quę palàm prædixerunt hoc futurum in Christo, quod iam euenerat. Actu. 10. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent. Ioan. 5. Si crederetis Mosi, crederetis utiq; & mihi, de me enim ille scripsit. Actu. 3. Deus qui prænunciauit per os omnium prophetarũ pati Christum suum, impleuit sic. Felices qui talem habent interpretem. Psal. 118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis. Sicut, inquit, uidistis illum morientem ac sepultum, ita uidebitis rediuiuum, uidebitis ascendẽtem in cœlum, postremo genus hominum uniuersum uidebit illum in maiestate patris, cinctum agminibus angelorum, iudicantem uiuos et mortuos. Hæc omnia prædicta sunt à prophetis, designata figuris Mosaicæ legis, magna ex parte præstita. Nec oportet addubitare, quin omnia suis temporibus sint exhibenda. Hic sermo domini Iesu non tantum feriens aures discipulorum, uerũ etiam in animos penetrans, sic illos occupauit, ut nec uiæ sentirent laborem, nec faciem loquentis agnoscerent, nec ueniret ipsis in mẽtem ut apud sese cogitarent, quis esset iste, cui sic in prõptu essent scripturæ sacræ, doctrina tota ac uita Iesu, quiq; eos tam efficaci sermone suspenderet, & afficeret. Iesus autem, quo magis accenderet illorum desiderium, præ se ferebat quasi nollet in Emaunte commorari, eis talem se exhibens foris, qualis erat in ipsorum mente. Discipuli uero, quoniam auelli non poterant à tam facundo comite, præcibus improbis compellunt. Gregorius: Quo exẽplo colligimus, quòd peregrini non solum inuitandi, sed & cogendi sunt ad hospitium. Sic Abraham tres angelos. Gen. 18. Esa. 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos uagosq; induc in domum tuam. Dum recumberet humiliter, tenuit modum cõsuetum quo eum agnoscerent. Sciebant enim hunc morem ipsi peculiarem, ut ante cibũ ageret gratias patri, deinde suis manibus fractum, partiretur in discipulos: quare uelut expergefacti, cœperunt cogitare de Iesu. Dumq; subitus quidam stupor corripit illorum animos, Iesus euanuit. Corpus enim gloriosum ubicunq; uult, protinus erit, ut dicit August. Paulatim enim & parce faciebat sui corporis copiam à morte, uel quod imbecillitas humana non ferret rediuiui corporis maiestatẽ, uel ut sensim assuescerent carere corporis conspectu, quod mox esset abducendum, quo iam amarent illum iuxta spiritum. Tenebantur oculi, quia nõ credebant: nunc absentẽ uident oculis fidei. Greg. Audiẽdo uerba Dei, illuminati nõ sunt, sed faciendo: quia nõ

auditores legis iusti sunt apud Deũ, sed factores legis iustificabuntur. Ro.2. Theo. Sed & aliud innuit, ꝙ scilicet sumentibus sacrum panem, aperiuntur oculi, ut eum agnoscant. Magnam enim & ineffabilem uim habet domini caro. Nisi dormitasse mus, inquiunt, poteramus uel ex ipsius pariter colloquio conijcere ipsum esse Iesum. Hiere. 23. Nunquid non uerba mea sunt quasi ignis, dicit dominus, & quasi malleus conterens petras? Greg. Ex audito quippe sermone inardescit aĩus, torporis frigus discedit: fit mens in superno desiderio anxia, à cõcupiscẽtijs terrenis aliena, audire ei libet præcepta cœlestia, & quot mandatis instruitur, quasi tot facibus inflammatur. Talis solet esse oratio domini Iesu ijs qui simpliciter audiunt. Obserua tria hominum genera. Vnũ, quod à se Christũ abijcit. Iob.21. Qui dicũt Deo, recede à nobis, scientiã uiarum tuarꝫ nolumus. Ps.53. Noluit intelligere ut bene ageret. Hi resistunt inspirationi diuinæ, & data opera alienantur à Deo, quibus dicit. Esa.46. Redite prȩuaricatores ad cor. Ipsi autem nolunt. Hier.8. Apprehenderũt mendacium, & noluerunt reuerti. attendi & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitẽtiam super peccato suo. Ideo. Heb.12. Contemplãtes nequis desit gratiȩ Dei. Alterum eorum, qui ueniunt ad Christum, sed non permanent. Luc.8. Quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. 2. Ioan. 1. ca. Videte uosmetipsos, ne perdatis quȩ operati estis, sed ut mercedẽ plenã accipiatis. Hie.17. Dñe, oẽs qui te derelinqunt, confundentur: recedentes à te, in terra scribentur, quoniam dereliquerunt uenam aquarum uiuẽtium dominum. Tertium, ipsorum qui secum Christum habent, quos inhabitat per fidem. Ephe.3. Io.15. Manete in me, & ego in uobis. 1. Io.4. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Dum ergo sentis te propensum ad pristinos uitæ mores, atque ea tibi arridet, quam pauloante reliquisti uita, exclama: Mane nobiscum domine, mors imminet animæ, & nox infensa optimis moribus Amat rogari domin⁹, ut id faciat quod facit libẽter ut det promerentibus & dignis. Vt ergo tanti gaudij reliquos quoque discipulos redderẽt participes, mutuaq́ collatione fides omnium confirmaretur, regressi sunt, & inuenerunt cõgregatos discipulos. Qui non expectata narratione duorum, ultro gaudio gestientes, indicabãt illis, quòd post incertam spem quam mulieres primæ omnium fecerant de domini resurrectione, compertum esset eum uere resurrexisse. Nam apparuerat Simoni Petro. Huius oratio quoniam inter apostolos primas tenebat, plus habebat fidei apud discipulos, quàm sermo muliebris. Hũc enim primũ consolari dominus uoluit & confirmare sua præsentia, quem sciebat præter commune diffidentiæ malum, etiam abiurati domini conscientia grauari. Hoc nuncio læti duo discipuli, & ipsi narrãt quȩ obtigerant in uia & mensa.

Tria hominum genera.

Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dixit: Pax uobis. Ego sum, nolite timere. Conturbati uero & conterriti, existimabant se spiritum uidere, & dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Luc.24. O

Quantũ & in quibus diuinæ gratiæ illustratio operetur, & quàm uarie & diligenter dñs resurrectionis suæ cõprobat mysteriũ, ostẽditur.

Dum enim huiusmodi sanctis colloquijs se uicissim consolantur & exhilarant, quibusdam credentibus, quibusdã etiamnum dubitantibus, stetit Iesus in medio, tanquam mortis triumphator & salutis consummator, ac pacis reformator, ut omnes sua præsentia æque consolarentur. Act. 10. Non est acceptio personarum apud Deum. Chrysost. Non rex apud illum nobilior, non pauper inferior, non diues potentior, nõ dominus potior, sed oĩbus coæqualis Deus & dominus, iudex iustus. Sap. 6. Pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. Sic lignum uitæ in medio paradisi. Gen. 2. Fecit qđ docuit. Mat. 10. In quancunq; domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui: et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super eum pax uestra: sin autem, ad uos reuertetur. Duplicem autem dominus distinguit pacem. Io. 14. Pacẽ relinquo uobis, pacem meam do uobis: non quomodo mũdus dat, ego do uobis. Est ergo pax malorũ contemnenda, quia perniciosa. Greg. Sicut noxium esse solet si unitas desit bonis, ita perniciosum si adsit malis Pro. 1. Fili, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis: si dixerint, ueni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas cõtra insontem frustra, deglutiamus eum sicut infernus uiuentem & integrum quasi descendentem in lacum, oẽm pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domus nostras spolijs, sortem mitte nobiscum, marsupiũ sit unum omnium nostrum, fili mi, ne ambules cum eis. Talis est pax dæmonum, qui in persecutionem hominum consentiunt. Luc. 11. Si satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnũ eius? Ipse cum nullo pacẽ facit, nisi dextris erutis oculis, quibus cœlestia & diuina contẽplantur. sic rex Naas. 1. Re. 11. Iaboanitis ait: In hoc feriam uobiscum fœdus, ut eruam omnium uestrum oculos dextros. 2. Corin. 4 Quod si opertum est euãgelium nostrum, in ijs qui pereunt, est opertũ, in quibus Deus huius seculi excæcauit mẽtes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio euãgelij gloriæ Christi. Hãc saluator uenit soluere. Mat. 10. Non ueni pacem mittere, sed gladiũ. Tales enim, quantuncunq; pacifici uideantur, nunquã tamen ueram habent pacem. Esa. 57. Non est pax impijs, dicit dominus. Mar. 9. Vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Bonorum amplectenda, quia salutifera. Beda: Pacem offert, quam quasi pignus eis speciale salutis ac uitæ commendauerat, & angeli ipso nato cecinerunt. Lu. 2 Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Vnde à propheta prĩceps pacis dicit. Esa. 9. Et Apostolus. Eph. 2. Veniens euangelizauit pacem uobis qui lõge fuistis, & pacem ijs qui propè: quoniã per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Ad deũ consistit in humili obediẽtia. Iob. 9. Quis restitit ei, & pacem habuit? Roman. 5. Iustificati ex fide, pacem habeamus ad Deum. 2. Corinth. 5. Pro Christo legatione fungimur, tã quàm Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Ad seipsum, in simplici conscientia. Pro. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium. Rom 8. Prudentia & spirit9, uita & pax. Ad proximũ, in amabili patientia, nisi enim iuxta Apostolum, alter alterius onera portare studeat. Gala. 6. nunquàm constabit pax. Vnde post fructum spiritus pacem, sequitur patiẽtia. Gal. 5. Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patientia. Roma. 12. Si fieri potest, quod ex uobis est, cũ

Duplex pax.

Pax ad deum, in quo consistat.

Ad seipsum ĩ quo

omnibus

omnibus hominibus pacem habentes. Matth. 5. Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Per hanc peruenitur ad æternam pacē. Lucæ. 2. Nūc dimittis seruum tuum domine, secūdum uerbum tuum in pace. Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta Chry. Discipulis dicit, pax uobis, quia prælium inexpugnabile cum Iudæis habebant: mulieribus, auete, gaudium annuncians quia in tristitia erant. Ego sum, inqt, nolite inordinato timore concuti. Notam edit uocem, quo cognoscant eundem ipsum, qui & ante dixit Iudæis Ioan. 8. Anteq̃ Abraham fieret, ego sum. Sic Exo. 3. Ego sum q̃ sum. Et Mat. 14. Habete fiduciā, ego sum, nolite timere. Creatura enim nihil habet à se, nisi non esse: quia totum suum esse, & conseruationem habet ab illo, qui solus est suum esse. Sapiētiæ. 11. Quomodo autem posset aliqd pmanere, nisi tu uoluisses? aut quod à te uocatum non esset, cōseruaretur? Ad hanc uocem, quę merito omnem propulsare debebat formidinē, quorundam discipulorum imbecillitas, metu exanimata et expauefacta, non credebat esse Iesum, sed spiritum. Beda: Licet Christum ante passionē ueram scirent carnem habuisse, non tamen illum credebant resurrexisse, sed spiritum in cruce emissum putabant se uidere, maxime quia Ioan. 20. dicitur, ꝙ clausis uenerit ianuis. Iesus igitur ut certam fidē faceret omnibus, se & uiuum esse, & uerum gestarē corpus, nec aliud corpus q̃ quod ante gestauerat, obiurgans ait: Quid turbati estis, & diffidentiæ adhuc cogitationes uos conturbant? Beda: Perniciosæ erant discipulorū cogitationes in eo quod de Christi resurrectione dubitabant, quia perdidisset Christus fructum suæ passionis, si nō fuisset ueritas resurrectionis. Obserua, ꝙ phantasia uis est inferior animi, q̃ quandoq; recta, quandoq; est erronea. Intelligentia autem uis superior, quæ semper recta. Malæ ergo cogitationes ascendunt de corde. Matt. 15. De corde exeunt cogitationes malæ. Inducunt enim ad malam delectationem, delectatio ad peccatum. Iac. 1. Vnusquisq; tentatur à concupiscentia sua, abstractus & illectus: deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum uero cum consummatum fuerit, generat mortem. Ideo Hier. 4. Vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Laua à malitia cor tuum. Bonæ desursum ueniunt à patre luminum, à quo omne datum optimum, & omne donū perfectum est descendens, Iac. 1. Nam. 2. Corinth. 3. Non ꝙ sufficientes simus cogitarē aliquid à nobis tanq̃ ex nobis, sed omnis nostra sufficientia ex deo est. Phil. 2. Deus est qui operatur in nobis uelle & perficere pro bona uoluntate. Ostendit ergo hoc ænigmate se deum, cui soli patent cordis secreta. 1. Reg 16. Homo uidet ea quæ patent, deus autem intuetur cor. Satisfacite omnibus sensibus uestris. Quod ingressus sum ianuis clausis, ꝙ cum uolo conspicior, cum uolo sum incōspicuus, non est præstigium, sed dos corporis iam immortalis facti. Talia erunt & uestra post resurrectionem. Aliquid palpabile est ex naturæ necessitate, ut corpus mortale, propter grossitiem & impuritatē, aliquid ex uoluntatis libertate: sic corpus gloriosum, quod cum uult tangi, impellenti resistit, cum sit corpus solidum: si non uult tangi, per effectum spiritualis potentiæ, hoc est, subtilitatis dotem, potest organum tactus penetrare, & ita latere. Beda: Nō uultum, sed manus & pedes ad uidendum offert, ut idem quod in cruce pependerat, ad ueritatē resurrectionis ostēderet corpus, & ad maiorem certitu

Vulnera aliquot cur Christus retinuerit.

dinem etiam palpandum. Hinc & uulnera non sanandi infirmitate, sed ut resurrectionis fidem astrueret, reseruauit, & in iudicio redemptis misericordiæ & redẽptionis signa ostẽderet, ac malis iustæ dãnationis causam aperiret. Apocalypsis. 1. Zachariæ. 13. Videbunt in quem transfixerunt.

Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coràm eis, sumens reliquias, dedit eis, & dixit ad eos: Hæc sunt uerba, quæ locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, & prophetis, & psalmis de me.

Ebrietas quædam lætitiæ tenebat illorum animos, ut nec oculis, nec auribus satis fiderent. Ioan. 20. Gauisi sunt ergo discipuli uiso domino. Quę multum lęta sunt, uix credi possunt, ut dicit Augusti. Apparet. n. ex uerbis Thomæ, ꝗ ob reuerentiam non contigerint corpus, cum sine attactu uulnerum se crediturum negaret. Ioan. 20. Et hoc pro nobis faciebat: nam dominus pergebat probar͂, & omnibus argumentis illorum incredulitati mederi, ne quid in nobis resideret diffidentiæ. Beda: Ad confirmandam resurrectionis fidem seipsum dominus uiuum discipulis præbuit, uerba exhortationis attulit: uestigia passionis non solum intuẽda, sed & palpanda demonstrauit: sed infirma adhuc eorum præcordia nouitatem tantę potentiæ caper neque unt, magis'ꝗ mirari præ gaudio qđ uidebant, quàm credere quod docebat, incipiunt. Sed nequid ambiguitatis in eorum remaneret cordibus, sumptis epulis comedit coràm eis. Hæc duo à nobis optat offerri, piscẽ assum per carnis mortificationem, fauum mellis per mentis deuotionẽ. Quo euidentius cognoscerent, reliquias illis porrigit ad manducandũ. Actu. 10. Hunc deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestũ fieri non omni populo, sed testibus pręordinatis à deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo, postꝗ resurrexit à mortuis. Beda: Cauenda est hæresis Cherinthianorum, nequis dominum post resurrectionem credat eguisse sustentaculo cibariorum, sed corpus ipsius immortale factum, nullam quidem necessitatem, attamẽ facultatem habuisse manducandi: ideo'ꝗ ubi opportunitas probandæ substantiæ naturalis exigebat, cibis esse refectum. Augu. Sicut aliter absorbet aquam terra sitiens, aliter radius solis calens, illa indigentia, iste potẽtia, sic Christus ante passionem indigentia manducauit, post uero potestate. Beda: Oẽs ambages aufert, uisus est, tactus est, manducauit, & ne i aliquo sensus ludificasse humanos uideretur, mittit manum ad scripturas, ut si magicis artibus uideatur potuisse quod uoluit, sicut dicunt pagani, saltem uideant eum prophetare nõ potuisse, antequam natus fuerit. Hæc sunt quæ tunc uobis inculcaui, cum adhuc mortalis agerem inter mortales, quoniã necesse, non necessitate coactionis, sed immutabilis pręordinationis. Luc. 22. Et filius quidẽ hominis secundum quod diffinitum est, uadit. Matt. 5. Iota unũ aut unus apex non pręteribit à lege donec omnia fiant. Hinc Actu. 2. Deus autem qui prænunciauit per os omniũ prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. Hoc se uerum ostendit deũ & hominem, eiusdem animæ & corporis sicut ante passionem.

Cherinthianæ hæresis.

Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.

Quoniam mysticæ literæ non intelliguntur, nisi deus aperiat nobis mentem, aperuit illis cordis oculos, ut quod scriptum esset, legerent, crederent, & intelligerent. Non enim intelligit, nisi qui credit. Esa. 7. Nisi crediderітis, nō intelligetis. Glossa: Post usum, post tactum, post commendatam legē, aperuit illis sensum, remouendo ignorantiam, infundendo scripturarum intelligentiam. Ipse enim habet clauem Dauid: claudit, & nemo aperit: aperit, & nemo claudit, Apocal. 3. 1. Ioan. 5. Scimus quoniam filius dei uenit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus deum uerum, & simus ī uero filio eius. Hinc Actu. quarto. Videntes Petri constantiam et Ioannis, comperto quod homines essent sine literis, & idiotæ admirabātur, & cognoscebant quoniam cum Iesu fuerant. Iob. 32. Inspiratio omnipotentis dat intelligentiam. Per ignominiam & mortem crucis iter erat ad gloriam, resurgendum erat tertia die, ut sciretis uos habere dominum & patronum uiuum posthac non moriturū. Apoca. 1. Ego sum primus, & nouissimus, & uiuus, & fui mortuus, & ecce sum uiuens in secula seculorū. Hinc claret me esse Christum promissum. Et prædicari pœnitentiā ante actæ uitæ. Act. decimoseptimo. Et tempora quidem huius ignorantiæ despiciens deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubiq; pœnitentiam agant, eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in uiro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. Hinc Ioannes à pœnitentia exorsus est Mat. 3. Immo Christus, Mat. quarto. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. In omnes gentes, non in unam tantum 1. Iob. 2. Ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non pro nostris tantū, sed etiam pro totius mundi. Actu. decimotertio. Notum sit uobis fratres quia per hunc uobis remissio peccatorum annunciatur ab omnibus, quibus nō potuistis in lege Mosi iustificari. In hoc omnis qui credit, iustificatur. Actu. 10. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomē eius, omnes qui credunt in eum. Beda: Hic nimirū ordo erat necessarius, ut prius pro salute mundi sanguis funderetur, postque per eius resurrectionem & ascēsionem pateferet hominibus cœlestis ianua regni, & sic demum mitterentur qui cunctis per orbem nationibus uerbum uitæ prædicarent, ac sacramenta fidei, quibus saluari, atque ad gaudia supernæ patriæ possunt attingere, ministrarent. Quo enim aptius exemplo poterant homines ad finem participandæ gloriæ immortalis erigi, q̃ cum ipsum deum cognoscerent humanitatis ac mortalitatis suæ factum fuisse participem? Quo efficacius ordine ad tolleranda pro sua salute aduersa quæq; prouocarentur, quàm cum authorē suum didicissent pro eorum salute innumera ab impijs genera probrorum, & ipsam mortis subisse sententiam? Qua ratione congruentius spē resurrectionis acciperent, quàm cum eius se sacramentis ablutos & sanctificatos, eius corpori adunatos esse meminissent, qui pro ipsis morte gustata, citius exemplum resurgendi à morte præberet? Sequitur in Luca.

Incipientibus ab Hierosolyma, uos autem testes estis horum. Et ecce ego mittam promissum patris mei in uos.

Reclamabit mundus uestro testimonio, quemadmodum mihi perpetuo reclamabat: sed ego mittam uobis à patre spiritum, quem olim per prophetas missurum esse promisi, is reddet uos fortes & inuictos ad uersus oīa mundi terriculamenta.

Idem addet eloquentiam, cui nemo poterit contradicere. Lucæ. 21. addet uirtutem ad edenda miracula, ut sit efficax uestrum de me testimonium.

Ioan. 20. *Cum ergo sero esset die illo una sabbatorum,*
P *& fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metũ Iudæorum, uenit Iesus & stetit in medio, & dixit eis: Pax uobis. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli, uiso domino Dixit ergo eis iterum: Pax uobis. Sicut misit me pater et ego mitto uos. Hæc cum dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite spiritum sanctum. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.*

Nunquàm deus infinita sua bonitate, desolatis animis deest, pręcipue si sua causa exanimentur. 2. Corī. 1. Benedictus deus & pater domini Iesu Christi, pater misericordiarum, et deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Ista pars est in præcedenti Lucę euangelio posita, sed cum separatim in ecclesia legantur istæ partes, ideo segregatim ponuntur. Contigit. n. ipso resurrectionis die sub uesperam, cum nondum robore spiritus accepto, ob metum obclusissent fores, obliti uerborum domini. Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Augu. Ille solus intrare potuit ianuis clausis, quo nascente, inuiolata permansit uirginitas matris. Stetit in medio, quia mediator dei & hominum. 1. Timo. 2. Fecit enim utraque unum, Ephe. 2. ut omnibus consolationem infunderet & operationem. Luc. 22. Ego autem in medio uestrũ sum, sicut qui ministrat. Quo ergo pauorem metum'que illis omnem adimeret, blande, uoce'que nota salutauit eos. Glossa: Qui pacẽ dedit, uno uerbo omnia bona dedit. Indigebant pace quo ad deum, à quo diffidendo recesserant. Iob. 22. Acquiesce ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Sic ad seipsos, quia cõterriti, Luc. 24. Et ad Iudæos, cũ quibus inextricabile bellum ipsis immi nebat. Matth. 10. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum, estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Philip. 4. Et pax dei quæ exuperat omnẽ sensum, custodiat corda uestra & intelligentias uestras in Christo Iesu. Ne autem spectrum esse suspicarentur, aut aliud corpus, ostendit manus. Chrysostomus: Hoc cõdescensionis fuit, ut discerent quoniam ipse idem erat qui fuerat crucifixus. Hac salutatione, hoc'que spectaculo confirmata fides est, & ademptus mœror, & exhilarati discipulorum animi. Nam id eis pollicitus fuerat Iesus. Ioan. 16. Iterum uidebo uos, & gaudebit cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis. Gauisi sunt propter dominum, intime ipsi congaudẽdo, & propter seipsos, uidentes se non fraudatos spe sua Christum sequendo, omnibus relictis. Matth. 19. Ecce reliquimus omnia, & secuti sumus te. Augu. Iteratio, pacis confirmatio est, unde bis optat pacem. ppter pacẽ pectoris, & pacem ęternitatis. Rom. 1. Gratia & pax à deo patre, & domino nostro Iesu Christo. 2. Corī. 13. Pacem habete, & deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Qui ergo pacem & unitatem non seruant. Christiani non sunt. Ioan. 13. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicẽ. Nec hæreditatem cum Christo habebũt, qui testamentum pacis non seruant. Exhilaratos, quo magis confirmaret, denuo pacis omine salutat eos, simul'que mandat cũ authoritate summa prædicationem eorum quæ uiderant & audierant. 1. Ioan. 1. Quod uidimus & audiuimus, annunciamus uobis, ut & uos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum

patre

patre & cum filio eius Iesu Christo. Ego, inquit, bona fide glorificaui nomen patris mei: uos simili fide consentientes inter uos, patris nomen'que meum prædicabitis. Gregorius: Pater misit filium, quando hunc pro redemptione humani generis incarnari constituit, quem in mundū ad passionem uenire uoluit: sed tamen amauit filium, quem ad passionem misit. Electos uero discipulos suos dominus non ad mundi gaudia, sed sicut ipse missus est, ad passiones in mundum mittit. Quia ergo filius amatur à patre, & tamen ad passiones mittitur, ita & discipuli amantur à domino, qui tamen ad passionem mittuntur in mundo. Ioan. 15. Si me persecuti sunt, & uos persequentur, si sermonem meum seruauerunt, & uestrum seruabunt. Ad hanc functionem præparate animos uestros, quandoquidem ego perfunctus mea legatione, repeto patrem, inde uobis missurus largiorem spiritus sancti copiam. Interim & ipse uobis pro captu uestro spiritum sanctum impartio, simul'que cum dicto insufflauit in faciem illorum. Quo significat spiritum sanctū ab ipso ad nos procedere, & quod non sit patris solum, sed & suus spiritus. Impartitus spiritum, addidit authoritatem remitiendi peccata cūctis hominibus, qui per euāgelicam professionem ad baptismum sibi iungerentur, per'que uitę prioris pœnitudinem uere relipiscerent. Gregorius: Libet intueri, discipuli ad tanta onera humilitatis uocati, ad quantum culmen gloriæ sint producti. Ecce nō solum de semetipsis securi fiunt, sed etiam alienę obligationis potestatem relaxandæ accipiūt, principatum superni iudicis sortiuntur, ut uice dei quibusdam peccata detineant, quibusdam relaxēt. Quanuis solius dei sit peccata dimittere. Luc. 5. Quis potest peccata dimittere, nisi solus deus? Esa. 43. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum nō recordabor, sacerdotes tamen ministri ecclesiæ per spiritum in consecratione datum authoritate commissa remittere dicuntur, cum sacramenta ministrant quæ deus instituit ad remissionem peccatorum, & retinere inquantum retinēda iudicant illius peccata, qui se indispositum & indignum exhibet remissioni peccatorum. Hoc autem per se scire non potest, nisi peccator confitēdo peccata sua enarrarit. 1. Re. 16. Homo uidet ea quæ patent, deus autem intuetur cor. Ergo hæc dicens confessionem peccatorum instituit, & faciēdam insinuat. Gregorius: Grādis honor ministrorum ecclesiæ, sed graue pondus ipsius est honoris. Durum quippe est, ut qui nescit tenere moderamina uitæ suę, iudex fiat uitæ alienæ. Oportet enim ut iudicium ecclesiæ, diuino confirmetur iudicio, rēctum seruando processum, debitum clauiū usum: quia data est potestas non in destructionem, sed in ædificationem. 2. Cor. 13. Alioqui dominus conqueritur per Ezechielem, decimo tertio. Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei & fragmen panis, ut interficerent animas quæ non moriuntur, & uiuificarent animas quæ non uiuunt, mentientes populo meo credenti mendaciis. Vide sacerdotum dignitatem quod diuina sit, nam quanuis indigni sint, quid hoc? diuinorum donorum ministri sunt, et gratia operatur per eos. Nonne per asinam corripuit insipientiam Balaam? Numeri. 22. 2. Petri. 2. Et Caiphas cum esset pontifex anni illius, prophetauit quod Iesus moriturus esset pro gente, Ioan. 11. Non enim indignitas nostra gratiam dei prohibet, atque ita quia per sacerdotes gratia suppeditatur, honorandi sunt.

Confitendi in ecclesia origo et ratio.

Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando uenit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominũ. Ille autem dixit eis: Nisi uidero in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

Vnus ex duodecim erat electis, qa pro tunc non fuerunt nisi undecim, Iuda laqueo mortuo, Matt. 27. Thomas, Græce sonat Didymum, Latine geminum. Augu. Illi duo ex Emaus reuersi, inuenerunt undecim simul, sed dum persisterẽt in sermone, Thomas exijt, indignans de facili credulitate cum non cõtrectassent corpus, & continuo uenit Iesus. Ecce quã malum deesse bonæ congregationi. Saul inter prophetas simul prophetauit, 1. Re. 10. Sic discipuli erant omnes pariter in eodem loco dum spiritũ sanctum reciperent. Actu. secundo. Hic Thomas tanto dono priuatus fuit. Igitur ubi uenisset, discipuli gestientes gaudio, renunciant illi quòd uidissent dominum dolentes uices ipsius. Ille uero suspicans illos ludificatos fuisse aliquo phantasmate, negat se crediturum, nisi testibus oculis & manibus. Nõ enim considerauit dei potentiam, nec recordatus fuit uerborum domini, quibus passionem & resurrectionem suam prædixit Matth. 20. & 26. Atque hæc Thomæ incredulitas dispensatione diuina, pfecit ad fidei nostrę firmitatem. Chrysostomus: Sicut simpliciter & cito credere, leuitatis est Ecclesia. 19. Qui cito credit, leuis est cordis, ita supra modum inuestigare, & multum circunscrutari, grossissimæ mentis.

Thomas quid uel Græce uel Latine sonet.

a *Et post hæc dies octo iterum erant discipuli eius intus, et Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax uobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & uide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas & dixit: Dominus meus & deus meus. Dicit ei Iesus: Quia uidisti me Thoma, credidisti: beati qui non uiderunt, & crediderunt.*

Non statim apparuit Thomæ, ut edoceretur à condiscipulis, & incredulitate fugata, desiderio uisendi Iesum inflammaretur, & sic firmior in futurum fieret. Chrysostomus: Considera clemẽtiam saluatoris, quomodo pro uno discipulo ostendit uulnera, & accedit ut tangat, ut licet superauerit passionem, non tamen cõpassionem amisit. Nam eius incredulitatem sciebat non ex malitia, quemadmodum pharisæorum et scribarum, sed ex infirmitate humana prouenire: ideo eam sanare dignatus est. Vnde non expectat à Thoma prius rogari, nec audire quid tale, quale alijs dixerat, sed præoccupat eum, ostendens per hoc, quòd & tunc cum hæc loqueretur ad cõdiscipulos, ipse aderat. Hinc eisdem usus est uerbis, ac in replicatione eorum quæ dixerat Thomas, confundit eum, quatenus & deum cui absentia ut pręsentia nota sunt, & hominem palpando agnosceret. q. d. Quando non tibi satis est Thoma, audisse à tam multis qui me uiderunt & audierunt, nisi tuis sensibus omnibus certa fiat fides, infer digitum tuum, & posthac noli alijs in rebus esse perinde incredulus, sed fidem habe promissis meis quamlibet incredibilibus iuxta communem hominum sensum, posteaq̃ uideris hoc esse certum, quod tibi uidebatur incredibile. Thomas ubi uidisset & cõtrectasset, agnoscens & faciem, & solitam domini uocem, iam plena concepta fide, exclamauit: et quemadmodum fuit ad credendum difficilior, ita nemo clarius deum & hominem professus est. Tãta itaq; euidentia ueritatis uictus, corde credidit ad iustitiam, et ore confessus est ad salutem, Roma. 10. Duplicẽ in eo confessus est naturam: humanam qua redemit. Sic

Duplex Christi natura.

enim ipsum nominare solebant. Ioã. 13. Vos uocatis me, magister & domine, & bene dicitis: sum etenim, & diuinam, qua creauit. Genesis primo: In principio creauit deus cœlum & terram. Hebræorum primo: Per quē fecit & secula. Augustinus: Hominē uidebat, et confitebatur deum, quem nec uidebat, nec tangebat. Ioã. 1. Deū nemo uidit unquam. Chry. Cum aliquis iam isto tempore dicit, utinam fuissem temporibus illis, & Christū uidissem, cogitet, quia beati qui non uiderunt, & crediderunt. Ergo si uolumus etiam diuini operis pronunciatione esse beati, credamus, tametsi non uiderimus, uisuri. quandoq; gloriosius ꝙ Thomas & alij. 1. Pet. 1. In quem quoq; nunc non uidentes, creditis: credentes autem, exultabitis lætitia inenarrabili et glorificata, reportantes finem fidei uestrę, salutem animarum uestrarum. Necessaria est fides, ut opera nostra deo sint accepta. Hebræorum. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Adsit charitas, sine qua nec fides accepta est. 1. Corin. 13. Si habuero omnem fidem, ita ut mōtes transferam, charitatem autem nō habuero, nihil sum. Nam fides per dilectionem operās, est aliquid coràm deo, Gala. 5. Iaco. 2. Fides sine operibus mortua.

Fidei necessitas quanta & charitatis.

3 *Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non scripta sunt in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, ut credatis, quia Iesus est filius dei, & ut credentes, uitam habeatis in nomine eius.*

Multis quidem alijs indicijs dominus Iesus declarauit diuinam uirtutem suam apud discipulos suos, quæ ab alijs referuntur euangelistis: quædam uiua uoce narrata sunt ab his q uiderunt & audierunt. Non. n. curæ fuit omnia scribere, quod erat immēsum: sed tamē aliqua prodere literis, uisum est operæpretiū, ut ex his credatis fide formata ꝙ Iesus est Christus in lege promissus, ille filius dei naturalis. Mat. 16. Tu es Christus filius dei uiui. Vt uitam gratiæ & gloriæ. Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit dominus. Ioan. decimo. Ego ueni, ut uitam habeant, & abūdantius habeant. Ego uitam æternam do eis. Interim iustus in fide sua uiuit. In nomine eius, dicit Actu. 4. Nō enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Mat. 1. Vocabis nomē eius Iesum, ipse enim saluum faciet populū suū à peccatis eorum.

Postea manifestauit se Iesus ad mare Tiberiadis iterum. Manifestauit autem sic: Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. Dicit ei Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. Ioan. 20. Q

Nuanquam deus plene sibi fidentibus deest, quin & in spiritualibus & corporalibus opportunū pręstet consilium & auxilium. Dominus Iesus quo magis ac magis confirmaret fidem suorum discipulorum, frequenter illis apparuit, colloquens nonnunquàm & unà cibum capiēs, nequa suspicio possit animis illorū insidere, quòd præstigium aut spectrum fuisset, quod uiderant: nec tamen interim perpetuo uersatur cum illis, quemadmodum ante mortem solebat, ut confirmata illorum fide, corporis conspectum in totum abeis subduceret, iam'que spiritualiter apud suos uersaretur. Vnde post apparitiones in & propè Hierusalem factas, iterum se discipulis manifestauit ad mare Tiberiadis, alio nomine stagnum Genezareth, & mare Galilææ dictum. Animati discipuli ex apparitionibus præcedentibus, in publicum prodire ausi sunt, & ob uictus necessitatem cogebantur, prouisore corporaliter abla-

to. Luc. 22. Quando misi uos sine sacculo & pera, nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil. Reuersus est Petrus cum cæteris ad officiũ licitum & necessitatis, non autem Matthæus ad telonei lucrum & uanitatis, quod raro sine peccato fit. Illa nocte nihil ceperunt, quo locus daret miraculo, simul uelut ænigmate significaretur, inanem esse operam euangelistæ, nisi Christus hominis conatum bene fortunet. Sic & peccator in peccatis nocte de donis gratiæ nihil capere potest, sed gratiæ luce præsente, in qua non infructuose laboratur. Permittit & deus suos electos in seculi huius nocte tribulationibus fatigari, quo tandem quietem sortiri, plenius in domino iucundentur. Psalm. 89. Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti annis quibus uidimus mala.

Officia ab apostolis repetita quæ.

Mane autem iam facto, stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid pulmentariũ habetis? Responderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iã nõ ualebant trahere illud præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare: Alij autem discipuli nauigio uenerunt. Non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium.

Luce gratiæ splendente, iam Iesus non in mari ambulat, sed stat in littore, à mundi iam semotus miserijs, tamen ipsis in mari laborãtibus astãs & dans consilium. Chry. Nõ statim ostendit se ipsis cognoscibilem, propter miraculum & fidei firmitatem. Hinc & dulciter interrogat. Illi cum nec uoce quidem agnoscerent dominum, sed suspicarentur alium quempiam esse, qui uenisset ad lacum mercaturus pisces, dixerunt se nihil habere. Et uere nihil homo habet quod deo præstet. 1. Paralipo. 29. Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descendens à patre luminum. Tum Iesus ut paulatim indicaret quis esset, iacite, inquit, rete in dexteram, prędicens effectum contingentem futurum, nemini nisi soli deo cognitum. Esaiæ quadragesimoprimo. Annunciate quæ uentura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis uos. Paruerunt iubenti: nam tædium frustra sumpti laboris, & auiditas capiendi spem addebant, nec paruam piscium ceperunt multitudinem. Vnde ex nouitate rei factus attentior discipulus ille quem diligebat Iesus, (hoc indicio Ioannes sæpe seipsum demonstrat) agnouit Iesum. Mox q; Petrum, qui totus erat in attrahendo reti occupatus, submonet quòd dominus esset is. Sic enim soliti fuerunt ipsum nominare. Ioannis decimotertio. Vos uocatis me, magister et domine, et benedicitis. Sed Lucæ. 6. Quid autem uocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Petrus sui non dissimilis, ut intellexit esse dominum, oblitus & retis & piscium, arripuit interulam: nam antea nudus erat, & impatiens moræ, coniecit se in lacum. Miro enim amoris ardore flagrabat ad Christum, maxime post tantam expertus benignitatem, ut abneganti & deieranti, singulariter apparuerit, & haud dubie speciali & gratiarum & uerborũ dono cumulauerit. Romanorum. 5. Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia.

Petrus quã Christi amore flagrat.

Vt ergo descenderunt in terram, uiderunt prunas positas & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terrã, plenũ magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tãti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, et prandete. Et nemo audebat

discumbentium interrogare eum, tu quis es, scientes quia dominus est. Et uenit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum surrexisset a mortuis.

Auxit miraculum hoc quoque, quod cum esset tanta multitudo piscium, eorumque ingentium, rete tamen non fuisset scissum onere. Erat enim hæc imago multitudinis hominum, quę post apostolica prædicatione ex omnibus totius orbis linguis ac regionibus adiungēda erat ecclesiæ. Quēadmodum autem ista piscatio electorum signat salutem, quia in dextera, nec rete per hæreses ruptum. Nam per Petri fidem quę nunquam deficiet. Luc.22. In littus gloriæ cœlestis trahuntur. Vnde & magni. Roman.8. Quos prædestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Ponitur & certus numerus. 2. Timo.2. Nouit dominus qui sunt eius. Hinc ad dominum qui non iam in naue, neque in mari, sed in littore stabat, adducuntur. Sic quæ apud Lucam.5. Ipso in naue & mari cum discipulis existente, præsentem signat ecclesiam, ubi neque dextera neque sinistra nominatur, & ubi per hæreses rete rectæ fidei scinditur. 1. Cor.11. Oportet hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in uobis. Boni tamen pisces non elabūtur, & mali cum bonis permisti, in finem usque permanent, & tunc separabuntur. Matth.13. Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium cōgreganti: quam, cum impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerūt bonos in uasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in cōsummatione seculi. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentiū. Interim tamē utrorunque contigit īmutatio, quare curandum ut boni fiant semper meliores, & mali boni, & non tanquam iumenta putrescant in stercore suo. Iohel. Ideo bonum est sal, Marc.9. Quo uerius se probaret hominem, inuitauit suos ad prandium paratum: & suo more distribuit illis panem manibus suis fractum, similiter & piscem. Pascit nos diuinitatis & humanitatis suæ contemplatione in cœlestibus, hic pane uitæ & intellectus. Ecclesiast.15. Mat.4. Nō in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Sic & corporis & sanguinis sui sacramento. Ioannis.6. Caro mea uere est cibus & sanguis meus uere est potus. Ipse enim piscis assus in cruce. Psal.21. Aruit tanquàm testa uirtus mea. Psalm.22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Hoc etiam facto docuit, quos pastores ecclesiæ delegerat, ut gregem euangelicum sacra doctrina, sed ab ipso tradita, pascerent. Hoc tertio discipulis apparuit, quia primo ipso sero paschæ. Lu.24. Ioannis.20. Secundo, in octaua paschæ, Thoma præsente. Io.20. Et hic septem. Nam ante apparuerat Mariæ Magdalenæ, Ioan.20. & Petro. Luc.24. ac tertio duobus euntibus in Emaus. Lu.24. & Marc.16. Præ omnibus uero matri, quanquā euangelistæ non scribant, sicut nec quando Iacobo, uel quingentibus fratribus, quod tamen Apostolus. 1. Corinth.15. dicit.

Rete non scissū quid — *Petri fidē non defecturam.* — *Piscationis istius et alterius apud Lucam differentia.*

Ioan. 21. R

Cum ergo prandisset, dixit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, pasce agnos meos.

Ostendit dominus quales fideles suos esse uelit, secundum duplicem statum in ecclesia, nimirum charitate & innocentia præditos. Vnde peracto prādio, uelut explicās quod

bus, & quæ qua intentione uel necessitate gerantur, inspicere nequimus. 1. Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare, donec ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à domino. Quàm casta & sancta anima, quæ & suam cogitationem domino patere non dubitat, & se nil aliud quàm ea quæ dominus approbat, cogitare non ignorat. Prouerbiorum. 15. In omni loco oculi domini cõtemplantur bonos & malos. Tertium, procuratio subditi. Pasce agnos meos, qui mihi charissimi sunt: & talem te præbe erga eos, qualem ego me præbui erga uos.

Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus quia dixit ei tertio, amas me, & dicit ei: Domine, tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas.

Iterum interrogat, ut tenacius memoriæ inhæreat. Augustinus. Si diligis me, non te, pasce agnos meos ut meos, nõ ut tuos: gloriam meam in eis quære, non tuam: lucrum meum, non tuum. 1. Corinthiorũ. 13. Charitas non quærit quæ sua sunt. O pretiosum depositum. 1. Corin. 6. Nõ estis uestri, empti enim estis pretio magno. 1. Pet. 1. Non enim corruptibilibus auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Iesu Christi. Pasce ergo, in has declara quanti me facis: boni pastoris ex me exẽplũ sume meæ sunt quas meo sanguine redemi, nũc rediturus ad patrem, tibi pascẽdas committo. Sed heu. Phil. 2 Omnes quę sua sunt quærunt, non quę Iesu Christi. Hinc 1. Pe. 5. Formam quam ipse à uero pastore accepit, aliis præscripsit, dicẽs: Pascite qui in uobis est gregem dei, prouidentes non coacte, sed sponta nec secundum Deum: neq; turpis lucri gratia, sed uoluntarie: neq; ut dominãtes in cleris, sed forma facti gregis ex animo: & cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. Beda: Quod hic dicit, pasce, hoc est utique, quod ei ante passionẽ apertius dixerat. Lu. 22. Et tu aliquando conuersus, cõfirma fratres tuos. Pascere ergo oues Christi, est credentes in Christum, ne à fide deficiant, confirmare, & ut in fide magis magisq; proficiant, operam dare. Eadem autẽ passio gregis dominici, multimoda est solicitudine gerenda. Nam & terrena subsidia necesse est, ut subditis, ne desint, rector diligenter prouideat. 1. Ioan. 3. Qui habuerit substantiam huiusmodi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo est charitas Dei in eo? Filioli, non diligamus uerbo neq; lingua, sed opere & ueritate. Et exempla uirtutis simul cum uerbo prædicationis eisdẽ solicitus impẽdat. Tit. 2 In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operũ, in doctrina, in integritate, in grauitate. Ioan. 10. Cum proprias oues emiserit, ante eas uadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt uocem eius. Et si quos aut spiritualibus aut etiam communibus eorum commodis aduersantes deprehenderit, horum uiolentiæ quantũ ualet, obsistat. 2. Cor. 12. Ego libentissimè impendam, & superimpendar egoipse pro animabus uestris. Ipsos quoq; cum errauerint, supiectos corripiat in misericordia & increpet, neq; oleo noxiæ consensionis eorum corda demulceat, nec eos quib9 præest uasi proprios, sed ut dñi sui gregem tractet.

Pascere oues Christi, quid.

Vnde & solius Aaron uirga præ cæteris floruit, fronduit, & fructum fecit. Nume. 17. Sic pastor uirga esse debet per rectitudinem, frondere per præscientiæ claritatem, fructificare per conuersationis exemplaritatem. 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Hęc dominus tanta diligentia uoluit esse inculcata discipulorum suorum animis, quòd non ignoraret exorituros, qui non amore Iesu, sed sui commodi gratia curam populi Christiani susciperēt, uel arriperent potius, qui pro pastoribus agerent tyrãnos ac prædones. Quare non dominum eum facit, nō principem, non regem, sed pastorem esse iubet. Nam reges gentium dominantur earum: & qui potestatem exercent in eos, benefici uocantur. Pastorem, inquit, ages, non dominum: & pasces ut serues, non mactabis aut deglubes, ut perdas. Vnde semel est, rege: & bis, pasce. Sunt enim in ecclesia & agni, & oues, & hœdi: sed in fine hœdi separabuntur, Mat. 25 Agni autem tenelli lacte nutriendi. 1. Corint. . Tanquam paruulis in Christo, lac uobis potum dedi, non escam. 1. Petri. 2. Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles, sine dolo, lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem. Hinc dominus tertio stipulatus, an ipsum diligeret, contristato scrupulū quendam ac mœrorē iniecit Petro. Quanquàm enim sibi conscius esset quòd uehementer amaret dominum, tamen post tam magnifica promissa ter abnegatus dominus faciebat, ut ipse quoque sibi diffideret. Respondit igitur syncere quidem, sed timide ac modeste, iam tota fiducia translata in eū, cui soli oportet fidere. Chry. Tanquam trina negatione deleta cōmittit ei præsistentiam fratrum, sed negationem non exprobrat. sed ait, diligis me? præsiste fratribus, & feruentem amorem, quem per omnia demonstrasti, hinc ostende: & animam quam dixisti donaturū te pro me, da pro ouibus meis.

Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas quò uolebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non uis: Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum.

Præstabis fortior quod nunc profiteris. 1. Corint. 13. Cum essem paruulus, loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus: cum autē factus sum uir, euacuaui, quæ erant paruuli. Nō differt, moribus uel ætate esse puerum. Sap. 4. Senectus enim uenerabilis est, non diuturna, neque annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis uita immaculata. Vbi senueris, iā iuxta corporis uires imbecillior, durius tractaberis, nimirum animo iam fortiori. Augustinus: Petrus nolens uenit ad mortem, uolens autem mortem uicit, & reliquit humanæ infirmitatis affectum naturalem, qua nemo uult mori, usque adeo, quòd nec senectus hunc affectum Petro auferre potuerit, qui & in domino demonstratus fuit. Math. 26. Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste. Sed Roman. 8. Ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Petrus autem admodum senex, ductus est ad crucē: quā ut libenter pertulit ob immensam charitatem erga dominum, tamen horrebat imbecillitas humanæ naturæ. Beda: Clarificauit Deum morte sua, quando hoc iudicio cunctis, quantum Deus esset amandus, colendusq;, monstrauit, dum ipse data optione mallet crucis subire tormentum, quàm à cœlestis uerbi prędicatione cessare. Clarificauit & uita

Velle mori, & non mori.

quia per omnia quæ gessit, non propriam, sed conditoris sui uolũtatem laudem'q; quærebat. Nec solum ipse, sed & cæteri apostoli, imò & omnis electorum turba, uel uiuendo, uel moriendo, deum, qui'q; suo tempor, clarificabant. Quorum uestigia nos sequi oportet, ut uitæ nostræ ordinẽ ad exempla bonorum dirigendo, in proposita uitæ rectitudine ad mortẽ usque persistamus, ut socij etiam remuneationis mereamur effici. Hoc autem ita perficiemus, si redemptorem nostrum debito affectu complectamur, & erga proximorum salutẽ fraterna solicitudine uigilemus. Sicut autem deus per bona opera nostra magnificatur. Philippẽses.1. Magnificabitur Christus in corpore meo, siue per mortem, siue per uitam. Ioã.15. In hoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Ita per mala nostra opera blasphematur, Rom.2. Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per uos blasphematur inter gentes. Sed.1. Regũ.2. Quicunque enim honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contẽnunt me, erunt ignobiles. Ideo admonet Apostolus.1. Cor.6. Empti estis pretio magno, glorificate & portate deum in corpore uestro.

Ioan.21. *Et cum hæc dixisset, dicit ei: Sequere me. Conuersus Petrus, uidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius. & dixit: Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum uidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autem quid?*

Summam Christianæ uitæ perfectionẽ ostendit, ut omnibus posthabitis Christum sequamur. Ioan. 14. Ego sum uia, ueritas, & uita. Viam enim & uerbo docuit, & exemplo monstrauit.1. Ioannis.2. Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Ecclesiastici.23. Gloria magna est sequi dominum. Longitudo dierum assumetur ab eo. Cœpit ergo Iesus ambulare, & ait Petro: Sequere me, rursus ad suę charitatis ac mortis imitationem inuitans. q.d. Tu qui olim dissuadebas mihi pro salute hominum pati, Matthæi.16. Absit à te domine, non erit tibi hoc, iam pro me non timeas mori. Haud dubiũ quin summo gaudio uerba hæc animum affecerint, cũ audiret dominum securè secuturum. Dixerat ante, sed humanæ infirmitatis inexpertus, uires ex animo metiens, Ioã.13. Domine, quò uadis? Respondit Iesus: Quò ego uado, nõ potes me modo sequi, sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: Quare nõ possum te sequi modo? Animam meam pro te ponam. Non autem sequela hæc accipienda est solum de passione, sed et de pastoralis officij commissiõe. Chrysostomus: Quia ego prius pro tua redemptione crucis supplicium subire non timui, ideo tu pro mei nominis honore & confessione illud formidare non debes, sed loco mei gregem procurare, cui te uicariũ & imitatorem et successorem meum relinquo. Petrus ob nimium erga dominum amorem non capiens uerbi mysterium, Christum euntem prosecutus est pedibus: secutus est autẽ et Ioannes, sciens se diligi à Christo. Commendatur Ioannes hic: Primo à discipulatus honore, quia unus ex duodecim electis, Marci.6. Maximũ est Christi uerum esse discipulum. Ioan.12. Vbi ego sum, illic & minister meus erit. Sed Ioan.13. In hoc cognoscẽt omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicẽ. Ioannis.7. Si uos manseritis in sermone meo, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Secundo, à singulari dilectione. Non ad sui iactantiam toties commemorat se specialiter dile-

Quotupliciter hic Ioannes commendetur.

ctum à Iesu, sed ut tanto beneficio gratus existat, & quia suauissimum sibi fuit recolere, quàm affectuose & familiariter se Iesus habuit ad ipsum. Quia ergo Petrus diligebat Iesum, Ioannem quoque à Christo dilectum, multum amabat. Sed quem non diligebat? Omnes se diligere probat, quibus ante passionem ait, Ioannis 15. Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in eius dilectione. Diligebat ergo eum Iesus, non exclusis cæteris, sed præ cæteris, quem specialis prærogatiua castitatis ampliori dilectione fecerat dignum: quia uirgo ab eo electus, uirgo in æuum permansit. Unde tribus specialia quædam dilectionis ostendit signa. Petro, Iacobo, & Ioanni, tam ad læta quàm aduersa secreta eos admittens, ut in suscitatione puellæ. Mar. 5. in transfiguratione. Matth. 17. in passionis agone. Matt. 26. Singularia tamen Ioanni exhibuit, unde & famosum fuit inter discipulos ipsum dilectum Iesu nominari. Sunt enim quinque ueræ amicitiæ indicia. Primum, mutua coniunctio. Hinc in cœna super pectus Iesu recubit. Ioan. 13. Non paruum in isto præclarissimo conuiuio ultimi uale, proximum esse Christo, quòd cum selectis totius mundi (nam duodecim discubuerunt cũ illo. Lu. 22.) fecit, ubi & sacrosanctum corporis & sanguinis sui sacramentum instituit De cuius præclaritate dominus ait. Lu. 22. Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum, antequàm patiar. Ad eius præparationem Petrum & Ioannem, ut speciales misit. Secundum, secretorum reuelatio. Ioan. 15. Iam non dicam uos seruos, sed amicos: quia omnia quæ audiui à patre, nota feci uobis. Omnibus turbatis soli Ioanni indicauit proditorem. Ioannis. 13. Ille est cui intinctum panem porrexero. Ipse enim super pectus illud recubuit, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi. Coloss. 2. Unde & sapientiæ & intellectus uberius suxit, quare altissime super omnes de diuinitatis & trinitatis scripsit mysterio, cui & status ecclesiæ in finem usque reuelatus fuit. Apocal. 1. Tertium, uoluntatum consensio. Ioan. 15. Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio uobis. Ipse autem ad domini uocantis uocem, & patrem & nauim reliquit. Matthæi quarto. Sic & modo hic nihil de statu suo sollicitus, totũ domino cõmisit. Quartum, thesauri commissio. Unde dominus pretiosissimum & singularem thesaurum de quo totius mũdi sumpsit pretium, matrem scilicet, in suo recessu tanquam fidelissimo amico commisit, Ioannis. 19. O singulare depositum, ut uirgo uirgini seruiret, & Christo post mortẽ resurrectionẽque cœlos ascendente, non deesset genitrici eius filius, cuius casta uita castis tueretur obsequijs. Quintũ, aduersorum toleratio. Ecclesiastici. 6. Si possides amicum, in tentatione posside eum. Prouerb. 17. Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustia comprobatur. Sic ipse astitit morienti, Ioan. 19. Exilium in Pathmos insulam, pro fide suscepit. Apocal. 1. Venenum bibit, doliũ feruentis olei superauit. Non parum est dilectum esse Iesu, quia Ecclesiastes nono: Nescit homo utrum amore, an odio dignus sit, sed omnia in futurum seruantur incerta. Sed Prouerbiorum. 8. Ego diligentes me diligo. Ioannis. 14. Qui diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Sed unde scimus, an diligamus uere? Ioannes. 14. Qui habet mandata mea, & ser-

Quibus tribus specialia dilectionis signa Iesus ostenderit.

Amicitiæ ueræ indicia quot.

uat ea, is est qui diligit me. Hunc ergo cum unice diligeret Petrus, & domino cæteris chariorem semper fuisse sciret, ac tum non iussus seque retur Petro proximus, rogat dominum quid de illo futurum esset. Iam enim de sua morte cognouerat, & sci re cupit an hunc mortis suæ comitem esset habiturus.

2 *Dixit ei Iesus: Si eum uolo manere donec ueniam, quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, quia non moritur, sed si eum uolo manere donec ueniam, quid ad te?*

Non negat dominus Ioannem per passionem sequi, cum Matthæi. 20. dicat: Calicem quidem meum bibetis. Et Actuum. 5. Ioannes inter eos fuit, quibus cæsis Iudæi denunciauerunt, ne in nomine Iesu loquerentur, sed superuacuam Petri curam corrigit. Vult enim Deus unũquenque sorte sua contentum esse, nec curiose indagare quid Deus uelit de proximo. Dei enim uoluntas regula est iustitiæ. Hinc Matthæi.11. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. ita pater, qm̃ sic placitum fuit ante te. Ideo quanquam Deus man dauerit unicuique de proximo suo: Ecclesiastici.17. Et singuli debeamus quærere non quæ nostra, sed quæ aliorum. 1. Corinth. 10. non uult nos diuinorum operum rationem indagare. Ecclesiastici.3. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non ergo fas est, ullum solicitum esse & cupidum scire quid Deus facere uelit de nobis, uel de alijs, siue hoc, siue illud: sed quisque dicere debet. Fiat uoluntas tua. Si hunc, inquit, uelim manere, tu quod ad te pertinet, cura, uidelicet ut me sequaris, oues meas pascendo, & animam pro eis ponendo. Credebant ex hoc discipuli, quòd non esset moriturus uiolenta morte, sed permansurus in uita, donec rediret dominus iudicaturus uiuos & mortuos, quod omnes tũ breui futurum opinabantur, tametsi Iesus non dixerat eum nõ moriturũ, sed Petri curiositatem retundens, negauit ad illum pertinere, si uellet eũ permanere usq; ad aduentum suum. Ideo Ioannes, discipulorum opinionem corrigit, tanquã non intelligentium domini uerbum, ut dicit Chry. Non enim magnum erat (ut ait Au.) domino, dare dilecto non mori, cum melius sit, dissolui & esse cum Christo. Philip.1. Non ergo putandum, q; non sit mortuus carne, quia nec dominus illud futurũ de illo prædixit, sed potius ita intelligendum, quòd cæteris discipulis per passionem consummatis, ipse in pace ecclesiæ, suæ uocationis aduentum expectarit. Hebræorum nono: Statutum est hominibus semel mori.

Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia uerum est testimonium eius. 3

Consuetudo est, cum ualde certa dicimus, nostrũ testimoniũ nõ negare. Sic Apostoli. Actu.3. Quẽ Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. Act.4. Virtute multa reddebãt Apostoli testimoniũ resurrectionis Iesu Christi domini nostri. Scripsit hæc, quo certius ac latius ad omniũ notitiã diffundantur: nec scripsit ab alijs audita, sed quibus ipse interfuit. Io.19. Et qui uidit, testimoniũ perhibuit. 1. Ioannis. 1. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ, & uita manifestata est, & uidimus, et testamur, et annunciam⁹ uobis uitã æternã, quæ erat apud

patrem & apparuit nobis. Hinc dominus, Ioan. 3. Quod uidimus, testamur.

Sunt autem & alia multa, quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribēdi sunt libros.

Tantum autem literis proditum est, quantum ad salutem consequendam satis est. Superest igitur, ut his credentes, & Iesu uestigijs inhærentes, contendamus ad immortalis uitæ præmium, precantes nequando obliuiscamur dictorum, factorumq́ꝫ Christi, sed reuoluamus scripta hæc, & scrutemur in ea thesaurum positū in miraculis ac uerbis Iesu. ut sic ualeamus purificari, & uita, & sermone consequamur in die reuelationis ineffabilia opera & mysteria, quæ nunc, quandiu in mundo sumus, capere non possumus: & perficiamur in Christo, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, Apo. 1.

Mat. 28. T *Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæā, in montem ubi constituerat illis Iesus. Et uidentes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt.*

Ostendit salutis humanæ profectum & modum. Cum enim nedum inter gentiles essent, qui impossibilē dicebant resurrectionem, sed etiam inter Iudæos, utpote Sadducęi, Actu. 23. Ideo dominus plurimis argumentis id in se factum probauit, per dies quadraginta apparens discipulis & loquens de regno dei, Actu. 1. Hinc undecim discipuli (Nā Iudas laqueo interierat, Matth. 27.) profecti in Galilæam conscenderunt montem, quē illis designarat Iesus, ut omnes resurrectionis gloriam cernerēt, cuius specimen tres ibi uiderant, Matth. 17. Quia enim in Galilęa fuit cōceptus, nutritus, & conuersatus, plurimaq́ꝫ operatus miracula, haud paucos illic habuit discipulos: ideo ut simul omnes in fide confirmaret, & uacillā tes erigeret, in montem Thabor conscendere iussit, sicut prędixerat, Mat. 26. Postquam resurrexero, pręcedam uos in Galilæam. Apo. 1. Corinthiorum. 15. commemorat ipsum apparuisse, plusquam quingentis fratribus, sed nec locum, nec tempus specificat, quare probabiliter credi potest, quod ista sit manifestatio, satis enim superq́ꝫ undecim in Hierusalē instructi & confirmati fuere. Nec de est mysterio quod in Galilæa, quo significaret se transmigraturum ad gētes. Actu. 13. necnon instrueret nos, primum de uitijs ad uirtutes trāsmigrare, si de præsenti miseria ad supernam gloriam transire cupimus. 1. Petri. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo, mortificatos quidem carne, uiuificatos autem spiritu Romanorum, 6. Hoc scientes, quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Psalm. 23. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit ī loco sancto eius? Innocens manibus et mundo corde. Deum testati sunt latriæ cultum exhibendo. Matth. 4. Dominum deum tuum adorabis, et illi soli seruies. Sed quidam dubitauerunt, donec plurimis ac certissimis argumentis, & illis fides facta est.

In Galilæam cur Iesus potissimum mitis Apostolos uocarit.

Et accedens Iesus, locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. 2

Dulciter allocutus eos, non habetis, inquit, authorem cui debeatis diffidere, non habetis dominum pœnitendum: ut pro omnium salute sum mortuus, ita nulla est natio gentium quæ mei iuris non sit. Glossa: Vt qui regnabat in cœlis, modo per fidem regnet in terris, ut impleatur illud Mat. 6. Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Obserua ꝙ ista potestas Christo homini data est ab instanti conceptionis authoritatiue, et

exinde

exinde cœpit ei dari quãtum ad executionẽ & manifestationẽ paulatim secundũ moderatam dispositionis diuinæ præordinationẽ. Vnde supernaturaliter de utero uirginis egressus, multis miraculis fulsit, antequã pateretur. Luc.6. Quia uirtus de illo exibat, & sanabat omnes. Ioan.3. Pater diligit filiũ, & oĩa dedit in manus eius. Sed quia primus aduentus occultus fuit & in infirmitate, Esa.45. Et uidimus eũ, & non erat aspectus, & quasi absconditus uultus eius & despectus, unde nec reputauimus eũ. Ideo dicitur post resurrectionem data, quantum ad executionem & manifestationem: quia ex tunc cœpit in uniuerso mundo, immo in inferno et ĩ cœlo. In finali uero iudicio dabitur huius potestatis plenissima consummatio, cum inimici eius ponentur scabellum pedũ eius. 1. Cor.15. Heb.2. Vnde & factus est oĩbus obtemperãtibus sibi causa salutis. Heb.5. Mat.10. Eum timete, qui potest & animã & corpus perdere in gehennam.

Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Ordo optimus: Primo docẽdi, ut cõuertãtur, si crediderint, si pœnituerint uitæ prioris, si parati sint amplecti doctrinã euangelicã: tũ tingendi aqua, ut hoc sacro symbolo confidãt sese liberatos, ob omniũ peccatorum suorum sordibus gratuito beneficio mortis Christi, tã'q cooptatos in numerũ filiorũ dei. Dixerat ante Mat.10. In uiã gentiũ ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis, sed potius ite ad oues quæ perierũt domus Israel. Quo ostẽderet se missum Iudæis. Mat.15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt domus Israel. Nũc uero: Ite, docete oẽs gẽtes. Ps.18. In oẽm terrã exiuit sonus eorũ. Ioan. 15. Ego elegi uos, & posui uos ut eatis, & fructũ afferatis, & fructus uester maneat. Inuenimus baptismũ legalẽ, in emundationẽ carnis. Heb.9. Hinc pharisæi mira hypocrisi calicũ, manuũ, urceorũ baptismata obseruabant, spurcitias animi negligentes, Marc.7. Mat.15. Secũdo, mentalem. Luc.3. Ego baptizo uos aqua, ueniet autem fortior me post me, cuius nõ sum dignus soluere corrigiam calceamentorũ eius: ipse uos baptizabit in spũ sancto & igni. Hiero. Purgatione sanctificationis, uel spũ qui sanctificat, & accendit amorẽ dei. Hic sufficit, casu quo alius haberi nõ potest. Augu. Potest quis saluari non percepto baptismi sacramẽto, sed non contẽpto. Glossa sup illud Ps.57. Etenim in corde iniquitates operamini in terra. Quod nõ potes facere, & uis facere, deus factũ reputat. Tertio, pœnalẽ. Luc.12. Baptismo habeo baptizari, & quõ coartor donec perficiatur? Glossa: Habeo tinctione proprij sanguinis perfundi. Marc.10. Calicẽ quidẽ, quem ego bibo, bibetis: & baptismo quo baptizor, baptizabimini. Hoc innocẽtes occisi pp Christũ, baptizati sunt, & multi martyrũ. Aug. Baptismi uicẽ supplet aliqñ passio, aliqñ fides, & in deũ cõuersio, si forte ad celebrandũ mysteriũ baptismi, ĩ angustijs tẽporũ succurri nõ possit. Quarto, sacralẽ. Ioã.3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spũ sancto, non põt introire ĩ regnũ dei. Vbi quatuor cõsiderãda: Primũ, materia, aqua elemẽtaris. Secũdũ, forma, ut hic. In nomine, quo designat essentiæ unitatẽ, patris, & filij, & spũs sancti, quo indicat distinctionẽ & trinitatẽ in personis. In primitiua ecclesia baptizabant in noĩe Christi Iesu. Actu.2. Pœnitẽtiã agite, & baptizetur unusquisque uestrũ ĩ noĩe Iesu Xpi ĩ remissionẽ peccatorũ uestrorũ, et accipietis donũ spũs sancti, qa uirtualiter include

Baptismus quotuplex.

Quatuor in baptismo consideranda.

batur pater unge͂s, filius unctus, spiritus sanctus unctio. Postea tame͂ nomine Iesu diuulgato et honorificato, rediit ecclesia ad formam institutam à Christo. Exigitur ergo uerbu͂ & elementum. Ephe. 5. Christus dilexit ecclesiam, et seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hmo͂i, ut sit sancta & immaculata. Tertium, minister, quilibet in necessitatis articulo, ideo per nullum ministrum uitiatur, quia ministeriu͂ tantum exhibent. 1. Cor. 3. Quid igitur est Apollo? qd uero Paulus? Minister eius cui credidistis. Quartum, effectus, peccatorum remissio & gratiæ collatio. Augu. A paruulo recenter nato, usq; ad decrepitum senem, sicut nullus prohibitus est à baptismo, ita nullus qui in baptismo non moriatur peccato. Roma. 6. An ignoratis fratres, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti. n. sumus cum illo per baptismu͂ i͂ mortem, ut quo͂ Christus resurrexit p glo riam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Sic paruuli ab originali purgantur peccato, & da͂tur gratiæ & uirtutes in habitu, siue in munere, siue in usu. Secundo facit filios dei. Omnes. n. sumus in ortu filij iræ, Ephe. 2. Sed per baptismu͂ efficimur filij dei, quia membra Christi. Gal. 3. Quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis. Ro. 8. Si au͂t filij, & hæredes: hæredes quide͂ dei, cohæredes au͂t Christi. In cuius signu͂ cæli aperti sunt Christo baptizato, Mat. 3. Mar. 1. Non. n. ipsi tunc primu͂ patuere cœlestia, quæ nunquam reliqt. Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi q descendit de cœlo, filius hominis q est in cœlo, sed nobis patere demonstrauit. Sicut. n. filij Israel per mare ru brum transeuntes, in deserto manna cœlesti cibati, & aqua de petra potati, in terra͂ uenerunt promissionis, sic nos per baptismu͂ mundati, corpore Christi uegetati, & aqua sapie͂tiæ salutaris potati, in hæreditate͂ cœlestem i͂troducimur. 1. Cor. 10. Nolo. n. uos ignorare fratres, q͂m patres nr͂i omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & oe͂s in Mose baptizati sunt in nube & in mari, & oe͂s eandem escam spiritualem manducauerunt, et oe͂s eundem potu͂ spu͂alem biberunt. Biberunt autem de spu͂ali consequente eos petra, petra au͂t erat Christus. Ioan. 6. Moses dedit uobis panem de cœlo, sed pater meus dat uobis panem de cœlo uer. Panis. n. uerus est qui de cœlo desce͂dit, & dat uitam mundo. Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternu͂. Tertio, dat spiritu͂ sanctum inhabitatore͂. In cuius signu͂, Ioa͂nes uidit spiritu͂ sanctum descendentem, sicut columbam in ipsum, Ioan. 1. Tit. 3. Secu͂dum misericordiam sua͂ saluos nos fecit, per lauacru͂ regenerationis & renouatio͂is spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Iesum Christu͂ saluatorem nostru͂, ut iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spe͂ uitæ æternæ. Ephe. 1. In quo credentes signati estis spu͂ promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ. Cæteru͂ nequis satis esse putet ad salutem, semel esse tinctu͂, ac professum euangelicam fide͂, rursus doce͂di sunt, qbus modis tueri possint innocentia͂, quibus rationibus progredi queant ad pfectione͂ euangelicæ pietatis. Ephe. 2. Ipsius. n. sumus factura, creati in Christo Iesu, in operibus bonis, quæ præparauit deus ut in illis ambulemus. Iac. 2. Fides sine operibus mortua est in semetipsa. Lu. 6. Quid au͂t uocatis me, domine domine, & non facitis quæ dico? Oi͂a dicit

seruare. Ioan. 14. Qui habet mandata mea, & seruat ea, is est qui diligit me. Ecclesi. 9. Qui in uno peccauerit, multa bona pdet. Sed ne causari possint supra uires esse quod iniungitur, promittit assistentiã, non solum Apostolis, qui in finẽ usq; seculi mansuri nõ erant, sed omnibus qui per uerbũ illorũ credituri erant. Ioan. 17. Non pro eis aũt rogo tantum, sed & pro eis, q credituri sunt per uerbum eorũ ĩ me. Quanquam secundum humanitatis passibilitatem apud nos nõ maneat quia per immortalitatis stolam & resurrectionem iuit ad patrem in ascensione, manet tamen p gratiã corda inhabitando fidelium, Ephe. 3. Det uobis secundũ diuitias gloriæ suæ uirtutẽ corroborari per spiritũ eius in interiori hoĩe, Christũ habitare per fidem in cordibus uestris. Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit: & pater meus diliget eum, & ad eum ueniemus, & mãsionẽ apud eũ faciemus. Secũdo, per sacramentalem præsentiã. Tertio, per cõtinuam prouidentiam, atq; multiplicem efficientiam suæ potestatis, & pietatis ĩ nos. Leo: Qui ascendit in cœlos, non deserit adoptatos, et ipse deorsum cõfortat ad patientiam, quos sursum inuitat ad gloriam. Non est ergo aliqua natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut deus noster adest nobis, Deute. 4. Matth. 18. Vbi sunt duo uel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ. Qui ergo nũc manet cum electis, ipsos dirigendo & confortãdo, post cũ ipsis manebit æternaliter remunerando. Apo. 21. Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cũ eis, & ipsi populus eius erũt, & ipse deꝰ cum eis eorum deus erit. Et absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quæ prima abierunt, cõmemorat autem secundũ Chry. cõsummationem seculi, ut magis eos attrahat, & ne præsentia tantum attẽdant, sed futura & æternaliter mansura. q. d. Posteaquam corpore desiero esse uobiscum, tum efficacius adero spiritu meo, adero autem usq; in finem mundi. Porrò, quando sit futurus mundi finis, nec referr, nec expedit uos scire. Interim agite quod uobis mandatũ est, semper in illum diem parati, q qñcunq; uenerit, tum uos quoq; depositã mortalitate toti mecũ eritis, cõsortes regni paterni, cuius nullus erit finis. Ioã. 14. Vado parare uobis locũ. Et si abiero & præparauero uobis locũ, iterũ uenio et accipiã uos ad meipsum, ut ubi sum ego, & uos sitis.

Quotifariam Christus maneat nobiscum.

De ascensione domini, Mar. 16. Luc. 24.

ARTICVLVS XXXVIII.

Nouissimo autem recumbentibus illis undecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis: quia his qui uiderant eum resurrexisse, non crediderunt, & dixit eis: Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omni creaturæ: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, cõdemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Mar. 16. V

Quàm necessaria, efficax, & salutifera uera sit fides, ostendit, sine qua impossibile est placere deo, Hebræorum. 11. Postremo igitur abiturus in cœlum, apparuit undecim. Nec enim oĩbus passim exhiberi debebat mortis ac resurrectionis spectaculũ. Verum ad fidem euangelicam sufficiebar, rem semel per idoneos testes esse comprobatam. Actu. 10. Hunc deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à deo, nobis q manducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis. Ad ueritatem ergo resurrectiõis cõ-

probandam, comedit cum eis, Actu. 1. Gregorius: Comedit, ut per effectũ comestiõis ueritas patesceret carnis. Exprobrauit tarditatem intellectus, quia dicitur Esaiæ. 7. Nisi credideritis, non intelligetis. & duritiam affectus. Ecclesiastici tertio: Cor durum male habebit in nouissimo. Hebræorum. 3. Videte fratres, ne forte sit ĩ aliquo uestrum cor malum incredulitatis discedendi à deo uiuo, sed adhortamini uosmetipsos p singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur, qs ex uobis fallacia peccati. Hiero. Increpat incredulitatem, ut succedat credulitas: exprobrat duritiam cordis lapidei, ut succedat cor carneum charitate plenum Ezechielis. 36. Auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo cor carneũ, & spiritum meum ponam ĩ medio uestri, & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Hinc est quod martyrum cateruæ mortem huius seculi libenter affectant, quia nouerunt pro isto temporali interitu perpetuo se esse uicturos. Causam increpationis subinfert, quia testibus omni fide dignissimis non crediderunt. Marc. 16. Surgens Iesus mane prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenę, de qua eiecerat septem dæmonia, illa uadens nunciauit (ex mandato domini, Iohannis. 20.) his qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus. Et illi audientes quia uiueret, & uisus esset ab ea, non crediderunt. Post hæc duobus ex his ambulantibus in uillam, ostensus est in alia effigie: & illi euntes nunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt. Beda: Quadragesimo die quando iam erat recessurus ab eis in cœlum, hoc eis maxime illo die exprobrare uoluit, quod nisi ipsum uiderent, credere noluerunt, cum post ascensionem eius, prędicantibus illis euangelium, gentes quę non uiderũt, credituræ essent, & ut uerba quę recedens diceret, in cordibus audiẽtium arctius impressa remanerent. Postea quam tandem nobis hęc omnia multis argumentis, ac certis, inquit, probata comperta'q͂ sunt, ite in mundũ uniuersum. Omnibus mortuus sum omnibus resurrexi, prædicate euangelium. Roma. 10. Fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. Romanorum. 1. Non enim erubesco euãgelium. Virtus enim dei est in salutẽ omni credenti, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo. Hinc Matth. 13. Omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Ecce quid prædicandum. Sed narrauerunt mihi iniq fabulationes, sed non ut lex tua, Psalm. 118. 2. Tim. 4. Prædica uerbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patiẽtia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt; sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus: & à ueritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Omni, inquit, creaturæ. Homo enim uirtualiter, non formaliter omnis creatura est, habens quid commune, cum omni creatura: quia omnes differentiæ rerum, seu coniuncta genera entium, in ipso concurrunt. Romanorum. 10. Non est distinctio Iudæi & Græci, nam idem dominus omnium, diues in omnes q inuocant illum. Roma. 11. Nolo uos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis uobisipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contingit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Gregorius: Vt prius à Iudæa repulsa prędicatio, tunc nobis in adiutorium fieret credulitatis, cum hanc illa ad damnationis suæ testimonium su-

perba repulisset. Act.13. Vobis oportebat primũ loqui uerbum Dei: sed qñ repellitis illud, & indignos uos iudicatis ęternæ uitæ, ecce conuertimur ad gẽtes. Sic.n. nobis præcepit Deus. Esa.49. Posui te in lucẽ gẽtiũ, ut sis in salutẽ usq; ad extremũ terræ. Audiẽtes aũt gẽtes, gauisæ sunt, & glorificabant uerbũ dñi, & crediderũt quotquot erãt præordinati in uitã ęternã. Quicunq; crediderit euãgelio, per quod oĩbus in me fidentibus, per mortẽ meã offertur gratuita remissio pctõrum oĩum, & huius gratiæ signũ acceperit tinctus aqua, saluus erit. Rom.10. Non oẽs credũt euãgelio. Beda: Per alios paruuli credũt, sicut ex alijs ea quæ ĩ baptismo eis remittuntur, pctã cõtraxerũt. Sic ut.n. paruulis sufficiebat fides parẽtũ in circuncisione, sicut & in baptismo, cũ tñ nihil ad perfectũ adduxerit lex. Heb.7. Legimus Hieremiam sanctificatũ in utero, Hier.1. Ioannẽ spiritu sancto repletũ. Lu.1. Quis dubitare possit in baptismo habitũ fidei infundi, qui donũ est spiritus sancti? 1.Cor.12. Alij fides in eodẽ spũ. Mar.10. dicitur, quod dñs cõplexãs paruulos oblatos, & imponens manus super eos, benedicebat eos. Verè dicere põt dñs illud. Mat.20. An nõ licet mihi quod uolo, facere? An oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum? Saluus erit in præsenti per gratiã. Rom.8. Spe salui facti sumus. In futuro per gloriã. Præcedit ergo prædicatio, prędicationẽ subsequitur fides, fidẽ regeneratio, quæ est quædã Dei (ut ita dicam) filiatio, quam qui custodit, proculdubio saluabitur. Custodit aũt qui credit: credit uero, qui Dei fidem uita moribusq; comprobat. Gal.5. In Christo Iesu neque circuncisio aliquid ualet, neq; præputium, sed fides quæ per charitatẽ operatur. Iac.2. Fides sine operibus mortua est in semetipsa. Salus ergo filiorũ Dei, gaudiũ designat æternũ: condemnatio infideliũ, perenne supplciũ. Io.3. Qui credit in filiũ, habet uitã æternã: qui aũt incredulus est filio, non uidebit uitã, sed ira Dei manet super eũ. O uerbũ obstupescendũ. Ira Dei manet super eũ. Hebr.10. Horrendũ est incidere in manus Dei uiuentis. Ne uero prædicatio fide careat, addetur & miraculorum uis, si modo adsit euãgelica fiducia, & res ipsa miraculũ poscat, ut probentur quæ humanã excedunt rationem. In nomine meo. Lu.10. Domine, in nomine tuo etiã dæmonia subijciuntur nobis. Act.19. Virtutes nõ modicas faciebat Deus per manum Pauli, ita ut etiã super languidos deferrentur à corpore eius sudaria & semicinctia & recedebãt ab eis languores, & spiritus nequã egrediebantur. Linguis. Act.2. Cœperũt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Sic & Act.10. Serpentes. Act.28. Paulus uiperã excussit de manu in ignẽ, nihil læsus ab ea. Luc.10. Ecce dedi uobis uirtutẽ calcãdi supra serpentes & scorpiones, & super oẽm uirtutẽ inimici, & nihil uobis nocebit. Super ægros. Act.3. Petrus claudũ ex utero matri manus alleuãs, sanauit. Immo uestimenti sui umbra infirmi sanabantur, Act.5. Huiusmodi uero signa quoniã ad cõfirmationẽ erant doctrinæ fidei, ideo hoc donũ miraculorũ nonnunq; & malis concedebatur, quia non faciebat sanctũ, ut claret in Iuda. Hinc Matt.17. Multi dicent mihi in die illa, domine domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomiue tuo uirtutes multas fecimus? & tunc cõfitebor illis, quia nunq; noui uos discedite à me omnes operarij iniquitatis. Greg. Nolite fratres amare signa, quæ possunt cum reprobis haberi cõmunia, sed charitatis, & pie-

Miraculorum dona qualia.

tatis miracula amare, quæ tanto se- curiora sunt, quanto & occulta: & de quibus apud dominum eo maior fiet retributio, quo apud hoies minor est gloria. Dæmonia eijcient quo ad se, per ueram contritionem peccata eijciendo: quo ad alios, bonis exhortationibus malitiam auferendo de aliorũ cordibus. Linguis nouis peccata confitentur. Psalm.31. Dixi, cõfitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Sic & ueteribus reiectis, bona ac salutifera uerba loquendo. Ephe.4. Omnis sermo malus ex ore uestro non procedat, sed siquis bonus ad ædificationẽ fidei, ut det gratiã audientibus. 1.Cor.15. Corrũpunt bonos mores colloquia mala. Psal.33. Benedicã dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Serpentes tollẽt, prauis doctrinis & exemplis uiriliter resistendo. Ecci.21. Quasi à facie colubri fuge peccatum. 2.Ioã.1. Siquis uenerit ad uos, & hanc doctrinã non affert, nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui.n.dicit illi, Aue cõmunicat operibus eius malignis. Et si quippiam mortiferũ biberint, non nocebit. Roma.8. Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonũ. Super ægros manus imponent. Gal. 6. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Tam spiritualia. Roma.15. Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmiorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisq; proximo suo placeat in bonum, ad ędificationẽ. Quã tpalia. 1.Io.3. Qui habuerit substantiã huius mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Sed quoniã hæc supra humanã erant uirtutem, assistentiã promisit ei spiritus Dei, Luc.24. Vos autem testes estis horũ, & ego emittã promissum patris mei in uos. Vos aũt sedete ĩ ciuitate, quoadusq; induamini uirtute ex alto. Act.1. Et conuescens, præcepit eis ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarẽt promissionem patris, quã audistis, inquit, per os meum. Io.16. Ego ueritatem dico uobis, expedit uobis ut ego uadam: si enim non abiero, paracletus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. Cum autem uenerit spiritus ille ueritatis, docebit uos omnem ueritatem.

Et dominus quidẽ Iesus postquã locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedet a dextris Dei. 2

Lu.24. Eduxit autem eos foras in Bethaniã, & eleuatis manibus suis, benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Itaq; posteaquàm uarijs argumentis confirmasset ueritatẽ resurrectionis suę, abduxit suos in Bethaniam, iamq; abiturus in cœlum, sublatis manibus benedixit illis, & in hoc patriarcharum ac Mosi referens exemplum. Gen.29. Benedixit singulis benedictionibus proprijs, Iacob filijs scilicet. Deuter.33. Hęc est benedictio, qua benedixit homo Dei filijs Israel ante mortẽ suã. Nec parui momenti tales patrum erãt benedictiones, ut claret. Ge.27. Benedixit ei, & erit benedictus, ait Isaac de Iacob. Circa domini ascensionem obseruandum primo, quomodo ascendit quia potẽter propria uirtute. Ioan.3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descẽdit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Enoch trãslatus est. Gen.5. Ecci.44. Enoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, ut det gentibus sapiẽtiã. Helias igneo curru subuectus est. 4.Reg.2. Lazarus ab angelis in sinum Abrahæ deportatus. Luc.16. Nullus propria uirtute ascendit in cœlum. Leo: Hodierna festiuitas, Dei nobis et hominis sub una eademq; persona sa-

Obseruanda circa domini ascensionẽ, quæ.

cramēta manifestat: in eo qui eleuat, diuinam potentiam: in eo qui eleuatur, humanam declarat substātiam. Suis uero fidelibus pollicitus est, dicens. Ioan. 14. Iterum ueniam, & accipiam uos ad meipsum, ut ubi ego sum, & uos sitis. Patenter. Actu. 1. Videntibus illis eleuatis est, & nubes suscepit eū ab oculis eorū. Glossa: Ideo patēter uidētibus illis ascēdere uoluit, quia ascēsionis testes esse debuerunt, & ut ipsum sequi affectibus studerent. Cant. 1. Trahe me post te. Col. 3. Quæ sursum sunt quęrite, ubi Christus est ī dextera Dei sedēs: quæ sursum sunt sapite, nō quæ super terrā. Gaudēter. Psal. 47. Ascēdit Deus ī iubilo, & dominus in uoce tubę. Ipso nato angelus ait. Lu. 2. Ecce euangelizo uobis gaudiū magnum, quod erit omni populo: quia natus est uobis hodie saluator, qui est Christus dominus. Si Abraham exultauit ut uideret diē dñi. Ioan. 8. Quantū hodie cū omnibus lætatus est sanctis? Eph. 4. Ascendēs in altū, captiuā duxit captiuitatē. Gauisi & angeli, quibus gaudium super uno peccatore pœnitentiā agenti. Lu. 15. oue errante iā reportata & inuenta. Matth. 18. Gaudio repleti discipuli, & oculis illum quo ad licuit prosequētes. Act. 1. Cumq́ intuerentur in cœlum, eūtem illū, ecce duo uiri astiterunt iuxta illos in uestibus albis, qui & dixerūt: Viri Galilęi, quid statis aspiciētes in cœlū? Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodū uidistis eundē eūtē ī cœlū. Lu. 24. Et ipsi adorātes, regressi sunt in Hierusalē cū gaudio magno: & erant semper in templo, laudātes, & benedicētes Deū. Iā.n. certa fides excusserat omnem mœrorem, & certa spes promissorū addebat alacritatem. Interea frequentes erāt in templo, iam tūc euangelicas uictimas immolantes, laudibus ferentes diuinam bonitatē erga genus humanū, & gratias agentes ei, qui tanta beneficia decreuisset per filiū suū gratis largiri mortalibus. Secūdo, quo. Ephe. 4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos, ut adimpleret omnia. Hebr. 1. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansq́ omnia uerbo uirtutis suæ, purgationē peccatorū faciens, sed & ad dexterā maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui.n. dixit aliquando angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te? Ad quem dixit aliquando angelorum, sede à dextris meis, quoadusq; ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorum. Psal. 109. Nōne omnes sunt administratorū spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Aug. Si omnes sancti sunt in dextera, quia nulla ibi est sinistra, ubi nulla est miseria. Ps. 15. Delectationes in dextera tua usq; in finem. Christus tamen secundum quod homo, dicitur in dextera Dei sedēs, propter gloriæ singularis portionem. Eph. 1. Suscitans illū à mortuis, & constituens illum ad dexteram suam in cœlestibus, super omnem principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, & oīa subiecit sub pedibus eius, & ipsum dedit caput sup oēm ecclesiā, quæ est corpus eius, & plenitudo eius qui oīa in oībus adimplet. Tertio, quare. Ad captiuorum liberationem. Psal. 67. Ascēdisti in altū, cepisti captiuitatem. Spiritus sancti missionem. Ioan. 16. Si.n. nō abiero, paracletus non ueniet ad uos: si aūt abiero, mittam eum ad uos. Eph. 4. Dedit dona hominibus. Non animalibus. 1. Cor. 2. Animalis homo non

Quō Christus ascenderit.

Cur ascenderit.

percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Sapien. 1. In maleuolam animam non introibit sapientia. Nostrã interpellationem. Heb. 9. Introiuit in ipsum cœlum, ut appareat uultui Dei pro nobis. Roman. 8. Christus Iesus qui mortuus est, imo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui & interpellat pro nobis. Hinc. 1. Io. 2. Siquis peccauerit, aduocatũ habem⁹ apud patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris & non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi. Nostrã glorificationem. 1. Petri. 3. Quod & uos nunc similis formæ saluos facit baptisma, non carnis depositio sordiũ, sed cõscientiæ bonæ interrogatio in Deum, per resurrectionẽ Iesu Christi à mortuis, qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, ut uitæ æternæ hęredes efficeremur, profectus in cœlũ, subiectis sibi angelis & potestatibus & uirtutibus.

3 *Illi autem profecti, prædicauerunt ubique, domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis.*

Accepta spiritus sancti gratia, prędicauerunt ubiq; secundum præceptum domini. Act. 1. Et conuescẽs præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris: quam audistis, inquit, per os meum, quia Ioannes quidem baptizauit acqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicẽtes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis: Nõ est uestrum nosse tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate: sed accipietis uirtutem superuenientis spiritus sancti in uos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usq; ad ultimum terræ. Successit res, licet aduersante mundo, uidelicet domino Iesu per spiritum suum uim suã exerente, per apostolos, & quod illi uerbis promittebãt, miraculis ubique paratis confirmante. Cum enim talia fiunt testimonium ueritatis doctrinæ, & Deus, testis non possit falsitatis esse, comprobata est ueritas euangelicæ doctrinæ coràm regibus & principibus mundi. Hebr. 2. Propterea abundantius oportet nos seruare ea quæ audiuimus, ne forte per effluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & si omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem, quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? Quæ cum accepisset initium enarrandi per dominum, ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, cõtestante Deo signis, & portentis, & uarijs uirtutibus, & spiritus sancti, distributionibus secundum suam uoluntatem.

Finis partis secundæ.

